
12239





EPITHOME

DILVCIDA,

BREVIS, ET RESOLVTA

DISPVTATIONVM THEOLOGI-

carum R.P.D.Franciſci Suarez è Societate Ieſu, Granat. adq. in Academ. Conimbr. S. Theol. Primarij quondam Profeſ. emeriti.

DE SACRAMENTIS, INDVLGENTIIS, PVRGATORIO, Suffragiis, Cenſuris, Irregularitate, Sacrificio Miſſæ, Clauibus Eccleſiæ, tum generatim, cum ſpeciatim.

CONTRACTA, DIGESTAQVE ALPHABETICO ORDINE per Emmanuelem Laurentium Suarez Theologum, Presbyterum Vlyſiponenſem.

AD PERILLVSTREM DOMINVM PETRVM GARCES I.V.D. Priorem Rueſtæ, & quondam in Oſcenſi Academia publicum Profeſſorem Decretorum, nunc Illuſtriſs. D. D. Iſidori Aliaga Archiepiſ. Valent. Regij Conſiliary, &c. Vicarium Generalem.

SECVNDA EDITIO IN QVA MVLTA ADDITA, aliqua detracta, & innumera correcta, adeo vt nouum opus in lucem prodire merito cenſere quis poſsit.



CVM LICENTIA

VALENTIAE: Ex Typographia Ioannis Chryſoſtomi Garriz.
Anno M. DC. XXVII.
Sumptibus Claudi Macè, iuxta Colleg. Corporis Chriſti.

APPOBATIO.

EX præscripto Perillustris Doctoris Petri Garces Vicarij Generalis Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Isidori Aliaga, Archiepiscopi Valetini meritissimi, legi, & perlegi hoc opus: multa ad verum sensum eruendum necessaria addidi, aliqua, quæ veram intelligentiam perturbabant, detraxi: multum sudaui, & alxi, vt opus perfectum ingenio, & elaboratū industria in lucem ederetur: facilliusq. mihi fuisset illud opus nouum efficere, quam confectum reficere: præstiti, quod humana diligentia potui, vt nihil contineret, vel Fidei Catholicæ, vel bonis moribus, vel sanæ doctrinæ contrariū, & repugnans: Ideoque in lucem ad communem vtilitatem prodire posse censui.

Doctor Iosephus Rocafull Sedis, & Academiæ Valent. Præpositus Cathedraticus Primarius.

LICENTIA.

NOS Petrus Garces Presbyter I.V.D. Prior de Ruesta, ac pro Illustriss. & Reuerendiss. D. D. Fr. Isidoro Aliaga Dei, & Sanctæ Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopo Valetino, Regioq. Consiliario, &c. In spiritualibus, & temporalibus in præsenti Ciuitate, & Diœcesi Valent. Officialis, & Vicarius Generalis. Quia ex cōmissione nostra Doctor Iosephus Rocafull Præpositus Ecclesiæ Valetinæ, hunc librum nuncupatum: Epithome dilucida, breuis, & resoluta disputationū Theologicarum R.P.D. Francisci Suarez Societatis IESV Granatensis sedulò perlegit, & nihil in eo Catholicæ Fidei, & bonis moribus contrarium repertum fuit. Ideo præsentium tenore, vt in præsenti Ciuitate, & Diœcesi Valent. typis mandari possit concedimus licentiam, & facultatem: Cum hoc quod antequàm in lucem adeat, illum nobis præsentare teneantur ad illum comprobandum cum suo originali. Dat. in Palacio Archiepiscopali Valent. die 11. mensis Maij. Anno à Natiuitate Domini. 1627.

Doctor Garces Vic. Gñlis.

De mandato dicti Domini Vic. Gñlis.
Matthæus Calafat Not. pro Secret.

LICENTIA.

PRO *munere iniuncto, qua potui diligentia videre, & legere curaui librum, intitulatum: Epithome dilucida, breuis, & resoluta R.P.D. Francisci Suarez, è Societate Iesu, iam ab Ordinario approbatũ: Et in eo quidquam non inueni, propter quod imprimi non debeat. Supposita laboriosa emendatione ad illũ facta per Doctorem Iosephum Rocasull Præpositum Sedis Valentinæ. Et exinde licentiã illum imprimẽdi concedo, quam inseri in principio operis post Ecclesiæ approbationem ordino. Hoc tamẽ iniuncto, quod antequàm liber hic in publicum prodeat, nobis præsentetur, vt illum cõprobare cum originale approbato valeamus. Dat. Valentiæ die xiiij. mensis Maij. Anno M.DC.XXVII.*

D. Guillermus Raymundus Mora
Regij Fisci Aduocatus.

PER-

PER ILLVSTRI, ET SIBI OBSERVANTISSIMO DOMINO PETRO GARCES I. V. D

Priori Rueſtæ, & quondam in Oſcenſi Academia publico Profeſſori Decretorum, nunc Illuſtriſsimi D.D.F. Iſidori Aliaga Archiepiſc. Valentini Regij Conſiliarij, &c. Vicario Generali.

QVOD experimento quiſq. diſcit, Perilluſtris domine, & mihi obſeruantiſsime quod quotidie oculis vſurpamus, de ſplẽdoris, atque lucis fonte pulcherrimo Sole; quodq. multorum obſeruatione prudenter ſatis animaduerſum eſt, eum Principis, atq. illius viri, qui ſublimi dignitate fulget, imaginem, eius ingenium, & munia ad viuum exprimentem; in eo vel maximè, quòd terræ vapores, lutoſis aliòqui lacunarum fœcibus, occulta vi extortos, atq. in aëra ſublimes, ad ſe trahat, purget, extenuet, in nubes cogat, ac tãdem in copioſiſsimos, & limpidiſsimos imbres conuerſos, eis terram, priorem matrem abundantiſsimè infundat, hiſq. eam fœcundet. Vnde Plutar. Quem admòdum, inquit, Deus in cælo pulcherrimum ſui ſimulacrum conſtituit Solem, tãlis eſt in Republica imago, ac lumen Principis, vbi bona, quæ Deus illi largitur, diſtribuat. *Putar. ad mercu. prin.*

Hoc ipſum mihi coram oculis obuerſatur, dum te, huius Archiepiſcopatus Eccleſiaſtica negotia, vicaria poteſtate, pleniſsimè pariter, atq. prudentiſsimè moderantẽ intueor, id eſt, vt Solẽ quẽdam ſuperiori throno, velut quarto orbi præſidentẽ, conſilio, doctrina, ſanctiſsimis legib', æquiſsimis iudicijs, atq. decretis vniuerſa huius diœceſis loca, & illuſtrãte, & perluſtrantẽ: meq. vt exiguũ terræ vaporem tuis pedibus prouolutum, tuis manibus eleuatum (nam vt Hom. finxit centimanũ Solẽ, ſic Ouid. de ſupera poteſtate cecinit:

An neſcis longas Regibus eſſe manus?

Quid ni largas dixiſſet? has in te ſummè benefico quis non experitur?) ad me certè infimum tuum ſeruulum humili loco ſubuehendum, longas tibi fuiſſe manus oportuit.

Obis cumulatissimè Solis munus, dum ea, quæ Illustrissimus noster Præsul, velut summus Gubernator, prudentissimè disponit, tu vigilantissimè exequeris: eum ad modum, quo de Stellis, Domini præcepta, incunctanter, atque alacriter explentibus, loquutus est. S. Baruch: Vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Quod & tu fœliciſsimè, &, vt tanti Antistitis gratia exigit, fidelissimè præstas.

Baruch. 3. ỳ. 35.

Et si Principis Consiliarios, & nobili sanguine progenitos, & optimis moribus esse imbutos decet in primis: quod in more habuisse Athen. Isocrates sic testatur: Nequaquam in eum ordinem [Areopagiticum] admittebatur, nisi qui honesto loco natus esset, & egregium virtutis suæ specimen in vita præbuisset. Et Philo: in Consiliariis bonos mores requirens inquit: Solet Deus bonis viris bona consilia, & Reip. commoda suggerere. Et Herodotus: Ex optimis viris credibile est optima existere consilia. Si, inquam, tales decet esse Principis Consiliarios, in te ad tantam negociorum molem deligendo quanta pelluceat Illustrissimi Antistitis nostri prudentia nemo non videt. Quas tu ex hoc, quasi cælo scintillas, quos splendoris radios, quos fulgores emittis? Si doctrinam quis requirit, iubar es Solis, qui in literatissima Oscensi Academia, iam S. Iacobi Collega delectus, iam in Doctorum album cooptatus, tandem Decretorum Primariæ Cathedræ maximo cum studiosorum fructu, omnem de te expectationem, hoc est, quāta fieri potest, maximam, superans, Præfectus, summam adeptus es nominis celebritatem. Si generis nobilitatem; ea in te Solis radiis æquata refulget, quæ in Progenitoribus tuis fulsit, nunquam oppositā, vel noctis, vel minimæ nubeculæ vmbra; perpetuo, & numquàm flaccido nobilitatis virore, cum ipsa antiquissimarum, & nobilissimarum Familiarum gloria orta, stirpe, imaginibus, gestis, & insigniis illas, vel præcucurrerit, vel æquauerit.

Isocrat. in Areopagitico. Philo. leg. ad Caium Herod. in Thalia.

Hinc Prioratu Ruestæ donatus non tam ille te, quàm tu illum exornas. Hinc te noster ornatissimus Præsul ex minoribus muniis, iisque honoratissimis, tandem in suum Vicarium Generalem, id est, consiliorum, atque secretorum fidissimum, & consortem, & interpretem vocauit.

Quid ego imprudens Solis micantē gloriam intueri conor? quid giganteos sequi gressus? quid splendidissimos radios numeratò recensere? Oppositā nubecula, terræ humilis vapor, maiora viribus moliri, dū hoc exiguum munusculum tuæ Magnitudini offero videri mihi videor. Sed optimè Seneca: At Solis vis, inquit, & lux integra est, etiam inter oppositā. Soli quis non est debitor? Solis ergo

Senec. ep. 93.

munus

mubus in me exerce, refugiẽtem eleua animum, trementem suſtolle manum, &, veluti Templo cuidam offerenti donarium, ac prope ipſum Altare appendenti tremulum brachium ſuſtine: altiora me tentantem refoue. Siquidem, vt non inſcitè ſcripſit Plin. Quædam ob hoc ipſum ſummo habẽtur in pretio, quòd ſint Templis dicata.

Et quod in me, exiguo vapore, vel auſus maior, vel fortè audacior temeritas te, Solem ſplendidiſsimum offendere poſsit; propenſior in te animus, & Author libri, quem offero, Franciſcus Suarez, vir vndequaque celebris, & eximius, excuſet. Talis Author, pro tali offerente tale munus, apud te talẽ virum veniam exorat. Quam obſequij audaciam, quam humilitatem, tanti Patroni grauitas apud te tantæ comitatis, atque benignitatis virum non excuſabit, non deprecabitur? Deus opt. max. te ad maiora dignitatum incrementa, pro tuis meritis, ad commune Eccleſiæ ſuæ bonum capeſſenda diu ſeruet incolumem. Valentiæ è noſtra Bibliotheca. 10. Kalen. Iunij 1627.

Tui obſeruantiſs. clientulus
Claudius Macè.

AD LECTOREM.

LIBERO fidem, Lector amice, tibi datam in proœmio nostri de S. S. Matrimonij compendio, offeroque disputationes Theologicas morales, R. P. Francisci Suarez, è Societate IESV, de Prioribus sex Sacramẽtis, de Indulgentiis, de Suffragijs, de Purgatorio, de Claubus Ecclesiæ, de Sacrificio Missæ, de Censuris, de Irregularitate, in breuem, perspicuam, ac facilem summam redactas. Lege, ac relege, non quia nostri ingenioli ἔκνοια, sed quia ab illo nunquam satis laudato nostro, & omnium communi Magistro, fluxerunt. Hisce interim fruere, dum ad alia cursum inflecto. Vale.

EPI-

EPITHOME DILVCIDA,

BREVIS, ET RESOLVTA R. P. D. Francisci Suarez, è Societate Iesu.

ALPHABETICO ORDINE REDACTA, omniumq; Sacramentorũ, censurarum, ac irregularitatis conclusiones, & sententias succinctè complectens.

§. I.

Absolutio Sacramentalis in genere.

Per se notum est.

SACERDOS non absoluit auctoritate Pontificis, sed Christi. Ratio est: quia licèt potestas iurisdictionis per Pontificẽ conferatur, tamen principaliter manat à Christo; à Pontificè verò solũ vt à Vicario eius. *Tom. 4. disp. 16. sect. 3. §. Secũdum argumentum.*

Supponitur a Doctore.

2 Plures absolutiones validè, possunt simul cadere supra eandem confessionẽ, à pluribus ministris prolatæ, vt supponit Doctor noster, sed non erunt iicitæ, quia est contra morem vniuersalis Ecclesiæ, & contra conuenientem vsum Sacramenti Pœnitentiæ: si tamen fiat, erit vnum tantum Sacramẽtum; quia materia proxima est vna, & absolutiones illæ, licèt materialiter sint plures, concurrunt per modum vnius. *Tom. 4. disp. 18 sect. 4 §. Superest dicendum.*

3 Vnum peccatũ reseruatum, licèt in confessione explicatum, potest tolli indirectè, & concomitanter, per iurisdictionem, & absolutionem

Differentiã inter culpã, & censurã.

absolutionem circà aliud propter cõnexionem, quam peccata mortalia habẽt inter se in ordine ad remissionẽ; excommunicatio verò non potest tolli, nisi per directam absolutionẽ, quia nõ datur talis connexio. *Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. § *Vlterius verò, & disp.* 31. *sect.* 3. §. *Melius ergò.*

4 Absolutio Sacramentalis in nullo prorsus casu potest dari absenti: quidquid in contrariũ aliqui docuerint. Ita fuit explicatũ per Clementem VIII. Cuius verba sunt hæc. *Re maturè, ac diligenter consideratà, hãc propositionem scilicet licere per literas, seu internuncium confessario absenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionẽ obtinere; ad minus vti falsam, temerariã, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitq; ne deinceps ista propositio, publicis, priuatis vè lectionibus, cõcionibus, & congressionibus doceatur, ne ve vnquam tãquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, &c.* *Tom* 4 *disp* 21. *sect.* 4 §. *Propter hæc decreta. Vide disp.* 19. *sect.* 3. §. *Ex his constat.*

Clemens VIII.

§. II.

Absolutio Sacramentalis quoad peccata reseruata.

1 EPiscopus si occultè labatur in crimina Papæ reseruata, cõtenta *in cap. Liceat Episcopis, Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 6. Potest absolui à confessore à se electo; fuit enim hoc dubiũ propositũ Romæ in Congregatione Cardinalium sub his verbis. *An Episcopo in aliquod delictorum, de quibus hoc capite, prolapso, liceat ad se absoluendum proprium confessarium deputare cum eadẽ auctoritate, quam ipse posset ex eodem capite in sibi subditos exercere.* Responsum autem fuit. *Cõgregatio censuit id Episcopo licere. Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 2. §. *Vlt. inquiri hic potest.*

Ita Cõgregatio Cardinalium censuit.

2 Superior audiens cõfessionem integram, in qua sunt peccata reseruata, tenetur ab omnibus peccatis absoluere: nec potest absolutionẽ dimidiare, quia integritas tam necessaria est, in absolutione, quàm in confessione, imò in hac requiritur propter illam: ergò si in confessione requiritur integritas, cur nõ magis in absolutione? Præsertim quia post factam integram confessionem nulla potest esse causa rationabilis ad dimidiandã absolutionem. *Tom.* 4. *disput.* 31. *sect.* 1 §. *dico ergò primò.*

Adrianus q. 5. *de cõfessio. Sylvester* 1. *cõfe. q.* 19 *Victoria. in summa nu.* 14. *q. Vigerius. Canus, & Medin. cũ aliis.*

3 Absque speciali necessitate, vel causa rationabili, non potest Superior audire confessionẽ solam casuum reseruatorum, & de illis solis sacramentaliter absoluere, quia hoc est per se contra ius diuinum, scilicet dimidiare confessionẽ: ergò sine rationabili causa non licet, si tamen faciat erit validum Sacramentum, si pœnitens bona fide

Doctoris citati in 2 *conclusio videntur tenere* 3. *&* 4. *Quia dicũt hoc non licere per se, ergo ex causa, & sine illa minimè.*

pro-

procedat, & sit dispositus: quia concurrũt omnia essentialia ad valorem Sacramenti: nam illa confessio iam est integra forma liter, supposita bona fide pœnitentis. *Tom. 4. disp. 31. sect. 1. §. Dico secundo.*

4 Ex graui causa, & necessitate interdũ potest Superior absoluere Sacramẽtaliter à peccatis reseruatis, illa solũ audiens. Ratio est: quia non solum necessitas ex parte pœnitentis, sed ex parte etiam confessoris sufficere potest, vt materialis dimidiatio cõfessionis licitè fiat. Existimat tamẽ Doctor noster, ad hanc necessitatem non sufficere cõmunem negotiorum multitudinẽ (*vt Alij censent.*) quam Prælati habere solent, quia hæ cõfessiones de reseruatis non sunt adeò frequentes: & hoc est vnum de grauioribus negotiis ad ipsos pertinẽtibus, & si iudicẽt necessarium, audire pœnitentẽ de reseruatis, & re verà sit graue onus totam confessionem audire, nõ absoluant Sacramentaliter, sed imponant pœnitentiam, & medicinam, & reliqua inferiori remittãt: & in casu quo liceat Superiori, licet etiam inferiori Sacerdoti habenti potestatem delegatam, super reseruata, si alioqui ex parte illius, & aliarũ circunstãtiarum similis necessitas occurrat. *Tom 4. disp. 31. sect. 1. §. Tertiò dicendum, & sequent.*

5 Extra casum necessitatis, nõ potest inferior Sacerdos, absoluere pœnitentem habentem casus reseruatos etiam cum onere comparendi, sed debet illum ad Superiorem remittere. *Licet alij contrarium sentiant.* Nec directè, quia repugnat. Cõcil. Trident. sess. 14. c. 7. dicenti *inferiores Sacerdotes nihil posse in casibus reseruatis*. Nec indirectè, quia repugnat integritati Sacramenti, nam hæc est de iure diuino, & ideò nunquam licet illam sine cogente causa prætermittere: in illo autem nõ est integra, cum sit facta coram non legitimo iudice: ergò nõ fit licitè illo modo: si tamen absolutio detur isto modo, est valida si pœnitens bona fide procedat, & sic non tenetur pœnitens iterum confiteri de non reseruatis, sed de reseruatis tãtùm suo Superiori: quia tunc formaliter cõfessio est integra, secús si pœnitens non procedat bona fide: qnia tunc confessio nullo modo est integra, & ponitur obex Sacramẽto. *Tom. 4. disp. 31. sect. 2. §. Secunda sententia: & sequent.* *Ricard. d. 17. art. 2. q. 8. ad 2. Adriã. q. 4. d. cõfes. Durãd. d. 17. q. 15. Sot. d. 18. q. 2. art. 5. & alij.*

6 In casu necessitatis extra articulum mortis, non potest inferior Sacerdos absoluere directè à casibus reseruatis, eum, qui eos habebat, antequam corã Superiore compareat; quia repugnat Concil. Trident. dicenti. sess. 14. cap. 7. *inferiores Sacerdotes nihil posse in casibus reseruatis.* Potest tamẽ indirectè v.g. vt impleat præceptũ annuæ confessionis, aut communican-

di,& nõ possit omitti sine magno scãdalo, aut infamia,& pro tunc non patet aditus ad Superiorem: quia ad valorem Sacramenti nõ est simpliciter necessaria iurisdictio super omnia peccata mortalia, quibus ligatus est pœnitens; quia si alioqui seruetur integritas formalis, sufficit ad valorẽ Sacramenti iurisdictio super aliqua peccata, sed in præsenti casu videtur seruari formalis integritas, & aliàs (vt supponitur) habet minister iurisdictionem super aliqua peccata: ergò absoluendo verum conficit Sacramentũ, per quod saltem tollet indirectè peccata reseruata: quod est verum licèt habeant annexam excõmunicationẽ, quia excõmunicatio pœnitentis per se nõ reddit personã inhabilem ad Sacramentum pœnitentiæ recipiendum, neq; irritat illud si ex parte ministri omnia necessaria concurrant, & ex parte pœnitentis intercedat bona fides, & dispositio; quibus stantibus, sola prohibitio Ecclesiæ non sufficit ad irritandũ Sacramentum: quod latius dicitur etiam infra. *Verb. excommunicatio. Tom. 4. disp. 31. sect. 3. §. Non tractamus: & sequent.*

Est ferè cõmunis.

Vide Sylu. verb. Confess. q. 19. Caieta. in Summa verb. casuũ reser.

7 Qui habet casus reseruatos postquã semel absolutus est ab illis directè, vel à Superiore, vel ab illo, per potestatẽ ab illo cõcessam, potest liberè absolui iterum atq; iterum ab ijsdem peccatis, à quocunque inferiori Sacerdote etiam nõ proprio, quia illa peccata, iam non solum non manẽt reseruata, sed etiam iam non sunt materia necessaria cõfessionis. At verò qui Superiori se præsentauit, & ab illo extra Sacramentum, pœnitentiam accepit, potest solum à quolibet proprio absolui: quia illa peccata adhuc manent materia necessaria confessionis. Et existimat Doctor noster, non esse necessarium, vt confessor iniungat Sacramentaliter illam pœnitentiam, quã Superior designauit, vt pœnitens obligetur ad illam exequendam licèt sit vtile, vt illa pœnitẽtia habeat effectum ex opere operato; quia ex quo Superior illã imposuit, obligare potuit, nam per potestatem ligandi eam imposuit. *Tom. 4. disp. 31. sect. 4. §. Quando hunjmodi: & sequenti.*

natio. & alios.

8 Concessa facultate ad absoluendum à censura reseruata, censetur ad absoluendum omnino à culpa, & è conuerso: quæ vnico verbo dici solet potestas absoluendi à casibus reseruatis Pontifici, vt loquitur. *Concil. Trident sess. 24. cap. 6. de reform.* & loquuntur multa priuilegia, per quæ constat, non dari tantùm iurisdictionem tollendi censuram; sed etiam culpam: quia sine tali priuilegio neutra haberetur. *Tom. 4. disput. 2. sect. 2. §. Ad fundamentum autem.* Quibus autem verbis censeatur illa dari, non constat, nec potest dari certa

Constat in Cõc. Trid. Et ex multis priuil.

ta regula ; vnde si fiat concessio de ore ad os, curandum est, vt superior explicet mentem suam, si ex priuilegio, aut quocumq. alio modo in scripto, consideranda sunt verba, & iuridicè interpretanda. Itaq. si superior det alicui licentiam, audiendi confessionem, & absoluendi, non concedit casus reseruatos. *Cap. Si Episcopus de pœnit. & remiss. in 6.* Etidē erit ex eodem principio, si dicat, concedo totam meam auctoritatem, & potestatem: secus si prius concedat aliquem casum reseruatum, & postea generaliter addat, & omnem meā potestatem, quia specificatio antecedens explicat generale verbum subsequens ; & idem est, si post tale verbum generale, excipiat vnum, vel alium casum ; nā illa exceptio format generalem regulam, seu explicat generalem illam concessionem extendi ad alios casus: item si Episcopus cō cedat facultatem à censuris reseruatis, non concedit potestatem absoluendi ab omnibus casibus reseruatis; quia hęc duo distincta sunt, & respectu Episcoporum non semper sunt coniuncta. *Tom. 4. disp. 30. sect. 1. §. Solent autem.*

Vide Nauar. c. 27. nu. 161. et D. Ant. 3. p. tit. 17 cap. 13.

9 Superior, in multis casibus tenetur ex iustitia concedere facultatem subdito petenti, vt absoluatur à peccatis reseruatis. V.g. Quando pœnitens merito timet aliquod graue damnum extrinsecum inferendū ab ipsomet confessore, verbi gratia, si sit reuelaturus cōfessionem, aut quādo ipse superior nō est aliàs idoneus ad ferendum iudicium in talli casu, vel quia est ignorās, vel àdeo improbus, vt loco medicinæ sit scandalum allaturus. Ratio est: quia talis superior nō potest iustè priuare pœnitentem legitimo vsu huius sacramenti: nec potest cogereillum, vt se exponat periculo alicuius grauis nocumenti. *Tom. 4. disp. 30. sect. 4. §. In hac re.* At verò non tenebitur semper de iustitia concedere istam licentiam : quia aliàs ferè nullius momenti esset reseruatio : verbi gratia, si moraliter credat talem facultatē non esse futuram vtilem pœnitenti : aut si peccatum tale sit, vt vergat in damnum cōmunitatis, vel alterius tertiæ personæ, *Ibidem §. secundo est.* Et superior regulariter, & moraliter loquendo debet esse facilis potius quàm difficilis in hac facultate concedenda : quia moraliter, ac per se loquendo, minus periculi est in cō cedenda hac facultate, quàm in illa neganda. *Ibidem §. Atque hunc vlterius colligo.* Quibus autem verbis cēseatur illam dare: *Diximus iam hic supra. conclusione. octaua.* Vnde ea, quæ diximus de cōcessione iurisdictionis directè facta confessori, cum eadē proportione locum habēt in facultate concessa pœnitēti ad eligendum confessorem. *Vide cap. Si Episcopus. De pœnitentia, & remissio-*

Hæc conclusio est certa.

Vide Armill. verb. confes. nu. 35. Henriq. lib. 3. de pœnit. c. 13 n. 6. cum aliis.

Vide Naua. c. Placuit. num. 149.

missione in 6. tom. 4. disputatione 30. sect. 1. §. Atque hæc.

Cũ Angelo est doctrina cõmunis.

10 Nimia verecundia, & difficultas pœnitentis, est aliquando sufficiens causa, vt Superior illi det facultatem, vt absoluatur à reseruatis. Vt tenet. *Nau. in cap. Placuit. nu. 149. Tom. 4. disp. 30. sect. 4. §. Atque hinc vlterius colligo.* At verò Superior non tenetur dare facultatem generalem ad quemcunq. confessorem, quem pœnitens vult, sed potest committere alteri, vel inter aliquos designatos, electionem subdito dare, prout iudicauerit expedire ad bonum pœnitentis: ná reseruatio ad hoc fit, iuxta Concil. Trid. vt grauiora delicta grauius corripi, & melius emendari possint, ad quod necesse est, vt grauioris etiam personæ, & Doctoris, ac melioris iudicio subdantur. Non debẽt tamen Superiores esse difficiles, quando vel subditi prudentes sunt, & timorati, vel Sacerdos est sufficiens, vt possit illi committi causa. *Tom. 4. disp. 30. sect. 4. §. Tandem in hoc puncto.*

Est Caiet. opinio cũ D. Thom.

11 Superior tenetur ex charitate, vel etiam ex debito sui muneris, & fidelis dispẽsatoris, concedere facultatem subdito, vt absoluatur à casibus sibi reseruatis, quoties timuerit graue detrimẽtum spirituale subditi, si illã neget, quamuis illud nocumentum non ex iniuria extrinseca, sed ex proprio defectu ipsius subditi euẽturum sit: v.g. quia tacebit aliquod peccatum in confessione, vel quia differet confessionem, & licentiam peccandi accipiet, vel aliud simile. Ratio est: quia hæc potestas nõ est data in destructionem, sed vtilitatem subditorum. *Tom. 4. disput. 30. sect. 4. §. Tertio verò addimus.*

Cõmunis opinio.

12 Quoties facultas absoluẽdi à casibus reseruatis cadit in peccata iam cõmissa, non habet locum onus cõparendi: quia ad hoc petitur facultas, vt ab onere comparendi subditus liberetur. At verò pro peccatis cõmittendis, potest cum illo onere dari. Quia hoc onus per se nõ repugnat cum ordinario fine propter quem hæc facultas conceditur, qui non est liberare simpliciter, pœnitentẽ ab onere comparendi corã Superiore, sed est subuenire alicui necessitati, ne fortè occasione illius nimium differatur pœnitentia. *Tom. 4. disp. 30. sect. 5. §. Superest dicendum.* Idẽ dicendum est quamuis illis peccatis non sit censura annexa, vt tenet communis opinio. *Ibidem §. Communis ergò, & sequentibus.* Vnde peccat mortaliter subditus admisso tali pacto de cõparẽdo Superiori, si non cõpareat, quia hæc obligatio sine dubio est res satis grauis, vt per se notum est. Nec obligatio comparẽdi iniustè extorquetur, cum Superior habeat integrum ius in talẽ causam, & nullo iure teneatur illam facultatem dare subdito,

dito, & si illam neget, nullam ei faciet iniuriam, multo minus illam facit, dãdo facultatem sub illo pacto, & non aliàs. *Ibidem. §. Hæc sententia sequenti.*

Ita tenet Clemẽs. 8 in decret. de casuũ reseruat. pro regularibus. quod vide

13 Superior potest dare facultatem absoluẽdi à casibus sibi reseruatis, cum onere acceptandi talem pœnitentiã pro tali, vel tali peccato; nam ad hoc ius habet Superior: cum enim sit ordinarius iudex in illa causa, potest eam non simpliciter cõmittere, sed præscribendo modum, seu taxando pœnam ferendã. *To. 4. disp. 30. §. Potest tamen.* Nõ debet tamẽ imponi per modũ præcepti: cum non sit in vsu fieri, & multo minus, vt ab illa pendeat valor Sacramẽti: nam hoc, & nimis rigurosum est, & periculis expositum. Potest tamen concedi: at nõ sine extraordinaria causa. *Tom. 4. disp. 30. sect. 5 §. Eo quod dictum est.*

Supponitur.

14 Facultas absoluẽdi à peccatis reseruatis, seu eligendi cõfessorem, qui ab illis absoluat, nunquã potest acquiri per consuetudinem. Ratio est: quia cõtra voluntatem Superioris, non potest acquiri iurisdictio aliqua in hoc foro, *Tom. 4. disp. 30. sect. 2. §. Tribus modis.*

Sic censet Doctor noster.

15 Ille, qui ex vi facultatis cum onere comparendi coram Superiore, absoluitur à casibus reseruatis, quamuis ante absolutionem ignoret pactum, seu conditionem facultatis; nihilominus in re ipsa manet obligatus ad comparendum, cum intellexerit modum concessæ facultatis. Ratio à priori est: quia in Prælato non deest potestas ad hanc obligationem inducendã; neq; etiam deest voluntas, quia supponimus Prælatum satis explicare mentem suam: ergo inducit illam. *Tom. 4. disp 30. sect. 5. §. Præterea in hac sententia, & sequentibus.*

16 Subditus vnius Episcopi iter agens per aliam diœcesim potest absolui ab Episcopo illius diœcesis, aut à confessoribus habentibus facultatem absoluendi à casibus reseruatis, non solum in suo Episcopatu, sed etiam à reseruatis in eo, in quo versatur; ab illis quidem; quia iudicandus est secundùm ritum diœcesis, in qua confitetur: ab his verò: quia supponimus confessorem esse, vel ipsum Episcopum, vel Sacerdotem, ab illo habentem facultatem à casibus ipsi reseruatis. *Tom. 4 disp. 30. sect. 1. §. Vnde fit.*

Nauarr. cap. 17. nu. 261.

17 Subditus vnius Episcopi iter faciens per aliam diœcesim, non potest absolui per confessores communes, nõ habentes facultatem absoluendi à casibus reseruatis, quando peccatum est reseruatum in vtroq. Episcopatu: quia à neutro Episcopo habet delegatã iurisdictionem, vt constat. Idem si peccatum sit reseruatum in illo tantum Episcopatu in quo iter agens confitetur, non autem in suo, quia licèt

Vt Caiet. & alij docent.

aliàs non sit subditus tamen tùc iudicatur vt subditus, & incola illius loci: secus dicendum quãdo est peccatum reseruatum, in propria diœcesi pœnitentis, non verò in ea in qua versatur: eadem ratione *tom.4.disp.30. sect. 1. §. At verò, loquendo.*

18 Episcopi possunt absoluere ab omnibus casibus reseruatis Sedi Apostolicæ, si occulti sint, omnes suos subditos, *iuxta Concil.Trident.sess.24.cap.6.* Per crimẽ occultũ intelligitur, quod non est publicum; dicitur autem crimen publicum, quod in oppido, vel in vicinio, vel in collegio, aut communitate aliqua omnibus notum est, vel publicè diffamatum est: secùs si peccatum sit alicubi publicum, licèt sit occultum, vbi absolutio petitur; quia quod alicubi publicum est, simpliciter est publicum, & non occultum. Per subditos etiam intelliguntur vagabundi; quia non habent alium Episcopum propriũ. Idem dicendum de habitantibus aliquam partem anni in aliquo Episcopatu, & ideò in illo recipiet sacramenta; quia quodammodo in illo habẽt domiciliũ. Idem de iter facientibus, qui facile redituri sunt ad suam diœcesim; quia pro tunc subditi sunt in hoc foro. Idem de religiosis exemptis accedentibus ad Episcopum cum licentia suorum Prælatorũ: quia iam tunc efficiũtur subditi in illo foro. Per Episcopum intelligitur electus, & confirmatus, licet non consecratus: quia ea, quæ sunt iurisdictionis, plenè habet, *iuxta cap. Transmissam, cum ibi notatis de electione.* Item capitulum sede vacante (vt probabilius est) quoad ea quæ fieri possunt per Vicarium ad hoc specialiter deputatum: quia succedit in iurisdictione Episcopi, iuxta cõmune ius. *Cap. His quæ. & cap. Cum olim, de maior. & obedient.* secùs dicendum de Abbatibus, & aliis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, iuxta declarationem Cardinalium, *ex eodem cap. 6. Concil. Trident. §. In hoc decreto non comprehẽduntur inferiores habentes iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem; sed tantùm Episcopi priuatiuè quoad omnes alios. Tom.4. disp.30. sect. 2. §. Circa delegationem, & sequentibus.*

Vide Nauar.c.27. nu.254.et 255.

Cap. trãsmissam.

Cap. His, quæ. & Cap. Cum olim.

Declaratio Cardinal.

19 Archiepiscopus dum visitat, potest absoluere à casibus reseruatis Sedi Apostolicæ occultis, cõcessis Episcopis *in Concil. Tridentino cap.6. sess. 24.* subditos Episcopi suffraganei: quia pro tunc illa diœcesis censetur, tanquã sua, quod est valde probabile, *tomus 4. disp.30. sect.2. §. Item dubitari potest.*

Videtur Doctori valde probabile.

20 Facultas data Episcopis *in Concilio Tridentino cap.6. sess. 24.* ad absoluendum peccatum hæresis occultæ, reuocata est per Bullam Cœnæ Domini. Nam in illius fine additur. *Vt ab illis casibus nulla persona Ecclesiastica, etiam*

Bulla Cœnæ, & declaratio Cardinal.

etiam Episcopali, vel maiori dignitate prædita absoluere possit, prætextu cuiuscunque facultatis, etiam per cuiusuis Concilij decreta in genere, vel in specie concessa. Et Congregatio Cardinalium iam declarauit his verbis. *Episcopus absoluere nõ potest hominem hæreticum in foro conscientiæ, licèt hæc facultas à Concilio sit ei concessa, Tom. 4. disp. 30. sect. 2. §. Hic verò specialiter, & sequenti.*

21 Decretum Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. in quo conceditur facultas Episcopis absoluendi ab omnibus casibus reseruatis Sedi Apostolicæ occultis; nõ solum intelligitur de reseruatis ante Decretũ, sed de reseruatis ex noua lege Sedis Apostolicæ post illud; quia ratio legis eadem est in casibus antea reseruatis, vel quocunque tempore reseruandis, nisi reseruetur cum aliqua clausula, aut verbis sufficientibus, per quæ huic decreto derogari videatur, verbi gratia, si dicat etiam in casibus occultis, vel, non obstante quocunque decreto etiam Concilij generalis, vt additur in Bulla Cœnæ: quia si simpliciter fiat reseruatio, non existimat Doctor noster per clausulam generalẽ derogari speciali decreto Concilij Generalis. *Tom 4. disput. 30. sect. 2. §. Aliud verò dubium, & sequentibus*

22 Religiosi, præsertim mendicantes (vt probabilius est) nõ possunt ex vi iuris cõmunis, absoluere à peccatis reseruatis Episcopis. Ratio est: quia in *Clement. Dudum. de priuileg.* declaratur religiosos ex vi illius concessionis, non habere maiorem facultatẽ absoluendi à peccatis, quàm Parochos ordinarios. Hi autem non habent facultatem absoluendi à peccatis reseruatis Episcopis: ergo. Item *in Clemẽt. Religiosi, de priuileg. §. Quibus.* præcipitur religiosis sub interminatione maledictionis æternæ, ne à casibus Sedi Apostolicæ, aut locorum Ordinariis reseruatis, quenquam absoluant, *Tomus quartus, disputatione 30. sectione secunda. §. Secundum punctum.*

Ita tenent Nauar. c. 26. n. 266 Anton. 3. p. tit. 17. c. 1. Sot. d. 18. qu. 4. art. 3.

23 Per eadem verba: *Ego te absoluo*, potest morti vicinus simul absolui à censura, & à peccatis, & tunc simul tempore vtrunque aufertur. Prius tamen natura ipsa censura: ob maiorẽ verò certitudinem addi potest (*ab omnibus censuris, & peccatis tuis*) quia certissimum est illa sola verba (*Ego te absoluo*) esse necessaria, & sufficientia ad absolutionem sacramentalem, quod nõ est ita certum de absolutione à censura; & ideò in illo modo absoluẽdi, potest esse fructus, & nihil est periculi; quia licèt infirmus moriatur, antequam proferantur illa verba: *& ab omnibus peccatis tuis*, absolutio sacramentalis, erit valida, quod non ita erit certum de censura, si non aliquo modo exprimatur.

Doctrina non dubia, imo certa

tur. *Tom 5.disp.10.sect.2. §. Ex quo cessat.*

24. Confessio facta ordinaria Superiori sine vlla mētione, vel intentione casuū reseruatorum, vel absolutio simili modo ab ipso data; nō satis est, vt peccatum oblitum, quod antea erat reseruatum postea maneat non reseruatum, & sine onere confitēdi illud Superiori. Hæc conclusio patet; absurdum enim esset dicere voluisse tollere reseruationem, cum de illa non ageretur. *Tom 4.disp.31.sect.4.§. Secundo dicendum.*

25 Quando aliquis absoluitur virtute priuilegij in fauorem ipsius pœnitētis concessi, & alicuius peccati reseruati obliuiscitur, censetur liber manere à tali reseruatione. Exemplū est in iubileis, in quibus conceditur facultas à reseruatis absoluendi, & qui consequitur indulgētiam, & absoluitur virtute illius, alicuius peccati reseruati obliuiscitur; tunc enim manet liber à reseruatione, ita vt possit postea peccatum illi confiteri quicunq; simplici Sacerdoti, habenti cōmunem iurisdictionem. Ratio est: quia Superior concedens facultatem hanc in fauorem pœnitentis, quantum in se est, voluit illi auferre reseruationem, si illo priuilegio intra signatum tēpus vteretur ad indulgentiam consequendam; sed pœnitens etiā quantum in se est, vsus est illo priuilegio; mansit ergo liber à reseruatione. *Tom.4.disp.31.sect 4.§. Quartū punctū.* Idem dicendū, si Sacramentum fuit validū, & informe; secus verò si fuit prorsus nullū: quia illa nec esset cōfessio, nec absolutio, & ita nihil est operata. *Ibidē §. Sed quærct.*

Sylueſter confeſſ. 1. q.4. Ang. confeſſ. 1. n.22. Roſell. conf. 2.nu.9. Nauar. in cap. Conſiderat.§. Cautus.n. 32. de pœnit. d. 5. & in ſum. cap.16.n. 13. & alij

26 Qui confessus est peccata sua tempore iubilei, & absolutus est virtute illius, si casu oblitus est alicuius peccati reseruati, tale peccatum non manet liberum à reseruatione, si postea non fecit reliqua opera necessaria ad consequendam indulgentiam. Ratio est, quia omnia hæc priuilegia conceduntur propter comparandam indulgentiam; & ideo donec illa obtenta sit, non videtur pœnitens posse gaudere hispriuilegiis, quę ad effectum non peruenerunt: quamuis contraria opinio non omnino sit improbabilis, quin possit quis probabiliter ei adhærere, si obliuio fuerit inculpabilis; secus si culpabilis, nam tunc etiam absolutio esset nulla: *Tom. 4. disp.31. sect.4. §. potest enim, & sequenti.*

27 Subditus vnius Episcopi iter agens per aliam diœcesim, potest ex tacita facultate, consuetudine introducta, confessoribus illius Episcopatus confiteri, & ab eis absolui à casibus reseruatis suo Episcopo; quia ille, qui sic versatur in alieno Episcopatu; non ideo ibi confiteri, & absolui potest, quia vtitur facultate eligendi confessorem

Caie. ver. Absol. 2. Palud. di ſtinct. 17. q.3. D.Anton. 3.p.tt.17 cap. 4.

rem; sed hoc ipso, quod versatur in alieno Episcopatu, potest ibi absolui more incolarũ illius diœcesis, ac ita se gerere, ac si esset subditus Episcopi illius loci. *To.4 disp.30. sect.1.§. Atq. hæc.*

§. III.

Absolutio, quoad cẽsuram in communi.

1 CEnsura nõ potest tolli nisi per directam absolutionem, & iurisdictionem: Ratio est: quia inter se nõ habet vna excõmunicatio connexionem cum alia, neq. etiam cum culpa; quia potest vna excõmunicatio remitti sine alia, & culpa sine excommunicatione: & è cõuersõ. *Tom.4. disp.30. sect.3. §. Vlterius verò.*

Supponitur.

2 Per generalem absolutionem, non tollitur culpa cum cẽsura Papæ reseruata. Ratio est: quia sub generali clausula, non comprehenduntur, quę specialia sunt, iuxta *Cap.2. de Pœnit. & remiss. in 6.* Et ideo, qui dat potestatem generalem absoluendi à censuris, non censetur illam dare ad absoluẽdum à censuris reseruatis: ergò similiter, qui absoluit tantum generatim ab excommunicatione, non censetur absoluere à reseruata. *Tom. 4. disp.31 sect.4 §. Solum superest.*

Cap.2. de pœn. & remiss. in 6.

3 Per absolutionem propriè, ac perfectè tollitur cẽsura: quod est de fide; constat enim ex illis verbis: *Quocumq; ligaueritis, vel solueritis, &c.* Ratio est: quia absolutio hęc actus est iurisdictionis, vt sumitur ex *cap. vnico de Maior. & obedient. in 6. & cap. Venerabilibus. §. Porro.* & ferè in omnibus aliis *de sent. excommun. in 6.* Iurisdictio autem, vt perfecta sit, non debet esse ad ligandum tantum, sed etiã ad absoluendum: alioqui non esset in ædificationẽ, sed ad destructionem. *To.5. disp.7. sect 1.§. Nihilominus dicendum.* Quãnis censura sit lata sub conditione. v.g. *donec satisfeceris.* Quia licet in hoc casu nõ requiratur absolutio nua; tamen nõ tollitur sine absolutio, ne quia antiqua absolutio sub cõditione lata, postea operatur expleta cõditione. *Tom.5. disp.7. sect.1.§. Cum igitur.*

Cap.vl.de maiorat. & obedient. in 6. & cap. Venerabilibus & sent. excõ. in 6

4 Censura non tollitur per mortẽ subiecti illa ligati: Ratio est, quia iura canonica docẽt illũ indigere absolutione: vt patet *ex cap. á nobis 2. & cap. sacris de sent. excom. & cap. Is cui eodẽ tit. in 6.* Et supponunt hominẽ mortuum manere ligatum censura, quia absolutio nõ habet locum, nisi vbi vinculum durat. *Tom.5. disp.7. sect.1.§ Altera pars.*

Cap. á nobis. Cap. Is cui C. Sacris.

5 Post mortem potest quis à censura liberari, & absolui, non quoad ipsum, sed quoad actus, vel effectus per viuos erga illum s. mortuum, agendos, quia homo iam mortuus sine censura decedens, non potest directè in eum

Paludanus in 4. disput. 18 q. 1. nu. 7. Couarr. & alij.

eum ferri, vt inde in alia redundet, sed solum potest declarari, si cõtracta fuit: quod autem rarò fit, si censura non præcesserit in vita, & omnino nunquam fiet, si defunctus, quantumuis peccator, ante mortem exhibuit sufficientia signa fidei, & pœnitentiæ, ac obediẽtiæ ad Ecclesiam: quando verò censura lata est viuente peccatore, licèt directè in eum feratur, ex ea tamen redundat in alios obligatio, quæ permanet mortuo excõmunicato sine absolutione à censura, etiã si contritus, & in gratia discedat. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Tandem hinc constat. & ibidem disp. 7. sect. 1. §. Nihilominus.*

Cap. à nobis.

6 Defunctus ante mortem non absolutus à censura, vt ab illa possit absolui requiritur, vt ante mortem saltem præbuerit signa contritionis: quibus ostenderit se à contumacia recessisse, & ad obedientiam Ecclesiæ redijsse, vt supponitur *in cap. à nobis, de sent. excom.* Qui nõ potest absolui à quocumq. Sacerdote, sed ab illo tantum à quo viuens absolui potuisset, vt rectè notat Nauarr. quia cessauit articulus mortis, in quo datur facultas cuilibet Sacerdoti vt possit absolui à peccatis, & consequenter à censura. *Tom. 5. disput. 7. sect. 1. §. Veruntamen.*

Nauarr.

Cap. in eos

7 Quando absolutio censuræ sub conditione datur. v. g. *Satisfaciendi, vel se præsentandi suis ordinariis, aut coram Summo Pontifice;* non impleta huiusmodi conditione, ipso iure incurritur censura lata *in Capit. Eos de sent. excom.* Ratio est: quia cum illa absolutio conditionalis sit, formaliter, & virtute æquiualet monitioni de actu futuro præstãdo, sub pœna similis censuræ ipso facto incurrendæ. *Tom. 5. disp. 3. sect. 10. §. Solent præterea.*

8 Absolutus à censura in articulo mortis, etiam si à nõ proprio Sacerdote iudice, vel alio habente iurisdictionem extra illum articulum, sed à simplici Sacerdote, postea non indiget noua absolutione, vt notauit *Gloss. in cap. à nobis, de sent. excom. verb. non potuerit.* Ratio est: quia absolutio vera fuit, & ex iurisdictione veluti delegata ipso iure omnibus sacerdotibus pro illo articulo; vt colligitur *ex cap. Ea noscitur, & cap. Non dubium, cum aliis de sent. excom.* & significatur. *in Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. tom. 5. disp. 7. §. Aduertendum. sect. 1.*

Glossa in cap. à nobis. Cap ea noscitur. Cap. Non dubium. Cõcil. Trident.

9 Censura non tollitur ipso facto propter emendationem solam, vel quamcumq. satisfactionem peccatoris. Ratio est: quia licet contumacia debeat præcedere ad censuram ferendam, nõ tamen est necessaria, vt duret, & conseruetur, vnde ad illam auferẽdam semper requiritur absolutio, vt colligitur *ex cap. Qua fronte de appellat. & cap. Cum de sideres, de sent. excom. tom. 5. disp. 7. sect. 1. §. Insecũda difficultate.*

Cap. qua frõte, Cap cum desideres.

Item

Item nõ tollitur per elapsum tẽpus. Ratio est: quia proprius eius terminus, est solum in quantum contumacia durat; nec fieri potest, vt censura vsq; ad præfixum terminũ, ita ponatur, vt eo elapso cesset, etiã si contumacia duret, esset enim hoc contra finem censuræ, qui est cõprimere contumaciã, & contra rectitudinem iustitiæ, nã daretur occasio peccatori permanẽdi in sua cõtumacia. *Ibidem. §. Altera pars.*

Cap. Episcopus ante Cap. Pastoralis.

Item nec extinguitur propter mortem ferentis, siue à lege, siue ab homine lata sit, vt aperte probatur *in cap. Episcopus ante* 11. *q.* 3. *& cap. Pastoralis, de offic. Iudic. Ordinar. §. Praterea.* Vnde sequitur censuram non tolli, nisi per absolutionem. *Ibidem. §. In vltimo puncto.*

10 Excommunicatus à suo Episcopo per generalem sententiã, potest absolui ab alio Episcopo, ad cuius diœcesim domicilium transtulit, iuxta probabilẽ opinionem, quæ est in praxi secura. At verò excommunicatus, per particularẽ sententiam, non potest absolui ab alio iudice, etiã si aliò domicilium transtulerit: quia iam causa cœpta fuit corã alio iudice; & iurisdictio sic cõfirmata, non auferetur propter translationem domicilij: vt cõstat *ex cap. Proposuisti de foro cõpet. vbi Glo. multa refert iura. Tõ. 5. disp. 7. sect. 2. §. Iam ad catera.*

Cap. Proposuisti, et Glo. in cõ.

11 Absolutio à culpa non potest dari, nisi supposita accusatione, seu confessione alicuius culpæ. Absolutio verò à censura, potest dari, sine accusatione, vel confessione. Ratio est: quia absolutio Sacramentalis suppo nit cognitionem vinculi absol- uendi, & requirit materiam tan quam partem essentialem; quæ consistit in actibus pœnitentis, præcipuè in cõfessione, quæ aliquo modo contritionẽ indicat; at verò absolutio à censura, nec habet illam peculiarem rationẽ, nec semper seruat perfecti iudicij formam, & ideo datur omnino ignotis iudici, & inuitis, & etiam absentibus, & absolutio à culpa, non nisi volutariis, & præsentibus confertur. *Tom. 5. disp. 7 sect. 5. §. Sicut etiam.*

Differẽtia inter censuram, & culpam.

12 Iudex ordinarius potest absoluere validè à censura, non explicata à reo in particulari, non tamen rectè vtetur sua potestate; quia necesse est, vt in particulari, cognoscat causam censuræ. At iudex delegatus, si potest vti iurisdictione extra Sacramentum confessionis, idẽ dicendum est de illo, nisi aliud exprimat forma delegationis: quãdo verò potestas solũ data est in ordine ad Sacramentũ confessionis, nõ potest absoluere à censura, nisi explicata à reo in particulari, alioqui si ex instituto hoc taceatur, nihil fiet: secus verò si ex obliuione, tunc enim etiã per se, & directe tollitur censura per absolutionem generalẽ. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5 §. Dices, ergò.*

13 Ab-

13 Absolutio data à censuris absolutè per priuilegia, aut iubileum, in vtroque foro habet locum; quia cum verba sint absoluta, & gratiam contineant, amplianda sunt, potius quàm restringenda. At verò quando priuilegium datur cũ limitatione. v.g. pro foro conscientiæ, nõ amplius valet: quia Põtifex pro suo arbitrio potest non plus cõcedere, & ideò si priuilegiũ restringit, non plus valet, quam sonat. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Aliud dubium, & sequenti.*

Couar. lib 2. variar. c. 10. n. 3. Nauar. in sum. c. 27 nu. 278. Gutier. in 4. Canon. lib. 1. c. 2. Ledesma 2. p. q. 26. art. vlt.

14. Absolutus in foro interiori tantùm, potest liberè, ac permanenter se gerere, vt non excommunicatus, non solum in foro interiori, sed exteriori; dũmodo sufficienter de absolutione cõstet, & debitus ordo seruetur. Ratio est: quia absolutio illa est absoluta, & in re tollit censuram absolutè, & non secundum quid. Vt autem talis absolutio nota sit in foro exteriori, sufficit, vt ille, qui absoluit, de ea fidem faciat, & si necesse sit, potest illius iuramentum postulari. Plura verò testimonia, sunt aliena ab omni ratione exigere: & quando confessor fidem hanc præbet per se ipsum, debet tale scriptum dare pœnitenti, coram testibus, & tabellione, qui in altera scripturæ facie fidẽ faciat, illud scriptum esse talis Sacerdotis, &c. Vide *Nau. c. 27 n. 42. & lib. 5. Concil. nu. 25. de sent. excom.* Atque eadem proportione loquendum est, quando censura fuit publica, si non fuerit iuridicè denuntiata: nam tunc etiam obsolutio tollit omnino censuram: & quando iuridicè denuntietur, necesse est, vt coram iudice absolutio probetur, vt per eum absolutus declaretur: quia aliàs non poterit se gerere vt absolutus, sed tantum coram eis, quibus sufficiẽter de absolutione constat. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Difficultas verò: & seqq.*

Vide Nauar. cõtra Peñam in direct. In-

quisit. 2. p. & Salced in tractat. crim. canon. c. 104.

15 Quando potestas absoluendi à censura conceditur; & datur in foro conscientiæ tantũ, illa limitatio operatur duo, id est, vt non obstante tali absolutione, & pœnitentia imposita in foro penitẽtiæ, possit Ecclesiasticus iudex de illo delicto cognoscere, & satisfactionem acõmodatã foro publico imponere. 2. Necesse est, vt licèt nõ iteretur illa absolutio, saltem declaretur, ac comprobetur in foro exteriori, iuxta modum in conclusione præcedenti dictum. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Cum ergò.*

16 Quando potestas absoluendi à censura absolutè conceditur, ita vt in foro interiori, & exteriori valeat, non datur dependenter à Sacramẽto, vel cõfessione peccatorum. Ratio est: quia absolutio à censura, nõ pẽdet ex absolutione peccatorũ. At verò quando facultas conceditur tantùm in foro conscientiæ & in ordine ad internam, & bonam animæ dispositionẽ, solum

Sylvester verb. Absolutio. 3. Nauar. in sum. c. 26 nu. 31. Corduba in summa q. 19.

lum datur facultas ad absoluendum à censura intra Sacramentum pœnitentiæ. Ita multi viri docti censent de confessione facta per Bullam Cruciatæ, in qua habentur illa verba. *Auditis cõfessionibus eorum, &c.* Et Pius V. ita declarauit in Bulla Iubilei millesimi, quingentesimi, sexagesimi octaui, declarauit huiusmodi absolutiones dãdas esse in foro interiori, & pœnitentiali. *Tom. 5. disp. 7. sect 5. §. Tertio dubitari potest: & sequentibus.*

17 Quando conceditur facultas absoluendi à censura, cũ hac limitatione, v. g. *satisfacta parte*, certũ est apud omnes, per se loquendo necessarium esse, vt talis conditio præexistat; quia hoc expressè requiritur per illa verba, *Satisfacta parte*. Ergo vt quis legitimè vtatur potestate sibi concessa, necesse est, vt illam formam, seu conditionem seruet; quia aliàs absolutio est nulla, cum detur sine potestate ad sic absoluendum. *Tom 5. disp. 7. sect. 5. §. Vltimò quæri potest, &* §. *Sed quid.* At verò si pœnitens ob impotentiam non potest in præsenti tempore; secundùm probabiliorem sententiam (licet alij oppositum sentiant) potest absolui, si satisfaciat eo modo, quo de præsenti potest, v. g. præstando cautionem, vel pignoratitiam si potest, vel iuratoriam, si maiorẽ non potest. Ratio est: quia cũ Pontifex ait, *satisfacta parte*, intelligendus est, quantũ pœnitens facere potest: quia non est verisimile Pontificem postulare conditionẽ impossibilem: *Ibidem. §. Nihilominus probabilius.*

Iacob. de Graffis li. 4. c. 16. n. 6. Nauar. c. 26. n. 7. Armilla, ver. Abs. n. 48. Nauar. c. 27. nu. 47. Caie. ver. Absolutio

18 Quando in rescriptis, seu Bullis conditio, *satisfacta parte*, non apponitur absolutio ea non impleta, est valida, licèt iniusta, iuxta probabiliorem sententiã. Ratio est: quia quando concessio est absoluta, interpretanda est, secundùm ius cõmune; sed in iure communi: qui habet simpliciter hanc potestatem, facit actum validum, etiam si iniustè illa vtatur: ergò idem erit in casu præsenti. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Quinpotius.*

Nauar. c. 27. n. 37. contra Iacabum de Graffis.

19 Quando censura est talis, quæ nullam satisfactionem partis læsæ requirat, potest dari absolutio valida, absq; alia satisfactione. Ratio est: quia hæc clausula, *satisfacta parte*, non additur in Bullis ad limitandam potestatem absoluendi à solis illis delictis, quæ habent partem læsam, sed solùm, vt quando necessaria est talis satisfactio, permittatur: hæc est enim euidenter intentio Pontificis, & communis omniũ interpretatio. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Ex quo tandem fit.*

Hæc est omniũ interpretat.

20 In illa clausula, *satisfacta parte*, per partem non intelligitur Ecclesia, seu Prælatus præcipiens, vel excommunicans; sed aliqua persona offensa. Ratio est: quia illa offensio iudicis generalis est in omni censura, & similia

similiter obedientia, & cautio parendi Ecclesiæ generaliter requiritur. Vnde satisfactio idem est quò restitutio, seu honoris, seu famæ, seu aliorum bonorum, cuius rei exemplum optimum est *in Conc. Trid. sess. 25. cap. 12. de reform.* Ibi (*nisi plena restitutione sequuta.*) Et Pius V. in Iubileo anni. 1568. declarauit, huiusmodi absolutiones quæ fiunt (*satisfacta parte,*) etiam in foro exteriori suffragari: quod intelligendum iuxta superius dicta, hic concluſ. 14. *Tom 5. disp. 7. sect. 5. §. Qui propterea.*

Pius V. Medina in instructione confessorum cap. 12.

21 Absolutio ab excõmunicatione, siue à cẽsura, licèt sit cæremonia sacra, & aliquam sanctificationem conferens; nõ est Sacramentum. Ratio est: quia non significat gratiam, aut verã animæ sanctificationem. *Tom. 3. disp. 1. sect. 2. §. Dico tertiò.*

§. IIII.

Absolutio à censura ab homine.

1 QVI, dum in alieno Episcopatu versatur, & ab illius Episcopo excommunicatus est, excommunicatione lata per statutum; potest absolui etiam à proprio Episcopo; nisi cẽsura sit reseruata: sed vt huiusmodi hospes per sententiam particularẽ ab homine latã ligari possit ab Episcopo alterius diœcesis, requiritur, vt in eo supponatur legitima iurisdictio, siue ratione delicti ibi commissi, siue alio titulo acquisita fuerit, & tunc nõ potest absolui à proprio Episcopo: quia in tali causa, ille solus est iudex eius, à quo fuit excommunicatus. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. In secundo dubio.*

Vide Abbatem in cap. Graue nimis de præbẽdis. nu. 14

2 Qui Religionẽ ingreditur, potest absolui à Superiori Religionis à censura lata, per suum Episcopum, per sententiam generalem, aut per statutũ. Ratio est: quia Superior Religionis est tunc eius Ordinarius: secus dicendum de absolutione censuræ latæ per sententiam propriam, & specialem: tũc enim ratione litis, seu causæ inchoatæ, iurisdictio permanet apud priorem iudicẽ: at verò aliquæ Religiones possunt ex priuilegio absoluere ab omni cẽsura ab homine lata contracta ante ingressum Religionis, dummodò talis censura generaliter lata sit: quod priuilegium datum fuit Minoribus à Clemente IV. & postea ab aliis Pontificibus confirmatum; vel de nouo aliis Religionibus concessum, & multæ aliæ fruuntur illo per viam cõmunicationis. Quod intellige de sentẽtia generali, & nõ speciali; quia nũquam comprehenditur sub his priuilegiis. At verò censura lata pro particulari delicto, occulto tamẽ quoad personas, potest absolui ratione horũ priuilegiorum; in quas

Clemẽs. 4.

in quas confusè tantum, & sub ratione delinquentium lata sit, post satisfactionem exhibitam parti. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. Ad tertium dubium, & sequentibus.*

3 Iudex ad quem appellatū est, potest absoluere à censura lata ab inferiori, vt patet *ex cap. Per tuas de sent. excom. & cap. Venerabilibus. §. Porrò codē tt. in 6.* Sed vt ea potestate legitimè vtatur, debet seruare modum iure præscriptum. ff. quod nō absoluat, nisi prius constiterit priorē cēsurā fuisse iniquè datam, alioqui remittere potius debeat, ab solutionem ad iudicem, qui illā tulit, nisi vel sit periculū in mora, vel ille nolit absolutionē impendere. Vide *cap. ad reprimendam. de offic. Ordin. Tom. 5. disp 7 sect. 2. §. Ad quartum dubium.*

Cap. Per tuas. *Cap. Venerabilibus.* *Vide Abbatem in cap. Cum ab excom. de rescript. num. 14.* *Cap. Ad reprimendam.*

4 Iudex, a quo appellatum est, potest à censura à sē lata absoluere, quando non constat fuisse censuram benepositam. Ratio est: quia quamuis per appellationem sit in alium causa trāslata, nihilominus ille, à quo appellatum est, non omnino amittit iurisdictionem ordinariam, quā habebat, sed solum habet illam quasi impeditā, ne quippiam agere possit, quod effectū seu fructū appellationis possit impedire. Quod est conforme textui, *in cap. Cum cessante, & cap. Cum teneamur de Appellat. in 6.* Idem dicendum de iudice delegato in fauorem censuræ, *in cap. Qua fronte. de Appellat.* quæ sententia magis placet Doctori, licet alij oppositū teneant. *To. 5. disp. 7. sect. 2. §. Ex quo intelligitur.*

Cap. Cum cessante. *Cap. Cum teneamur* *Cap. Qua fronte.*

5 Excōmunicatus ad petitionem alicuius partis, non potest ad petitionem ipsius partis à quolibet sacerdote absolui. Ratio est: quia consensus partium in hoc nihil operatur, nisi Superiorem adeāt, quia ipsi non possunt iurisdictionem conferre: colligitur ex *cap. ex causis, de officio. delegat. Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. Quinti dubij.*

Cap. Si à Iudice de appellat. in 6. *Abbas in cap. Quæstioni. n. 7. de appell.*

6 Censura ab homine per sententiam particularem lata, iure cōmuni, & ordinario per absolutionē tollēda est ab eo, à quo lata fuit. Sumitur *ex cap. Inferior dist. 21. & cap. Verbū, de pœnit. dist. 1. & cap. Prudētiam, & cap. Pastorali §. Præterea. de offic. ordin.* At vero si iudex, qui tulit cē suram cessat quacunq; de causa, tunc recurrendum est ad superiorem, aut ad successorem, vt colligitur *ex cap. Si is cui de officio. deleg. in 6. & cap. Si Episcopus ante 11. quæst. 3.* Item quod dicitur de Episcopo succedente, idem dicendū de Capitulo Sede vacante, iuxta *cap. 1. de maiorat. & obedīēt. in 6.* Item quod intelligitur de Pastoribus ordinariis intelligendū est de Legatis, *cap Pastoralis. §. Præterea de officio ordin. & cap. si Episcopus ante 11. q. 3.* Quod locum habet, vel quando vno delegato mortuo, alter loco illius super eandē causam, & cum eadē potestate

Cap. Inferior. Cap. Verb. Cap Prudent. Cap. Pastoralis. *Cap. Si is cui. Cap. si Episco.* *Cap. Pastoralis.*

mittitur; vel certè quando delegatio non erat facta personæ, sed dignitati. Deniq. non solum successores Episcoporum, sed aliorum Prælatorum, & qui eorum loco substituuntur, eãdem cum illis potestatẽ habere censentur. *Tom. 3. disp. 7. sect. 2. §. Duo primò, & sequent.*

D. Thom. in 4 d. 18 q 2. ar. 5. Palu. q. 5 Sot. d. 22. Ang. ver. excomm. 4 nu. 1. Tabiena n. 8. Armil. verb. Suspensio. n. 22 Nau. c. 27. n. 4. Couarr. in c. Alma. p. 1. §. 12. nu. 2.

7 Quilibet Sacerdos potest absoluere in articulo mortis à censura lata ab homine per particularem sententiam, sub necessaria, & debita cautione: tũc enim quilibet est quasi delegatus iudex, cum non sit copia recurrẽdi ad proprium iudicem. At verò non excluditur quilibet alius ex cõmissione iudicis ipsius. *Vt in cap. Prudentia. §. Vltimo de officio. de leg. cap. Pastoralis. §. Præterea. de offic. Ordin. cap. Sacro. §. Caueat. de sent. excom. & ex cap. Si quis à proprio. 11. q 3.* Itẽ non excluditur Prælatus superior non in dignitate, sed in iurisdictione, respectu talis personæ, vt in tali causa versatur, ita vt vterq; habeat iurisdictionem in illam, inferiorem tamen, & superiorẽ; quod non potest intelligi, nisi per subordinationem, & depẽdentiam aliquã iurisdictionis, vnius à iurisdictione alterius. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. Itaque in primis, & seq.*

Vgol. in. li. 1. c. 4. n. 3. Caiet. ver. Absolutio Sũma con

8 Excõmunicatus per generalem sententiam latam pro futuris delictis, solum potest absolui à ferente talem sententiã, siue censuram. Ita sentit. *Glos. in cap. Ex frequentibus, de institut.* Fundamentũ est: quia talis censura est simpliciter ab homine, & non à iure: ergò generalis regula in iure fundata, quòd censura ab homine à solo ferente, vel Superiori tollatur, in illa etiã locum habet. Quæ sententia est in rigore iuris vera, & in praxi tutior. Quamuis multi, & graues Doctores censeant oppositum, scilicet iudicandũ esse eodem modo, quo de censura lata à iure. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. Secunda sententia, & seq.*

fessor. li. 8 tit. 33. qu. 86. Abb. & alij.

9 Qui potestatem habet delegabilem, non solum per se, sed per alium potest à censura, à se lata absoluere. Prima pars per se patet, quia hæc iurisdictio delegabilis est. At posterior pars addita est: quia non omnes habentes iurisdictionẽ possunt illam delegare: sed qui habent illam ordinariam, vel cum potestate subdelegandi. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. § Atque hinc vlterius colligitur: & seqq.*

Vide plura in Vgolino. tab. 1 c. 13. n. 13

§. V.

Absolutio quoad censuram à iure.

De Parochis vide S. Thõ. in 4. q. 1. ar. 1. D. Bonauent. p. 2. q. 6. Maior. d. 19. quæst. 2.

1 A Cẽsura à iure nõ solum ab Authore iuris, sed à successore, & à superiore potest quis absolui, sicut diximus supra de censura ab homine, conclusio. 6.

dub.3.Sot §.4.de absolutione à censura ab
d.22.q.3. homine. Item potest absolui ab
ar.2. Syl- inferiori, si non sit reseruata Pō
ueſt.verb. tifici, verbi gratia, Episcopus,
Absolut. vel Parochus, vt constat *ex cap.*
n.4.et ver. *Nuper. de sent. excomm. Tom* 5.
cajus.n.3. *disp.7.sect.3.§. Quoniam de ipsa-*
Nau.c.27 *met: & sequenti.§.Vltimò explin.39. & canda: & sequent.*
alij.

2 Ratio ob quā muneri Episcopi,& Parochi cōiuncta sit potestas absoluendi à censura à iure, colligi potest ex natura ipsius censuræ, præsertim excommunicationis; quia talis est pœna,vt ex intentione Ecclesiæ auferenda sit, quoties reus fuerit dispositus,& satisfactionem obtulerit.*Cap.Qua fronte.de.Apella*
Cap. Qua tione.& ideo facilius,ac generafront. lius conceditur potestas absol-
Cap. Cum uendi,quam dispensandi.Vt sumillorum. mitur etiá, *ex cap.Cum illorum. de sent.excom.Tom.5.disp.7.sect. 4.§.Ratio autem.*

3 Ille, qui habitat diuturna mora in aliena diœcesi, licèt nō sit per translationem domicilij,
Vide Ab- sed per quandam permanētem
batē.in c. habitationem, tunc potest (vt
Excom.de est valde probabile) ab Episco-
offi. Lega. po loci absolui,siue censuram in
n.7. & c. eo loco contraxerit, siue alibi.
Quod cle- Et licèt commoretur cum licen
ric.de for. cia sui Episcopi, siue non. Ratio
cōpet.n.4. est: quia ille Episcopus reputa-
& cap.Ex tur, vt proprius quoad hunc a-
parte R. ctum absoluendi à censura,quid
n.8. eodē quid sit de aliis. Item vagabun-
tit. di,nullibi habētes,fixum domicilium, possunt sine dubio absolui ab Episcopo loci, in quo actu versantur etiam si per breue tēpus sint commoraturi ibi.Ratio est: quia illi non habent alium Episcopum; & non debent carere pastore.*Tom.5.disp.7.sect.3 §.Quæri tamen: & sequent.*

4 Religiosi non exempti possunt absolui à censuris iuris cōmunis,ab Episcopo loci, in quo habent domicilium: si enim exempti non sunt, sunt subditi: ergò potest Episcopus exercere actus iurisdictionis circa illos: secus dicēdum de exemptis per priuilegia Pontificia, cum in eis non habeat iurisdictionem: neque illi possunt quoad hoc se Episcopo subjicere,quia esset in detrimentum Religionis.*Tom.5 disp.7.sect.3.§. Solet etiam.*
Cap. Religioso de sent excō. in 6.c.Monachi., de sent.excō. & cap.de Monialib. eod.tit. vi de plura in Vgolin. 1.tab.ca. 10.§.1.

5 Qui potest absoluere à cēsura iuris, potest etiam absoluere à censura per statutum Episcopi, aut Concilij Prouincialis lata.Ratio est: quia textus. *Nuper de sent.excomm.*absolutè loquitur de sententia iuris, quæ locutio in rigore omnia iura cō prehendit. *Tom.5.disp.7.sect.3. §. Sed nihilominus.*
Couar.ca. Alm.1.p. §.12.n.4. Sylvest. verb.Ab solut.n.7.

6 Omnes, qui possunt absoluere à peccatis mortalibus, possunt etiam à censura non reseruata iuris. Quia appellatio proprij Sacerdotis, extenditur ad omnem illum, qui iurisdictionem habet ad absoluendū à peccatis mortalibus: quia quatenus illud munus exercet, subit vicem & modum sacerdo
Soto in 4. d.22.p.2. ar.2 Nau. cap.27. nu.39.

tis proprij, ergo. *Tom. 5. disp. 7. sect. 4. §. Ad hoc dubium.*

7 Quando Parochus iurisdictionem ad absoluendũ à peccatis delegat, etiam facultatem absoluendi à censura concedit. Ratio est: quia hæc iurisdictio, ſſ. absoluendi à censura, non delegatur à Parocho, sed ab ipso iure, & auctore eius, & ideò quãdo Parochus committit alicui suam iurisdictionem absoluendi à peccatis, ipso iure ille alius recepit facultatem absoluendi à censuris non reseruatis. *Tom. 5 disp. 7. sect. 4. §. Ad secundam obiectionem.*

Vide cap. vlt. de offic. ordin. vbi gloss. Nau. c. 27 n. 45. Ioã. de Lignano tract. de cens. Eccl. §. 26. n. 3.

8 Absolutio data ex vi iuris à censuris non reseruatis, conceditur non solum in foro interno, sed etiam in externo. Ratio est: quia Pontifex *in cap. Nuper. de sent. excomm.* loquitur absolutè, & fauores potius sunt ampliandi, quàm restringẽdi. *Tom. 5. disput. 7. sect. 4. §. Aliud dubium.*

Vgolinus tab. 1. ca. 10. §. 5.

§. VI.

Absolutio quoad censuram reseruatam.

1 CVi conceditur facultas absoluẽdi à peccatis Papæ reseruatis, conceditur etiã ad absoluendum à censuris reseruatis eidem. Ratio est: quia nullus casus reseruatur de facto Pontifici, qui nõ habeat censuram annexam: secus dicẽdum de censuris reseruatis Episcopo, cum Episcopi habeant casus reseruatos sine censura annexa. Vnde, *vt ait Nauarrus*, licèt Episcopus cõcedat omnem suã auctoritatẽ ad audiendam confessionem alicuius, & absoluendum illum in confessione, non censeri dari facultatem ad absoluendum à censuris sibi reseruatis. *Tom. 5. disp. 7. sect. 4. §. Respondetur ad primum, & sequenti.*

Nauar. in Summa. cap. 27. n. 261.

2 Per concessionem indulgentiæ plenariæ, non datur facultas, vt quis absoluatur à censura reseruata. Ratio est: quia hæc duo beneficia sunt valde diuersa, nec vnum continetur in alio. Idem licèt concedatur per modum Iubilei; quia quando tunc conceditur, solum concedi tur indulgentia plenaria, quæ solet concedi in Iubileis; non verò facultas absoluendi à censura reseruata; requiritur enim, vt expressè concedatur. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Prima igitur, & sequenti.*

Est certũ, & per se patet.

3 A censuris per Canonem reseruatis, solus Autor Canonis, vel eius Superior, vel qui habet potestatem delegatam à potente, potest absoluere: quod est manifestum in iure, & colligitur ferè quoad omnes partes, *ex ca. Nuper de sent. excom. To. 5. disp. 7 sect. 5. §. Vltima regula.*

Regula generalis.

4 Varij sunt modi, quibus cõceditur facultas absoluendi à censuris

§. VIII.

Absolutio quoad conditiones requisitas ex parte absoluentis à censura, & absoluendi.

1 ABsoluens à censura etiam in articulo mortis, debet esse clericus, saltem in prima tonsura initiatus; sicut enim nō ligat nisi clericus, ita solus ille absoluit. *Tom. 5. disp. 7. sect. 6. §. Et primum ex parte, & §. Contraria nihilominus.*

Vgol. tab. 1. cap. 4. § vlt. n. 7. Palud. in 4. dist. 20. art. 2. Sot. d. 18 q. 4. ar. 4. Nauar. de pœn. d. 6. c. 1. in princip. n. 83. Nau. c. 26 n. 26. et c. 27. n. 252 Graff. l. 4. c. 15. n. 79

2 Iudex Ecclesiasticus habens potestatem absoluendi, & excommunicādi, licèt sacerdos non sit, potest in articulo mortis absoluere quemlibet à censura, etiam nō subditum, quem extra articulum absoluere non posset, v.g. quia est alterius territorij. Quod fundatur in quadā pia interpretatione Ecclesiæ. At verò Doctori nostro probabilius videtur; hāc potestatem solum cōcedi sacerdotibus ob necessitatem, nisi aliàs inferior clericus iurisdictionem habeat in talem personam, vel censuram eius. *Tom. 5. disp. 7. sect. 6. §. Nihilominus tamen.*

Vgol. tab. 1. ca. 4. §. vlt. n. 6. Palud. in 4. d. 18. q. 5. n. 10.

3 Absoluens debet absolutionem censuræ conferre ex certa scientia, & libera voluntate; vnde intercedente fraude, aut alio defectu substātiali, vt, v.g. si reus falsis testibus probet, se satisfeciſſe parti læsæ, cum reuera non satisfecerit, vel si in confessione dicat se non posse, cum tamen possit; vel si dicat se habere pro positum parendi Ecclesiæ, & non habeat, &c. redditur nulla absolutio. Item est nulla absolutio, si intercedat vis aut metus cadens in constātem virum iuxta *cap. vnic. de his quæ vi, de sent. excom. in 6.* Quāuis metus, aut vis non inferatur à subdito Ecclesiæ, v.g. ab homine, vel principe Gentili: tum quia hæc lex absolutè irritat actum absoluentis, qui est Ecclesiæ subditus; tum etiam quia ille Gentilis in hoc infert iniuriā Ecclesiæ, quæ potest se defendere. *Tom. 5. disp. 7. sect. 6. §. Secunda conditio, & sequentibus.* *Cap. Vnic. de his, quæ vi.*

4 Persona absoluenda debet esse distincta ab absoluente, quia nemo est sibi subditus. Item debet esse persona viua, quia potestas humana non se extendit vltra hanc vitam. Quamuis mortuus possit absolui modo, supra §. 3. *conclusione* 5. At verò non requiritur præsentia localis de essentia absolutionis: quia si ligari potest absens, multo magis absolui, vt constat ex vsu Ecclesiæ, & *ex cap. Quanto. 2. q. 5. Tom. 5. disp 7. sect. 7. §. Atque ex hac conditione, & sequentibus.* *Cap. Quāto.*

5 Absolutio censuræ potest dari inuito; imo & ignoranti. Ratio est: quia censura non est

culpa, sed pœna, si voluntatē delicti mutet, quia iam cessat delictum, vel si delictum sit omnino transiens quoad actum; etiā si quis sit in eo impœnitens, nolitque satisfactionem exhibere; secus dicendum si habeat tractum successiuum, tūc enim repugnat, censuram tolli perseuerāte eodem iure ex vna parte, si est ab ipso iure imposita, & cōtumacia ex alia; quia ratione talis contumaciæ, semper est illà censura, quadam in continua cōseruatione, ex vi illius iuris, & ideò nullus, qui nō habet iurisdictionem auferendi, aut suspēdendi ius illud, potest talem censuram per absolutionem tollere. Vnde Hæreticus non potest absolui à cēsura, dum in sua pertinacia perseuerat, nam illud delictum habet tractum successiuum sufficientem ad contrahendam censuram. Tamen estò in his casibus sit valida absolutio, erit etiam illicita concurrentibus tribus conditionibus. 1. Vt talis absolutio nō cadat in præiuditium tertij. 2. vt scandalum, seu contemptus censurarum caueatur. 3. vt sufficienti experimento, & aliis signis, & coniecturis constet non sperari fructum ex tali censura, sed detrimentum sequi. Et idem dicendum siuè sit censuræ ab homine, siue à iurè nisi speciali iurè cautum sit, vt pœnæ aggrauētur. *Tom. 5. disp. 7. sect. 7. §. Secundo colligitur, & sequent.*

6 Item persona absoluenda, requiritur, quod sit subditus aliquo modo in hac iurisdictione fori contentiosi, illi qui absolutionem præstiturus est; quia hæc duo correlatiua sunt, habere iurisdictionem in alterum, & hūc subdi iurisdictionem habenti. *Tom. 5. disp. 7. sect. 7. §. Quia hæc res.*

§. IX.

Absolutio à censura quoad formam.

1 IN absolutione à censura nulla sunt ex iure præcepta verba, quæ sint de essentia illius. Cōueniūt omnes, sed necessarium est, vt fiat aliquo verbo, aut signo sensibili sufficienter significāte, eum qui censura ligatus erat, solui, & liberari ab ea: qualia sunt. *Absoluo te, vel reconcilio te Ecclesiæ.* Item necessarium est aliquod verbum, quo ille moralis effectus tollendi censuram indicetur, siue sit verbum. *Tollo, siue benedico, aut rebenedico.* Deinde quod exprimatur persona quæ absoluitur, & persona absoluentis, saltem implicitè in ipso verbo, quo significatur actus absoluendi. *Tom. 5. disp. 7. sect. 9. §. Sicut censura, & sequent.*

Ricard. in 4. d. 18. q. 5. art. 10. Sylvester verb. Absolutio. 3. num. 2. Nauar. de pœnit. d. 6 c. 1. n. 59. & in comēt. de Iubileo. not. 30. nu. 8. Couarr. c. Almæ. §. 11. n. 6. et 7. & alij.

2 Item requiritur in absolutione à censura, vt addatur determinatio censuræ, qua significetur absolutionem esse à censura,

Vide Vgolinū tab. 1 cap. 23.

fura, vel à tali censura. Quando nihil præcedit, ex quo possit moraliter fieri talis determinatio, vt quando ante absolutionē Sacramentalem, præmittitur absolutio à censuris, ipso absoluente, nihil petente, & nihil cogitante de censuris: secùs dicendum, quando ex forma iudicij, seu ex his, quæ proximè antecedunt, constat de qua re fit sermo, v.g. si reus petat absolutionem à cēsura, satis est, quòd iudex respondeat (*Ego te absoluo*) nisi tale sit verbum, vt ex propria significatione requirat talem determinationem, v.g. si vtatur iudex verbo, *Tollo, vel aufero à te.* quia tunc sine tali determinatione, non reddit censum perfectum. *Tom. 5. disp. 7. sect. 9. §. Inquiri verò hic, & sequent.*

Sylvester. verb. Absolutio. 2. §. Quantū est.

3 In absolutione à censura non requiritur per se, vt exprimatur causa censuræ; quia nullo iure cautum est. Aliquando tamen oportet, vt exprimatur, vt constet à qua censura pœnitens absoluatur, v.g. quando aliquis est ligatus pluribus cēsuris propter diuersas causas, qui potest absolui ab vna, quamuis nō absoluatur ab aliis. *Tom. 5. disp. 7. sect. 9. §. Quæri verò.*

D. Tho. in 4. d. 18. q. 2. art. 5. quæstiunc. 3. & ibi Palud. Panorm. in. ca. pro causa, & ca. officy. cit. & Na

4 Qui est ligatus pluribus cēsuris, si absolutionem petat ab eo, qui potest absoluere ab vna tantum, illa solum tollitur, quantumcumque petatur, & concedatur absolutio quę sub potestate absoluentis cadit: quia non repugnat tolli vnā sine alia; secus dicendum est, si absolutio petatur à iudice potente ab omnibus censuris absoluere, sine vlla determinatione, sed absolutè, & eodem modo cōcedatur, nisi ad aliquam suam intentionem determinet. Item quando petitio est determinata ad aliquam censuram solum, licèt absolutio concedatur simpliciter, illa tantum auferetur: quia cōcessio accomodatur petitioni. Item absolutio simplicitèr petita, concessa autem pro determinata censura, illam tantū aufert. Hæc doctrina tota est communis: vt colligitur ex dictis capitibus iuris. *Tom. 5. disp. 7. sect. 9. §. Itaque in eo, & sequentibus.*

nar. in cap in corundā de iudæis not. 11. n. 12. & c. Cum pro causa, & c. Officy de sen. excom. Couar. ca. Alma. p. 1. §. 11. n. 12. & 13.

5 Inferior Prælatus non potest absoluere à censura, per nutus, aut alia signa, sed per solaverba, aut scripturam, vt colligitur *ex cap. Aliquādo de sent. excom. & cap. Cum desideres eodem tit. & Clement. vlt. de sent. excom.* Secus dicendum de Romano Pōtifice, vt cōstat ex *Clement. cit.* Ratio est: quia habet supremā potestatem independenter à iure positiuo, ad tollendas censuras. *Tom. 5. disp. 7. sect. 9. §. Vltimò inquiri potest, & sequent.*

Clement. vltima.

6 Absolutionem cēsuræ debet præcede repetitio absolutionis, nō quia sit de substantia, sed quia ad conuenientem, debitūque modum absoluēdi expedit. sumitur, *ex cap. Per suas de sent. excō. & cap. significasti, de eo, qui duxit*

c. Per suas. & Signific.

duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. Ibi, *si petierit*, licèt quãdo sit periculum in mora possit dari absolutio sine petitione. Quid autem si seruandum in huiusmodi absolutione in ordine ad forum externum, quando in illo fit, ad nos nõ pertinet, videatur *Vgolin. tab. 1. ca. 19. §. 31.* & *Couar. in cap. Alma. 1. p. §. 12.* In foro autem pœnitẽtiæ, nulla specialis circunstantia requiritur, sed solum vt pœnitẽs exhibeat sufficientia signa obedientiæ ad Ecclesiam: de aliis solemnitatibus tam ante absolutionem, quàm post illam, nihil potest dici in cõmuni, quia nullæ præceptæ sunt, quæ cõmunes sit omnibus censuris: seruetur consuetudo recepta, & vsus practicus; in cæremoniis in vniuscuiusq; censuræ absolutione. *To. 5. disp. 7. sect. per totam.*

Vgolino. Couarr.

§. X.

Absolutio quoad censuram Canonis.

1 A Censura Canonis. *Si quis suadente, &c.* Potest absoluere Summus Põtifex, aut eius Legatus à latere, aut Legatus missus in propria Prouincia. De Sũmo Pontifice patet, de Legato à latere sumitur, *ex cap. Ad eminentiam cum alijs de sent. excom.* De Legato misso colligitur ex tenore *cap. Penult. de offic. Legati.* Excepto mortis articulo, vbi nulla est reseruatio, iuxta idem *cap. Si quis suadente.* Ibi *Et nullus Episcoporum illum præsumat absoluere, nisi mortis vrgente periculo, donec apostolicò conspectui, præsentetur, & eius mandatũ suscipiat.* Exceptis item aliquibus casibus à iure cõcessis personis impeditis, vt constabit, ex conclusionibus sequentibus. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. In secũda parte.*

Cap. ad eminentiã. c. Penult. de offic. legati.

2 Episcopus potest absoluere à censura Canonis in articulo mortis cum iuramento præstito restituendi, & accedendi ad Sũmum Pontificem, aut eius Legatum. Quod conceditur etiã simplicibus Sacerdotibus, vrgente necessitate, iuxta *cap. Ea noscitur, de sent. excom. Tom. 5. disp. 22 sect. 1. §. Principio igitur.*

Cap. Ea noscitur.

3 Item potest Episcopus absoluere mulieres à censura Canonis, senes, valetudinarios, seu mẽbrorum destitutionibus impeditos, satisfacta parte, iuxta *cap. cit. Ea noscitur, de sent. excõ. Ibidem. §. Præter hanc. Tom. 5. disp. 22. sect. 1.*

4 Item potest absoluere Episcopus, eos qui infra annos pubertatis hoc delictum committunt, quia eos ætas excusat, iuxta *cap. 1. de sent. excom.* Et eorũ excommunicatio est reseruata Episcopo, iuxta *cap. Pueris, & cap. De cætero de sent. excomm.* A qua censura possunt eos Episcopi

Cap. 1. de sent. excõ. cap. Pueris, & ca. de cætero cap. vlt. de sent. excommun.

censuris reseruatis. Aliquando enim delegatur solo verbo, determinatæ personæ, vel in particulari casu, vel in generali. Aliquãdo verò, per priuilegia perpetua; vt v.g. per priuilegia, quæ conceduntur Religionibus: vt videre licèt in compendio priuilegiorũ, *titulo. Absolutio quoad sæculares. Tom. 5. disp. 6. sect. 5. §. Alio ergò modo.*

Compendium priuilegio.

5 Potestas ad absoluendum à censuris reseruatis, est concessa omnibus Sacerdotibus de iure communi, pro articulo mortis; quãuis sint reseruatæ ratione cuiuscumque culpæ, sine exceptione, neque ex parte Sacerdotum, neque ex parte culparũ iuxta doctrinam. *Conc. Trid sess. 14. c. 7.* Cuius verba sunt hæc: *In eadem Ecclesia Dei custoditũ semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, &c. Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. In hac ergò.*

Cõc. Trid.

6 Concessa facultate ad absoluendum à censuris, non conceditur facultas ad reseruata. Iuxta regulam iuris, sc. *In generali concessione nõ veniunt ea, quæ quis nõ esset concessurus verisimiliter in specie.* Quæ regula est 8. in 6. & habetur etiam *in capit. vlt. de Offic. Vicar. in 6. Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Vt ergò.*

D. Anton. 3. par. tit. 24. c. 77. §. 1.

7 Concessa facultate ad absoluendum à casibus Papæ reseruatis, non comprehenduntur, casus contenti in Bulla Cœnæ, etiã si expressè nõ excipiãtur. Ratio est: quia illæ cẽsuræ iuxte vsum, & morem Ecclesiæ habent specialem rationem, & grauitatem, ac reseruationem ratione cuius, non censentur comprehẽdi sub clausula generali. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Ex quo eum proportione.*

Iacobus & Graf. li. 4. decis. cap. 18. nu. 2. & ca. 15. nu. 76. citans Nauarr. & Couarr.

8 In concessione generali omnium censurarum Papalium, etiam contentarũ in Bulla Cœnæ, non intelligitur comprehensa, censura propter peccatũ hæresis. Ratio est: quia specialis casus non comprehenditur sub generali clausula, & præsertim in mandatis, & commissionibus, iuxta *cap. Qui ad agẽdum, de procuratoribus in 6.* Vnde quando Papa vult eum concedere, eum exprimit. Vt fecit *Sixtus V. in quodam Iubileo anni 1589. Et Clemens VIII. in alio Iubileo, anni 1594. Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Hinc vlterius.*

Nau. c. 27. nu. 275. Couar. in c. alma p. 1. §. 11. n. 15. Iacob de Graffis li. 4. c. 15. num. 25. Vgolino tab. 1. cap 54. n. 10.

9 Sub facultate ad absoluendum à censuris Papæ reseruatis, comprehenduntur reseruatæ Episcopis. Ratio est: quia, si Pontifex potest absoluere à censuris reseruatis Episcopis, tanquã illis Superior: ergò potest talẽ potestatem delegare. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Addunt nihilominus, & sequentibus.*

Vide Iacobu de Graffis li. 4 c. 15. n 28. Nau. in c. Ita quorũdam de iudæis not. 11. n. 71. & sum. c. 27. n. 261

10 Absolutio à censuris reseruatis simpliciter, aut generaliter data, omnes comprehendit, etiam oblitas; ita vt alia absolutio necessaria non sit, verbi gratia, si habens potestatem absoluit generaliter aliquem ab

omnibus censuris, omnes tollit, quæ cadunt sub eius potestate. Ratio est: quia potestatem habet de se efficacem, & ea vtitur cum intentione conferendi effectum: & non est, quod illam impediat, cum ex parte absoluentis non sit necessaria scientia talis censuræ in particulari; & multo minus requiritur ex parte absoluti, vt per se est notum, quia potest quis ligari ignorans, ergò & absolui. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Occurrũt tamen.*

Est per se notum.

11 Censuræ oblitæ tolluntur per se per absolutionẽ generalem, ita vt necessaria non sit alia absolutio earũ, licèt in memoriam redeant. Secus dicendum de peccatis oblitis in confessione, quæ solum per accidẽs auferuntur, & ideo semper manent obnoxia simili iudicio. Ratio differentiæ est: Quia iudicium sacramẽtale in quo datur absolutio peccatorum, requirit integram causæ cognitionem per se, & præcepto diuino omnia peccata mortalia clauibus subjiciuntur; non est autem tale præceptum Ecclesiasticum de censuris impositum: nec absolutio à censura, ad alium finem intrinsecum ordinatur, nisi ad tollendum illud impedimentũ Ecclesiasticum, & ideo quacunque ratione auferatur ab eo, qui habet potestatem, non manet alia obligatio. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Imo in hoc.*

Differẽtia inter absolutionem à peccatis, & à cẽsuris.

12 Qui bona fide absoluitur à censura reseruata, virtute Iubilei, etiam si postea iubileum non lucretur, verè manet absolutus. Ratio est: quia talis absolutio datur absoluta, & non cõditionata; vt constat, tùm ex potestate concessa, tum ex verbis, & intentione absoluentis: quæ opinio videtur Doctori nostro probabilior, & satis secura, non solũ quãdo prædicta omissio casũ, aut inuoluntariè accidit; sed etiam si ex negligentia voluntaria contingat. Vnde, nec postea reincidit in similem censuram propter rationem dictã. *Tom. 5. disp. 7. sect. 5. §. Aliud practicum, & sequent.*

Vgolinus tab. 1 §4. num. 4. Cordub. in Sum. q. 21

§. VII.

Absolutio à censura quoad diuisionem.

1 ABsolutio à censura primo diuiditur in eam, quæ est à iure, vel in eam, quæ est ab homine. Qualis sit absolutio ab homine constat ex vsu. Absolutio autem à iure erit si sub hac forma feratur absolutio simul cum censura, *si hoc fecerit ex tũc sit absolutus.* Secundo diuiditur in absolutam, & cõditionatam. Absoluta est quæ nec in verbis; nec in intentione absoluentis claudit conditionem. Conditiona-

tionata est, quæ sub conditione aliqua datur; quæ conditio potest esse, aut de præsenti, aut de præterito, aut de futuro: si est de præsenti, aut de præterito statim operatur, vel nulla redditur: quæ absolutio ex causa potest dari, & absq; illa erit peccaminosa, secũdum grauitatẽ, aut paruitatẽ materiæ, cum sit contra reuerentiam rerum sacrarũ; & sit abusus quidam Ecclesiasti cæ potestatis. Absolutio verò data sub conditione de futuro, nõ habet effectum statim, sed conditione impleta, frequenter tamen est illicita; licet aliquando cohonestari possit; quia non est de se malum talis modus absoluendi; nec iure prohibitus, sed tantum est contra non vsum Ecclesiæ. *Tom. 5. disp. 7. sect. 8. §. Primò ergò, & sequent.*

Vide Nauar. de pœnit. d. 6. c. 1. in prin. n. 64. & in fum. c. 26. nu. 12. Couarr. cap. Alma. p. 1. §. 11. n. 6. Vgolin. tab. 1. cap 22. n. 2.

2 Absolutio à censura tertiò diuiditur in simplicẽ, & ad cautelam, quæ substantialiter non differunt, sed tantum in modo conditionato, orto ex defectu cognitionis, seu certitudinis ipsius censuræ, quando enim constat certo de cẽsura, tunc datur absolutio absolutè, & simpliciter: quando verò censura ignoratur, aut est dubia, tunc si petatur absolutio ob maiorem certitudinem, vocatur ad cautelam. Quæ duobus modis solet dari: primò ex causa, nulla præcedẽte dubitatione, aut cognitione cẽsuræ. Secũdò ratione dubitationis censuræ: at requiritur quòd dubium cadat in valorẽ, & nullitatem censuræ; nam si sit dubium de iniustitia, vel alio defectu, qui non sit contra substantiam censuræ, tunc non habebit locum absolutio ad cautelã, sed simplex necessaria erit, quia nõ obstante illo dubio constat censuram fuisse validã. *Tom. 5. disp. 7. sect. 8. §. Tertiò diuidi potest, & sequentibus.*

Multa disputat Couarr. cap. Alma. 1. par. §. 12. nu. 7. Vgol. tab. 1. ca. 22. § 1.

3 Solus ille, qui potest absoluere à censura certa, potest à cẽsura incerta, ac dubia. Ratio est: quia hæc absolutio datur ad tollendam omnem dubitationem censuræ: ergò necesse est, vt qui sic absoluit, potestatem habeat ad tollendam censuram, si fortasse in re ipsa sit. *Tom. 5. disp. 7. sect. 8. §. Alio modo.*

4 Absolutio à censura, quartò diuiditur in simpliciter, & in reincidẽtiam. Absolutio ad reincidẽtiam, dicitur illa, per quã tollitur censura, non in perpetuum, sed ita vt reditura sit, vel post certum tẽpus, vel post certum effectum; vnde omnis absolutio quæ sic non datur est simpliciter. *Tom. 5. disp. 7. sect. 8. §. Vltimo diuidi potest.*

Qui modus absolutionis est valde vsitatus, & frequens.

5 Absolutio ad reincidentiam, vel est ad certum tempus, seu effectum; & hæc nõ est propriè ad reincidentiam, sed absolutio ad actum, seu ad tẽpus, quæ frequentius datur ad cautelã: vel est sub cõditione satisfaciendi, vel aliquid faciẽdi intra certũ tempus, quo transacto, &

non impleta conditione, iterum incidatur in censuram, & hæc est propriissima absolutio ad reincidentiam, ad quam incurrendam non est necessaria noua sententia; alias absolutio non esset limitata ad tempus, vel actum, sed absoluta. Ratio verò, cur potest cēsura redire est, quia redit ex vi prioris sentētiæ, quæ iusta fuit, & ita semper respicit illam contumaciam, in qua talis sententia fundata fuit. *Tom. 5. disp. 7 sect. 8. §. Vnde fit duobus modis, & sequent.*

6 Ad absolutionem ad reincidentiam requiritur potestas iurisdictionis, cum sit absolutio propria, ac vera, & non sufficit conuentio partium. Quæ absolutio non potest dari, nisi ab eo, qui illam tulit, si est ab homine, vel ab eius Superiori. Ratio est: quia hæc absolutio eandem iurisdictionē requirit, ac illa, quæ simpliciter datur. Item potest dari per priuilegiū, vel per Bullam Iubilei, vt interdum fit: tamen sub ea clausula (*Satisfacta parte*) qua non seruata, redditur nulla. Quia tamen interdum ob impotētiam pœnitentis sola cautio restitutionis præcedit, ideò tunc solum est absolutio ad reincidentiam: quia si persona sic absoluta, habita possibilitate, non satisfaciat, iterum incidet; vt declararunt, *Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. in variis bullis*, & est valde cōsentaneum iuri communi, vt colligitur *ex cap. Eos qui §. Idem statuimus, de sent. excom. in 6. Tom. 5. disput. 7. sect. 8. §. Ex quo intelligitur, & sequenti.* Idem ad absolutionem à censuris iuris si non sint reseruatæ, eadem potestas, quę requiritur ad aliam absolutionē simplicem sufficit, vel necessaria est ad hanc de reincidentia. A censuris autem reseruatis Pontifici, solus ille potest absoluere, aut cui sunt reseruatæ. Sed de iure communi in quibusdam casibus in quibus est difficilis recursus ad superiorem, conceditur aliis inferioribus, cum obligatione comparendi, vel petendi absolutionem à Superiore cum primum commodè adiri possit, & talis absolutio quoad hanc partem, est ad reincidentiam. *Ibidem. §. Simili modo.*

Vide Vgo. linū. tab. 1. c. 10 §. 4. nu. 5.

Couarr. in c. Alma. p. 1. §. n. 6

7 Non requiritur noua culpa, ad incurrēdam iterum censurā, (vt est valde probabile) quādo absolutio datur ad reincidētiā, sub conditione implenda, intra certum terminū præfixum, nulla facta mentione de potestate, & impotentia, sed absolutè de actione, vt restituendo, vel soluendo debito: quia hæc non est noua censura, & ideò non requirit nouam contumaciam: secùs dicendum, quādo fuit data absque termino præfixo, sed solum sub ea conditione. *Cum primum possis*, quia tunc necessaria est noua contumacia ad talem reincidentiam. *Tom. 5. disp. 7. sect. 8. §. Vna verò.*

§. VIII.

copi absoluere, etiam postquã attingãt annos pubertatis; quia censura à principio non fuit reseruata, vt habetur *in c. Vltimo de sent.excom.* Ibidem. §. *Præter hãc, & seq. Tom.5. disp.22 sect.1.*

c.Quãuis. 5 Item potest Episcopus absoluere, eos qui tanta laborant inopia, vt nisi mendicando Romam adire possint, vt habetur *in cap. Quamuis, de sent.excom. & cap. Quod de his verbo, & paupertate eodem tit.* Ibidẽ. §. *Præterea pauperes. Tom.5. disp.22. sect.1.*

c.Quod de his.

6 Item potest Episcopus absoluere eos, qui sine graui periculo ire Romam non possunt, vt habetur in dicto *cap. Quamuis. verb. Inimicitia, & cap. de Cætero, de sent. excõ.* At verò Doctor noster nõ intelligit tantùm, per graue periculum illud quod est ratione capitalium inimicitiarum, sed etiam si hostium, & inimicorum fidei, nam est eadem ratio. Ibidem. §. *Præterea pauperes. Tom.5. disp.22. sect.1.*

c.Quãuis.

c.ã Cæter.

7 Item potest Episcopus absoluere, eos qui legitimè sunt impediti nec iter agere possunt, sine graui incommodo, ratione ægritudinis, imbecillitatis viriũ, aut sexus, subiectionis necessariæ, paupertatis, periculi infamię aut scandali, &c. vt constat *ex cap. de Cætero de sent. excõ. & ca. Quod de his, eodem tit.* Ibidem. §. *Præter hos autem.* Quando autẽ sit impedimentum sufficiens, relinquitur prudẽtis iudicio, *Tom. 5. disp.22. sect.1.*

c.ã Cæter.

c.Quod de his.

8 Item potest Episcopus absoluere eos, qui habent ætatem iuuẽtutis, v.g. post pubertatem, si detur periculum tam corporis, quam animæ, quod est probabile considerando ea, quæ frequentius accidũt, at nõ est tam infalibile, quin oporteat in particulari cõsiderare personæ cõditionẽ, & modum iter agendi, & similia, vt possit prudentèr iudicari, an verè intercedat tale periculũ nec nè? *Ibidem. §. Dubitari ergò. Tom.5. disp.22. sect.1*

Vide Angelũ verb. excõ. 50. nu.56. & Nau.c.27 num.88.

c.Quãuis.

c.Quod de his.

9 Item potest Episcopus absoluere, eos qui habent impedimentum, quod consistit in quacunque alia causa rationabili, vt est subuenire parenti grauiter indigenti, alere vxorem, vel filios, exercere aliquod munus publicum, ad quod ex officio tenẽtur, & quod deferere non possunt sine graui incommodo, vel cõmuni, vel priuato, iuxta *ca. Quãuis, & quod de his, citatis, de sent. excom. Ibidem. §. Aliud caput, & sequenti. To.5. disp.22. sect.1.*

10 Item Episcopus potest absoluere Ostiarium, vel executorem, qui prætextu exercendi suũ officium, clericum percusit, nisi graue vultus inflixerit. Quamuis exercendo officium ad iracundiam promotus, modum excedat, voluntariè q; clericum percutiat, vt sumitur *ex cap. Si verò 1. de sent. excom. & c. Peruenit. sub eodem tit.* At verò in nullo casu potest absolui ab Episcopo officialis, laicus inficiens manus violen-

c.Si verò. c.Peruenit. Nau.c.27 nu.91. & 68. ca. Si verò.1.

violentas in clericum titulo officij sui, quia eius delictum nunquam est leue, & reputatur, vt enorme, cum non solum inferat iniuriam, sed vsurpet iurisdictionem in clericum, & sic explicata hæc sententia fundari potest *in citato cap. Si verò.* 1. *de sent. excom. Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Vltimò additur, & sequenti.*

11 Clerici eiusdem Collegij se inuicem enormiter percutientes, coguntur adire Pontificem, vt habetur *in cap. Quoniã de vita & honest. cleric.* At si percusserunt se tantùm leuiter, ab Episcopo possunt absolui, vt constat *ex c. citato. Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1 §. *Præterea hunc etiam, & seq.*

c. Quoniã.

12 Monachi intra claustra se se percutiẽtes, possũt à suo Abbate absolui, iuxta *cap. Monachi de sent. excom.* Dũmodo nõ enormiter, vt habetur *in cap. Canonica sub eodem tt. Ibidem,* §. *Nihilominus tamẽ. To.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1.

ca. Monachi
ca. Canon.

13 Monachus percutiens sæcularem clericũ, debet absolui ab Episcopo, si percussio sit leuis: vt haberur *in cap. Religioso, de sent. excom. in* 6. Item Religiosus percutiens alium alterius Religionis debet absolui ab Abbate illius Monachi qui iniuriã passus est, vt habetur *in cap. Cum illorum, de sent. excom.* Pro claustro autem in hac materia, intelligitur totũ monasterium: & licèt percussio fiat extra totũ monasterium, semper cõmittitur Abbati absolutio à percussione leui facta à monachis inter se: quia ratio illius concessionis nõ est locus, sed communis vita religiosorum. *Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Notanda verò, & sequent.*

c. Religios.

cap. Cum illorum.

14 Percussio facta proprio Abbati, non comprehenditur in cõcessione, *cap. Monachi: propter enormitatẽ.* Nam dicto *cap. Cum illorum de sent. excom.* declaratur enormis, *& ex cap. Canonica sub eodẽ tit.* constat percussionem enormẽ non cõprædendi sub his priuilegijs, ergo. *Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Tertiò aduertendum.* Idem dicendũ, de percussione alterius Abbatis non proprij, si enormis sit; si autem non fuerit, videtur pertinere absolutio ad Abbatem percussum, iuxta *c. Cum illorum de sent. excõ.* Sed ne ille sit iudex in propria causa, melius videtur, vt pertineat ad Episcopum. *Ibidem.*

c. Monachi.

c. Canon.

cap. Cum illorum.

15 Abbas percutiens subditũ suum, à Superiori suo regulari, si illum habeat, sin minus ab Episcopo absolui potest. Prior pars constat, quia illa percussio de se non est enormis, & ideo ex eo capite, non est semper reseruata Papæ. Posterior pars probatur *ex dict. c. Monachi, de sent. excõ.* Ibi *Quod si discretio Abbatis nõ sufficiat, ab Episcopo est adhibẽda correctio:* tunc enim maxime nõ videtur sufficere talis Abbatis discretio, quia nõ est ipse conuenies iudex in causa sua. Ergò est absoluẽdus ab Episcopo. *Tom.* 5 *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Secũdo dicendũ.*

c. Monachi.

16 Ab-

16 Abbas percutiens religiosum subditum alterius Abbatis, tunc talis Abbas, à Prælato religiosi percussi est absoluendus, iuxta *c. Cum illorum de sent. excō.* Et hæc procedunt iuxta ius cōmune, nam aliud est secundum priuilegia mendicantiū, de quibus alibi. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Secundò dicendum.*

cap. Cum illorum.

17 Personę magnæ potētiæ, & nimis delicatæ, non tenentur petere absolutionem à Summo Pontifice, Romam eundo: sed solum consulere Pontificem iuxta *cap. Mulieres de sent. excō.* Et non requiritur, quod Episcopus consulat, sed ipse, qui absolutione indiget, consulere potest quacumque via voluerit, vel potuerit. At verò hi potentes interim non possunt absolui sub iuratoria cautione de consulendo, & comparēdo Pontifici, nisi detur periculum mortis, aut grauis damni: & pertinet ad iudiciū prudentis viri iudicare, an persona sit talis cōditionis nec ne? quando Superiori non reseruatur, & quando per euidentiā rei non constat. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Quarto obseruari, & seq.*

c. Mulier.

Panormi. Felinus, & alij, in dicto cap.

18 Qui ob circunstantiā personæ, ab alio, quam à Pontifice absoluitur, nō manet cum obligatione se præsentādi Papæ. Ratio est: quia cum hæc concessio non fundetur in impedimento, sed sit indulgentia ob aliquam circunstantiam personæ non fit sub obligatione comparēdi, sed simpliciter; quòd secùs est, si concessio fit ratione impedimēti tēporalis, nam si sit perpetuū, eadem est ratio de illo, eo quod iam non habet locum conditio, quod significatur *in cap. Quamuis. de sent. excom. Tom. 1. disp. 22 sect. 1. §. Quanto est.*

c. Quāuis.

19 Puer non tenetur etiam transacta pueritia comparere, seruus autem, licèt excusetur à comparendo, quādiù seruus est, ramen si manu mittatur, vel simpliciter, vel quoad illum actum, tenebitur comparere, quia tollitur impedimentum, in quo illa excusatio fundabatur; vnde nō tenetur inuito rationabilitèr domino Romam pro absolutione remitti: nisi delictū sit enorme, & scandalosum. Vnde *cap. Mulieres, de sent. excom. & c. Relatum eodem tit.* Dicitur dominus resistere rationabilitèr, quādo graue patietur incomodū ex absentia serui sine sua culpa, & iudicabitur pati graue incomodum quoties nimis est à Sede Apostolica remotus: & tūc debet absolui non sine iuramento de comparendo, & obediendo mandatis Pōtificis, cessante impedimento. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Vnde colligitur.*

c. Mulier. *c. Relatū. Angelo. verb. excō. 5. n. 54 Silu. verb. absolut. 4. num. 9. Nau. c. 17 num. 88.*

20 Filius familias pubes non potest absolui sine iuramento, de comparendo factus sui iuris, quando post pubertatem tale delictum cōmisit: iuxta *c. Mulieres, de sent. excom.* Quia impedimentum illud non est perpetuum;

Panormi. Siluest. Nau. docent, & alij.

tuum; vnde si mancipetur, aut quacunq; via fiat sui iuris, vel si pater consentiat profectioni, tenebitur cōparere. *To. 5. disp. 22. sect. 1. §. Similis differentia.*

21 Iura distinguunt inter delictum leue, mediocre, & graue, seu enorme: percussio leuis dicitur hic respectiuè cōparatione maioris læsionis, intra latitudinem earum quæ mortalē malitiam continent. Enormis verò ex duplici capite potest dici talis. 1. ex quantitate nocumēti ex sanguinis, effusione iuxta *cap. Cum illorum, de sent. excom.* Ibi *Si ad mutilationē membri, vel effusionem sanguinis ect processum.* Et vt dicatur percussio enormis sufficit mutilatio etiam minimi membri, modo totum abscinda tur. Item sufficiet percussio per quam debilitatur, aut ad suum munus mutile, aut quasi redditur. Item effusio sanguinis sufficiens, vt dicatur percussio enormis, est illa quæ notabili quantitate, & ex grauitate læsionis procedit, quia sanguis facile effluit ex qualibet pelliculæ ruptione, quæ nō potest semper dici enormis læsio. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Vltimò, quoniam, & sequenti.*

22 Percussio potest fieri etiā enormissima ex dignitate personæ percussæ. v. g. Episcopi, cōsecrati, vt omnes intelligūt, aut Abbatis. Nota tamen. 1. quòd respectu Episcopi: sufficit, quod percussio fiat à quocunq; etiam non subdito, at respectu Abbatis requiritur subditus, vt dicatur enormis. Nota 2. Quod nō quelibet læsio dicetur enormis, & sic requiritur proportionata quātitas læsionis, nam tam parua potest esse læsio, vt etiam circa talem personam non reputetur enormis. Quæ omnia arbitrio boni viri iudicanda sunt. Ex his autem quæ de percussione enormi dicimus ex iure, arbitrādum est de leui, & mediocri percussione, nam vt Arist. dixit. *Supremum in vnoquoque genere est mēsura cæterorum.* Enormis ergò læsio, erit mensura cæterarum. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Aliud caput, & sequentibus.* *Aristotel.*

§. XI.

Absolutio quoad excōmunicationē maiorem.

1 EXcommunicatio licèt dicatur interdū perpetua, semper auferri potest, quia ab lata contumacia, etiam illa est auferenda, vt ostenditur, *ex cap. Qua fronte de appellat. & cap. Ex litteris, de constitut.* Semper tamen per ablōlutionem, de ordinario iure: licèt Papa de potentia absoluta potest illā auferre alijs modis, cum sit supra ius positiuū; *Constat ex Gloss. in Clement. vnica de immunit. Eccles.* Quod non poterunt facere licitè Prælati inferiores: quia tenentur ius præscriptum *Silu. verb. Absoluti. 3. num. 8. Abbas in capit. Per venerabilē qui filij sit legit. n. 22. Felin. Decius, et alij in c. 1 de iudicijs Sumistæ verb. absolut. & excom. Theologi in 4. d. 18*

scriptum seruate. At verò si faciant, tenebit, cum non sit ius irritans. *Tom. 5. disp. 19. sect. 1. §. Supponimus primò: & seq.*

Couar. cap Alma p. 1 §. 11. n. 5. Abbas in cap. vl. de mater. cõtra interdictũ Eccles. & cap. 1. de indiciis

2 Per annum insurdescens in excommunicatione, nõ gaudet generali absolutione, quæ secũdum Curiæ stylum, in rescriptis Pontificis, præmitti solet, ad effectũ valoris eorum. *Ita Rebuffus in sua praxi beneficiorum inform. & declaratione, noua praxis n. 10. Et alij. Tom. 5. disp. 17. sect. 1. §. Vltimo addendum.*

Nau. in c. Ita quorũdam de Iudæis. not. 11 Ambr. li. 2. de Caim & Abel c. 4. Ioann. Andreas, & alij in cap. ex frequẽtib. de institut. Nau. c. 27 n. 40. Caiet. in sum. cap. 22. de excom. Sot. in 4. d. 22. q. 2. art. 3.

3 Ad excommunicatione ab homine, potest absoluere, qui illam tulit, aut Superior, quia habet potestatem superiorẽ. Prior pars etiam patet: quia potestas absoluendi, est coniuncta cum potestate ligandi, nisi Superior eam sibi reseruet; quod potest fieri ex duobus modis. Primò, quando Superior in particulari ex certa scientia confirmat sententiam, & excommunicationẽ latã ab inferiore. Secundò quando generali lege statuit Superior, vt excõmunicatio lata pro tali delicto, etiam si ab inferiore lata sit, sibi maneat reseruata, vt excõmunicatio incendiarij, qui postquam est nominatim excommunicatus ab Episcopo, non potest ab illo absolui, sed manet reseruata Summo Pontifici: iuxta *cap. Tua nos. de sent. excom. Tom. 5, disp. 19. sect. 2. §. De excommunicatione, & sequent.*

4 Inferior non potest absoluere ab excommunicatione ab homine à Superiore lata, nisi ex cõmissione eius. Ratio est: quia non habet per se iurisdictionem in actum, vel sententiam Superioris, nec iure communi illi committitur; quia *caput. Nuper de sent. excom.* solum loquitur de excommunicatione à iure lata, non verò ab homine. Probatur conclusio, *ex cap. Pastoralis. de offic. ordin. & cap. Per tuas de sent. excom. Tom. 5. disp. 19. sect. 2. §. Exemplum autem.* *Ca. Nuper Cap. Pastoralis. Cap. Per tuas.*

5 Ab excommunicatione lata à iure non reseruata, potest absoluere quilibet Ordinarius Pastor, seu Sacerdos proprius, vel qui ex commissione proprij confessoris munus sustinet potest, iuxta *cap. Nuper de sent. excomm. Tom 5. disp. 19. sect. 2. §. Omissis ergò.* *ca. Nuper.*

6 Materia absolutionis ab excõmunicatione remota, est ipse homo, qui absoluitur. Materia verò proxima, est ipsamet excõmunicatio, quæ per illam tollitur, scilicet absolutionẽ. *Tom. 5. di. 19. sec. 2. §. Occurrebat statim.* *Supponitur.*

7 Forma substantialis absolutionis ab excõmunicatione, cum nõ postulet certa, ac determinata verba; cõmuniter à Doctoribus assignatur hæc. *Absoluo te à vinculo maioris excommunicationis ob talẽ causam, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium. In nomine Patris, & Fiy, & Spiritus sancti.* At verò inuocatio Sanctissimæ Trinitatis non est de essentia absolutio- *Couar. ca. Alma 1. p §. 11. n. 7. Nauar. in com. de iubil. not. 30 n. 8. & in sum. c. 26. n. 8. & 9. Sylues. verb. absolut. 5. q. 2.*

lutionis, vt constat; nec verba: *restituo te communioni fidelium*; quia absoluere, & restituere nō sunt duo: nec exprimere causam per se loquēdo: quia illa non per se spectat ad effectum ipsius absolutionis. *Tom.* 5. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Solum ergo.*

8 Quando pœnitens est ligatus pluribus excommunicationibus debet absolutio fieri verbis generalibus. ff. *Ego te absoluo ab omni vinculo excōmunicationis*; & si absoluendus sit ab vna tantum ex pluribus excommunicationibus quibus ligatus est, debet absoluēs determinare intentionem ad illam tantum excommunicationē, & si explicet causam illius melius fiet. *Tom.* 5. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Solum oportet.*

9 Quatuor solemnitates accidentales, & cæremoniæ numerari solent, quæ in forma absolutionis ab excommunicatione ponere debent. Prima est, vt postuletur iuramentum obediendi præceptis Ecclesiæ, vt colligitur ex *cap. Ex tenore, & cap. de Cætero. de sent. excom.* Iuramentum scilicet de illa materia pro qua fuit excommunicatus aliquis, vt constat *ex dicto cap. Ex tenore, & ex cap. Peßima* 25. *q.* 8. *& ex c. grauem. de sent. excō.* quod iuramentum non semper, sed in magnis criminibus locū habet, *vt notat Caiet. verb. absolut.* Itē debet fieri iuramentum de adhibenda satisfactione, si nō sit adhibita, *ex c. Venerabilib⁹ de sent. excom. in 6. & ex cap. ex parte* 1. *de verborū significat. Tom.* 5. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Circa solemnitatem.*

Nau. c. 25 *n.* 7. *& de pœnit. d.* 6 *c.* 1. *n.* 54. *Caiet. ver. absolutio.*

10 Secunda cæremonia est, vt sacerdos priusquā absoluat, psalmum aliquem pœnitentiæ recitet, vt habetur *in cap. à nobis de sent excō.* & vt aptissimus dici solet Psalmus 50. qui est quartus pœnitētiæ: & Sacerdos debet esse indutus saltē superpelliceo, & stola, si absolutio est solēnis, & non priuata, & pœnitens debet esse genu flexo, scapulis nudatis, & dum recitatur psalmus flagello percutiatur de cōsuetudine; quæ cæremonia omittenda est ex fœmina, & ob iustū aliquem respectum in quacunq. alia absolutione. *Tom.* 5. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Secunda cæremonia.*

Hostiēs. in sum. n. 14. *D. Anton.* 3 *p. tit.* 24 *c.* 77. §. 1. *Caie. ver. Absolut. Nau. in c. á nobis de sent. excō.*

11 Tertia cæremonia est, vt finito Psalmo, oratio Dominica recitetur, vt constat *ex dicto cap. A nobis. de sent. excom.* Quarta denique cæremonia est, vt seruentur aliæ cōsuetæ, v. g. quidam versiculi, vt *Saluum fac seruum tuum, & cætera cū oratione. Deus cui propriū est misereri, & c. argument. c. Cum aliquis.* 11. *q.* 3. Quæ omnes cæremoniæ licèt nō sint de substantia, tenetur tamē absoluens in cōscientia eas non omittere, nō solum publica, sed ex occulta quantum ad ea, quæ commode fieri possunt, quando excommunicatio fuit iusta; secus si iniusta, aut ad cautelā tantū, aut si absoluēs non sit Sacerdos, aut necessitas vrgeat. *Tō.* 5. *disp.* 19.

Abbas in c. Cum de sideres de sent. excō. in 6. *Nau. c.* 26. *n.* 8. *& in c.* 1. *de pœnit. d.* 6. *n.* 54. *Couar. ca. Alm. p.* 1. §. 11. *n.* 11

disput. 19. sect. 2. §. Tertia exremonia, & sequent.

12 Qui ab excõmunicatione Papali absolutus ab inferiori sub conditione *cõparendi si cum primum potest*, conditionem non implet, nouã excommunicationem reseruatam Summo Pontifici incurrit, non veluti nouam, sed alteri succedentem, vt colligitur *ex cap. Eos. de sent. excom. in 6.* Tamẽ illa conditio. *Comparendi* potest impleri (vt notauit Caiet. c. 69. de excom.) non solũm per se ipsum, sed per procuratorem, nisi expresse ponatur aliud in mãdato. Item illud verbum *Quamprimum potest*, intelligendum est moraliter, & arbitrio boni viri, & in foro externo pertinet ad iudicem, in interno verò ad pœnitentem (vt quidã volunt) sed Doctor existimat maxime pertinere ad confessorẽ, qui tenebitur cõformari pœnitenti sequẽti probabilem sententiam. *Tom. 5. disp. 22. sect. 3. §. Secunda excom.* Idem dicendum de quacumq. excõmunicatione reseruata inferiori, vt Episcopo. *iuxta idem cap. Eos de sent. excom. in 6. Tom. 5. disp. 23. sect. 1. §. Quinto numeratur.*

Caietanus

13 Qui ab excomunicatione reseruata Summo Pontifici, ab eodem, vel Legato eius, absoluitur, sub obligatione comparẽdi coram Ordinario, vel alio designato ad suscipiendam pœnitẽtiam, & satisfactionem exhibendam parti læsæ, si cum primum potest, non implet conditionẽ, in nouam excommunicationẽ alteri succedentem, reseruatam incurrit, vt cõstat. *ex citato cap. Eos. de sent. excom. in 6.* Secus dicendum si Episcopus, vel Vicarius eius absoluunt, aliquem sub tali conditione, ab excõmunicatione sibi reseruata, si non impleat talem conditionem. Quia textus non loquitur nisi de absolutione à Papa, vel Legato eius ab excommunicatione sibi reseruata sub tali conditione: Nota tamen, quòd Pontifex, vel Legatus eius, non solum possunt absoluere à cẽsuris sibi reseruatis, sed etiã à reseruatis Episcopis, & non reseruatis; & ideò cẽsura incursa propter defectũ impletionis conditionis, non est semper reseruata Papæ, sed proportionata illi à quo data erat absolutio. *Tõ. 5. disp. 22. sect. 3. §. Secunda excommunicatio, & seq.*

cap. Eos.

§. XII.

Absolutio, quoad excõmunicationem minorem.

1 SOlus Episcopus, aut Sacerdos proprius, vel qui eius vicẽ gerit potest absoluere, ab excõmunicatione minori à iure, & non simplex Sacerdos, quod colligi videtur apertè *ex cap. Nuper. de sent. excom.* Ratio est: quia licèt incurratur semper propter peccatum veniale, tamen

Caiet. to. 1. opusc. 7. ad 2. & in sum. verb. absolut. de excom.

men aliquãdo incurritur propter mortale, vt cõstat *ex cap. Sacris de his, quæ vi.* Quãuis Naua. *cap. 27. nu. 25.* cum aliis teneat contrarium; sed nostra opinio est probabilior. *Tom. 5. disp. 7. sect. 4. § Qua propter probabilius, & disp. 24. sect. 4. § At verò.*

2 Parochus habens beneficium curatum, licèt non sit Sacerdos, potest absoluere ab excommunicatione minori lata à iure. Ratio est: quia habet sufficientem iurisdictionẽ ad hunc actum absolutionis, & aliunde hic actus, non requirit characterem Sacerdotalem. Idem dicendum de Episcopo non Sacerdote habente iurisdictionem Episcopalem. *Tom. 5. disp. 24. sect. 4. §. Nihilominus.*

3 Ab excommunicatione ab homine, solus ipse, qui eam tulit, absoluere potest, vel eius Superior, vel qui ab ipsis habet potestatem delegatam. Ratio est; quia eiusdem est ligare, cuius est absoluere. *Tom. 5. disp. 24. sect. 4. §. Cum dictum sit.*

Hostiens. in Sum. li. 5. de excõmunic. nu. 14. §. & qualiter. Gabriel. in 4. d. 18. q. 3. ar. 3. dub. 6. Richard. ibi. ar. 9. q. 3.

4 Nullæ solemnitates requiruntur in absolutione ab excõmunicatione minori, vt colligitur *ex dict. cap. Nuper. de sentent. excom.* vbi dicitur huiusmodi absolutionẽ posse dari sine cautione iuratoria. Ratio est; quia hæc censura incurri solet ab leuem causam. *Tom. 5. disp. 24. sect. 4. §. Tandem de modo.*

Sylvest. verb. absol. 3. n. 5.

Actio, & Actus.

1 ACtio educens formam de potẽtia subiecti, non solũ aptitudinalis, sed etiam actualis vnio, & inhærentia illius actionis in subiecto, est de essentia, seu necessitate talis actionis: quia actio natura sua talis est, vt essentialiter pendeat à causa agente, & materiali, in quo differt essentialiter à creatione: non potest autem pẽdere à causa materiali; nisi in illa inhæreat, Ergò. Et ob hanc causam calefactio, quæ fit ab igne, v.g. in ligno, non potest conseruari omnino extra subiectum, quia hoc ipso, quod extra subiectum fieret, iam esset creatio, seu per modũ creationis. *Tom. 3. disp. 9. sect. 1. §. Tertio sequitur.*

2 Ratio cur vni actioni repugnet fieri per aliam, est: quia hoc ipso, quod actio est fieri termini, intrinsecè, & essentialiter est fieri sui ipsius: tum etiam quia aliàs procederetur in infinitũ. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Sed superſunt.*

3 Actus vitales contrarij, nõ possunt simul esse in eadem potentia, etiam in duplici loco posita, nec per potentiam Dei absolutam: quia sese omnino destruunt, ex parte obiecti, vnus enim destruit obiectum alterius. *Tom. 3. disp. 48. sect. 6. §. Absque hinc probabile sit.* *Supponitur.*

4 Actus

4 Actus sensuum internorum, & appetitus sensitiui, non possunt naturaliter fieri, nisi à potentia materiali extensa, & cum modo etiam existendi quantitatiuo & extenso, & consequenter etiam in subiecto, eodem modo existente, vt constat ex Philosophia. *Tom. 3. disp. 53. sect. 3. §. Atque ex his constat.*

5 Honestas ex genere actus requirit debitum modũ, & cæteras circũstantias morales; nam cũ bonum sit ex integra causa, non est actus moraliter bonus, nisi cũ bono obiecto habeat bonas, ac proportionatas circunstantias. *Tom. 4. disp. 3. sect. 5. §. Est autem.*

D. Thom. in 4. d. 17 q. 2. ar. 4 quæst. 3. ad 3.

6 Vnus actus potest esse meritorius, & satisfactorius. Ratio est: quia hæc duo non se impediunt, quo minus per eundem actum fiant: sicut enim vnus actus potest esse pœnalis, & bonus ita etiam potest esse meritorius, & satisfactorius. Imò hæc sunt aliquo modo coiuncta, scilicet satisfactio, & meritũ; quia satisfactio requirit actum liberum, bonũ, & aliquo modo à gratia emanantem; sed talis est actus meritorius: ergò. *Tom. 4. disp 37 sect. 6. §. Hinc etiam fit, & §. Dico secundò.*

7 Opera iustorũ habent, duas proprietates, prima est: quidam effectus omnino proprius, & quasi immanens, qui non potest aliis cõmunicari, huiusmodi est afficere, & bene disponere ipsum operantẽ ad cauenda vitia contraria, & ad operandum similem actum virtutis, & diuinã satisfactionem, & gratiam recipiendam, vel augendã. Item mereri aliquid de condigno, aliquod præmiũ, præsertim essentiale. Secũda est, alius effectus taliũ operum, qui non solũ in ipsis operantibus, sed etiã in aliis haberi potest, vt impetratio alicuius beneficij, vel alicuius pœnæ remissio per vim impetrãdi; merendi de congruò, vel satisfaciẽdi pro pœna temporali. *Tom. 4. disp. 51. sect. 2. §. Vt autem.*

8 Actus conditionatus dupliciter potest sumi, aut ex parte subiecti, aut ex parte obiecti; ex parte subiecti sumitur, quãdo aliquis profert hãc conditionalẽ: *Si Petrus hoc á me peteret, vellẽ id facere.* Tunc enim volũtas de præsenti non vult, sed affirmat, homo se voliturũ, & ita suspendit conditio omnẽ actum volũtatis in præsenti, & ideò impropriè talis dicitur actus cõditionatus: quia re verâ nullus est, sed esset, si conditio poneretur. Ex parte obiecti sumitur magis propriè. v. g. *Quando testator legat, centum Petro, si hoc fecerit,* reuera vult donare tamen sub ea cõditione, cuius signum est, quod expleta illa conditione, illa voluntas habet effectum, sine nouo actu: quia licèt, volũtas in præsenti illum exerceat, tamen per illum non tendit in obiectũ, absolute sumptũ, sed vestitum ali-

qua conditione, qui actus licèt non sit efficax quoad omnia, quādiù conditio nō est impleta, potest tamen esse efficax quoad aliqua respectu quorum habet vim actus absoluti. *Tom.4. disp. 3 sect.3 §. Vt verò caueatur, & §. Vt verò satisfaciamus.*

9 Nullus actus externus, ita est intrinsecè honestus, vt non possit male fieri. Ratio est: quia cum non habeat in se honestatē formalem sed obiectiuam, potest à voluntate exerceri, nō propter honestatē eius, sed propter alium finem non bonum, & tūc talis actus est malus, licèt aliàs ex genere suo bonus videatur, potest tamen ex se habere, vnde honestè fieri possit, quia in se habet proportionē sufficientē, vnde honestè appeti, & fieri possit, etiā si ab extrinseco sine honestatē non mendicet. *Tom.4. disp. 6. sect.1. § Est autem aduertendū.*

Vide Victoriam in relect. de temperantia.

10 Actus externus semper est explicandus in confessione. Ratio est: quia voluntas interior, numquam potest explicari satis sine actu externo: neque status pœnitentis, satis innotesceret sacerdoti in ordine ad medicinā exhibendā. *Tom.4. disp.22. sect.3 §. Solum posset.*

11 Tripliciter potest fieri actus extrinsecus sine interiori. Primò: quia omnino defecit voluntas interna, constituens illū actum voluntarium, moralem, aut humanum. Vt si dormiens, vel amens occidit. Secundò, vt non desit voluntas, constituens illum actum liberū prout actus est, desit tamē voluntas, quæ reddat illum actum voluntarium, quatenus culpabilis esse potest. Vt v.g. si excommunicatus celebret ex naturali oblitione cēsuræ. Tertiò: potest esse actus liber, & humanus, habere tamen effectum nullo modo voluntarium, aut præuisum ratione cuius imposita est aliqua pœna, v.g. irregularitas, & non ratione actus secundùm se, vt si quis libere venationem exercens casu omnino inuolūtario, hominem interficiat. *Tom.5. disp.40 sect.3 §. Tribus modis.*

Supponitur.

12 Duplex est actus occultus, scilicet per se, & per accidens. Occultus per se est actus interior purè, qui omnino est extra iurisdictionem, & potestatē vindicatiuam Ecclesiæ: qui is est extra obiectū talis potentiæ. Actus occultus per accidens, est actus exterior, qui licèt interdū sit occultus, est per accidens, qui secūdū se non est extra obiectū talis potentiæ, & ideò potest puniri per legē. Item actus internus secundùm se, & absolutè sumptus inuisibilis est, ideoq. nec percipi, nec puniri potest per Ecclesiam. At verò actus internus, vt vnitus, & informans moraliter actum exteriorem, est aliqualiter sensibilis per actum exteriorem, sicut anima per corpus, vel sicut contritio per confessionē; ideoq; sub hac ratione, & percipi,

pi, & prohiberi, & puniri potest. Sic enim excommunicatur frangetes ex contemptu ieiunia Ecclesiæ; nam licèt ille contemptus in se interior sit, impetrat tamen,& informat illam omissionem externam. *Tom.5.disp.4 sect.2.§. Supereſt verò : & seq.*

13 Varij sunt modi actuũ imperfectorũ. Primus est actus internus imperfectus quoad solũ terminum, seu effectum actionis physicè, vt sic dicã; ita vt actio ex parte peccantis perfecta sit, tantumq. desit effectus eius.v.g. si quis aliquem percussit lethali vulnere, etiam si peccatum suũ iam tunc, quatenus in eius actu consistit, consumauerit, nõdum dicitur perfectus homicida, donec alter moriatur. *Tom.5. disp. 4. sect.3. §. Vt ergò de hac re.*

Supponitur.

14 Secundò, potest esse actio imperfecta, quia licèt exterius attentata, seu inchoata fuerit, tamen in re ipsa, non solum non perficit vltimum effectum à peccatore intentum; verum etiam nec aliquid operata est, quod ad talem effectum sufficeret. Vt cum in prædicto exemplo in cõclusione antecedente, vel vulnus non est lethale, vel nullum certè, quia manus percutientis aberrauit. Ibidem. *Tom.5.disp.4. sect.3. §. Vt ergò.*

Supponitur.

15 Tertiò, potest esse perfecta actio exterior, etiam quoad adulterinum effectũ, esse tamen imperfecta quoad voluntatem, vel scientiam qua fit. Vt si quis occidat hominẽ casu, & ignorãs esse hominem, ex negligentia culpabili; vel putans esse hominẽ & ignorans esse clericum: vel ex parte volũtatis si nollet occidere, sed terrere, vel ad summũ vulnerare, aut mutilare Ibidem. *Tom.5.disp.4. sect.3.§.Vt ergò.*

16 Quartò, potest effectus internus esse perfectus; modus tamẽ exterior esse imperfectus in illo genere peccati; vt contingit in illo casu, *cap. Vltimò de Simonia*, vbi interuenit mutua datio, & receptio rei spiritualis, pro re tẽporali; qui est vltimus effectus ab vtroq. operante intentus, obtinetur autem sine vllo exteriori pacto, & ex hac parte actio est imperfecta. Ibidẽ *Tom.5.disp.4. sect.3.§. Vt ergò.*

Cap. Vltimo de Simonia.

17 Quintò deniq. potest peccatum externũ esse imperfectũ in fictione animi: quia operans non intendit reuera tale vitium cõmittere; sed simulare, aut fingere quod cõmittit, quod tunc etiam erit peccatũ, quando ipsa simulatio prohibita est, v. g. vt cum aliquis verbo, aut factis se profitetur hæreticum, aut infidelem, cum interius talis non sit. Item possunt alij modi peccatorum imperfectorum excogitari, sed omnes sufficienter ad hæc capita reducuntur. Ibidem. *Tom.5.disp.4. sect.3.§. Vt ergò.*

Supponitur.

18 Actus ordinis à suspenso facti, sunt validi, excepta absolutione sacramentali: constat prima pars, quia Ecclesia non

potest impedire valorē horum actuum, si debita materia & forma à ministro habēte potestatē ordinis vera intentione applicētur. Secunda itē pars colligitur, quia actus iurisdictionis, vt absolutio, sunt inualidi, per se loquēdo; quia suspensus est actuali iurisdictione, nisi suspensio sit occulta, & ab Ecclesia cōmuniter tollerata in publico ministerio, seu officio, quia Ecclesia supplet defectum propter cōmune bonum. Et idem dicendum si suspensus non sit denuntiatus, quia in tali cēsura habet locum Extrauagās ad euitanda, vnde etiā licitè potest exercere actus iurisdictionis, quando absolui non potest, & ipse non se ingerit, sed alius ab ipso exigit debitum, vt si Parochus eius sit, vel certè si verè indiget eius ministerio, & in eo fauori recipientis, nō exercentis consulitur. *Tom. 5. disp. 26. sect. 2. §. Statim verò.*

Actor.

Abbas in cap. Cum inter de excep. n. 1

1 EXcommunicatus in causa propriæ excommunicationis admittitur, vt actor intendens probare, vel non esse excommunicatum, vel esse absoluendum iuxta *cap. 1. de rescript. in 6. Tom. 5. disp. 16 sect. 3. §. Dico primò.*

2 Excōmunicatus extra causam suæ excōmunicationis, non potest esse actor, siue in iudicio temporali, siue Ecclesiastico, habetur in *cap. Decernimus de sent. excō. in 6.* Item non potest suum actorem conuenire, quia hoc iā est agere, seu potius reagere. Itē nec potest per se, nec per alium agere, quia moraliter loquēdo, qui per alium agit, ipse agere censetur: sed in reganda conuentione, non negatur ei beneficiū defensionis: nam hoc maximè naturale est, quia reconuētio alterius non est propria defensio, sed noua accusatio; quod intellige de reconuentione, quæ omnino est extra causam conuentionis, nam si est de eadem, magis habebit rationem defensionis. Vt si à reo excommunicato Actor debitū petat, & ille respondeat iam soluisse, & cautionem ab ipso de solutione facta accepisse incuria tamen eius fuisse combustam, vel furto sublatam; hoc, & quidquid simile fuerit, non habet vim reconuētionis, sed defensionis. *Tō. 5. disp. 16. sect. 3. §. Dico secundo, & seq.*

Cap. Decernimus,

Cap. Cum inter de excep. Sylue. ver. Procurat.

3 Actor siue sit publice, siue occultè excommunicatus agere non potest in iudicio; quia ipse semper tenetur, quantum in se est; alios vitare, neque illi concessum est vllum priuilegiū, *per Extrauag. ad euitāda.* Reus verò, quāuis possit non vitare illū, tamē retinet suum ius, ad vitandum, si velit, & consequēter potest illi exceptionem excommunicationis objicere, etiam si denuntiatus non sit, imo etiam si excom-

excommunicatio non sit publica, dummodo ad illam probandam se offerat. *Tom. 5. disp. 16. sect. 3 §. Obseruandum.*

4 Exceptio excommunicationis tantã vim habet, vt si actor fateatur in se fuisse sententiam excommunicationis latã, nullã tamen illam fuisse, vel iniustã respondeat, id satis nõ sit, vt statim ad progrediendum in actione sua admittatur, donec nullitatem excommunicationis sufficienter ostẽdat, Statuitur *in cap. 2. de sent. excom. in 6.* in quo dicitur huiusmodi actorem, pẽdẽte probationis articulo in iudiciis vitandum esse; at verò extra iudicia in officiis, postulationibus, electionibus, & aliis legitimis actibus, non esse vitandũ, *Cap. Statuitur.* Ratio differentiæ est: quia cum actor in iudicio sit veluti aggressor, oportet vt prius ostendat, non esse impeditũ per iura ad agendum cõtra aliũ, qui exceptionem obijcit. At verò in aliis actionibus extra iudicialibus, vbi non agitur contra aliũ, vtitur iure suo. *Tom. 5. disp. 16. sect. 3 §. Per se autem.*

5 Ita est prohibitum excommunicato in iudicio agere, vt tamen si agat, & non repellatur, neq; ei obiectio excommunicationis opponatur, valida sint omnia, quæ in tali iudicio acta fuerint, ita colligitur *Cap. 1. de excep. in 6.* ibi, *sed si post rem iudicatam, talis exceptio proponatur executionem impediet*, sed sententia quæ præcessit, non minus robur debitum obtinebit, scilicet quã si tempore litis, & latæ sententiæ excõmunicatus non fuisset. Quod verum est etiam si excommunicatio sit aliàs publica, quia notitia, vel fama excommunicationis, non reddit personam magis inhabilem. *Tom. 5. disp. 16. sect. 3. §. Dico secundò.*

6 Non peccat mortaliter ex vi solius excõmunicationis, ius suum in iudicio petens excommunicatus, donec per exceptionẽ repellatur, petendo rem iustam, & alioqui sibi debitam, & bona fide procedendo, & absq; contẽptu Ecclesiasticæ censuræ: secus dicendũ est, si interueniat iniustitia ex parte causę quę proponitur, vel dolus, & fraus in repellenda exceptione, vel quippiã simile, quia ex hoc capite poterit esse mortale. Item non peccabit, si graue damnũ, aut præiudiciũ immineat ex dilatione, & mora, si prius procuranda sit absolutio, quàm in iudicio audiatur, v.g. si moraliter timeatur fuga debitoris, nisi à iudice capiatur, quia in his euentibus, non tã potest dici agere, quam defendere se, & tueri. Item excõmunicato est licitum, ad euitandum graue damnum, cõmunicare cum aliis, & aliis cum ipso, quando est periculum in mora, si expectetur absolutio. *Tom. 5. disp. 16. sect. 3. §. Ex his autem.* *Abbas, et alij in cap Cum inter de excep.*

7 Vt accusator in sanguinis causa irregularitatẽ euitet. Duæ

requiruntur cõditiones: prima est, vt accusator petat emẽdam sibi fieri, & prouideri, ne contra eum talia de cæterò præsumantur: Secunda est, quod expresse protestetur, quòd ad vindictã, seu pœnam sanguinis non intendat, vt constat *ex cap. 2. de Homicidio, in 6.* Quæ conditiones sufficiunt licèt ex interiori affectu non procedant secundùm veriorẽ sententiam, & non sunt necessariæ aliæ conditiones ad vitandam irregularitatem, etiã si accusator ad recuperandum damnum habeat aliud remediũ quia textus absolutè loquitur, & concedit hãc facultatem, & licèt accusator certissimè sciat reum moriturum; quod probatur ex verbis *cap. 2. de homicid. in 6.* ibi, *Quamuis alias in tali casu. de iure debeat pœna sanguinis irrogari.* Quæ conditiones etiam habent locum in laicis, vt vitetur irregularitas, vt communiter docent Doctores. Ratio est: quia *in cap. cit.* non ponitur hoc tanquam nouum grauamẽ, sed potius tanquam remedium à iure inuentum ad vitandam irregularitatem. *Tom. 5. disput. 47. sect. 2. §. Circa hoc exponendum, & sequent.*

Couar. p. 2 §. 5. n. 3. Felino in cap. Postulasti. de hom.

Nau. c. 27 n. 213. & 214. & 225. Sot. 5. de iust. q. 1. art. 9 Ledes. 2. p. 4. q. 26. art. 2. & Coua. loco cit. & cõ. Sumistæ.

8 Accusator potest accusare sine periculo irregularitatis, nõ solum in causa propria, sed etiã in aliena, tamen cum hoc descrimine. Quod in propria licèt sit aliavia ad recuperãdas res suas, non verò in aliena. Item quòd in propria, sufficit, quòd licitè possit, quamuis ad id non teneatur. At in aliena, iuxta sententiã magis receptã necessaria est obligatio accusandi. Item in causa propria sufficit iniuria illata cõmuni ratione, vt in futurum non præsumantur similis iniuriæ, vel ab eadem persona, vel ab aliis; at verò in aliena necessariũ est, vt in futurum immineat nocumentum, in particulari ex determinato delicto, quod sit quasi in fieri, seu in actuali aggressione, à quo proximus defendẽdus sit, per manum Iudicis. *Tom. 5. disp. 47. sect. 2. §. Tertio dubitari: & seq. & §. Sed dicet tandem.*

Differẽtia inter accusationem in causa propria, et aliena ad euitãdam irregularitatem.

9 Pro causa propria in hac materia, intelligitur iniuria redundans in propriam personã, v.g. inter parentes, & filios, & fratres inter se; nõ verò in aliis gradibus, nisi specialis ratio intercedat, vtsi iniuria fiat in mea domo, vel personæ existenti sub cura, & protectione mea, vel cũ alia simili circunstantia, quæ interdum non solum inter amicos, imo etiam inter extraneos aliquando facit, vt iniuria alterius, reputetur propria (quamuis probabile sit quod intelligitur etiam iniuria facta propinquis, cognatis, &c.) Vnde Dominus potest accusare, propter iniuriã factam famulo, vel mãcipio, non solum propter nocumentum, quia læditur in re sua, sed etiam propter iniuriam propulsandam, & similem præcauen-

cauendam. Item Prælatus Ecclesiæ potest conqueri de iniuriis suorum clericorum, & implorare auxilium seculare. Denique aduertendum, quòd accusatio rei coram iudice Ecclesiastico, non indiget protestatione, nec coram seculari si crimen non est dignum pœna deformationis. Et tota hæc doctrina fundatur. *in cap.2.de Homicidio,in 6.Tom.* 5.*disp.* 47. *sect.*2.§. *Vltimo quæret aliquis: & sequent.*

Cap. 2.de homicidio

Adam.

1 ETiam si Adam non peccasset,probabile est : alios homines peccaturos : quia per iustitiam originalem, non magis confirmarẽtur homines in gratia, quã Adã fuit in sua creatione, & sua prima iustificatione confirmatus: sicut ergò ille peccauit, potuissent alij peccare,etiã si ipse non fuisset lapsus, neque in illo tota natura corruisset.*Tom.*3.*disp.*3. *sect.*2.§.*Ad primam enim.*

2 Adam, & Eua obtulisse sacrificium ante peccatum cur negetur omnino nõ est, quia sicut affirmare non possumus propter illius temporis breuitatẽ,ita nec est sufficiens fundamentum, ad id negandũ : quia,licèt scriptura hoc nõ referat,non ideò sequitur factũ non fuisse. *Tom.* 3. *disp.*3. *sect.*2. §. *Ad primum.*

3 Adam obtulit sacrificium, (vt credibile est) post peccatũ, quamuis Scriptura sacra id nõ cõmemoret, & fortasse nullum in hoc latet mysteriũ; quia necesse nõ est,vt in Scriptura sacra omnia referantur, præsertim, quia nihil fortasse speciale, aut memoria dignũ in horũPatrũm sacrificiis accidit.*Tom.*3. *disp.*73 *sect.*8.§. *Hoc autem principio.*

4 Adæ matrimoniũ non fuit propriè Sacramentũ. Ratio est: quia neq;ad aliquã hominis sanctificationẽ, fuit ordinatũ, nec fuit cęremonia sacra,aut religiosa; cum certum apud omnes sit, tunc non fuisse datam gratiã ex opere operato per matrimoniũ, significauit tamen desponsationem verbi cũ natura humana,id est incarnationem Verbi diuini: quæ significatio prophetiæ fuit reuelata Adamo, quod colligitur *ex Paul.ad Ephes.*5. Loquẽte de coniungio Adæ,& Euæ dicẽte *Sacramentum hoc magnũ est; ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Tom.*3.*disp.*3.*sect.*3.§.*Solum potest obiici*: At verò Adã prius cognouit (vt est probabile) per reuelationem mysteriũ Incarnationis, deinde proportionẽ quæ erant inter matrimonium illud, & mysterium futurum. Ibidem.

Paul.ad Ephesios.

5 Generatio ex Adamo numquam fit sine transfusione peccati; quam homo genitus impedire non potest, sed solus Deus singulari gratia præueniẽdo.At verò generatio in Christo non semper fit cũ infusione gratiæ, sed

sed potest ab ipso suscipiēte impediri. Ratio differētię est clara: quia regeneratio in Christo spiritualis, & volūtaria fit per propriam regenerati voluntatem, si sit capax illius, & ideò per eādem voluntatē potest opponere obicem effectui illius. At verò generatio ex Adamo est merè naturalis, & independens in se, & in omnibus, quę per illam cōmunicantur, à propria voluntate ipsius geniti, & ideò non potest per illam impediri transfusio peccati. *Tom. 3. disp. 28. sect. 1. §. Secunda sententia.*

6 Filij Adæ in statu innocentiæ non haberent scientias naturales infusas per accidens, sed eas sibi cūpararent, vel per inuētionem ab obiectis sensibilibus, vel per disciplinam à parentibus, vide *Tom. 3. disp. 3. sect. 3 §. Dicendum est primò.*

Adoratio.

1 ADoratio nō nititur sensibus, sed fide, alioqui, nec Deus ipse esset adorandus, quia non clarè à nobis videtur, sed tātum creditur; nec vt licitè fiat, necesse est de illa speciale præceptum. Vnde Magi vt intellexerunt, & crediderūt, ipsum esse Deum, ac Regem suū adorauerunt eum. Ité cæcus, qui à Christo illuminatus procidit, statim adorauit eū, &c. Ratio generalis est: quia ex diuina, & naturali lege tenemur Deum colere, & sancta sanctè tractare. Ergò posita fide, & reuelatione, Christū verū Deum, ac summè sanctū hic adesse, scilicet in hostia cōsecrata, non est noua necessaria reuelatio, vt adorandus sit. *Tom. 5. disp. 65. sect. 1. §. Dico primò.*

Aduocatus.

1 ADuocatus excōmunicatus, licèt non possit patrocinari licitè, vt est prohibitum *in cap. Decernimus. de sent. excom. in 6.* Si tamen faciat, factum tenet: quia valor talium actuum, non tam in iure, quam in facto consistit, nam præcipuū munus Aduocati, est præbere consilium, & secundū iura, & rationes causæ tueri. Quod autem consilium rectū sit, & sapiens, & allegatio iuridica, in facto, & reipsa cōsistit, nec propterea erit minus docta, aut sapiens, quòd ab excōmunicato fiat. Quod intellige de excōmunicato vitando, & denuntiato; nā tolleratus repelli quidem potest, tamen licitè potest admitti, si partes, & iudex consentiant: Et eius rescriptū, non debet in iudicio admitti, factū tamē tenet. *Tom. 5. disp. 16. sect. 7. §. De Aduocato, & sequent.* *c. Decernimus.*

2 Aduocatus excōmunicatus patrocinium ferens, peccat tantū venialitèr, quia actio ista per se

se sumpta vt procedit ab ipso aduocato, priuata est, & personalis, non à potestate aliqua, seu ministerio publico. *Tom. 5. disp. 16 sect. 7. §. Solum videtur.*

3 Aduocatus excõmunicatus, potest cõdignum stipendiũ accipere. Ratio est: quia hæc circunstantia impertinens est ad iustitiam stipendij, quod pro æquiualente labore datur; circũstantia autem adiuncta contra obedientiam Ecclesiæ, iustitiam non lædit, & ideò non impedit quominus iustè stipendium accipiatur, dũmodò aduocati ministerium in iudicio admissum sit, & in eius vtilitatem cedat, qui stipendium soluit; quia si tale patrocinium inutile redda tur propter excõmunicationem patrocinantis, nõ potest à parte ignorante excõmunicationem, accipere stipendium iustè cum ad eius vtilitatem nihil contulerit: secus dicendum quãdo pars sciebat eius excommunicationem, & nihilominus ab illo patrocinium postulauit, eumque ad ministerium præstandum induxit; quia tali periculo voluntariè se exposuit. *Tom. 5. disp. 16 sect. 7. §. Tandem colligetur.*

Agnus Paschalis.

D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 5. Cano. relect. de Sacrã. p. 1. d. 4.

1 OBlatio Agni Paschalis (vt est probabile) fuit sacramentum, simul, & sacrificium, tanquam perfecta figura nostræ Eucharistiæ. Ratio est; quia mactabatur in cultũ Dei, & vt sic erat sacrificiũ, & comedebatur quodam certo ritu lege præscripto, & tanquam cibus Deo dicatus, & vt sic dici potest fuisse Sacramentum; & sub vtraque cæremonia illa religiosè, & per illam disponebantur homines ad sanctificationem aliquam illa lege obtinendam. *Tom. 3. disp. 1 sect. 1. §. Dico ergò primò, & disp. 74. sect. 4. §. Tertium fundamentum.*

2 Agnus Paschalis decima quarta luna, vergense iam sole ad occasum immolabatur; post occasum verò, oriente iam decima quinta die comedebatur. *Tom. 2. disp. 41. sect. 1. §. Atq. ex hoc.* Et dies immolationis Agni Paschalis simplicitèr dicebatur azimus. *Tom. 3. disp. 41. sect. 1. §. Hæc sententia.* Et immolatio Agni naturalis, & typici intra eundem naturalem diem peracta est. *Ibidem. §. Tertium argumentum.*

Cõstat ex textu scripturæ Sacræ

Anathema.

Con. Trid. Pasim & Math. 18. Hierõ. ad Galat. 1. Augustin. lib. 4. q. in num. cap. 40. & 41 Chrysost. sermone de

1 NOmẽ, *Anathema*, est æquiuocũ, & iuxta vsum Ecclesiæ significat censuram excommunicationis. Deriuatur à verbo *Anathematizo*, quod est execro. Quæ significatio indicat rẽ execrabilem, & abominabilẽ. Vnde separatus ab Ecclesia dicitur Anathema, tanquã maledictus, ethni-

ethnicus,& publicanus. *Tom.5. disp.8. sect.2. §.Deinde concedẽdum est,& sequentibus.*

anathem. tom.5. & Iustinus martyr. quæst.121 Aug.li.de vnit. Eccles.c.vlt. Cõc.Trid. c.3.ses.25 de reform. Sylu. ver. excom. 1. Sot. d.22. q.1. ar.1.

2 Anathema non differt essen tialitèr ab excommunicatione maiori,& ideo omnis excõ municatio maior, quoad essentiam est quoddã Anathema:quia per omnem excommunicationem maiorem separatur quis à consortio fidelium. *Tom. 5. disp. 8. sect.2. §. Rursus verò.*

3 Anathema interdum differt ab excõmunicatione accidentalitèr propter maiorem solemnitatem, & grauitatem : & sic quando fit ab homine, videtur addere publicam denuntiationem,cum quibusdã exterioribus signis,ac cæremoniis,terrorem,ac damnationem maiorem indicantibus:quando verò adiungitur in excõmunicationi bus â iure,indicatur maior grauitas delicti,vt v. g. hæresis,aut schismatis, vt colligitur passim *ex Conc.Trid.* Et aliquãdo addũ tur illæ voces, *Maran Atha*, vt patet ex Siluerio Papa *in c.Guillisarius.* 23.*q.*4. Quæ voces sunt Syriacæ,vt constat ex omnibus, & significant idem. *Quod Dominus veniet.* Vnde quando *Paul. 1. ad Chorint. 16. dicit. Si quis nõ amat Dominum nostrum Iesum Christum sit Anathema Maran Atha.* Explicat Hieronymus,& Athanasius causalitèr, sit Anathema, quia Dominus iam venit. *Tom. 5. disput. 8. sect. 2. §. Propter decreta.*

Athanas. in quæst. ad Antio. quæs.136. Aug.epist. 178. Hier.epis. 147.

Angelus.

1 MOdus, quo indiuisibiliter est in loco. Accidentalis est in Angelo, nõ tamen est relatio prædicamentalis: hoc explicatur in hunc modum,scilicet cõsiderãdo duo in Angelo. Vnum est esse substantialiter indiuisibilem, & hic modus est substantialis, & essentialis in Angelo. Alterum est,esse in loco,seu præsentè modo indiuisibili, & hoc est accidẽtale, & amitti potest, vel mutari per motum localem. *Tom.3. disp.47. sect.2. §. Dicendum est primò.*

2 Angelus non mouetur ex vi motus corporis assũpti : quia licèt illo corpore moto, videatur nostro modo concipiẽdi, & loquendi more, per accidens moueri, Angelus tamen reuera nõ mouetur ex vi motus corporis, sed potius ipse se mouet, vt corpus comitetur : quia ipse nihil patitur à corpore, nec proprie ab illo continetur,sed illud potius mouet,ac cõtinet. *Tom.3 disp.47. sect.3. §. Secundò ergo.*

3 Angelus,quãuis non sit quãtitatiuè in loco,non potest locũ mutare sine intrinseca sui mutatione. Ratio est: quia hæc præsentia, est aliquid reale, in re præsenti: ergò non potest mutari sine vera mutatione subiecti; id est ipsius rei. *Tom. 3. disp.47. sect.4. §. Dico ergò quarto.*

4 Præsen-

4 Præsentia Angeli in loco, in ordine ad subiectum, per se, & intrinsecè est indiuisibilis, licèt diuisibilis esse possit in ordine ad spatium: quia subiectum nō habet partes. *Tom. 3. disp 48. sect 1 §. Atque hinc oritur.*

5 Angelus, qui habet proportionabilē modū præsentiæ, quia est totus in toto, & totus in qualibet parte, licèt ex parte modi non sibi determinet certam loci magnitudinem, tamen ex parte subiecti illā determinat: quia ille modus præsentię est cōnaturalis tali subiecto, & coměsuratur perfectioni eius. Vnde perfectior Angelus ex natura sua, potest maiori spatio fieri præsens quā minus perfectus. *To. 3. disp. 48. sec. 3. §. In secūda cōparatione*

6 Angelus simul esse potest naturaliter præsens in grādi spatio cōtinuo, totus in toto, & totus in qualibet parte eius. At verò iuxta sententiam magis receptam, nō potest esse simul naturalitèr præsēs in pluribus spatiis multo minoribus, omnino distantibus, ac discretis. *Tom. 3. disp. 48. sect. 3. §. Ex his ergò.*

7 Angelus non solum totus toti spatio locali, singulisq; eius partib⁹, sed cunctis indiuisibilibus, est præsens: quia non potest intelligi præsentiam Angeli esse in se continuam, & vnitam, nisi simili modo respondeat omnibus partibus, & terminis alterius extremi. *To. 3. disp. 52. sect. 3. §. Dicendum nihilominus.*

8 Angelus in loco inadæquato existēs, acquirit de nouo præsentiam in alia parte loci, non amittendo priorem: quia, non sunt termini repugnantes. *To. 3. disp. 49. sect. 1. §. Dico quartò*

Anihilatio.

1 VT substantia anihiletur, aut anihilari dicatur, non obstat remanere accidentia. Ratio est: quia accidentia sunt extrinseca subsistantiæ, vnde non mutant modum productionis, aut decisionis eius. *Tom. 3. disp. 50. sect. 7. §. Hæc quæstio.*

2 In anihilatione, non tantū attendēdum est, ad quid tādem terminetur rei decisio, sed etiā qualis fuerit modus mutationis, seu decisionis rei, sicut in corruptione naturali, etiā forma ita trāsit in non esse, vt post corruptionē vere sit nihil, cuius signum etiam potest esse; quia posset iterū à Deo creari ex nihilo, & tamen nō dicitur anihilari propter modum decisionis, quia ad corruptionem compositi definit esse manente subiecto, de cuius potētia est educta. *Tō. 3. disp. 50. sect. 7. Nihilom. tamē.*

3 Manere in potentia obedientiali actiua, non tollit, nec impedit anihilationem, vt v. g. licèt Deus anihilaret Cælum, nihilominus maneret in potentia actiua Dei, & in potētia obedien-

dientiali actiua, cuiuscunq. instrumenti diuini. *Tom. 5. disp. 50 sect. 7. §. Secundò dicunt.*

4 Anihilatio non potest esse per actionem positiuã, sed tantum per suspensionem influxus conseruantis. Est enim contra rationẽ anihilationis vt per positiuam actionem, fiat, seu cõsequatur. Ratio est: quia actio positiua necessariò terminatur ad positiuum terminum, & si ex illa sequitur decisio alicuius rei, non potest omnino destrui totum id, quod per se supponitur ad talem actionem, & ideò non potest habere rationem anihilationis. *Tom. 3. disp. 50. sect. 7. §. Quinta ratio.*

5 Anihilatio differt à corruptione: quia anihilatio propriè opponitur creationi, & dicitur destructio entis, in quãtum ens, seu quatenus habet esse per creationẽ. At verò corruptio opponitur generationi, quæ fit per vnionem formæ cum materia, quę est subiectum illius actionis; ideò potest proximè ac necessariò, sequi corruptio ex generatione. *Tom. 3. disp. 50. sect. 7. §. Sed instabit aliquis.*

Anima.

1 RAtio ob quã altera actione producitur anima, & altera vnitur, formæ autem accidentales non item, est: quia anima est forma natura sua subsistens, & independens à corpore; gratia verò, quæ est forma accidentalis, ex natura sua non est subsistens, sed inhærens, ac pendens à suo subiecto in esse, & conseruari. Prima pars est de fide. Altera sequitur necessariò ex quibusdam principiis fidei, & aliis euidẽtibus lumine naturæ: quia certum est gratiam esse in anima formaliter afficiendo, atque adeò informando illam; ex quo fit gratiam non esse formã substantialem, sed accidentalem: quia vna forma substantialis nõ potest informare aliam. *Tom. 3. disp. 9. sect. 1. §. Sed hac sententia.*

2 Potentiæ animæ solum sunt capaces qualitatum, per quas ad actum secundum reducũtur, vel ad melius operãdum disponuntur; quia huiusmodi potentia natura sua tota est destinata ad operandum, & totum suum esse, & speciem suam recipit cũ hac inclinatione, seu habitudine ad actus, seu obiecta, & ideo nõ videtur posse perfici in suo esse per aliquam qualitatem, quæ nõ sit actus secundus, nisi perficiatur in actiuitate sua in ordine ad actum secũdum. *Tom. 3. disp. 11. sect. 4. §. Aliam responsionem.*

3 Anima potest informare vnum integrum corpus, ita, vt sit tota in toto, & tota in qualibet parte; non tamen simul potest informare duo corpora distincta, etiam si simul sumpta nõ sit grandioris, quãtitatis, quam illud

illud vnum. *Tom.3.disp.48.sect.3.§.Ex his ergo.* Item anima non potest mouere corpus suum, nisi per membra organica, nec per imperium voluntatis transferre de vno loco in alium. *Tom.3. disp.53.sect.1.§. Dico tertio.*

Apostolus.

D.Augus. li. de origin.animę cap.9. & Epist.148

1 APostoli ante passionem Domini fuerunt baptizati vero Sacramẽto Baptismi. Ratio est: quia non est verisimile, nec credibile Christum dedisse Eucharistiam Apostolis nõdum baptizatis,& ordinasse illos Sacerdotes,dedisseque eis potestatem conficiendi corpus suum, quam in nocte cœnæ dedit, vt *Conc.Trid.definit.* nisi iam essent baptizati. Quia hæc Sacramenta supponunt characterem baptismalẽ: vnde Christus, *vt ait Nicephorus li.2. Hist.c.3.* manibus suis baptizauit Petrum, & Petrus filios Zebedæi, & illi cũ Petro baptizarunt alios Apostolos, atque ij cæteros discipulos. Item valde pium, & credibile est, *quod ait Euthymius Ioann.3.* quod Christus ante Apostolos baptizauit Virginem Mariam manibus suis. *Tom.3. disp.19. sect.1.§. Dico primo.*

2 Apostoli in nocte cœnæ fuerunt ordinati Sacerdotes per illa verba: *Hoc facite in meã commemorationẽ.* Episcopi verò post *Ioann.20.* resurrectionem, *Ioan.20.* quãdo Christus dixit Apostolis. *Accipite Spiritum sanctum,&c. Tom.3. disp.32. sect.2. §. Atq.hoc modo.*

Appellatio.

1 CEnsura sub conditione lata suspenditur per appellationem legitimam, & intra legitimũ tempus factam. Expresse definitur *in cap. Prætereа. 2. de appellat.* At verò vt sit legitima requiritur, vt sit ex causa probabili, & sufficiente. Item quoad forum externum seruandæ sunt iur isperitorum regulæ,& ad præsentem materiam applicãdæ, quas vide *in cap. vt debitus, de appellat. & cap. Ad nostram, & cap. Reprehensibilis.de appellat.* Legitimum tempus est quodcunque dummodo sit ante cõditionem impletam, vt tenet *Glos.in c.Prætereа.2.de appellat.* Quãuis Abbas teneat ad hanc etiam appellationem requiri tempus lege præscriptum.ff. decem dierum, iuxta *cap.Quod ad consultationẽ. de re iudicata.Tom.5.disp.3.sect.6.§. Hæc quæstio. & seqq.*

Couar.ca. Alm.1.p. §.10.n.4. Nau.cap. Cũ cõtingat.de rescrip.cauſæ. 14.

2 Ab excõmunicatione purè, & absolutè lata non potest appellari, saltè quoad effectus suspendendi censuram, vt habetur *in cap. Pastoralis. §. Verũ de appellat.& cap.Is cui.§.vlt.de sent. excomm.in 6.* Quod extenditur etiam quoad suspensionem, & interdictum. Ratio est; quia huiusmodi sententia censuræ secum

Nau.in c. Cũ cõtingat. causa 15. Couac. Alma. 1.p.§.10. num.4.

affert executionem. Item nō potest appellari à censura conditionata, impleta conditione; secus dicendum de sententia declaratoria. *Tom. 5. disp. 3. sect. 6. §. In quo etiam, & seq.*

3 Per appellationem non solum suspēditur censura, sed etiā præceptum, seu obligatio exequēdi id, quod sub censura præcipitur; quia in totum hoc appellatio fertur, imò ideò appellatur à censura; quia appellatur à præcepto. *Tom. 5. disp. 3. sect. 6. §. Hæc quæstio.*

Cap. Præterea 2. de appellat.

4 Per appellationem nō suspenditur effectus censuræ, vt cōstat *cap. Pastoralis. §. Verum, & cap. Ad hæc de appellat; & cap. Ad reprimendam. de offic. ord. & cap. Is cui. §. vlt. de sent. excom. in 6.* Quia censura secū trahit executionem. *Tom. 5. disp. 6. sect. 4. §. Prior igitur modus.*

Vide Glos. in cap. ad exprimēdam. de offic. ordin. & ibi Abbas. Nau. in c. Cum contingat. de rescript.

5 Per appellationem antecedentem sententiam suspenditur cessatio à diuinis, nō autem per subsequenté. Ratio est: quia appellatio antecedēs etiam iurisdictionem subtrahit, subsequens verò minimè, vt constat *ex cap. Is cui. de sent. excom. in 6. Tom. 5. disp. 39. sect. 4. §. Quæri vero potest. Vide Cou. c. Alm. p. 2. §. 2. n. 6*

6 Suspensio lata post interpositam appellationem, est nulla: quæ opinio est cōmunis *in c. 1. de sent. excom. in 6.* vbi videntur suspensio, & excōmunicatio pacificari. *Tom. 5. disp. 28. sect. 5. §. Circa secundum punctum.* Quia nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, quæ per appellationem suspenditur. *Ibidem.*

Cap. 1. de sent. excō.

7 Appellatio interposita post suspensionem, non impedit eius effectum, etiā si lata sit in puram pœnā pro delicto. *Cap. Is cui de sent. excō. in 6.* quia suspēsio sicut excommunicatio trahit secum executionem iuxta *c. Pastoralis. §. Verū de appellat. Tom. 5. disp. 28. sect. 5. §. Circa secundum.*

Cap. Is cui Cap. Pastoralis.

8 Appellatio interposita post censuram latā ab homine ordinario, non impedit denūtiationem iuxta *c. Pastoralis. §. Verū. de appella. & c. Cum cōtingat, de offic. deleg. & c. Is, qui de sent. excom. in 6.* Secus dicendum, si iudex fuerit delegatus; quia cessat per appellationem in tali causa, iuxta *c. Pastoralis. §. Præterea, et §. Cum autem. de offic. deleg. Tom. 5. disp. 3. sect. 15. §. De censura.*

Cap. Past. Cap Cum contingat. Ca. Is qui.

Cap. Pastoralis.

9 Appellatio à cēsura lata cōtra ignorantē, non impedit denuntiationē, nisi ignorantia excuset à censura; quia si nō excusat, habet effectū executionis, cū sit valida, iuxta *c. Pastoralis. §. Verum. de appellat. Tom. 5. disp. 3. sect. 15. §. Vltimo addit.*

10 Denuntiatio cēsuræ à iure latæ, potest per appellationem impediri. Ita sentit *Gloss. in cap. Cupientes de elect. in 6. verb. Priuatos.* dicit enim appellationem huiusmodi esse admittendam, quando non constat aliàs reum vere incidisse, & deliquisse, sed dubium est. Nam si ita constaret,

Innocentius in ca. Pastoralis. §. Verum de appellatio. Nau. cap. Cum contingat, de

ret, nõ esset talis appellatio admittenda, quod intelligit Doctor, si ita constaret, vt nulla tergiuersatione celari posset; quia tunc iam esset virtualiter appellare ab ipsa pœna canonis, aut velle illam eludere. *Tom.* 5. *disp.* 3. *sect.* 15. §. *Hæc verò omnia.*

rescript. causa. 15. *Con. cap. Alm.* 1. *p.* §. 10. *n.* 4.

11 Appellatio à sententia, vt excõmunicatus denuntietur, nõ suspendit illã; quod nõ obscure colligitur *ex dict. c. Pastoralis. de appel.* §. *Verũ, vt ab aliis vitetur; & ex c. Is cui de sent. excom. in* 6. Ibi. *Per appellationẽ ipsius effectus sequentẽ minime suspendatur.* Et existimat Doctor talem appellationem non esse admittẽdam, nisi prius talis excommunicatus absoluatur, vel probet excommunicationem cõtra illum latam fuisse nullam, iuxta *cap. Cum contingat, de offic. deleg.* Quod intellige, licet excommunicatio post denuntiationẽ fiat fortior *vt in cap. Tua nos. de sent. excom.* licèt contrariũ sit probabile, & admitti possit. *To.* 5. *disp.* 3. *sect.* 15. §. *Qui nõ solum, & seq.*

Cap. Past. Ca. Is cui.

Aqua.

1 AQVA lustralis, licèt cæremonia sacra sit, & aliquam sanctificationem conferat, præsertim si verum est, delere omnia peccata venialia; non est sacramentum. Ratio est: quia non significat gratiam. *Tom.* 3. *disp.* 1 *sect.* 2. §. *Dico tertiò.*

2 Aquæ benedictæ consecratio, per extrinsecam benedictionem, instituta ab Ecclesia, iuxta eius voluntatẽ, potuit ad partes miscendas extendi. *Tom.* 3. *disp.* 57. *sect.* 4 §. *Dico secundo. in fine.*

Attritio.

1 ATtritio sic definitur. Est illa detestatio peccati, quę hominem ad gratiam suscipiendã disponit, ex se quidem, seu solitariè sumpta, remotè, & insufficiẽter, cum sacramento autem sufficienter. Quæ descriptio sumitur tota *ex Concil. Trid. sess.* 14. *cap.* 4. *Tom.* 4. *disp.* 5. *sect.* 1. §. *Primò iuxta.*

Definitio attritionis.

2 Attritio sufficienter diuidĩtur in eã, quæ est ex metu gehẽnæ, vel in eam quæ est ob fœdita tẽ peccati: vt constat *ex Concil. Trtd. sess.* 14. *c.* 4. *Tom.* 4. *disp.* 5. *sect.* 2. §. *Concil. Tridentinum.* Detestatio peccati propter gehennam pertinet ad virtutem spei. Nam eiusdem principij est amare aliquod bonum, & odio habere contrarium malum. *Ibidem.* §. *Denique circa.* Attritio vero ob fœditatem peccati procedit ex illo motiuo, quòd in vnaquaq; virtute morali per se infusa reperitur: huiusmodi autẽ motiuũ in vnaquaq. virtute sumendum est, per cõformitatem ad regulã, & rationẽ supernaturalẽ in propria materia. Vnde

Diuisio attritionis.

quãdo illa conformitas sumitur per comparationem ad meram rationẽ naturalẽ, virtus est acquisita, & naturalis: quãdo verò illa conformitas sumitur per comparationẽ ad reuelatam regulam, & ad rectam rationẽ, vt eleuatam ad supernaturalẽ ordinem tunc virtus est infusa, & actus eius tã in prosecutione boni, quam in fuga mali, supernaturalis est, & est hæc attritio de qua loquitur Concil. ex fæditate peccati. *Tom. 4. disp. 5. sect. 2. §. Ex illo ergò motiuo.*

3 Attritio differt essentialiter à contritione in motiuo, & non in conditionibus. Itẽ attritio non includit dilectionẽ Dei super omnia, sicut contritio, & inde habet, vt per se nõ sit sufficiens dispositio. Itẽ attritio non semper detestatur peccatum supra omne detestabile, sicut cõtritio. Itẽ attritio nõ est semper ex motiuo vniuersali, sicut cõtritio: vnde non semper est sufficiens dispositio absolutè ad gratiam cum Sacramẽto, sed respectiuè. Deniq. attritio non semper procedit ex voluntate destruẽdi culpam, sicut contritio. De quo vide. *Tom. 4. disp. 5. sect. 1. §. Solet quidem, & sequentibus.*

D. Thom. in 4. d. 17. q. 2. ar. 1. q. 3. Med. tract. 1. de pœnit. q. 5.

4 Attritio nõ potest fieri cõtritio. Ratio est: quia attritio, & contritio sunt actus essentialiter differentes; ergo vnus non potest fieri alius, licèt possit fieri attritus contritus. *Tom. 4. disp. 5 sect. 3. §. Hæc quæstio, & seqq.*

5 Attritio potest extrinsecè participare honestatem contritionis, per relationem extrinsecam, seu imperium, quod etiam dici potest de contritione respectu attritionis: quia actus vnius virtutis, potest imperare actum alterius, vel referre in obiectum suum, tanquam in finem illi intrinsecũ, à quo habeat speciem accidentalẽ, quomodo eleemosyna, v. g. potest imperari à pœnitentia, &c. sic ergo potest esse in proposito; est enim eadem ratio. *Tom. 4. disp. 5. sect. 3. §. Addit verò.*

6 Attritio Christiana, v. g. quę disponit hominem ad suscipiendam gratiam, debet esse supernaturalis: quia pœnitentia merè naturalis, potius Philosophica dici potest, quàm Christiana. Item debet includere propositum non peccãdi; quia talis attritio debet saltem tollere obicem, qui positus est per effectũ peccati; & moraliter manet, quandiu efficaciter non retractatur. *Tom. 4. disp. 5. sect. 1. §. Infertur tertiò, & seqq.*

D. Tho. 3. p. q. 85. ar 5. ad 3. Alens. 4. p. q. 74. Bonauent. in 4. d. 17 ar. 2. q. 2. Cõc. Trid. sess. 14. cap. 4.

7 Ex vi præcepti annuæ cõfessionis; non tenetur, qui confiteri non potest, ad habendam attritionem. Probatur exemplis, quando Ecclesia præcipit orationem vocalem, præcipit etiam orationem internam ad Deum: qui autẽ excusatur propter impotentiam ab oratione vocali; non tenetur pro illo tẽpore interius ad Deum orare.

Item

Itē si quis, ex voto, vel propter statū religionis teneatur, v.g. singulis mensibus vel hebdomadibus confiteri, & excusetur propter impotentiam à confessione, non tenetur ad contritionē. Ergò, similiter, &c. *Tom.4.disp.5. sect.6.§.Dicitur fortasse.* Et idem dicendum est, licet timeat obliuionem peccatorum, quia ex vi contritionis non tenetur homo conteri de singulis peccatis distinctè recogitatis, & in memoriam reuocatis; ergò ex vi naturalis præcepti contritionis, non est necessarium statim conteri, propter metum obliuionis. *Ibidem. §. Vnde etiam colligo.*

8 Dolor de peccatis, qui fundatur in motiuo turpi, humano, aut naturali, quantumuis honesto, non est attritio. De motiuo turpi: vide *Rupert. Abb. lib. 11. de gloria, & honore filij hom. in Math. circa illa verb. cap. 26. pœnitentia ductus, & lib. 2. in Ioan.* *Rupert. Abbas.* De motiuo humano. Vide *Aug. lib. de vera, & fal. pœnit. cap. 2.* *Augustin.* Vbi, inutilē dolorem vocat. Deniq. de motiuo naturali probatur: quia nō est attritio, quæ est dispositio ad gratiā recipiendā, de qua loquitur Cōc. Trid. quæ debet esse dispositio ad Sacramentū supernaturalis, & ab auxilio gratiæ profecta. *Tom.4.dis.5. sect.1.§.Ex quo principio, & seq.*

9 Attritio, vt pars Sacramēti, debet esse supernaturalis. Probatur *ex Conc Trid. sess. 14. ca. 4.* *Conc. Trid* Vbi eam vocat. *Donū Dei, & Spiritus Sancti impulsum.* Vnde colligitur ex eodem Conc. cit. debere esse ex aliquo motiuo, & supernaturali, ac diuino: quia motiuum naturale, aut humanum, non auertit voluntatem ab affectu peccādi. *Tom.4.disp.20 sect. 2. §. Nihilominus, & seq.*

10 Attritio subsequens confessionem, non est pars Sacramēti pœnitentiæ: quia talis attritio nec per se sensibilis est, cum sit merè interna, nec coniungitur alicui signo sensibili, quo manifestetur, & sensibilis fiat; nam confessio, quæ præcessit non indicat dolorem, qui subsequitur, cū non sit effectus eius, sed mere per accidens ad inuicem se habent. *Tom.4.disp.20. sect.4.§. Respondent verò.*

11 Attritio de mortalibus ex iusta causa in confessione omissis: non est pars Sacramenti pœnitentiæ; licèt sit dispositio ad effectum. Ratio est: quia neq. informat confessionē, nec fit sensibilis per illā, sed merè interior manet; est tamen necessaria ad eius valorem: quia ille, qui confitetur ex generali lege Sacramētorum, tenetur non ponere obicem effectui Sacramētali: & sic tenetur dolere de peccato illo, quod tacet in confessione: quia dolor est necessarius ad tollendum obicem, licèt non requiratur ad accusationē eius *Tō. 4. disp.20. sect.4. §. Dicimus ergo.*

12 Si ex ignorantia culpabili desit attritio peccati etiam in

confessione obliti, confessio est nulla. Ratio est: quia deficit vniuersalis attritio, verà, & efficax; si tamen ignorantia est inculpabilis confessio erit valida, cum obligatione confitendi peccatũ illud, cuius verâ attritionem nõ habuit, si postea defectum commissum recognoscat; quia carẽtia attritionis circa illud peccatum, solũ est defectus materialis integritatis, qui nõ est circa substantiã Sacramenti. *Tõ 4. disp. 20 sect. 4. §. Nihilominus, dicendum.*

13 Attritio, quæ est dispositio ad primam gratiam, non est meritoria noui augmenti in eodem instanti conferendi; vt cõstat apud omnes ex materia gratiæ. *Tom. 3. disp. 7. sect. 5. §. Dico tertio.* Item sola attritio etiam cum voto Sacramenti suscipiendi, non sufficit ad impetrãdam remissionem peccati, nisi Sacramentũ realiter applicetur: quia nimirum applicatum per solum votum, non sufficit ad dandum effectum, & ideò nunquã datur, nisi aliàs ipse actus operantis, ex se sit sufficiens dispositio ad gratiam obtinendam, & tunc illa non propriæ effectus Sacramenti est, sed dispositionis, cum ordine ad Sacramentũ. *Tom. 3. disp. 8. sect. 1. §. Ad rationem.*

14 Attritio cognita sufficit in Sacramẽto pœnitentię ad cõficiendũ illud. Quod est certum: quãuis sit sub opinione, an sufficiat ad cõsequendum effectum. *Tom. 3. disp. 16. sect. 2. §. Sed vrgebit.* Item attritio, quæ sufficit ad effectum Baptismi, sufficit etiã ad Sacramenti pœnitentiæ effectũ *Tom. 3. disp. 28. sect. 2. §. Ad fundamentum tertiæ.* At verò nõ sufficit haberi in voto; quia hoc votum nõ sufficit, nisi quatenus includitur in aliqua dispositione ita perfecta, vt sit sufficiens dispositio ad iustitiã; non potest autẽ fingi huiusmodi votũ attritionis, deberet enim includi in cõtritione, quod ridiculum est. *Ibidem. §. Dico tertio, & seq.*

Auxilium.

1 AVxilium efficax multis hominibus non datur; imò illis omnibus nõ datur, qui de facto non conuertuntur, vt per se patet, quia gratia efficax appellatur illa; quæ infallibiliter habet effectum. *Tom. 4. disp. 8. sect. 2. §. Rursus ex parte.* *Vide Aug. toto lib. de prædestin. Sanctorum, c. 5. & sæpe alios.*

2 Deus de se nõ denegat auxilia sufficientia, excitantia, & necessaria ad salutẽ, saltem quãtũ per ordinarias causas, & media instituta ab ipo fieri possũt: quod est conforme pietati diuinæ, & voluntati Dei dicentis, se velle omnes saluos fieri, & vniuersali Christi redemptioni. Itẽ Deus ita se gerit cũ hominibus adultis, vt neminẽ ita relinquat, quin aliquando opportuno tempore iuxta suæ prouidentiæ dispositionem tangat cor eius, ita vt *Aug. li. de correct. & grat. c. 5. & 6.*

vt posit homo cooperari, & se disponere, vel ad remissionem peccati; vel saltem ad aliquod donũ gratiæ, quo paulatim perueniat ad vltimam dispositionem. Quod est etiam conforme fidei, pietati, ac prouidẽtiæ suaui Dei, & generalibus locutionibus Scripturæ sacræ. v.g. *Illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Ego sto ad hostium, & pulso, & aliis similibus. Tom. 4. disp. 8. sect. 2. §. Secundò dicendum, & sequenti.*

D. Tho. 3. p. q. 86. ar 1. Alẽs. 4. p. q. 13. memb. 4. ar. 2. & q. 14. mẽb. 5. ar. 2. Altisiod. li. 3. sum. tract. 2. c. 2. q. 5. li. 4. tract. 6. ca. 1. q. vlt. & alij

3 Auxilium sufficiens nemini negatur in pœnam peccatorũ certa lege statutam. Ratio est: quia constat ex Scriptura sacra Deum ex omnibus statibus cõuertere aliquando grauissimos peccatores ad pœnitentiam, & in omnibus statibus, & tẽporibus, vt intelligamus nullum genus peccatorum excluſum esse à misericordia Dei. *Tom. 4. disp. 8. sect. 1. §. Nunc verò non est nobis.*

4 Deus aliquando interficit hominem corporaliter propter peccatum; tamen auxilio sufficiente nõ priuat eum. Ratio est: quia tunc finitur eius via, & sæpe expedit ad commune bonũ, vti huiusmodi pœna, maximè cum publica sit, & sensibilis, & tunc ita se gerit Deus cum illo homine, vt si in illo puncto mortis, vellet pœnitentiam agere, illi non deesset auxilium. *Tom. 4. disp. 8. sect. 2. §. Ac propterea.*

Azimus, & azimorum dies.

1 PANIS azimus erat verè, ac simpliciter panis; ita enim in Scriptura vocatur. Ratio est: quia vterque panis conficitur farina triti ca, & naturali aqua, & puro igne concoquitur; hæc autem tantũ sunt de essentia panis; ergo, &c. Nam licèt vnius sit frequentior vsus, quam alterius, quia est delectabilior, & aptior, tamen vtriusq. vsus, est propriè vsus panis, scilicet vt cum aliis cibis tã quam aliorum comes adhibeatur. *Tom. 43. disp. 4. sect. 3. §. Vltimò probatur.*

Luc. 24. Exod. 12. & 13. 1. Reg. 21. & 22. Leuit. 2. Philo in li. d vit. cõtemplat. Ioseph li. 3 antiq. c. 10 D. Tho. d. 11. q. 2. ar 2. q. 3. ad 6

3 Dies azimorũ erant septẽ, qui â vespera, qua agnus comedebatur, quæ erat vltima decimæ quartæ lunæ, à qua prohibebatur vsus frumenti, vsq. ad vltimã vigesimæ primæ computabantur Constat *ex 12. Exod. & Leuit. 2. Nũ. 28.* Vbi dicitur: *septẽ diebus azima comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus vestris vsq. ad diem septimum &c. Tom. 3. dis. 41. sect. 1. § Hæc sententia, & § Arq. hinc* Quæ observatio azimorum magis in priuatione fermenti, quam in vsu azimi consistebat, vt constat. *Ibidem. §. Videri autem possunt.*

3 Solum dicti septem dies erant azimi, nec vllus vnquam alius institutus est, vt constat ex veteri testamento, præsertim, *ex*

12. *Exod.* Ibi. *In die primo nō erit fermentum in domibus vestris vsque ad septimum.* Et inferius additur, *Septem diebus non inuenietur fermentum in domibus vestris;* & multis aliis locis. Octaui autē diei nullibi fit mentio. *Tom.* 3. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Atque ex hoc.* vt constat ex citatis locis, quod primus dies azimorum supponit in veteri testamento pro die decima quintæ lunæ, festiua atque solemni. *Ibidem.*

4 Quando in testamēto nouo, decima quarta lunæ dicitur dies azimorum, de eius vltima vespera intelligendum est: nam quando discipuli dicuntur accessisse ad Christum primo die azimorū interrogantes: *Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* nondum inceperat vllū azima, quia nōdum aduenerat tempus comedēdi agnum. Vnde in fine illius diei erat comedendum, & nō in initio eius. *Tom.* 3. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Atque ex hoc eodem.*

Totum cō stat, ex Scriptura.

5 Primus dies, & vltimus azimorum, erant tantum festiui: vt patet *ex Leuit.* 23. ibi enim. *Mense primo, quarta decima die ad vesperā Phase Domini est. Et quinta decima die huius mensis solemnitas azimorū Domini est.* Et cōstat ex aliis multis locis. *Tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Primo enim cōstat, & sequenti.*

6 Decima quinta luna, non solum primus solemnitatis azimorum, sed primus azimorum dies simpliciter dicebatur. *Tō.* 3. *disp* 41. *sect.* 1. §. *Ad has vero obiectiones.* Itē sola vltima vespera decimæ quartæ lunæ sacra erat. Et inter vesperam, qua agnus immolabatur, & festiuum diem azimorū, nullum feriarum tempus mediabat. *Ibidem.* §. *Primo enim constat, & seqq.*

Balsamum.

1 BAlsamum tempore Plinij in sola Iudæa reperiebatur, & in pauca quātitate vni terrarū Iudææ concessum quondam in duobus tantum hortis vtroque Regio, alter iugerum viginti non amplius, altero pauciorum. Postea verò magna eius copia in Palestina, nunc denique magna copia ex India defertur; quod siue sit eiusdem speciei physicæ, siue non, non refert ad veritatē Sacramēti; quia non est adulterium, licèt differat colore. Quia conuenit cum balsamo Siriaco in fragrātia boni odoris, & in effectibus aliisque proprietatibus. *Tom.* 3. *disp.* 33 *sect.* 1. §. *Tertiò adhibere, & § Tertium respondetur.* *Plinius* 12 *cap.* 25.

2 Balsamum nūquam defecit in Ecclesia Dei ad conferendum chrisma, etiam in antiquis illis temporibus, quando Ecclesia magis egebat his temporalibus rebus, & persecutiones graviores sustinebat. Cuius sufficiēs argumentum est: quod cum tēpore Fabiani Pontificis, quidā Episcopi se excusarent à chrismate *Ioseph. lib.* 8. *antiq. c.* 2. *alias.* 6.

mate quotānis conficiēdo; idq; per bien̄ium differrent, eo quod balſa nū quotannis reperiri non poſſet: eos Pontifex grauiter reprehēdit *epiſt. 2. docēs. Quotannis eſſe chriſma nouum conficiē dum. & vetus cremandum, ſicut à ſanctis*, inquit, *Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus accepimus.* Hoc Sācta Romana Eccleſia, & Antiochena à tēpore Apoſtolorū cuſtodit, & Hieroſolymorum, ac Epheſianorū tenet, nihil reſpondens ad excuſatiōnē illorū Epiſcoporū, omittēs illam tanquam friuolam, ac nullus momenti. *Tom. 3. diſp. 33. ſect. 1. §. Ad tertiam reſpondetur.*

§. I.

Baptiſmus quoad definitionem, & inſtitutionem.

Mag. in 4. d. 3. & cū illo omnes

1 BAptiſmus eſt *exterior corporis ablutio, facta ſub certa forma verborum.* Eſt communis. *Tom. 3. q. 66. art. 1. in cōment. §. Hoc verò ſignum.* Item aliter definitur per genus, & differentiam. *Eſt ſacramentum regenerationis, ſeu ſacramentum ad ſpiritualem regenerationem fidelium inſtitutum.* Sacramentum loco generis, regeneratio verò ponitur loco differentiæ: & vtramq. poſſumus breuiter comprehendere cum Catechiſmo Pij Quinti: ſic. *Eſt Sacramētum regenerationis, per lauacrū aquæ in verbo vitæ*, iuxta verbum Chriſti. *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in regnū Dei. Ibid. §. Ex quibus intelligitur.*

Ioan. 3.

2 Baptiſmus fuit inſtitutus primò, & per ſe ad remittendū peccatū originale, & ad primā gratiam dandā: ſecundario verò ad conſignandum nos charactere Chriſti; quod patet. *To. 3. diſp. 11. ſect. 1. §. Sed dubitabit.* Item eſt vnum ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ; vt eſt dogma fidei: vt conſtat *ex Conc. Florēt. in decret. Eugenij. Et Trid. ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere. can. 1. & ſequentibus.* Et inſtitutum immediatè à Chriſto Domino, vt conſtat ex ijſdem Concil. citatis: & ante eius paſsionem, iuxta probabilioré ſententiā, tam quoad materiam, quam formā, & extrinſecam efficaciam. Ratio verò cur Chriſtus poſt reſurrectionem dixit Apoſtolis ſuis: *Baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti*: fuit non quia Apoſtoli ignorarent formā, ſed vt præceptū Baptiſmi ſolemniter promulgaret, ac publicè omnib⁹ proponeret ianuam per quam in Eccleſiam ſuam erant ingreſſuri, quā opor tebat omnibus eſſe notiſsimā. De quo vide. *Tom. 3. diſp. 19. ſect. 1. §. Primū omnium: & ſeq.*

Mag. in 4. d. 3. D. Th. 3 p. q. 66. ar. 2. Scot. in 4. d. 3. q. 4. Rich. ar. 5. q. 5. Hugo de S. Victor. lib. 2. de Sacram. p. 6. c. 4. Capreolus Paludan. & aly.

3 Chriſtus Dñs non inſtituit Baptiſmum ſuum antequā ipſe baptizatus fuerit à Ioanne, in quo cōueniunt omnes Theologi, & Patres. Vnde ſecundum probabiliorem ſententiam, in ipſo

Vide Aug. ſerm. 36. de temp.

Beda li.1. in Luc ca. 10. Amb. lib. 2. in Luc.c.vlt. Bern. lib. 1. in Luc. cap.10. Hierony. Matth. 3.

die, quo Christus baptizatus fuit à Ioanne, ab illo, scilicet Christo fuit institutum hoc Sacramentum. Nam tunc Christus designauit materiam baptismatis. Nam vt ait Ambrosius *lib. 2. in Luc. cap. vlt.* Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Christi quę peccatũ non cognouit, baptismatis ius haberent, id est, aptæ essent, & designatæ ad Baptismum. Item designauit formam; nam & filius baptizandus adfuit, & Pater illi testimonium dedit, & Spiritus Sanctus in specie columbæ apparuit. *Tom 3. disp. 19. sect. 2. §. Certum inprimis, & sequent.*

Paul. ad Rom. 6.

4 Baptismus significat, Christi passionem, & resurrectionẽ, vt præteritam, & non vt futurã; vnde antequam passio, & resurrectio Christi cõsumaretur, erat Baptismi significatio incompleta, cæpit autem esse cõpleta post Christi mortem, & cum ante illã non haberet effectum perfectũ, non apperiebat cælum ante resurrectionem. *Tom. 5. di. 19. sect. 1. §. Ex his colligo.*

§. II.

Baptismus, quoad essentiã, & indiuiduationem.

Supponit.

1 BAptismus à cæteris Sacramentis distinguitur, quatenus per se ordinatur ad delendum peccatũ originale, & reliqua, quæ cum illo coniuncta erant, & ad dandam gratiam simpliciter primam, id est, quæ primò infunditur homini, in toto vitæ tempore, & per quam primò sanctificatur, & non solũ auferuntur omnia peccata mortalia, sed omnes pœnæ reatus, & hoc est sufficiens, vt distinguatur ab aliis. *Tom. 3. disp. 7. sect. 3. §. Dico secundò.*

Caiet. 3. p. q. 66. ar. 8

2 Statim ac perficitur forma, si cadat in ablutionem sufficientem, quantumuis minima sit, statim perficitur Sacramentum. Ratio est: quia iam ibi cõcurrunt omnia necessaria. *Tom. 3. disp. 20. sect. 2. §. Respondent aliqui.*

Tertulian. li. de bapt. cap. 15.

3 Baptismus, qui est vnum è Sacramẽtis nouæ legis, est vnicũ in essentia, & specie vltima. Conclusio est cõmunis, & certa ex illo Pauli *ad Ephes. 4. Vnus Dominus, vna fides, vnum Baptisma*, quẽ locũ interpretatur de essentiali, & specifica vnitate. *Serm. 11. Hierony & Chrysost. Tom. 3. disp. 22. sect. 1. §. Respondetur, & seq.* At verò multiplicatur numericè pro diuersitate subiectorũ, in quibus recipitur: quia in diuersis hominibus, necesse est fieri diuersas ablutiones. *Ibidem sect. 2. §. Declarata specifica.*

Conci. Vienens. in ca. vnic. §. vl. de Summa Trinit. lib. 6. Concil. Florent. in decret. Eugenij Trid. sess. 7. can.

4 Vnus homo, semel tantum baptizari potest, cum Sacramẽtum Baptismi non sit iterabile, nec possit esse, nisi vnum in eodem subiecto. Conclusio est certa de fide, & constat ex illo Pauli *ad Ephes. 4. Vnus Dominus, vna fides,*

fides, vnũ Baptiſma. Tom. 3. diſp. 22. ſect. 2. §. Quo circa dicendum.

9. de ſacra in gen. & can. 11. de bapt. Carthag. 1. cap. De cõſecra. d. 4. c. Paruul. Leo Papa epiſt. 3. c. 1 epiſt. 92. c. 16. Greg 3. epiſt. 4. & Concil. Carthag. 5. cap. 6.

5 Quando dubium eſt morale, ac probabile; an Baptiſmus fuerit datus, an validus? Iterum eſt dandum ſub conditione, vt habetur *in ca. 2. extra de Baptiſmo*, ſed ſub hac forma: *Si baptizatus es, non te baptizo: Sed ſi nõ baptizatus es, ego te baptizo.* Quod intelligit Doctor noſter, tum in ſolemni Baptiſmo, tum quando dubium eſt publicum, vt omnis occaſio ſcãdali auferatur; ſi autem dubiũ ſit occultũ, aut Baptiſmus ſecretò conferatur, ſatis erit conditionem mente concipere. *Tom. 3. diſp. 22. ſect. 2. §. Sed quæres obiter, & diſp. 31. ſect. 6. §. Conſtat iterationem.*

6 Quando dubium eſt iuris, aut facti, & adeſt vnus teſtis oculatus, dicẽs ſe vidiſſe hominẽ babtizari, & alioqui nulla ſit veriſimilis ſuſpicio pernicioſi mẽdacij, id ſatis eſt, vt Baptiſmus non ſit iterãdus: quia illud teſtimonium ſufficit ad faciendam moralem fidem excludentem dubiũ, & rationabilem ſuſpicionem: Idem dicendum ſi deſit teſtis oculatus, & homo natus eſt ex fidelibus parẽtibus, & inter Chriſtianos educatus, vſque ad illam ætatem, in qua ſolent alij baptizari, & aliunde non eſt probabilis ratio dubitandi de Baptiſmo, quia prædictæ coniecturæ coniunctæ cum communi Eccleſiæ conſuetudine faciunt ſufficientem fidem, donec, probetur contrarium euidẽtiſsimis argumẽtis, vt dicitur *in cap. Vltimo de præsbit. non Baptiſ.* Semper tamen inclinandũ eſt in fauorem hominis baptizãdi, cum ſalus ſit res maximi momẽti, & conditio appoſita excludat omnem iniuriã, quæ poteſt fieri Sacramento. *Tom. 3. diſp. 22. ſect. 2. §. Eſt autem animaduertendum.*

Sinod. can. 84. Conci. Carthag. 5 c. 6. Conci. Africano. c. 39. Con. Vormaciẽ cap. 70.

7 Si omnibus cæremoniis ſeruatis, ſubſtantialis error intercedat, ſubſtantialia tantum iterãda, & non cæremonia; quia ita cautũ eſt in iure, vt in huiuſmodi defectibus, ſolum ſuppleãtur ea, quæ deſunt, item quia illa accidentalia ſuo ordine fuerunt iã completa. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6 §. Septimo inquiri poteſt.*

§. III.

Baptiſmus quoad materiã proximam, & remotam.

1 AQua vera, & ſenſibils, eſt propria materia remota, & eſſentialis Sacramenti Baptiſmi. Eſt de fide *ex Conc. Later. in c. Firmiter de ſumma Trinit. Conc. Florent. in decret. Eugenij, et Cõc. Trid. ſeſſ. 7. can. 2. de Baptiſ. et ex illo Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Cum aqua ſit cõmuniſsima, & eius vſus facillimus, purus innoxius, atq. ita ad ſuauitatẽ legis Euangelicæ maxime accommodatus. *Tom. 3. diſ. 20. ſect. 1. §. Dico ergò primò.*

Concilio Lateran. Concilio Florent. Concilio Trident.

2 Solum

2 Solum aqua retinens substantiã elementi: & quæ est simplex, est materia essẽtialis, vsualis Sacramenti Baptismi. Ratio est: quia in hac Baptizatus fuit Christus, eamq. suo tactu sanctificauit, hæc deniq. exiuit de latere eius, ad significandum, hoc Sacramentum, siue sit frigida, siue calida, aut quod per meatus sulfureos transeat, aut per cineres, vel licite sit mixta cum alia substantia, aut corpore, dummodo non sit tãta mixtio, vt impediat vsum aquæ: secus dicendum de aquis artificialibus, sicut de herbis, & floribus, &c. Quia nõ sunt elementares; idem de saliua lachrimis, & aliis similibus rebus: semper tamẽ seruãda est regula generalis, vt semper adhibeatur materia pura, quoad fieri possit seruatis Ecclesiæ cæremoniis, cũ hoc expectet ad reuerentiam, & certitudinem Sacramenti. *Tom. 3. disp. 20. sect. 1. §. Dico secundo.*

D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 4. in solut. argum. Narsilius. q. 3. ar. 2.

3 Materia proxima Sacramẽti Baptismi, est ablutio. Vt omnes concedunt. *Tom. 3. disp. 20. sect. 2. §. Ex dictis in præcedenti, & sequenti.* Ablutio autẽ est contactus corporis liquidi cum corpore abluendo, per successiuã partium ablutionem facilemq. diuisionem earum per corpus. Quod requiratur contactus cõstat, cum nemo dicat aquã, quæ nõ tangit corpus, abluere illud; Item requiritur quod sit tactus per partium diuisionem: quia aqua in vase existens propter solum contactum nõ dicitur abluere illud ergò oportet, vt per corpus diffundatur. Item requiritur quod fiat per corpus liquidum, & non durum, vt gelu. *Ibidem. §. Ego sentio.*

D. Tho. 3. par. q. 66. ar. 4. 5. & in 4. d. 3. q. 1. art. 1. quæstiunc. 1. & 2. & 6. Magist. & Scot. q. 3. Ricard. art. 1. q. 1. Palu. q. 3.

4 Vera ablutio sine emunda tione à sordibus, quæ est eius effectus, inueniri potest: quia non carnis depositio sordium, sed contactus aquæ Baptismũ perficit in verbo vitæ. *Tom. 3. disp. 20. sect. 2. §. Et declarari potest.* Itẽ ablutio nõ infert in corpore abluti passionem aliquam ex propria sui ratione: solus enim cõtactus, nullam passionem dicit receptam in corpore baptizati; sed denominationem tantũ extrinsecam, seu relationem quandam, ex tali propinquitate corporum resultantem. Vnde consistit ablutio vera præcisè in contactu successiuo, & solum addit supra aquam modũ successiuæ applicationis. *Tõ. 3. disp. 20. sect. 2. §. Atq. inde aperte: & seq.*

5 Ablutio in aliqua principali parte corporis debet fieri, vt Baptismus sit validus, v. g. in capite, pectore, humero, vel scapulis: quia sunt principaliores partes corporis humani; quæ doctrina est cõmunis, & in praxi seruanda. *Tom. 3. disp. 20. sect. 2. §. Deinde etiam, & sequenti.*

6 Ablutio potest fieri in pede in periculo mortis, eo tamen euaso, debet sub conditione iterari Baptismus. Est communis doctrina Theol. *Vt in Ritualibus*

D. Tho. 3. p. q. 68. ar. 11. & in 4 d. 6. q. 1.

Paro-

Parochi Eccleſiaſticis admonen-
ar. 1. quæſ. *tur Tom. 3. diſp. 29. ſect. 2. §. Qua*
1. ad 3. & *propter.*
in Palud. 7 Non requiritur minor ab-
q. 1. Sot. d. lutio in extrema neceſsitate,
4. q. 3. ar. quã extra illam. Ratio eſt: quia
7. Gabri. ablutio hominis, abſolutè, &
q. 2. ar. 3. ſimplicitèr eſt ſubſtantia Sacra-
dub. menti, ſiue in neceſsitate, ſiue extra illam; vnde ſi ablutio nõ peruenit ad illam quantitatem, in qua prædictam rationem habeat, etiam in neceſsitate erit inſufficiens: nec eſt ſimile de Sacramento pœnitẽtiæ, eo quod aliqua confeſsio in neceſsitate ſufficiat, quia ibi materia neceſſaria, eſt confeſsio integra formalitèr, id eſt, quatenus homini eſt moraliter poſsibilis, & eſt hæc etiam neceſſaria in articulo mortis: quia confeſsio eſt quædam actio moralis. At verò ablutio, eſt res quædam phyſica, quæ non variat rem ſuam, ex eo quòd ſubiectum ſit in neceſsitate, aut extra illam. *Tom. 3. diſp. 20. ſect. 2. §. Quare non eſt.*

Eſt Theolo-
gorum in
4. d. 3. 8 Ablutio, ſiue per aſperſionem fiat, ſiue per immerſionẽ, vna, aut trina ſufficit ad Sacramentum conſtituendum; dummodò vera ratio ablutionis ſaluetur. Hæc concluſio eſt verà quoad neceſsitatem Sacramẽti. Nam de ritu ſeruando ex præcepto: dicetur infra. §. 11. Ratio eſt; quia nihil aliud definitum eſt, niſi quòd hæc ablutio ſit in aqua; quod verò hoc, vel illo modo fiat, nõ eſt à Chriſto,
Ioannis.

præſcriptum, vt patet ex illis verbis. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Et ex illis *Baptizantes eos in nomine Patris, & c. Tom. 3. diſp. 20. ſect. 3. §. Sed nihilominus.* *Math. vlt.*

§. IIII.

Baptiſmus, quoad formã.

1 FOrma eſſentialis Sacramenti Baptiſmi, eſt. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti amen.* Eſt definita *in Concil. Florent. in decret. Eugen. & Trident. ſeſſ. 7. can. 3. de Baptiſmo.* Et conſtat ex illis verbis, *Mat. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & c Tom. 3. diſp. 21. ſect. 1. §. Dico primo.* *Concilio Florentino* *Concilio Trident.* *Concilio Florent.*

2 Forma Baptiſmi. *Ego te baptizo, & c.* Quoad ſignificationẽ ſeu ſubſtãtialem ſenſum, eſt ſimplicitèr neceſſaria ad hoc Sacramentum conficiendum. Ratio eſt: quia illa forma, quæ eſt à Chriſto inſtituta, non ſolum eſt ſufficiens, ſed neceſſaria, ſed hæc forma eſt à Chriſto inſtituta, vt eſt de fide, ergò, &c, *Tom. 3. diſ. 21. ſect. 1. §. Dico ſecundo.*

3 Forma Græcorum. *v. g. Baptizetur, N. ſeu ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti,* eſt legitima, & vera, atq. cum noſtra eadem in ſubſtantiali ſenſu poſt Conc. præcipue Florent. & merito: quia Eccleſia Græca habet vſum antiquiſ-

quiſsimum huius formæ. *Tom. 3. diſp. 21. ſect. 1. §. Dixi autem.*

4 De neceſsitate huius formæ eſt, vt exprimatur actus, baptizandi, vt exercitus, per verbũ, *Baptizo, vel ſimilia ſynonima.* Eſt de fide conſtat ex verbis Chriſti *Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Et ex Cõc. Florẽt. in decret. Eugenij.* Ibi, *ſi exprimatur actus, qui per ipſum exercetur miniſtrum cum ſanctæ Trinitatis inuocatione perficitur Sacramentum. Tom. 3. diſp. 21. ſect. 2. §. Dico primò, & ſequent.*

Concilio Florent.

D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. ad. 4.

5 Item de neceſsitate formę eſt, vt in ea explicetur, ſeu indicetur perſona, quæ baptizatur, proprio, vel demonſtratiuo nomine in ſingulari, vel plurali. Eſt communis omnium ſententia; colligitur *ex verbis Chriſti Math. vlt. Baptizantes eos, &c.* Ratio eſt: quia niſi exprimatur aliquo modo perſona, cui applicatur Baptiſmus, non poteſt actus baptizãdi practicè ſignificari, vt hic, & nũc in particulari exercitus. *Tõ. 3. diſp. 21. ſect. 1. §. Dico tertiò.*

6 Item eſt de eſſentia formæ vt in ea expreſsè, & diſtinctè nominentur tres perſonæ Trinitatis, quatenus inter ſe diſtinctæ ſunt. Probat. *ex illis verbis Chriſti, Math. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Item conſtat *ex cap. Si vera de conſecrat. diſt. 4.* Vbi annullatur Baptiſmus datus in nomine Domini. Item *ex cap. Multi ſunt, eadem diſt.* vbi reprobatur Baptiſmus datus in nomine Chriſti. Item *ex cap. in Synodo, ea dẽ diſt.* vbi expreſsè dicitur Baptiſmum non perfici, niſi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti. Et *ex c. firmiter, de ſumma Trinitate.* Et deniq. *ex c. 1. de Baptiſmo, ex Conc. Florent. in decret. Eugenij. Tom. 3. diſp. 21. ſect. 3. §. Dicendum verò eſt primò.*

D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 6. Marſ. in 4. q. 3. ar. 3. Bonauẽt d. 3. a. q. 2. Palud. q. 1. art. 2.

7 De eſſentia huius formæ, non eſt, vt in ea exprimatur perſona miniſtri, etiam in Eccleſia Latina; licet conformius ſit inſtitutioni Chriſti, illam exprimere. Eſt certa hæc concluſio. Ratio eſt: quia non eſt neceſſariũ, vti illo pronomine, *Ego*, vt conſtat, *ex cap. Retulerunt, de conſecrat. diſt. 4. Tom. 3. diſ. 21 ſect. 2. §. Dico ſecundo.*

D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 1.

8 Baptiſmus datus in nomine Dei, aut Chriſti non exprimẽdo aliàs perſonas; eſt nullus ex vi inſtitutionis Chriſti. Ratio eſt: quia non eſt ſufficiens forma, niſi omnes tres perſonę ſigillatim nominentur, vt conſtat. *ex cap. citatis in concluſione 5. & ibidem citati. Tom. 3. diſp. 21. ſect 3. §. Tertiò ſequitur.*

Beda lib. var. quaſ. 1. q. 14.

9 De eſſentia huius formæ eſt, vt in ea, non ſolum Trinitas perſonarum, ſed etiam naturæ vnitas ſignificetur, quod fit per particulam illam, *In nomine*, colligitur ex verbis Chriſti adiũcta Eccleſiæ, & Sanctorum intelligentia: quia per illã particulam indicarur vnam eſſe trium perſonarum virtutem, ſubſtãtiam, & maie-

maieſtatem, quæ vno illo nomine ſignificatur: vnde Baptiſmus collatus, ſub hac forma. ſſ. *Ego te Baptizo in nominibus Patris, & nominibus Filij, & nomilib⁹ Spiritus Sãcti.* Eſt nullus: quia fit mutatio eſſentialis. Item eſt dubius Baptiſmus datus ſub hat forma: *Ego te Baptizo, in virtute, maieſtate, aut deitate Patris, & Filij, &c.* Quia illæ voces nõ ſunt omnino ſynonimæ, nam illud in nomine plus cõpleẽti videtur, quã ſi dicas in virtute, maieſtate, &c. *Tom. 3. diſp. 21. ſect. 3. §. Dico ſecundo, & ſequenti.*

Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacra p. 6 art. 2. cum D. Tho. & Magiſtro.

10 Baptiſmus collatus ſub hac forma. *Ego te Baptizo in nomine Patris, & nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti:* eſt validus. Ratio eſt: quia vnum, & idem nomen poteſt iterum atque iterum nominari, & inuocari abſq; pluralitate. Vt vere dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus. Non tamen poſſunt Dij. Quia hoc ſignificat pluralitatem naturarum; illud verò minimè, quia ſunt vnus, & idem Deus. *Tom. 3. diſp. 21. ſect. 3. §. Sed quid.*

11 Omnis mutatio, per quã expreſſa inuocatio Trinitatis mutatur, in implicatam, vel cõfuſam, eſt contra veritatem, & ſubſtantiam huius formæ. Vnde ſi quis dicat: *Ego te Baptizo in nomine Trinitatis*, eſt nullus talis Baptiſmus: quia in his modis, & aliis ſimilibus, non ſatis explicatur myſterium Trinitatis. Itẽ quando mutatio ſolum fit in diuerſa nomina propria perſonarũ, manente expreſſa inuocatione earum; res eſt magis dubia, v.g. ſi dicat aliquis: *Ego te Baptizo in nomine genitoris, geniti, &c.* Quia re vera eſt valde dubius, & ſic iterandus eſt ſub cõditione, ſecundum probabiliorẽ ſententiam. *Tom. 3. diſp. 21. ſect. 4. §. In hac re primam, & ſequenti.*

12 Apoſtoli numquam Baptizarunt *in nomine Chriſti, aut in nomine Domini Ieſu.* Etiã ex diſpenſatione, ita vt nomen Patris, vel Spiritus Sancti omiſerint. Vt probabilius iudicat Doctor: quia non poteſt ex modo loquẽdi ſcripturæ colligi huiuſmodi diſpenſatio. De quo vide. *Tom. 3 diſp. 21. ſect. 3. §. Supereſt reſpondeamus, & ſequent.*

Armach. lib. 8. de quæſt. Armen. à c. 3. Cano. lib. 6. de locis c. 8. d. 7. Sot. in 4. d. 7. q. vnic. ar. 3.

§. V.

Baptiſmus, quoad Miniſtrum.

1 POteſtas adminiſtrãdi Baptiſmũ eſt abſoluta, non iuriſdictionis, quæ nõ ſolet limitari ſecundũ ſubſtantiam, vel facultatẽ ſuam ad caſum, neceſſitatis, ſed ſimpliciter cõfertur: ſicut pater in omni alia poteſtate cõficiendi Sacramentũ, quæ ex iuriſdictione non pẽdet. Quę poteſtas data fuit eo tempore, quo inſtitutũ fuit hoc Sacramentũ. Rat. eſt: quia ſicut tunc Chriſtus vim regenerativã con-

contulit aquis, ita etiã tunc deputauit quemcunque hominem non per impreſsionem characteris, ſed per voluntatem ſuã. *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 1. §. Congruẽtia verò adiungi poteſt.*

2 Epiſcopus iure ſuo, & ex vi ſuæ ordinationis, eſt aptiſsimus miniſter huius Sacramenti, hoc per ſe eſt notum. Item Sacerdos ex vi ſuæ conſecrationis, eſt Ordinarius miniſter: vt conſtat ex Conci. Florent. dicente. *Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos, cui ex officio cõpetit baptizare.* Quiquidem non pendet ab Epiſcopo in poteſtate baptizandi, ſed in iuriſdictione tantum, tanquã à Superiore; quod intellige, vt licite fiat. *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 2. §. Primò ergò, & ſequenti.*

D. Tho. 3. p. q. 67. ar 1. ſect. 2.

3 Diaconus nõ eſt miniſter huius Sacramenti per ſe, ac iure diuino, ratione ſuæ ordinationis, tamen eſt capax huius miniſterij ex commiſsione, ſeu delegatione Epiſcopi, aut Sacerdotis. Prior pars patet ex Conc. Florent. Quia dicens Presbyterum eſſe ordinarium miniſtrũ, cui competit ex officio baptizare, ſatis ſignificat nulli inferiori miniſtro hoc conuenire. Secunda vera pars. Probatur, quia fit aptus ex vi ordinationis ſuæ, vt ei hoc miniſteriũ delegari poſſit ab Epiſcopo, aut Sacerdote, licèt per ſe non conſtituatur miniſter Ordinarius. *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 2. §. Tertiò dicendum eſt & ſequent.*

Clemens Rom. lib. 3 Conſt. cap. 11. Ignat. Epiſt. 13. ad Marõ. de diacõ. Gelaſius Pap. Epiſ. 1. cap. 9.

c. Caie. de conſecrat. diſt. 4.

4 Nullus homo Diacono inferior habet aliquod ius, ſeu capacitatem proximam ad digne adminiſtrandum hoc Sacramẽtum, nec ex iure Ordinario, nec ex delegatione Epiſcopi, ſeu Sacerdotis. Ratio eſt: quia hæc poteſtas ad hoc miniſterium ex delegatione peragendum ſpecialiter datur. Diacono ratione ſuę ordinationis; ergò non conuenit cæteris, qui tali ordine carent. *Tõ. 3. diſp. 23. ſect. 2. §. Quartò igitur dicendum.*

Et cõmunis omniũ cũ Augu. lib. 2. contra Parmen. c. 13

5 Diaconus neceſsitate vrgente, poteſt ſolemniter adminiſtrare Sacramẽtum Baptiſmi in abſentia Sacerdotis, & hoc iure ſuo, vt docet *Gloſſ. in cap. Diaconus, verb. neceſsitas. 93. d.* At verò Subdiaconi, & inferiores, nullo modo, ſed neceſsitate vrgente, poſſunt illud priuatim adminiſtrare. *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 2. §. Reſpondetur.*

Gloſſa.

6 Priuata adminiſtratio huius Sacramenti facillius poteſt committi Diacono, quam Subdiacono. Ratio eſt: quia iam eſt aliquo modo ratione ſui ordinis ad hoc deputatus; vnde etiã in præſentia Sacerdotis, aliqua poteſt eſſe cauſa ſufficiẽs ad cõmittendum hoc miniſteriũ Diacono, quæ non ſatis eſt, vt inferiori cõmittatur, v.g. ob grauiorem occupationem. *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 2. §. Secunda differentia.*

7 Solis Paſtoribus conuenit ex præcepto, & Parochis, baptizare. Probatur ex verbis Chriſti dictis

Ioan. 20. Math. vlt dictis Petro. *Pasce oues meas*, id est verbo, & Sacramentorū administratione. Ratio est; quia sicut *D. Tho. q. 67. a. 2 et 3. Sot. d. 4 art. 3.* Ministri animarum habēt ius Baptizandi extra necessitatem solemniter, & ex officio, vt constat. *Tom. 3. disp. 31. sec. 4. §. Postquam dictum est, & sequenti.*

8 Quando populus, vel regnum de nouo cōuertitur, debet Baptizari à ministro designato ad id munus à Christi Vicario proximè, vel mediatè: quia sicut excludere, ita, & admittere ad Ecclesiam, pertinet ad caput, & gubernatorē eius, tamen alitèr, faciēs, licèt peccet grauiter, nullam incurrit censurā Ecclesiasticam, quia nulla est in iure imposita. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Altera quæstio, & §. Sed quæres.*

9 In casu necessitatis potest licitè Baptismum dare, etiam is, qui non est pastor animarū siue sit Sacerdos, siue laicus, dūmodo seruetur debitus ordo, seu ratio veræ necessitatis habeatur. Prior pars est certa, secūda verò declaratur, v. g. potest quis esse in necessitate Baptismi, nimirum, quia est in periculo vitę; nihilominus tamē potest illum recipere à proprio Sacerdote, qui vel præsens est, vel facilé potest vocari, & tunc non est sufficiens necessitas, vt alius possit se ingerere ad Baptismum dandum, quia reuera ministerium non est necessarium: oportet ergò, vt vtrumq. concurrat. ff. extrema necessitas ex parte Baptizandi, & ex parte ministraturi Sacramentum. ff. vt non sit alius qui possit illud conferre, & ad quem aliquo titulo magis spectet tale ministeriū. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Dico secundo.*

10 Laicus, vel alius similis minister potest Baptismum administrare, non solum in extrema necessitate, sed etiam extra illam propter magnā vtilitatē, ne cogatur quis multo tēpore, Baptismum differre; & fuit conueniens hanc potestatē concedi absolutè, & non limitatā ad casū necessitatis, saltē quoad hoc, vt Sacramentū factū teneat, ne fortasse posset Sacramentum in dubiū reuocari, causa necessitatis, si fortasse minor existimari posset, quā sufficeret ad valorē Sacramenti. *Tom. 3 disp. 23 sect. 1. §. Congruentia vero adiungi.*

11 Quilibet homo, qui loqui possit, & lauare, potest esse sufficiens minister Baptismi, siue sit vir, siue fœmina, fidelis, vel infidelis, Baptizatus, vel non Baptizatus, dummodo sciat lauare, & verba proferre cum debita intentione. Est definita *in Concil. Florent. in decret. Eugeny. Tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. Dicendum vero est, & seqq.* *Cap. Ad limina. 30 q. 1. c. In necessitat. de consec. d. 4.*

12 Soli pastores animarum habent ius Baptizandi, atque adeò illis solis per se licèt hoc ministerium exercere, vel aliis ex commissione eorū (dempto casu necessitatis) quia alieni muneris vsurpatio, est peccatū:

ſed paſcere animas eſt proprium munus paſtorum: ergò vſurpare hoc munus ſine neceſsitate, eſt ius alienum inuadere, quod illicitum eſt. *Tom. 3. diſ. 31. ſect. 4. §. Altera quæſtio.*

13 Excommunicatus cæremonias Baptiſmi ſine eius ſubſtantia conferens, ſit irregularis, Ratio eſt: quia illud miniſterium ſacrum eſt, & cæremonia ſatis grauiſsima in Eccleſia, ſolique Sacerdoti ex officio commiſſa, & ad ſummũ poteſt Diacono in neceſsitate delegari. *Tom. 3. diſp. 11. ſect. 4. §. Atque ex his.*

14 Sacerdos ſimplex baptizans ſolemniter, iniuſtè vſurpando munus alterius, non manet irregularis. Ratio eſt: quia non exercet actum ad quem non ſit ordinatus; quamuis indebito modo illũ exerceat: nam huic peccato nulla eſt cẽſura annexa: ſecus dicendum de clerico non Presbytero miniſtrante ſolemniter Baptiſmum in caſu ne eſſitatis, vt conſtat *ex cap. 1. de cleric. non ordinat. miniſt. Tom. 3. diſp. 31. ſect. 4. §. Atque hinc fit.*

Clemẽs li. 3. Conſtit. c. 11. Sylueſt. Palud. Nau.

15 Laicus ſolemniter baptizans, vt probabilius eſt, manet irregularis, vt patet *ex cap. 1. de cler. non ordin. miniſt.* Quæ ſententia eſt cõmunis inter Scholaſticos *in 4. diſt. 6. Palud. diſt. 5. q. 2. D. Anton. 3. p. tit. 28 cap. 1. Sot. in 4. diſt. 4. ar. 2 & diſt. 25. ar. 3. q. 1 Ledeſ. 1. p. 4. q. 8. ar. 2. Sylueſ. ver. Irreg. n. 14. & 27. Naua. cap. 22. n. 7. & c. 27. n. 242. Tom. 5. diſp. 31. ſect. 6. §. Sed quæres propriũ,*

16 In præſentia Sacerdotis, non eſt cõueniens miniſter, Diaconus: nec in præſentia Diaconi inferior clericus: nec in præſentia clerici, laicus: nec in præſentia viri, fœmina, ſi cætera ſint paria: quia hæc licentia ſolum conceditur ob veram neceſsitatem: vera autẽ neceſsitas non conſurgit, niſi expenuria miniſtri, & periculo hominis baptizandi, ergò vbi hæc duo non cõcurrunt, non eſt vera neceſsitas; ergò nec facultas licita baptizandi: quod patet etiã ex dictis ſupra concluſione. 9. *Tom. 3 diſp. 31. ſect. 4. §. Dico ſecundò.*

17 Cæteris paribus præferendus eſt in hoc miniſterio iuſtus peccatori. Rat. eſt: quia hoc ſpectat ad reuerentiã Sacramenti. Tamẽ Sacerdos ſemper eſt præferẽdus, licèt ſit peccator: quia per ſe, & ex officio eſt miniſter. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 4. §. Quarto ſimiliter dicendum.*

18 Simplex Sacerdos etiam in neceſsitate baptizans inuito Parocho potente, & volente miniſtrare, peccat grauiter. Ratio eſt: quia extrema neceſsitas ſubditi baptizandi, nõ tollit alteri proprium ius, nec dat licentiam inuertendi debitum ordinẽ iuſtitiæ. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 4 §. Sed quæres primo.*

19 Laicus peccat grauiter baptizans in neceſsitate, præſente Sacerdote volente baptizare, quia

quia est minister per se, & ex di recta intentione instituentis. Idem dicendum licèt Sacerdos concedat illi licentiam, quia nõ potest illam dare inuertẽdo institutionem intentam, a Christo Domino: secus dicendum quando adest Sacerdos, & nolit baptizare, quia iam est casus necessitatis: quid enim refert, quod adsit Sacerdos, si non vult, necessitati proximi subuenire? *To. 3. disp. 31. sect. 4. §. Secundo grauiter, & sequenti.*

20 Ministri inferiores à Sacerdote, nõ peccãt grauiter peruertendo ordinem in administratione inter se. Ratio est: quia nullus horum est per se minister huius Sacramenti, nec habet ius absolutum illud dandi; & ideò absolutè non fit illi iniuria. *Ita omnes* *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Vnde tertio.*

21 Præferre peccatorem iusto, in ministerio Baptismi solẽnis, cæteris paribus, mortale est. Ratio est: quia est inducere ad malum; & ad irreuerentiam Sacramenti, secus dicendum si nõ sit æqualitas, verbi gratia, si peccator est Sacerdos, & iustus Diaconus, vel si peccator est Sacerdos proprius, & iustus simplex tantum, tunc enim ab eo petẽdus est Baptismus ad quem spectat ex officio; nam quod ab illo petitur iustum est, & iure petitur. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Quarto similiter in fine.*

22 Infidelem, aut hæreticũ sine necessitate præferre fideli, ferè semper est mortale. Ratio est: quia est valde indecens ad Sacramentum Ecclesiæ ministrandum sine causa admittere infidelem hominem, extra Ecclesiam existentem. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Sed objicies.*

23 Qui nõ est minister ex officio, peccat grauiter administrando Baptismum solemniter in necessitate. Ratio est: quia ad hoc nõ est idoneus minister: & si est inferior Sacerdote, manet irregularis, iuxta *cap. 1. de cleric. non ordin. minist.* quod caput intelligitur tantũ de administratione solẽni. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Vltimo dicendum, & §. Sed quæres an laicus.* In qua irregularitate solus Papa dispensat ad suscipiendos ordines. Et Episcopus in vsu susceptorum: quod videtur fundari *in cap. 2. de cleric. non ord. minist. Ibidem. §. Scio argumentum.* *Nau. c. 23 nu. 7 &c. 27. n. 242 Sylvest. verb. Irreg. q. 12. & 27. Maiolus l. 3. de irreg cap. 13.*

24 Laicus baptizans extrà necessitatem, valide administrat: quia habet potestatẽ absolutè, licèt grauiter peccet vtẽdo indebito modo potestate sibi data, id est, alienum ministerium vsurpando. Tamẽ non manet irregularis: quia *cap. 2. de cleric. non ordin. minist.* intelligitur de administratione solẽni; vt sentit glos. ibi. *Tom. 3. disp. 16 sect. 1. §. Secundo dicendum: & disp. 31. sect. 4. §. Vltimo dicendũ.* *Docent Doctores in conclusio. præcedẽti citati.*

25 Qui omittit aliquid ex essentialibus in administratione

Palud. in 4. d. 5. q. 2 n. 7. Anto. 3. p. c. 13. § 4.

Baptismi, grauiter peccat Ratio est: quia exponit se periculo, nihil faciēdi nulla ex causa. Vnde infert *Nau. cap. 22. nu. 6.* obstetricem teneri ad sciendam formam, & materiā Baptismi, quæ opinio est pia, & consulenda; licēt in rigore nec sit præceptum positiuum, nec naturale: cum nō teneatur obstetrix ratione sui officij procurare salutem spiritualem pueri. *Tom. 3. disp. 31. sect. 5. §. Tria ergò.*

26 Parochus, vel Sacerdos, Baptizans solemniter in peccato mortali: peccat grauiter: quia tenetur esse dispositus, vt minister fidelis: secus dicēdum si Baptizet priuatè sine solemnitate: tunc enim administrat, vt laicus, & non vt minister ex officio. *Tom. 3. disp. 31. sect. 5. §. Secundum caput. & disp. 16. sect. 4. §. Atque hinc aperte.*

Couar. cū aliis in Clement. si furiosus p. 1. §. 1. num. 1.

27 Qui est ab Ecclesia interdictus per excommunicationem, vel aliam cēsuram, peccat mortaliter, Baptizans sine necessitate vrgente. Ratio est: quia agit contra Ecclesiasticam censurā, & indigne Sacramentum tractat; vnde ex vtroq. titulo peccat, si Baptismū solemniter administrat; & si est clericus manet irregularis, *cap. 1. de re iud. & cap. 1. cum aliis de sent. excō. in 6.* secus si sine solēnitate: quia propriè non exercet actum, ad quem sit simpliciter necessarius aliquis ordo. *Tom. 3. disp. 31. sect. 5. §. Secundum caput.*

28 Minister tenetur non darè Baptismū, nisi conueniēter dispositō, talemque dispositionem examinare. Ratio est: quia cui est commissa Sacramenti administratio ex natura rei præceptum est, vt illud munus peragat, tanquam fidelis dispensator, & prudens, & secundum prudentiam boni viri, debet examinare talem dispositionem: quia debet sancte sancta tractare, & nō dare sanctum canibus. Dispositio verò requisita, est illa, quæ est necessaria ad consequendum effectum Sacramēti. *Tom. 3. disp. 21. sect. 5. §. Secūdum caput. & disp. 18. sect. 2. §. Dico ergo primò, & disputat. 24. sect. 2. §. ad quæres, & sequenti.* *Est communis, & certa.*

29 Pastores animarum per se loquendo, & ex officio tenentur ministrare Sacramentum Baptismi. Iuxta illud dictū Ioan. 20. Petro. *Pasce oues meas.* Cęterùm rò tenentur ex charitate in necessitatis articulo. *To. 3. disp. 31. sec. 4 §. Postquam dictum est.* Nec excusantur ob periculū proprię mortis, si infans sit in extrema necessitate. Ratio est: quia vnusquisque tenetur plus diligere vitam spiritualem proximi, quam propriam corporalem. *Ibidem. sect. 3. §. De alio periculo.* *Ioan. 20.*

30 Qui intendit Baptizare trina mersione, si in prima, vel secunda perficiat verba formæ, perficit Sacramentum validum. Ratio est: quia concurrit sufficiens materia, & forma: & nihil obstat

obſtat talis intētio, etiam ſi cupiat miniſter ſuſpendere perfectionem Sacramenti: niſi adeò ſit temerarius, vt directè nolit Sacramentum conficere donec tanta ablutio, v.g. totius corporis, aut donec trina merſio, vel aliquid ſimile perficiatur; tunc enim non habet legitimam intentionem. *Tom. 3. diſp. 20. ſect. 2 §. Reſpondetur.*

31 Qui vſq. ad tertiam merſionem non dicit verba formæ, & paruulus ante decedit, vel habet periculum decedēdi, peccat grauiter propter nocumentum corporale, & ſpirituale; & manet irregularis, quādo cenſetur homicida, vel accelerans mortē paruuli per actionem ſuam, & quādo huiuſmodi cauſa mortis datur, non ſolum incurritur irregularitas, ſi paruulus decedat ante perfectum Sacramentum, ſed etiam ſi Sacramentum iam perfectum ſit. Ratio eſt: quia irregularitas, non incurritur propter ſpirituale nocumentum, ſed propter homicidium, ſeu mortis acceleratione, quod in vtroque caſu inuenitur. *Tom. 3. diſp. 20. ſect. 2. §. Atque hinc tandem.*

Eſt omniū ententia, cū D. Th. 3. p. q. 66. ar. 5. ad 4

32 Nemo poteſt ſe ipſum baptizare. Patet *ex verb. Math. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, &c.* Et confirmatur exēplo Chriſti, qui hac de cauſa voluit ab alio baptizari; & exemplo Apoſtolorum in actibus eorū. Vbi ſemper legimus baptizantem eſſe perſonam diſtinctam a baptizatis, & idem ſemper obſeruauit Eccleſiæ traditio. *Tom. 3. diſ. 21 ſect. 2. §. Dico tertiò.*

33 Plures homines, ſi omnia requiſita adhibeant, poſſunt ſiſimul baptizare, vt integri miniſtri, v g. vnuſquiſq; per ſe abluēs, & totam formam proferens, & abſolutam intētionem habens, indepēdenter ab alio. Ratio eſt: quia in eo caſu vnuſquiſq. illorum baptizantium, eſt, ex ſe ſuffi ciens, ad miniſtrandum Baptiſmū, & tam in actione, quam in ſua intentione operatur, vt integer miniſter, & applicat omnia neceſſaria ad Sacramentū: conficiendum: ergò verè ac validè cōficit illud. Atverò vt partiales Miniſtri, v.g. diuidentes, aut intentionem, aut cultum externū, ſcilicet vnus abluēs, & alter proferens formam, minime conficiunt Sacramentum validum: quia in perſona miniſtri, debet repræſentari perſona Chriſti, & ideò vna eſſe debet, ſicut Chriſtus eſt vnus, *Tom. 3. diſp. 23. ſect. 3. §. Variis modis, & ſequentibus.*

D. Tho. 3. p. q. 66 ar. 6. in corpore, & ad 3. Bonauent. in 4. d. 5. ar. 1. q. 1. Scoto. d. 6. q. 2.

Sot. d. 4. ar 4. Gloſſ. in c. quorūdā d. 23. ver. impoſuiſſe.

34 Miniſter, tenetur omnes ritus Eccleſiæ ſeruare, in ſolemni Baptiſmo, per ſe loquendo, & quò grauiorē omiſerit, grauius peccabit, ſicut qui celebrat ſine veſtibus Sacris. Ratio eſt: quia illi ritus ſunt grauiſsimi, & antiquiſsimi, atq. ad reuerentiā Sacramento conciliandā, maxime neceſſarij. Tamē poterit eſſe pecatū leue ratione paruitatis ma

Conc. Trid ſeſſ. 7. can. 13. de Sacram. ingenere.

teriæ, vt patet. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 5. §. Tertium caput.*

35 Qui rebaptizat ſub cõditione, quando nõ eſt moraliter dubius, de Baptiſmo priori, graiter peccat. Patet, *ex cap. 2. Nõ licet, de conſecrat. diſt. 4.* Ratio eſt: quia eſt contra ſubſtantiã Sacramẽti, & inſtitutionẽ Chriſti, ac deniq; contra reuerẽtiam debitam prius ſuſcepto. *Tom 3. diſ. 31. ſect. 6. §. Cõſtat iterationẽ.*

c. Nõ licet

36 Parentes qui offerunt filium iam baptizatum, vt rebaptizetur, peccãt grauiſsimè. Ratio eſt: quia cooperantur actui intrinſecè malo. Idem dicendũ de quibuſcunq; aliis offerẽtibus puerum iam baptizatum, procedit enim eadem ratio. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. De quo præcepto.*

37 Qui rebaptizat, nullam incurrit cenſuram Eccleſiaſticam, quia nõ eſt impoſita in iure; incurrit tamen ipſo facto irregularitatem; ſi verè, id eſt, cũ intentione, & ſine conditione tacita, vel expreſſa rebaptizet, vt conſtat *ex cap. 2. extra de apoſtatis. Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Nihilominus, & ſequentib. & Tõ. 5. diſp. 42. ſect. 1.*

Cap. 1. extra.

38 Irregularitas rebaptizantis publicè, non eſt diſpenſabilis, niſi per Papam. Ratio eſt: conſenſus omnium Doctorum conſtentium pertinere ad Summũ Pontificem. At verò ſi fuerit rebaptizatio occulta, tunc diſpenſari poteſt ab Epiſcopo, vt conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.*

Vide Nau. cap. 27. in Summa. nu. 255.

Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Tertium tamen in fine.

39 Sola ignorantia facti, vel iuris excuſans à peccato, excuſat etiam ab irregularitate. Ratio eſt: quia tã grauis pæna non imponitur, niſi propter mortalẽ culpã; tum etiã, quia ille actus, vt culpabilis eſt, non eſt perfectè humanus, ſed indeliberatus ratione ignorãtiæ. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Sextum dubium.*

Vide Scotum in 4. d. 6. q. 8.

40 Qui probabiliter dubitans de Baptiſmo, rebaptizat ſine appoſitã conditione, non eſt irregularis. Ratio eſt: quia non monſtratur eſſe iteratum, quod neſcitur eſſe factum: vt dicit. *Innocẽt. 3. in cap. vnic. de cleric. per ſaltum promoto, & Felix Papa in cap. Solemnitates de conſecratio. diſ. 1. Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Sed quid.* Secus dicendum eſt de eo, qui rebaptizat ex metu, habente veram intẽtionem rebaptizãdi. Ratio eſt: quia metus nõ excuſat à graui culpa ſacrilegæ iterationis Baptiſmi. *Ibidem §. Sed quid, in fine.*

Innocẽt. 3 Felix Papa.

41 Propter ſolam iterationem cæremoniarum, non contrahitur irregularitas. Ratio eſt: quia ſolũ eſt impoſita, propter peccatum rebaptizandi, & ſic nõ eſt rebaptizator in iſto caſu. At verò qui miniſtrat Preſbytero ſolemniter rebaptizanti, manet irregularis: quia cooperatur aliquo modo iterationi Baptiſmi. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Septimo inquiri.*

Conc. Lateranenſ. p. 26. c. 1.

§. VI.

§. VI.

Baptiſmus quoad neceſſitatem.

1 BAptiſmus, eſt mediũ neceſſarium ad remiſsionẽ peccatorum, & ad gratiam, & gloriã conſequendam. Concluſio eſt de fide, iuxta illud *Ioan. 3. niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non poteſt introire in Regni Dei.* Et illa cõditionalis locutio intrinſece includit neceſsitatem. *Tom. 3 diſp. 27. ſect. 1. §. Per totam.*

Conc. Florẽt. & Trideñ. ſeſſ. 7. cap. 5. de Bap. ad reẽtã doctri. ſeſſ. 5. can. 4. & 5.

2 Ad obtinendam primam gratiam, & remiſsionẽ originalis peccati; & actualiũ, quæ cum ipſo coniuncta fuerint, nõ eſt neceſſarius ſemper Baptiſmus in re ipſa ſuſceptus, ſed ſufficit contritio, Baptiſmi votum in ſe continens: eſt certa omnium Theologorũ, quæ probatur ex multis locis ſacræ paginæ; præſertim ex illo *Ezech. 18. Cõuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos*, cætera omitto, quædã vt vulgaria, alia verò; quia in materia gratiæ, & pœnitentiæ latius tractãtur. *Tõ. 3. diſp. 27. ſect. 2. §. Dicendũ ergò.*

Conueniũt omnes, vide de cõſecrat. d. 4. præſertim c. Baptiſ. vnic. Cõc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 4.

3 Regulariter, ac per ſe loquendo non aſſequuntur homines beatitudinem, abſq; reali ſuſceptione Baptiſmi. Interdũ tamen poteſt id accidere interueniente impedimento ſuſcipiẽdi Sacramentũ. Concluſio eſt certa, vt conſtat. *Tom. 3. diſp. 27. ſect 2. §. Dico ſecundo.*

Habes exẽpla Act. 9. & 10 quo ad 1. p. altera verò eſt certa, ex Patrib.

4 Infantes, qui ante vſum rationis moriuntur, tempore legis gratiæ ſufficienter promulgatæ, non poſſunt ſaluari de lege ordinaria, niſi re ipſa eis applicetur verum, ac validum Baptiſmi Sacramentum, vt conſtat *ex Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, &c. Tom. 3. diſp. 27. ſect. 3. §. Dico primò.*

Soto. d. 5. art. 5. Vega lib. 5. in Trid. c. vlt. Caſtro contra hær. lib. 3. verb. Baptiſmus hær. 9.

5 Nullus infans moriens ſine Baptiſmo, ſaluatur ex priuilegio ſpeciali; aut diſpenſatione, vel ſaltẽ non poteſt de aliquo affirmari, abſq. ſpeciali reuelatione ſine temeritate. Ratio eſt: quia nobis conſtat de lege vniuerſali in ſcriptura lata, v. g. *Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* non ergò poteſt à nobis diſpenſatio in tali lege, aut ſpeciale priuilegiũ affirmari, niſi aut ex eadem Scriptura colligatur, aut alia ſufficienti auctoritate, vel reuelatione cõſtet. *Tom. 3. diſp. 27. ſect. 3. §. Dico ſecundò.*

Soto d. 15 ar. 2. cum Auguſ. de origin. animæ.

6 Neceſsitas Baptiſmi non incipit ante Chriſti Domini mortem, & Reſurrectionem. Ratio eſt: quia licèt Chriſtus dixerit Nicodemo: *Niſi quis renatus fuerit, ex aqua, &c.* Non eſt veriſimile Baptiſmum fuiſſe neceſſarium ab eo tempore quo Chriſtus protulit illa verba: quia indicauit tantum ea, quæ facienda erant. *Tom. 3. diſp. 27. ſect. 4. §. Dico primò.*

Bernard. epiſt. 77. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramẽ. p. 6. c. 15.

7 Neceſsitas Baptiſmi non incipit à die mortis, vel Reſurrectionis Chriſti, ſed ab eo tem-

Bern. epist. 77. Vega lib. 5. in Trid. c. 13. Scot. & alij in 4. d. 3. & 4.

pore, quo cæpit Euãgelium esse sufficienter promulgatum, colligitur *ex Conc. Trid. sess. 6. c. 4.* dicente: *Post Euangelium promulgatum neminẽ iustificari sine baptismo.* Ratio est: quia baptismũ nõ potuit esse necessarius priusquã fuisset necessarius ex præcepto, sed ex præcepto nõ potuit obligare ante sufficientem promulgationem. Ergò *Tom. 3 disp. 27. sect. 4. §. Dico secundo.*

Conc. Trid & ita habet vsus Euangel.

8 Baptismus non minus est necessarius filiis fidelium, seu baptizatorum hominum, quam reliquis. Probatur: quia etiam hi nascuntur in peccato originali; & filij iræ, & indigent incorporari Christo eiusque charactere consignari: quod expressè definit. *Conc. Trident. sess. 5. can. 4. Tom. 3. dis. 27. sec. 1. §. Atq. hinc.*

10 Baptismus non est simpliciter necessarius, vt aliquis diuinis obligetur præceptis: nam præcepta diuina obligare possunt, etiam ante baptismum, si aliunde non sit speciale impedimentũ, vt patet expressè de præcepto credendi mysteriũ sanctissimæ Incarnationis; & Trinitatis, & ipsius baptismi. *Tom. 3. di. 49. sect. 2. §. Primum est.*

11 Interdum permittit Deus infantem mori in vtero matris absque remedio, ad ostẽsionem iustitiæ suæ; interdum verò extraordinario modo prouidet, vt infans, non obstante quocunque periculo, aliqua ex parte egrediatur de vtero matris, ita, vt baptizari possit antequam moriatur, ad ostensionem gratiæ, & electionis suæ; neque in hoc negotio aliquid amplius petendum est à diuina prouidentia. *Tom 3 disp. 27. sect. 3. §. Ad vltimum.*

§. VII.

Baptismus quoad effectum.

1 BAptismus cõfert paruulis primam gratiam, quam per nullum aliud Sacramẽtum habere possunt. Ratio est: quia ante baptismalem characterem nullus est capax gratiæ sacramentalis; ergò nisi prius paruuli baptismũ recipiant, non possunt recipere aliud sacramentum, nec effectũ eius: si autem prius recipiunt baptismum, necesse est vt per illum suscipiãt primam gratiam, est certa de fide. *Tom. 3. disp. 7. sect. 2. §. His ergo.*

2 Baptismus verè, ac propriè delet originalẽ culpam, & quid quid in ea veram rationem peccati habet: nam ad hoc est per se institutus. Conclusio est de fide *ex Trid sess. 5. can. 5.* his verbis: *Si quis per Iesu Christi Domini gratiam, quæ in baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat, aut etiam non tolli totum id, quod veram, & propriã rationem peccati habet: sed illum dicit*

Rom. 6. & 8. & ad Titum 3.

dicit, tantum radi, aut non imputari, anathema si. Tom. 8. disp. 26. sect. 1. §. Dico primò.

3 Baptismus cum originali culpa simul delet omnem actualem antea cõmissam, si nullum sit ex parte suscipientis impedimentum. Conclusio est de fide definita in Conc. Florent. in decreto Eugenij. Huius, inquit, sacramenti effectus est remissio omnis culpæ originalis, & actualis. Idē colligitur ex Triden. sess. 14. c. 1. Ibi, si homines iustitiam in Baptismo acceptam constanter tuerētur, non fore necessarium aliud sacramentum ad remittenda peccata, præter baptismū? Ex quibus colligitur, non solum peraccidens, sed per se conferre baptismum hunc effectum ex vi suæ institutionis. Tom. 3. disp. 26. sect. 1. §. Dico secundò.

Actor. 2. Mich. 7. 1. Cor. 10. Aug. conc. 1. in Psal. 113.

4 Baptismus simul remittit cum culpa omnē pœnam priè dictā, vt colligitur ex Cōc. Florent. & Trid. sess. 5. can. 5. & expressius sess. 14. c. 8. Non aufert tamen omnes pœnalitates: oportuit enim manere in homine concupiscentiam ad exercitium pugnæ spiritualis. Itē quia per baptismum incorporamur Christo; cū ergò Christus in hac vita fuerit passibilis, & mortalis, non oportuit nos statim fieri immortales, & impassibiles, sed potius expedit, vt pro illo pati, & cum illo cōpati possimus, vt cum eo etiā glorificemur. Tom. 3. disp. 26. sect. 1. §. Dico tertiò.

Cypr. li. 3. ad Quirin. ca. 65. & sermo. de ablut. ped. Greg. Nazianzen. orat. 50. Greg. Pa. li. 9. c. 39. Clem. Alexand. li. 1. Pedag. c. 6.

5 Baptismus per se non tollit peccata, quæ subsequuntur post baptismū ipsum receptum. Conclusio est de fide definita in Conc. Trid. sess. 7. can. 10. de baptismo. & sess. 14. can. 1. & 2. Vbi ex hoc fundamēto docet necessarium esse aliud sacramentum præter baptismum, quo lapsis post baptismum beneficiū mortis Christi applicetur. Tom. 3. disp. 26. sect. 1. §. Dico quartò.

Con. Trid.

6 Baptismus confert sacramentalem gratiam, quæ consistit in specialibus auxiliis, ad exercēdū ea ad quæ obligat ipse baptismus. Ratio est: quia per baptismum efficimur membra Christi & Ecclesiæ, & capaces aliorum sacramentorum: piè igitur credi potest, ratione illius dari aliquod speciale auxilium ad ferendum Christi iugum fortiter, ac suauiter, & ad dignè accedendum ad cætera sacramenta. Tom. 3. disp. 26. sect. 2. §. Sed quæret vlterius

7 Baptismus imprimit characterem, qui magis accedit ad rationem potentiæ passiuæ, quā actiuæ definitur in Conc. Florent. in decret. Eugenij, & c. Maiores de Baptismo. Et in Trident. sess. 7. can. 9. de sacramentis in genere. Ratio est: quia per illum fit homo capax aliorum sacramentorum, quæ extra tale subiectum fieri non possunt. Tom. 3. disput. 11. sect. 1. §. Dicendum verò est, & disputat. 34. sect. 1. §. Solum potest.

Turrecrē. in c. Dictū est de consecra. d. 5. D. Thom. in 4. d. 7. cum aliis, & 3. p. 72

9 Per Baptiſmum incorporamur Chriſto, illuminamur, ac fœcundamur. Primò ratione gratiæ, & charitatis, per quam homo vnitur ſpiritualiter Chriſto. Item ratione characteris, per quem ſpeciali modo conſignatur, vt ſit membrum Chriſti, & Eccleſiæ. Secundò, ratione fidei, eſt enim fidei Sacramentum, & ſpecialis eius profeſsio. Tertio aliarum virtutum ratione, & bonorum operum ab eis procedentium. *Tom. 3. q. 69. art. 5. in comment. §. In hoc articulo.*

D. Thom. 3. p. q. 69. art. 5.

10 Quamuis ante Chriſti mortem Baptiſmus non habuiſſet effectum aperiendi ianuam cæli; tamen non caruit ſua intrinſeca efficacia. Ratio eſt: quia hoc nõ proueniebat ex eo quod Baptiſmus minorem gratiam daret, ſed quia Chriſtus nondũ plenè ſatisfecerat, & ideò non erat ablatum impedimentum totius naturæ, nec dabatur gratia, quæ ſtatim ad cælum perduceret, ſed ſuo tempore, quæ dilatatio non erat ex parte Baptiſmi, ſed aliundè. *Tom. 3. diſp. 19. ſect. 1. §. Ex his colligo.*

11 Omnes infantes recipiũt æqualem gratiam baptiſmalẽ. Ratio eſt: quia ſicut non poſſunt ad gratiam, ſe diſponere, per proprium actum: ita non poſsũt ratione diſpoſitionis maiorem, aut minorem gratiam accipere. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. §. Principio ſtatuendum eſt.*

D. Tho. 3. p. q. 69. ar. 10.

12 Gratia, quæ confertur per Baptiſmum infantibus, licèt ſit minima inter baptiſmales; tamen excedit eam, quæ dabatur per Sacramentum legis naturæ, aut per circũciſionem: quia hoc pertinet ad plenitudinem legis gratiæ. Item non eſt improbabile excedere minimam gratiã, quæ datur per Sacramentũ pœnitentiæ. Extremã vnctionem, & ſimilia: quamuis omnis hæc cõparatio ſit incerta: ſicut incertum eſt, quot gradus gratiæ, per Baptiſmum paruulis conferantur. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. §. Sed antequam.*

13 Baptiſmus poteſt conferre fidem, & ſpem ſine gratia habituali. Ratio eſt: quia ante iuſtificationem, poteſt homo eſſe vnitus cum Chriſto imperfecte, & vt membrum mortuum. *Tom. 3. diſp. 27. ſect. 3. §. Vna ſuperat.*

Vide Con. Trid. ſeſſ. 6. cap. 7.

14 Ex defectu diſpoſitionis interdum fieri poteſt: vt adulti nullum effectum gratię per Baptiſmũ recipiant. Ratio eſt: quia Sacramenta non dat gratiam ponenti obicem. Item ex imperfectione diſpoſitionis, poteſt effectus Baptiſmi minui, aut ex perfectione diſpoſitionis augeri: quod intellige quoad ea quæ reſpondent diſpoſitioni ſubiecti, & ſic adultus maiorem gratiam recipit in Baptiſmo quam infans: quia melius eſt diſpoſitus. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. §. Omiſis ergò, & ſequentibus.*

Eſt certũ.

15 Effe-

15 Effectus per accidēs sunt illi, qui sunt vltra virtutem, & efficaciam, quam Baptismus habet ex vi suæ institutionis, de quibus à Deo nulla est lex, nec promissio, quos effectus potest Deus suo arbitrio dare alicui, ad aliquod operandum, vltra legē ordinariam miraculosè. *Tom. 3. q. 69. art. 8. in comment. §. Quod autem. Vbi affertur historia Baptismi Constantini.*

16 Ablata fictione datur effectus totus Baptismi, cum tota extensione, & intensione, cum qua in principio daretur, si fictio non interfuisset. Nam in primis datur gratia sanctificans ex opere operato, & omnes virtutes, & dona: deinde datur remissio peccati originalis, & omnium mortalium, quæ cum illo coniuncta sunt: non tamen omnia eodem titulo, & ratione, nā quæ commissa fuerunt ante Baptismū, per se tolluntur virtute illius; quæ verò cōmissa sunt post Baptismū, tolluntur concomitāter, & per accidens respectu Baptismi, & per se respectu pœnitentiæ, seu in voto eius. Deniq. datur remissio recedente fictione, peccatorū venialium, quæ commissa sunt ante Baptismū, & pœnæ, quæ his respondet, si tamen fictio tollatur respectu illorum, ita vt non perseueret homo in complacentia eorum. Ratio est: quia sicut potest peccatum mortale remitti sine veniali, ita potest tolli fictio, vt impedit remissionem mortaliū, & non vt impedit remissionem venialiū. At vero venialia cōmissa post Baptismum, nec per se, nec per accidens recedente fictione tolluntur: quia Baptismus non habet efficaciam circa peccata cōmissa post illud, & nec remissio peccatorum venialiū, habet necessariam cōnexionem cū remissione mortaliū: vnde tolluntur iuxta dispotionē, per quam tollitur fictio. *Tom. 3. disp. . sect. 4. §. Tertius igitur, & sequent.*

17 Recedente fictione redit gratia minima, quæ ex opere operato dari potest per Baptismum, quæ est illa, quæ datur infantibus, & cuicunque nec obicem contrarium, nec dispositiuam dispositionem ad gratiam habenti. Ratio esse potest: quia in huiusmodi homine, nulla est dispositio ad Baptismum ratione cuius excedat illud minimū gradū effectus gratiæ; quia dispositio ad Baptismū dignè suscipiendum, solum est quando ipse Baptismus suscipitur: tunc autem nulla fuit talis dispositio (vt supponitur) ergò nō est vnde effectus gratiæ præcedat dictum intensionis gradum. Dici autem potest dari iuxta qualitatem actus, quo fictio remouetur. Ratio est: quia Baptismus semel susceptus, tā efficax est ad operandū recedente fictione, quam in principio actu existēs; ergò tā tam gratiā dat, recedente fictione cum tali dispositione, v.g. cū con-

contritione, vt quatuor, quantã in principio daret ſi cum eadẽ ſuſceptus fuiſſet. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 2. §. Duos potui cogitare.*

18 Sufficit attritio ad tollendam fictionẽ, quando in ſuſceptione Baptiſmi, fuit mortale peccatũ, & non poſt Baptiſmũ ſuſceptum, Ratio eſt: quia illa attritio ſufficeret anteà; ergò, & poſteà ſufficit. Vnde ſequitur peccata ante Baptiſmũ cõmiſſa, quãuis in Baptiſmo non ſint remiſſa, nec vllo modo deteſtata, non eſſe neceſſariò confitenda: quia non ſunt materia Sacramẽti pænitẽtiæ. *Tom. 3. diſp. 28 ſect 5. §. Dico ergò primò, & ſequent.*

Vide Cãc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1

19 Si poſt Baptiſmum ſuſceptum, aliquod peccatum cõmiſſum eſt: neceſſaria eſt contritio ad tollendam fictionẽ, & recipiendum effectum Baptiſmi, ſiue in ipſa ſuſceptione denuò peccatum ſit, ſiue non. Ratio eſt: quia peccatum quod poſt Baptiſmum commiſſum eſt, non poteſt petBaptiſmũ deleri, vt conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 10. & tota ſeß. 14.* Ergò non poteſt ſola attritio ſufficere ad illud peccatum tollendum; quia atritio non ſufficit, niſi ſimul cũ Sacramento pænitentiæ. *Tom. 4. diſp. 28. ſect. 5. § Dico ſecundo.*

Palud. in 4. d. 4. q. 5 n. 24. Durand. q. 4. Scot. Soto, & alij.

20 Quãdo tollitur fictio per Sacramentum pænitentiæ vtrũque Sacramentum per modum vnius agentis integri, concurrit ad dandã gratiam, ita vt mutuo ſe iuuent, & totus effectus ſit à ſingulis, à neutro tamen independẽter ab alio, quæ gratia eſt maior quam ſi ab vno daretur: (vt probabilius iudicat Doctor) quia tunc Baptiſmus maiorem gratiam dediſſet, quia determinaretur à diſpoſitione, & attritione præſenti ad tantum effectum. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 5. §. Tertio de Sacramento Baptiſmi.*

21 Per Baptiſmum non auferuntur fomes peccati, & reliquæ huius vitæ pænalitates, vt cõſtat *ex Conc. Trid. ſeß. 5. decret. de peccato orig. can. 5.* dicẽte: *Manere autẽ in baptizatis concupiſcentiam vel fomitẽ, hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit. quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed vtiliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus, nõ valet: quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur.* Et vt ait *Auguſtinus lib. 1. confeſſ. cap. 1.* relictæ ſunt nobis, vt homo in hac vita ſemper ferat ſecum teſtimonium ſui lapſus, & quantũ Deus ſuperbis reſiſtat. Item vt fides nõ eneruaretur de quo iam egi ſic ſupra in concluſione 4. *Tom. 3. q. 69. ar. 3. in cõment. §. Cum ſatis, & ſequent.*

Conc. Trid

Auguſtin. 13. de Trinit. c. 4. et lib. 22. de ciuit. Dei cap. 22.

22 Baptiſmus cõfert baptizatis tam adultis, quã infantibus, gratiam, & dona infuſa, ſi ſuſcipiens non ponat obicem. Concluſio ſub his terminis eſt de fide: quia vt definiunt *Conc. Flor. ſub Eug. 4. & Trid. ſeſſ. 7. can. 7. 67. & 8. de Sacram. in gener.* Sacramenta nouæ legis gratiam con-

Concilio Florent. Concilio Trident.

conferre non ponentibus obicē ex opere operato; ſed Baptiſmus eſt vnum legis nouæ: ergò, &c. *Tom. 3. diſp. 26. ſect. 3. §. Dico ergò primò, & ſeq.*

23 Effectus Baptiſmi poteſt eſſe inæqualis, pro qualitate diſpoſitionis, ſeu intenſior, vel remiſſor quod ſatis ſignificauit. *Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 7.* Agēs enim de gratia, cuius inſtrumentalis cauſa eſt Baptiſmus, dari docet vnicuique; iuxta diſpoſitionem eius. Vnde hæc gratia ſemper infunditur adulto intenſior, quā infantibus; quia ſemper adultus, eſt melius diſpoſitus, quàm infans. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. §. Altera quantitas.*

Sot. diſt. 6 q. 1. ar. 6.

§. VIII.

Baptiſmus, quoad diſpoſitionem.

1 NEc fides, nec alia bona diſpoſitio, & cōfeſsio interna, vel externa etiam non Sacramentalis, in ſuſcipiente Baptiſmum, requiritur ad eius valorē. Conſtat *ex c. Maiores de Baptiſmo, & cap. de Iudæis d. 45.* Ratio eſt: quia hæc veritas non dependet ſolum ex natura rei, ſed ex inſtitutione à qua eſt totum eſſe Sacramenti: & conſtat ex vſu, & traditione Eccleſiæ hanc fuiſſe Chriſti inſtitutionē. *Tom. 3. diſp. 24. ſect. 2. §. Primò ergò.*

2 In adultis vt Baptiſmus ſit validus, requiritur voluntarius conſenſus, & intentio ſuſcipiendi Baptiſmum. Sumitur *ex cap. Maiores de Baptiſmo*, tamen non eſt neceſſarius conſenſus actualis, ſed ſufficit, quod aliquando præceſſerit, & moraliter duret, nec retractatus ſit. Secūdum dictum *c. Maiores. Et Conc. Cartaginenſ. 3. can. 34. & Auraſicanum 1. can. 12.* Vnde non manet Baptizatus ille, qui dum Baptizatur non reſiſtit, nec actu conſentit, quia non eſt actus voluntarius, ſed tantum permiſſus; ad quod tantum ſufficit illa non reſiſtentia contrariæ voluntatis. Item vt hoc Sacramentū ſit validum ſufficit conſenſus volūtarius ſimpliciter, quamuis ſit inuoluntarius ſecūdum quid, id eſt, vi aut metu extortus, quod eſt de fide *ex cap. Maiores. cit.* & Prius. *ex Conc. Tolet. 4. c. 56. in c. de Iudæis diſt. 45.* Quia eſt conſenſus ſimpliciter voluntarius. Denique proprius cōſenſus eius, qui Baptizatur ſufficit ad Baptiſmum abſque dependentia ab alio humano conſenſu, v. g. ſi ſit filius familias contra voluntatem patris, ſi ſeruus contra voluntatem Dñi, & ſi ſit quicunque alius, quī à quolibet Superiore, vel Eccleſiaſtico paſtore, ſit prohibitus Baptizari: quod item eſt certū quia cum aliquis eſt capax propriæ volūtatis, in his quæ ad ſalutem pertinent, eſt ſui iuris. *To. 3. diſ. 24 ſect. 7. §. Per totam.*

Aug. li. 1. de adult. cōgreg. c. 26. & li. 4. de Bap tiſm. c. 24 Innocent. 3. in cap. Maiores de Baptiſ.

3 Vt alicui dignè detur Baptiſmus, præter voluntatem ſuſcipiendi Sacramentũ, requiritur diſpoſitio conueniens ſanctitati Sacramẽti: eſt de fide. Iuxta Math. vlt. *Docere omnes gentes baptizantes, &c.* Ratio eſt: quia Sacramenta debent ſancte tractari. Conueniens autẽ diſpoſitio, eſt illa, quæ neceſſaria eſt ad conſequendu effectũ Sacramenti, alioqui ponit obicẽ, & non recipit gratiã Sacramenti: quæ diſpoſitio non ſolũ requiritur in ſuſcipiente, ſed in dante: quia ex natura rei, & diuino iure tenetur rectè tractare id q̃ ſanctum eſt: ergò & ſuſcipiens tenetur nõ vti Sacramẽto, niſi debitè diſpoſitus; & dans tenetur nõ dare ſanctũ Canibus. Quãuis ſit miniſter in neceſsitate ſiue Sacerdos, ſiue laicus, cũ hęc obligatio nõ oriatur ex officio, ſed ex natura rei, & ſanctitate Sacramenti. *Tom. 3. diſp. 24. ſect. 2. §. Dico 2. & ſeq.*

Paulus.

Math. vlt.

4 Sola voluntas ſuſcipiendi Baptiſmum, ſufficienter diſponit ad characterem. Ratio eſt: quia hæc voluntas ſufficit ad veritatem Sacramenti. Ad gratiã verò habitualem fides requiritur. Ratio eſt: quia ſine fide impoſsibile eſt placere Deo, vt ait *Paul. ad Hæbr. 11.* & ideò Chriſtus, *Math. vlt.* Præcepit diſcipulis, vt prius docerent omnes gẽtes, & poſteà eos baptizarent: quia neceſſe eſt, vt fides præcedat Baptiſmum. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 1. §. Quæſtio hæc, & ſeq.*

5 In adultis, qui cum peccato originali habent coniunctũ aliquod peccatum mortale, præter voluntatem ſuſcipiendi Baptiſmum; requiritur aliqua alia voluntatis diſpoſitio, quæ conſiſtat in aliqua conuerſione ad Deum, cum aliqua deteſtatione, & pœnitentia prioris vitæ. Eſt de fide. Probatur: quia *Concil. Trid. ſeſſ. 6 & 7.* deſcribens primam iuſtificationem, quæ fit in homine in re, vel in voto, docet eſſe neceſſariam diſpoſitionem ex parte eius, per deteſtationem peccatorum, & conuerſionem in Deum. *Et ſeſſ. 14. cap. 1.* docet pœnitentiam omni tẽpore fuiſſe neceſſariam ad ſalutem. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 1. §. Vnde dico primò.*

Vega li. 9. ex Trid. c. 15. et l. 13 ca. 33. & 34. Corba lib. 1. Theolog. quæſtionũ q. 2. & alij

6 Si contigeret hominem adultum accedere ad Baptiſmũ ſine peccato mortali, cum ſolo originali, non eſſet illi neceſſaria pœnitentia aliqua, ſed ſufficeret voluntas, ac propoſitum profitendi, ac ſeruandi legem Chriſti. Ratio eſt: quia pœnitẽtia propriè eſt de peccatis, ab ipſo pœnitẽte cõmiſsis, eſt enim retractatio, & diſplicentia prioris voluntatis: quia ergò hic homo, de quo loquimur, propria voluntate non ſe auertit à Deo: & conuertit ad creaturam, ideò non eſt illi neceſſaria pœnitentia, quatenus propriè ſignificat diſplicentiam prioris vitæ, aut propoſitũ ſatisfaciendi Deo pro culpa commiſſa. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 1.*

Vide Aual. de verb. & falſ. Pœnit. c. 8 D. Tho. 3. p. qu. 69. art. 9.

sect. 1. §. *Dico secundò.* Ratio 2. partis est: quia Deus, non iustificat adultum, nisi consentientē.

D. Tho. 3. p. q. 68 ar 4. Sot. d. 6 q. 1. ar 7. Cord. li. 1. quæstion. Theolog. q. 2. Turre cremata. in c. si quo tiesçumq. de consec. d. 2.

7 Ad effectum huius Sacramenti sufficit attritio, etiam cognita, nec requiritur, vt existimetur contritio. Prior pars probatur: quia si cōstat esse necessariam aliquam pœnitentiam, & simul est certum, non requiri cōtritionē, sequitur esse necessariā attritionem. Secunda pars verò constat: quia cōtritio nec necessitate præcepti, nec medij, est necessaria, ergò nec existimatio eius: quia per se nihil cōfert, cum sit tātū iudiciū quoddā falsum, & solū potest requiri, vt homo excusetur ab aliquo peccato. Vt discurrēti patebit facilè *Tom. 3. disp. 28. sect. 1. §. Dico secundò.*

D. Tho. 4. d. 6. qu. 1. a. 3. quæst. 1. Scot. d. 4. q. 5. & d. 14. q. 4. art. 3.

8 Ad effectum Sacramenti Baptismi obtinendū, non requiritur, vt homo accedat iustificatus per veram contritionem: quia hoc Sacramentum per se institutum est ad regenerandum hominē. Iuxta illud. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu Sancto, &c.* Est ergò per se institutū ad remitēdum peccatum, spirituali vitæ contrariū. *Tom. 3 disp. 28. sect. 2. §. Dico tamen primò.*

Vide Consess. 6. & apertius. sess. 14. cap. 4.

9 Attritio sufficiens ad effectum Baptismi debet esse supernaturalis, & absolutus efficax actus voluntatis, includens detestationem peccatorum, & propositum non peccandi de cætero ex motiuo aliquo spirituali; & per auxilium gratiæ elicitus; hæc cōclusio est certa. Ratio est: quia cū in iustificatione remittenda sint omnia peccata mortalia, necesse est illa detestari, saltem, ea quæ homo cōmisit, consequenter necesse est, vt fiat per actum efficacem, & absolutum, aliàs nō esset retractatio prioris vitæ, sed solū simplex, & imperfectus affectus, cum quo potest manere voluntas suis peccatis efficacitèr inhærens, ac denique est necessarium, vt hic actus includat propositum seruandi mā data in futurum. *Tom. 3. disp. 28. sect. 2. §. Dico tertiò.* *Est certa.*

10 Ad effectū Baptismi requiritur attritio verè ac realiter existens, & non sufficit existimatio eius, quātumuis, & inculpabilis, & inculpabilis, si reuera ipsa attritio nō habeatur. Ratio est: quia hæc attritio non requiritur tantum vt præcepta, sed vt mediū necessarium ad iustitiā: quia in his, quæ sunt de necessitate medij, non sufficit ad salutem eorū existimatio si reuera nō existāt, quid enim prodiret peccatori, ꝙ existimet se verè absolui a Sacerdote, si reuera ille Sacerdos non est, aut nō habet intentionē vel iurisdictionem? Sic ergò nihil proderit existimatio attritionis, si in re nō existat. *Tom. 3. disp. 28. sect. 2. §. Dico quartò.* *Opino probabilis.*

11 Baptizandus in articulo mortis, tenetur habere contritionem: quæ sententia est probabilis, non quia sit necessaria dispositio ad Baptismū, sed quia est

eſt neceſſaria diſpoſitio ad mortē, vel certè ratione charitatis, vel ratione præcepti cōtritionis, cuius obligatio non eſt omnino extincta in noua lege. *Tom. 3. diſp. 29. ſect. 3. §. Sed objicies.*

12 Poteſt cōtingere, vt aliquis, ita diſpoſitus accedat, vt nec gratiam conſequatur, nec accedendo peccet, vel propter ignorantiam inuincibilem iuris, putans non requiri aliam diſpoſitionē, præter voluntatē Baptiſmi, vel propter ignorantiā facti, exiſtimans ſe eſſe attritum, cum verē non ſit. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 2. §. Ad fundamentum quartæ.*

13 Ratio ob quam Baptiſmus ſuſceptus cum affectu peccati, eſt validus, & confeſsio non; eſt, quia, in Baptiſmo interior diſpoſitio non eſt pars Sacramēti, at verò in Sacramēto pœnitētię maximè: quia exterior cōfeſsio nō ſufficit, niſi procedat ab interna deteſtatione peccati. *Tom. 4. diſ. 20. ſect. 4. §. Dices hac ratione.*

14 Confeſsio non eſt neceſſaria ante Baptiſmum. Eſt communis omnium ſentētia. Ratio eſt: quia illa cōfeſsio, nec eſt, nec eſſe poteſt Sacramentalis: quia ante Baptiſmū nullus eſt capax Sacramēti pœnitentiæ. Imo peccata ante Baptiſmū commiſſa, non ſunt ſufficiens materia Sacramenti pœnitētiæ, etiam poſt Baptiſmum ſuſceptum, quia fuerunt commiſſa extra forum Eccleſiæ. *Tom. 3. q. 68. art. 6. §. Dico tamen in comment.*

15 Quando in ſuſceptione Baptiſmi committitur peccatū mortale in ipſa actuali, & indigna ſuſceptione, tunc neceſſaria eſt contritio ad tollēdam fictionem, & conſequēdum effectum Baptiſmi, etiam ſi poſt ſuſceptum Baptiſmum, nullum aliud peccatum commiſſum ſit. Ratio eſt: quia illud peccatum ſacrilegij eſt materia Sacramenti pœnitentię, & neceſſariò confitendū: ergò quādiù peccatum illud in confeſsione non aperitur, vt per Sacramentum pœnitētiæ re ipſa ſuſceptum deleatur, neceſſariò requirit contritionem, vt deleri poſsit. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 5. §. Dico tertiò, & ſeqq.* *D. Thom. q. 69. art. 10. Aug. lib. 1. de Bap. c. 12.*

16 Si is, qui fictè Baptiſmum accepit, poſteà actualiter confiteatur, & Sacramētum pœnitentię accipiat, ſufficiet illi attritio ad tollēdum obicem, etiam ſi in ipſa fictione peccauerit, & poſt confeſsionē multa peccata cōmiſerit. Eſt certa, & communis omnium, qui tenent Sacramentum pœnitentiæ facere hominē de attrito contritum, nam hoc ſuppoſito, attritio illa omnium peccatorum, cōiuncta cum præcedenti Sacramento Baptiſmi, & cum præſenti Sacramēto pœnitentiæ reſpectu omnium, habet vim cōtritionis, & plus gratiæ datur per illa duo Sacramēta ſimul concurrētia, quam per ſingula cum eadem attritione: quia vnumquodq; habet ſuum proprium effectum, neq; vnius cauſali-

cauſalitas impedit, aut minuit cauſalitatem alterius. *Tom. 3. diſp. 28. ſect. 5. §. Dico quarto, & ſequentibus.*

§. IX.

Baptiſmus, quoad ſubiectum.

Conc. Mileuitanũ. Concilium Africanũ c. Placuit c. Maiores Concilium Vienenſe. Cõc. Trid.

1 HOmines poſt natiuitatẽ ex vtero materno, ſtatim ſunt capaces Baptiſmi, etiã ſi vſum rationis non habeant. Eſt de fide. Ita definitum fuit. *in Conc. Mileuit. cap. 2. In Conc. Africano can. 76. & in cap. Placuit d. 4. de conſecrat. Et cap. Maiores, de Baptiſmo & in Conc. Vienenſ. Et tandem in Conc. Trid. ſeſſ. 5. in decret. de peccato Orig. cap. 4. & ſeſſ. 7. can. 12. & 13.* Et conſtat ex conſenſu, & Traditione Eccleſiæ. *Tom. 3. diſp. 25. ſect. 1. §. Dico primò.*

Vide Aug Epiſt. 23. & 106. et 21. de ciuit. c. 16. & lib. 22 cap. 22. et lib. 1. de Peccato merit. ca. 21. & 33

2 Vt Infantes ſint capaces Baptiſmi, non eſt eis neceſſaria intẽtio ſuſcipiendi illũ, nec propria, nec parẽtum, nec alterius, ſed ſufficit illa voluntas Chriſti. Ratio eſt: quia nulla eſt auctoritas, aut traditio, propter quam aſſeramus Chriſtũ in inſtitutione Baptiſmi voluiſſe hanc intentionẽ parentum reſpectu filiorũ, eſſe ſimpliciter neceſſariam; quin potius oppoſitũ colligi poteſt ex vſu Eccleſiæ, quæ nunquã permiſit Baptiſmũ iterari propter hunc ſolum defectũ. *Tom. 3. diſp. 25. ſect. 3. §. Dico ſecundò.*

3 Infantes filij Chriſtianorũ ante vſum rationis, non ſolum eſt licitum, ſed magis expediẽs, antequã poſſint illi liberè conſentire eos baptizare. Eſt concluſio certa de fide, tradita *in Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 13. de Baptiſmo.* Vbi dãnat eũ qui dixerit præſtare, omitti eorum Baptiſma, quã eos nõ actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ. Quod ſumitur etiã ex perpetua Eccleſiæ cõſuetudine. *To. 3. diſp. 25. ſect. 2. §. Dico primò.* *Clem. lib. 6. conſtit. cap. 15. Dionyſ. c. 7. de Eccleſ. Hierarchialiã 12. cap. 3*

4 Obligat præceptum diuinum baptizare filios Chriſtianorũ ante vſum rationis in articulo mortis, & extra illũ, præceptũ Eccleſiaſticũ fundatum ex ſola cõſuetudine, quæ ſufficit ad hoc ius introducendum. *Tom. 3. diſp. 25. ſect. 2. §. Sed quæres, & ſeqq.* At verò, vt hoc præceptum obliget debet infans eſſe natus ex vtero matris perfectè; quia qui talis non eſt, vt poſſit aqua cõtingi, nullo modo poteſt baptizari, quamuis in neceſsitate poteſt baptizari infans ante perfectam natiuitatem. *Ibidem. §. Sed quæres tandem.* *Eſt Certũ.*

5 Filij infidelium ante vſum rationis, non poſſunt iure baptizari inuitis parẽtibus, nec publica, nec priuata auctoritate: eſt communis concluſio. Tamen ſi paruulus ſit, in mortis periculo poterit baptizari tũc inuitis parẽtibus, præſertim ſecretè, & occultè, & non cum vi illata parẽtibus. Ratio eſt: quia iam vide- *D. Thõ. 3. p. q. 68. ar. 10. & 2. 2. q. 10. art. 12.*

Marsil. in 4.q 4. ar. 4. Anton. 2.p.tit. 12 c.2. 54.

tur parēs moraliter amisisse ius in filium. Idem dicendum est, si filius iure, vel iniuria iam de facto sit extra potestatem patriā, ita vt nulla sit spes, nec obligatio restituendi filium parenti, vel quia ignoratur cuius filius sit, vel quia tam longe distat, vt moraliter non possit restitui, quia tunc iam parens amisit actualem vsum eius. Imo & moralē vsum vtendi illo, oportet tamen, vt ita sit orbatus vtroque parente, quod non habeat tutorem, ad quem ius constituendi, seu adiudicandi paruulum pertineat, quia tunc eadē est ratio, de tutore, quam de parentibus. *To. 3. disp. 25 sect. 3. §. Nihilominus dicendum, & sequentibus.*

6 Infans filius ex matre christiana, & patre infideli, potest, & debet baptizari contradicente patre, idem dicendum si pater sit fidelis, & consentiat, licet cōtradicat mater infidelis. Idem dicendum si pater, & mater sit infidelis, cōuerso tamen vno ad fidem, siue patre, siue matre cōsentiente: licet alter infidelis cō-

Cap. Extra. Ca. Iudæo. Conc. Tol.

tradicat, vt cōstat *ex c. 2. extra. de conuers. infideliū, & ex ca. Iudæo. 28. q. 1.* & idem fere statuerat *Conc. Tolet. 4. c. 62.* Idem dicendū si neuter parens infidelis ad fidem conuertatur, etiā si sola mater consensum præbeat: quia cū talis consensus sit in fauorem religionis, & bonū & salutem filij, præferendus est *Tom. 3. disp. 25. sect. 2. §. Duo supersunt.*

7 Quando infidelis infans natus ex infidelibus parētibus, per *Certa regula.* ueuit ad eum statū vsus rationis in quo est capax peccati mortalis, iam tunc baptizari potest per propriū consensum, parentibus etiam inuitis, antea verò nō potest. Ratio est: quia habet potestatem peccādi mortaliter, iam est dominus suarum actionū, & perfectè liber. *Tom. 3. disp. 25. sect. 3. §. Secudum dubium.*

8 Si paruulus constitutus in ætate, in qua exhibet aliqua probabilia signa vsus rationis; non tamen sufficientia, vt saltim de eius libero arbitrio cōstare possit, sed res sit dubia, & parentes infideles velint eum baptizare, ipse autem nolit, non est baptizādus: quia in dubio melior est conditio possidentis, filius autē magis possidet se ipsum, quam possidetur à parentibus: quānis Sotus habeat oppositū: quia in casu dubij inclinandum est in fauorem Baptismi. *To. 3. dis. 25. sect. 3. §. Sed quid.*

9 Filius Apostatæ, hæretici, aut schismatici, ante vsum rationis potest licitè baptizari, inuitis parentibus. Ratio est: quia isti hæretici, &c. qui post Baptismum defuerunt à fide, sunt directè subditi Ecclesiæ, ratione potestatis, & iurisdictionis spiritualis, & ideò potest Ecclesia, illis renuētibus, eorum filios baptizare, & ipsos cogere ad seruandam fidem, & pœna mortis afficere, si pertinaces sint

sint. *Tom. 3. disp. 25. sect. 3. §. Postquam dictum est.*

10 Filij infidelium, qui non sunt serui Christianorum, baptizari non possunt, inuitis parētibus, neque auctoritate publica, neq. priuata Christianorū Principū, licèt parentes publicè subditi sint temporali iurisdictioni Christiani Principis. Hæc cōclusio sumitur ex doctr. *D. Thō. 3. p. q. 68 ar. 10. & 2. 2. q. 10. Tō. 3. dis. 25. sect. 4. §. Dico ego primò.*

Soto d. 5. Victoria relect. de Indis.

11 Filij seruorum infidelium iustè capti, & separati à parentibus, licitè possūt baptizari omnino inuitis parētibus. Rat. est: quia Dominus succedit loco parentis, & ad eum pertinet ius, & cura gubernandi seruum suum, sicut ad eum spectat prouidere illi de necessariis ad vitam temporalem. Et habemus exemplū in 1. *Machab. 2.* vbi Mathatias omnes paruulos incircunciſos in bello captos, circuncidi fecit. *Tom. 3. disp. 25. sect. 4. §. Dico secundo, & seqq.*

E. Mach. 2.

12 Domini licèt licitè possint separare hos infantes à parentibus, vendendo eos, & alio quocunque modo; tamen non tenētur eos separare, aut baptizare, secundum probabiliorem sentētiam. Ratio est: quia nullum est principium sufficiens; vnde hæc obligatio oriatur, & sic supponitur. *Tom. 3. disp. 25. sect. 6. §. Nihilominus simpliciter.*

13 Si Dominus de facto ante separationem baptizet infantē, probabile est, non peccare contra iustitiam, licèt oppositum sit securius, & seruandum in praxi. Ratio est: quia licèt pater priuari possit, ratione seruitutis cura, & gubernatione filij quoad vsum, non tamen quoad radicalem proprietatem, & ius paternum. Exemplū sit, si seruus coniugatus sit, quamuis iure seruitutis, possit iure separari à cōiuge, vel vēditione, vel donatione, &c. tamen quamdiù non separatur iustè prohiberi non potest, quin omnes matrimonij actus cū coniunge exerceat, ita in casu præsenti: quia pater licitè non potest priuari, licet per accidēs, possit media separatione, & distantia loci. *Tom. 3. disp. 25. sect. 5. §. In contrarium autem.*

14 Iudæi, qui nunc sunt subditi Principibus Christianis, nō sunt proprij serui, sicut sunt mancipia, & ita non procedit doctrina data de filiis seruorū in eorum filiis. Ratio est: quia licet Iudei propter suam culpam, digni sint seruitute, tamen iam nunc de facto, non sunt hoc modo serui effecti, vt ipse vsus satis docet, tractātur enim vt vassalli & tributarij, nec vendi possunt vnde infertur eos tantū infideles esse propriè seruos, qui vel in bello capiuntur, vt sunt ordinariè Sarraceni, Turcæ, &c. vel qui pretio emuntur à veris dominis qui ius habent illos vendendi. *Tom. 3. disp. 25. sect. 5. §. Sed quæri hoc loco.*

D. Thom. 3. p. q. 68. ar. 10. ad 2. cū Soto.

15 Nullus homo proprij arbitrij capax, potest iuste aliquibus humanæ potestate impediri quominus baptizetur, si velit, & graviter contra præceptum Christi delinquit, qui eum tentat impedire, ipseque ius habet se defendendi, si possit imo & Ecclesia habet etiam potestatem defendendi illum, iuxta verba illa. *Matth. vlt. Docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* & secundū illa, scilicet. *Pasce oues meas. Tom. 3. disp. 31. sect. 1. §. Dico secundo.*

16 Peccat grauiter baptizatus (sub quo comprehendo eos, qui infantem ad Baptismū offerunt) accipiendo Baptismū ab eo, qui non habet ius, seu potestatem ministrādi illum. Ratio est: quia, & quantum in ipso est inuertit debitam subordinationem, & hierarchicum ordinem Ecclesiæ, & quia cooperatur peccato alterius. *Tom. 3. disp. 31. sect. 4. §. Scio argumentum.* Idem dicendum est de recipiente Baptismū extra casum necessitatis ab indigno ministro. Ratio est: quia baptizatus tenetur per se loquendo, non accipere Baptismum ab indigno ministro, si facilè habere potest alium dignū, qui ministret dignè. *Ibidem sect. 5. §. Secundum caput.* Idem dicēdum de eo, qui cum sit baptizatus, eique sufficienter cōstet, iterum baptizari cōsentit, etiam si id faciat cum metu mortis, cū sit intrinsecè malum. Et idem peccabunt quicunque alij offerentes iam baptizatum, cū operētur actui intrinsecè malo. *Ibidem. sect. 6. §. De quo præcepto.*

17 Rebaptizatus, qui per ignorantiam inuincibilē excusatur à culpa, nō manet irregularis. Ratio est: quia ista irregularitas est impositā in pœnā delicti, vbi nō est culpa, non est irregularitas: vnde infantes rebaptizati, non manent irregulares, iuxta *cap. verb. ir- Placuit, & cap. Qui apud, de cō- secrat. d. 4.* Idem dicendum est, si rebaptizatus postea sciat, quid circa illum actum sit, & ratū habeat, & cōsentiat. Ratio est: quia huiusmodi consensus non facit actionem priorē voluntariam, seu culpabilem, sed est nouū peccatum internum, vel externum, cui nulla pœna est imposita in iure; sicut si quis casu, & omnino sine culpa occideret hominē, nec tunc fuit irregularis, nec postea etiam si viso effectu gauderet. *Tom. 3. disp. 31. sect. 6. §. Solet autem: & sequent.* *Scot. in 4. d. 6. q. 8. Nau. c. 27 nu. 246. Sylvest. verb. irreg. qu. 4. in cap. Quibus de reg. qu. 4. Turrecre. in cap. Quibus de consecrat. d. 4. nu. 7. Couarru. Sot. & alij consecrat. d. 4.*

18 Rebaptizatus per vim, aut metum, quamcūque habens intētionem, vt rebaptizetur, reuera manet irregularis. Ratio est: quia ad hanc intentionem, nullo modo cogi potest, & adhibēdo voluntariè illam, peccat graviter peccato rebaptizationis. At verò si metus sit grauis, nihil peccabit, non resistendo, dūmodo nec exterius significet se cōsentire, quia in reliquo nihil operatur, sed patitur potius. *Tom. 3. disp. 31. sect. 6. §. Quinpotius.* *Vide Syl. verb. Irregularitas. n 4. Innoc. in cap. Eos quos de consecrat. d. 4.*

19 Qui

19 Qui habuit voluntatē Bap tiſmi, nec eā retractauit, ſi amēs fiat, & ſit in probabili periculo mortis, vel impedimentum vſus rationis cēſeatur perpetuū, Bap tizari debet: quia in huiuſmodi euentibus moraliter manet ho mo in ea diſpoſitione volūtatis in qua reperitur; vnde extra hos caſus expectanda eſt ea diſpoſi tio, ſeu aptitudo hominis adul ti, in qua poſsit ſciens, & videns Sacramentum accipere. *Tom. 3. diſp. 24. ſect. 1. §. Secūdo addendū.*

Conc. Car thagin. 3. can. 34. Arauſic. i can. 12. c. Maiores de Baptiſ.

20 Qui poteſt peccare morta liter poteſt Baptizari ſine conſenſu parentum Ratio eſt: quia iam eſt dominus ſuarum actionum: quando autem dubitatur an ſit capax vſus rationis & Bap tizari renuit, non ſufficit paren tum conſenſus. Ratio eſt: quia in dubio eſt melior conditio poſsidentis, filius autem melius poſsidet ſe ipſum, quā poſsideatur à parētibus. *To. 3. diſ. 25. ſec. 3. §. Secundum dubium, & ſeq.*

21 Puer ægrotans debet per aſperſionem, modica quātitate ſufficiente, aquæ calore temperatę, in qua parte minus noceat, Baptizari. Ratio huius obligationis eſt, qua tenemur non inferre damnū proximo, nec cooperari morti eius. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 3. §. Primum igitur.*

22 Infideles, non poſſunt iuſtè cogi ad ſuſcipiendam fidem propter bellum, aut iniuriā aliquam. Ita ſtatutum eſt *in c. Qui ſyncera, 45. diſt. & c. de Iudæis, eadē diſt. & c. Sicut Iudæi, de Iudæ. & Sarrac. & in Conc. Tolet. 4. c. 56.* Item pater iure naturæ habet ius in filiū, vt eum inſtruat, & in omnibus rebus dirigat, atque gubernet, præſertim quamdiu filius propria volūtate regi nō poteſt: quia filius ex vi originis eſt aliquid patris, & ideo, eſt ſub eius poteſtate. *To. 3. diſp. 25. ſect. 3. §. Nihilominus dicendum.*

Greg. lib. 11. Epiſt. 15. & li. 2. c. 91 & Epiſt. 52.

§. X.

Baptiſmus quoad præceptum.

1 IVre diuino tenētur ōmnes homines ſuſcipere Baptiſmum aquæ colliſtur *ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 5. de Baptiſmo.* Vbi damnat, dicentes Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem. *Tom. 3. diſp. 31 ſect. 1. §. Dico primò.* Quod præceptū obligat omnes homines capaces prēcepti, iuxta illa verba. *Niſi qui renatus fuerit ex aqua, &c.* Item obligauit Beatiſsimam Virginē Mariam, & Apoſtolos; quia omnibus neceſſariū fuit vniri Eccleſiæ. Item obligat infideles omnes: eſt enim à Chriſto datum, qui poteſtatem habet excellentiæ ad obligandos omnes. *Ibidem. §. Dico ſecundò.*

D. Tho. 3. p. q. 68. ar 1. in 4. d. 4. q. 3. quæſt. 2. Richar. ar 1. quæſt. 3. Gabriel. q. 2. ar. 3. dub. 1. Bona. d. 6. ar. 2. q. 2.

2 Præceptum hoc diuinum non obligat per ſe, & directè paruulos ante vſum rationis. Ratio eſt: quia pro ea ætate non ſunt capaces præcepti: nec obli-

gat parētes ad eos Baptizādos, niſi inſtante neceſsitate. Tamen ex cōſuetudine Eccleſiæ, & præcepto eius, recte poſſunt obligati parētes chriſtiani ad baptizādos filios ante adultā ætatem, & ſic introductū eſt hoc præceptum ſaltē ex cōſuetudine. *Tom. 3. diſ. 31. ſect. 1. §. Tertiò ſequitur.*

Vide D. Bernard. Epiſt. 77. ad Vgonē. Et Vgonē lib. 1. de Cærem. & offic. Eccleſ. c. 13. & in ſum. ſent. tract. 5. c. 2.

3 Præceptum hoc diuinū ſuſcipiendi Baptiſmum non obligauit vniuerſum mundum niſi poſt ſufficientem promulgationem Euangelij. Ratio eſt: quia nec obligatio legis aliter prudēter imponeretur, neq; eſſet hominibus accomodata: vnde nō incipit obligare, in die Reſurrectionis, vel Aſcenſionis, quando Chriſtus dixit Apoſtolis. *Docete omnes gentes, &c.* Quia tūc Chriſtus non promulgauit hanc legem, ſed ſolum inſtituit Apoſtolos, eiſq; præcepit, vt illam promulgarent, & executioni mandarent. *Tom 3. diſp. 31. ſect. 1. §. Vltimò occurrebat.*

Baſil. hom 13. Nazianzen. orat. 40. de S. Bap. Chryſoſt. hom. in Acta. & hom. 13. ad Hebr.

4 Hoc præceptum diuinum ſuſcipiendi Baptiſmum obligat hominem, vt moraliter loquendo, quam primū dignè, & commodem poſsit, Baptiſmum recipiat, vel ſaltem vt non multo tempore hoc differat, habetur *in c. Quando quis de conſecr. d. 4.* vbi grauiter reprehēdit eos, qui vſq; ad mortem Baptiſma differunt, vt liber ius peccent, & vt plenam remiſsionem peccatorum conſequantur. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 2. §. Dicendū nihilominus.*

5 Eccleſia non poteſt præcipere adultis, vt intra tale tempus baptizētur, licēt poſsit declarare, pro quo tempore obliget præceptū interpretando ius diuinū, quia Eccleſia habet claues ſcientiæ, & interpretationis diuinarum legum. At non determinando ſpeciali præcepto, iuxta illud *Paul. 1. ad Corint. 5. De his, qui foris ſunt nihil ad nos.* & conſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 4.* dicente *Eccleſia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipſam per Baptiſmū ianuā fuerit ingreſſus. Tom. 3. diſp. 31. ſect. 1. §. Nihilominus dicendum.* *Paul. Concil. Trid.*

6 Nunquam fuit præceptum determinans tempus Baptiſmi reſpectu adultorum infidelium ſeu nō baptizatorum. Probatur: quia ſi nō poteſtas eſt, neq; actus eſſe poteſt. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 24 §. Secundo ex hoc principio.* At vero Eccleſia poteſt proprio & ſpeciali præcepto determinare Baptiſmum pro filiis Chriſtianorum, vel baptizatorum hominum, quia ratione parentum acquiſiuit Eccleſia ius in filios. *Ibidem. Tertio addendum eſt.*

7 Executio huius præcepti ex cauſa moraliter graui differri poteſt, nec eſt certior, aut ſpecialis regula: quia cauſæ particulares ſub ſcientiam non cadunt, ſed per prudentiam iudicandæ ſunt. *Tom. 3. diſp. 31. ſect. 4. §. Aliud eſt.*

8 Quando puer baptizandus periculoſè ægrotat, & ablutio magnum

magnum illi detrimentum allatura, mortemque acceleratura; omnis diligentia adhibenda est, vt caueatur omne corporis damnum, & salutis detrimentū, v.g. vt fiat aspersione, quantitate modica sufficiente, & in ea parte corporis, in qua minus nocere possit: & si oportuerit in aqua, modico calore temperata, & statim post aspersionem abstergatur. Quia tenemur non inferre damnum proximo, nec cooperari morti eius. Vnde infert *Palud d. 3. q. 3.* Eum, qui incautè baptizat hominem in tali periculo constitutum, vtēdo materia, quæ mortem illi accelereret, manere irregularē. *Tom. 3. disp. 31. sect. 3. §. Primum igitur.*

9 Moraliter loquendo vix potest accidere casus, in quo propter mortis periculū omittēdus sit Baptismus: quia detrimentū salutis, quod ex Baptismo prudēter applicato oriri potest, nullius ferè est momēti, & considerationis; licèt, si est spes vitæ, & nulli subitaneæ mortis periculum, differri possit, quia tunc non vrget necessitas, nec præceptū diuinum, nec humanū, nec Ecclesiasticum. *Tom. 3. disp. 31. sect. 3. §. Secundo hinc colligo.*

10 Si baptizādus sit infans, & extet probabile mortis periculū, nō est omittēdus baptismus, propter timorē violētæ mortis: quia vel mors violenta timetur infanti baptizato, & hoc nullius est momēti in casu præsēti: quia iam ponitur cōstitutus in eo statu, in quo absq; violenta morte iminet ei probabile periculum mortis, licèt hoc periculū augeatur ex Baptismo, vel quia mors violenta timetur baptizanti; & tunc etiā non excusatur ab obligatione baptizandi quia tenemur plus diligere vitam spiritualem proximi quā propriam corporalem, maximè quando vita spiritualis omnino periclitatur. Tamen si sit adultus, & in periculo mortis constitutus, tenetur nō omittere Baptismum etiam sine extrinseca vi, cū hoc sit præceptum diuinum, & non possit omitti nisi ex vrgentissima causa: & homo iam sit constitutus in probabili periculo mortis. At verò secluſa vi extrinseca homo non est in mortis periculo, & alioqui non debilitatur fides, nec creatur infamia religioni Christianę potest sine peccato differre Baptismū de quo vide. *To. 3. disp. 31. sect. 3. §. De alio periculo.*

§. XI.

Baptismus quoad ritus, & cæremonias.

1 EX institutione, & præcepto Ecclesiæ præter baptizātem, & baptizatum in Baptismo solemni persona adhibetur, quæ baptizatum suscipiat de sacro fonte. Constat ex consuetudine antiquissima Ecclesiæ. Munus *Dion. c. 2. de Eccles. Hierarch. Tertul. li. de Bap. c. 18. Aug. 1. de pec.*

cat. merit ca. 34. & epiſt. 23. Iuſtin. q. 56. ad gẽtes.

huius ſuſceptoris eſt præcipuũ, vt puerum Baptizatum, de manu Baptizantis, veluti ſub tutela, & cura ſua ſuſcipiat: vt colligitur *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de reform.* Et eſt tanquam fideiuſſor, vt patet *ex c. Vos ante de conſecrat. d. 4.* Item vocatur ſpõſor, quia quando Baptizatum ſuſcipit, virtualiter fideiubet, & promittit ſe habiturum curam ſalutis ſpiritualis illius. Ratio verò inſtitutionis eſt: quia homo recẽs Baptizatus, eſt veluti paruulus nuper genitus, qui pædagogo indiget à quo inſtruatur, quo Eccleſia ſecurior manet de fide hominis geniti. *Tom. 3. q. 67 ar. 7. in comment §. Hic articulus*

2 Suſceptor tenetur inſtruere Baptizatũ in rebus fidei, & morum, quæ ad ſalutem ſunt neceſſariæ, quia vnuſquiſque tenetur munus explere quod aſſumpſit, quę obligatio vrget, quãdo Baptizatus indiget, v. g. ſi habeat parentes infideles, vel ita negligentes, vt filium non inſtruant; vnde inter Chriſtianos rarò vrgebit. Item hæc obligatio non eſt perpetua, ſed durat donec Baptizatus ſufficienter ſit inſtructus. *Tom. 3. q 67. in comment. art. 8. §. Hic etiam articulus.*

Cap. Vos autem de conſecrat. d. 4.

Conc. Pariſienſ. Conc. Magunt. c. in Bapt ſna. c. Nõlicet Cap. Vos ante.

3 Suſceptor debet eſſe idoneus atque expeditus ad explẽdum munus: ita ſtatuitur *in Cõcil. Pariſienſ. & in Conc. Magunt. c. 47. quod habetur in c. ex Baptiſmate de conſecrat. diſt. 4.* Vnde hæreticus, nec olim publici pænitentes, donec per publicam ſatisfactionẽ mereantur reconciliationem, nõ poſſunt eſſe ſuſceptores. Ratio eſt: quia ſunt incapaces ad hoc miniſterium. Item non Baptizatus, vt præcipitur *in cap. cit.* Item Abbates, & Monachi, quia hæc cura ab eorũ ſtatu eſt aliena, iuxta *cap. Non licet. de conſecr. d. 4.* At verò fœminæ poſſunt eſſe, vt cõſtat ex conſuetudine antiquiſsima, vt conſtat *ex c. Vocante. d. 4. & c. Quod autẽ. 30. q. 4.* quod vide. *Tom. 3. q. 67. art. 7. ex comment. §. Atque hinc.*

4 Olim ſtatutũ erat, vt in Baptiſmo vnus tãtum ſit vnius Baptizati ſuſceptor, vt conſtat *ex c. In catechiſmo, & c. Nõ plures. de conſecr. d. 4.* Poſtea conſuetudo introduxit, vt plures ad eũdem Baptizatum admitterẽtur *ex c. Quamuis. de cognat. ſpirit. in 6.* Iã verò hodie *in Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. de reform. de matrim.* Statuitur, vt vnus tantum, ſiue vir, ſiue fœmina, vel ad ſummũ vnus, & vna Baptizatũ de Baptiſmo ſuſcipiant, & Parocho præcipit, vt diligenter de illis inquirat, & eos tãtum admittat, & in libro nomina eorum deſcribat, doceatq; eos, quam cognationem contr xerint, cuius cognationis ſolum ſunt capaces illæ perſonæ numeratæ *in Conc. Trid. loco cit.* vnde ſi cõtigerit vltra illas duas ad ſummum perſonas, aliæ non ſunt ſuſceptores, nec reuera cõtrahũt cognationem. *To. 4. q. 67 art.*

Cap. In Catechiſ. Cap. Non plures. Cap. Quãuis. Con. Trid.

artic. 8. in comment. §. Primo ergò.

5 Solum inter patrinũ,& Baptizatum, patrem, & matrẽ eius oritur cognatio ſpiritualis matrimonium irritãs. Vnde infertur quòd non contrahitur hæc cognatio inter patrinos, ſi v. g. fuerint duo,vir,& fæmina,vt cõ
Con. Trid. ſtat *ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. de refor. matrim.* Item quando duo viri,vel duæ fæminæ fuerint ſuſceptores cõtra formã *Conc. cit.* & de facto ſuſcipiant Baptizatum,vel ſi plures viri, vel fæminæ admittantur, ſolum illi, vel illæ perſonæ, quæ ſunt deſignatæ ſpecialiter, per quem ſpectat deſignare,contrahent hanc cognationem. Item ſi ex malitia, vel ignorãtia plures fuerint deſignati,quãm poſſunt,cõtra formam *Conc. cit.* illi tantum contrahet cognationem,qui primò tetigerit Baptizatũ,vel ad ſummum duo ſi fuerint vir,& fæmina : quia illi reuera ſolum ſunt ſuſceptores veri. Denique ſi plures fuerint deſignati,& ſuſceperint vltra formam Conc. nemo eorum cõtrahet cognationem, vt probabile videtur multis. Aliis verò videtur probabile,omnes in iſto caſu cõtrahere illam: ſed quamuis hoc ſit probabile, non eſt facilè conſulẽdum, quia res eſt dubia , ſed abſtinendum ab huiuſmodi matrimonio,ſaltem propter dubium. *Tom. 3. q. 67. ar. 8. in comment. §. Sed quæres. & ſequent.*

6 Parer,qui vrgente neceſsitate filium ſuum legitimum ſuſcipit,vel etiam ſine illa, nullam contrahit cognationem cum vxore debiti petitionem impedientem,licèt peccet grauiter ſi ſine neceſsitate faciat. Tamen contraria opinio eſt communis,v.g. ſi ſciens,& videns,id faciat,extra neceſsitatẽ,& ex malitia,teneri coniugem faciẽtem, debitum reddere, priuari tamẽ poteſtate illud exigendi: à qua opinione non eſt recedendum facilè,vt ait noſter Doctor. Vide *cap. Si vit. de cognat. ſpirit.* in quo fundantur hæ duæ opiniones. *Tom. 3. q. 67. art. 8. in comment: §. Maius vero dubium eſt, & ſeq.* *Vide Paſlud. q. 1. ar 1. cõcl. 7. Sot. art. 3. Sylu. verb Matri. 8. quæſt. 7. Nau. c. 16 num. 34. Abbas in c. Si vir.*

7 Qui in priuato Baptiſmo domi facto, materialiter tãtum tenet Baptizatum ſpiritualem cognationem nõ contrahit. Ratio eſt:quia vbi non eſt ſolemnitas,nõ eſt propriè ſuſceptor:ſecus dicendum ſi propriè,ac verè , & ex animo adhibeatur hæc cæremonia ; quia reuera ille eſt ſuſceptor de quo iura loquuntur,quod verum eſt, etiam poſt *Conc. Trid.* quia nihil in hoc innouatur quod iuri antiquo ſit contrarium. Aduerte tamen, quod hæc cæremonia in priuato Baptiſmo non eſt neceſſaria, nihilque peccatur ſi omittatur; quia nullũ de hac re extat præceptum poſitiuum,tamen communiter multis videtur,ſemper in Baptiſmo cõtrahi cognationem ſpiritualem ſtando in iure *Sot. in 4. d. 42. q. 1. ar. 1. cont. Nauar. & Couar.*

antiquo. *Tom. 3. quæſt. 67. art. 8. in comment. §. Vltimo dubitari poteſt.*

8 Conueniētiſsimum fuit, vt Baptiſmus ſolemni ritu aliquo in Eccleſia traderetur. Eſt de fide: ad quam confirmādam ſufficit authoritas Eccleſiæ. Cauſæ verò harum cæremoniarum reducuntur ad quatuor. ff. propter inſtructionem, ſignificationem, efficaciam, & ornatum, ſeu decentiam, aut reuerentiam Sacramenti. *Tom. 3. diſp. 30. ſect. 1. §. Per totam.*

Gelaſ. Pap. in epiſt. ad Epiſc. Lucaniæ c. 12 Conc. Pariſien. c. 7. Tertul. li. de Baptiſ. c. 19. & alij multi.

9 Fuit olim in Eccleſia inſtitutum, vt Baptiſmus duobus tantum diebus anni, Sabbato. ſſ. Paſchæ, & Pētecoſtes celebraretur, niſi ob neceſsitatē vrgentē. Colligitur ex antiquiſsimis decretis, quæ leguntur apud Gratianum, *de conſec. d. 4.* & ſæpe alibi: quæ conſuetudo duranit vſq; ad tempora Caroli Magni. At verò modo iam omnino antiquata eſt, quantum ad obligationem præcepti; nam quantum ad obſeruantiam ob antiquitatis reuerētiam, & memoriam, adhuc Romæ huius conſuetudinis veſtigia ſeruari videmus: nam licèt aliis etiam temporibus anni baptiſmata celebrari conſueuerit, tamen illis duabus feſtiuitatibus ſpeciali ſolemnitate fiunt. Vnde, vt conſtat ex vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine; quoduis tempus aptum eſt Sacramento Baptiſmi. *Tom. 3. diſp. 30. ſect. 2. §. Primò ergò.*

10 Olim in fluuiis, fontibus, ac priuatis domibus, & aliis locis ſimilibus baptizabantur fideles. Colligitur. *Ex Actor. 2. 8. 10. & 16.* Poſteà deſignata fuere certa loca, vt in eis Baptiſmus celebraretur, quæ appellabātur baptiſteria, vt conſtat *ex Concil. Antiſtodorē ſ. ſub Deus dedit. c. 14* Quæ loca erāt ſeparata ab Eccleſia. Imò, & in ſingulis ciuitatibus, ſeu oppidis vnus tantum locus exiſtebat. Nunc verò in ſingulis Parochialibus Eccleſiis ſunt propria baptiſteria deſignata, vt obſeruat Eccleſia vniuerſalis, & ſic non licet niſi in neceſsitate extra Eccleſiam Baptiſmum celebrare, vt conſtat ex *Clemēt. vnic. de Baptiſ.* Vbi filios Regum, vel Principum ab hoc præcepto excepit. Nomine verò Regum, vel Principum veniunt tantum Reges, vel alij ſupremi potentatus, qui fere Regibus equiparātur. Circa veſtes ſacras quibus debet ornari miniſtrans ſolemnitèr, obſerua Eccleſiæ tuę conſuetudinem, officium Rom. & alios rituales libros receptos. Quamuis communis vſus obtinuit, vt ſaltem ſtola, & ſuperpellicio amictus ſit baptizaturus. *Tom. 3. diſp. 30. ſect. 2. §. Secunda circunſtantia.*

Cōc. Meldens. ſeu Illerdens. c. 7. Can. 59. Trullanū Bruchardies. li. 4. c. 14. Dion. c. 2. de Eccleſ. Hierarch. p. 2.

11 Forma debet exprimi verbis ab Eccleſia vſitatis, & in eo idiomate, quo ipſa in publicis officiis, ac cęremoniis vtitur. Ablutio item debet fieri per immerſionē vnam, vel Trinam, aut

Vide Dionyſ. c. 2. d. Hierarch. Eccleſ. Cyp. ep. 70

aut per aſperſionem. Item aqua debet benedici prius quàm ad vsũ Baptiſmatis aſſumatur, quæ conſuetudo, eſt antiquiſsima, quamuis neceſsitate vrgẽte poſſit fieri Baptiſmus in quacunque aqua naturali; benedicitur tamen, vel ad conciliandam maiorem reuerentiam circa hoc Sacramẽtum Baptiſmi, vel ad ſignificandum Spiritus ſancti gratiam, quæ per ablutionem huius aquæ, & virtutẽ paſſionis Chriſti mirabiliter, & ineffabiliter ex opere operato baptizatis cõfertur. Hęc enim videtur ſignificari in infuſione olei cum benedictione, & crucis ſigno. *Tom. 3. diſp. 30. ſect. 2. §. Quinto loco.*

Ambroſ. lib. de iis, qui Miſteriis initiantur. c. 3. & alios

12 Catechiſmus, qui debet præcedere ante Baptiſmũ, alius eſt adultorum, alius paruulorũ. Catechiſmus adultorũ, alius ſub ſtãtiali, alius Cæremonialis. Sub ſtantial s eſt ille, qui per ſe, & ex natura rei, ſuppoſita inſtitutione, & fine Baptiſmi, neceſſarius eſt ad conueniẽtem vſum huius Sacramenti licèt non ſit ſimpliciter de eſſentia eius. Conſiſtit in ſufficiẽte inſtructione, & doctrina rerum fidei; ac morum, iuxta Math. vlt. verba. *Docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, &c. Tom. 3. q. 71. ar. 1. §. Duo attingit in Comment.*

Vide Baſilium. ho. 1. de Bap. Aug. lib. de fide, & operibus.

13 Catechiſmus cæremonialis conſiſtit in quodam ſpeciali modo, & ordine ab Eccleſia inſtituto, & obſeruato in Catechumenorum inſtructione, & præparatione ad Baptiſmum. Primo, ſcilicet quòd animũ ad chriſtianam fidem applicabant, ad res fidei audiendas admittebantur priùs quàm Baptiſmum peterent, & hi generali nomine ſolent vocari Catechumeni, ſpecialitèr autem dicuntur audientes, vt diſtinguãtur ab aliis, qui competentes vocãtur. Secundò quod qui iam decreuerant fieri Chriſtiani, Baptiſmum petebãt, & ſua nomina dabant, quæ futura erant non gentilium, ſed ſanctorum. Vnde nunc vt obſeruat Eccleſia, ſtatim in foribus Eccleſiæ in initio Catechiſmi interrogat Miniſter, *quo nomine vocari vis?* Reſpondent patrini: Petrus, vel Ioannes. *Tom. 3. quæſt. 77. art. 1. Alter Catechiſmus in Comment.*

Vide Dionyſ. c. 2. de Eccl. Hier Cõc. Nic. can. 30. Cõc. Cart. 4. c. 85.

14 Poſt petitum Baptiſmum, & datum nomen, inchoabatur Catechiſmus, quod non ſolum fiebat de rebus fidei, ſed de pertinẽtibus ad mores, & in orationibus, ieiunijs, & aliis piis operibus exerciti erant. De tempore durationis huius Catechiſmi. Nihil eſt ſcriptum expreſſe, ſed iudicio prudentis Epiſcopi, vel Parochi cõmittebatur, vt tunc eos admitteret, cum ſufficienter inſtructos, ac diſpoſitos iudicaret. *Tom. 3. q. 71. art. 1. §. Tertio poſt in Comment.*

Vide Aug lib. de eis qui initiabantur. Aug. lib. de fide, & operibus cap. 9.

15 Cæremoniæ, quæ ſpecialiter in Catechiſmo fiebant, ſunt hæc. Prima erat ſcrutinium, vt certius exploraretur an vera eſſet

Vide Aug de fide, & operib. c. 6. & alij,

ſet Catechumenorum cõuerſio ad fidem. Secunda quòd Catechumeni ſæpius ſignabãtur ſigno Crucis, per quod ſacroſanctum ſignũ in vtero ſanctæ matris Eccleſiæ Catechumenus cõcipitur, fiebatque hoc ſignum in fronte. Tertio. Eſt abrenũtiatio Satanæ, & ſolebat Catechumenus conuerti ad occidẽtem, facta verò renuntiatione conuertebatur ad orientem ad ſignificandum hominem Baptizandũ debere ſpreto Dæmone, Chriſtũ intueri. Quarto erat fidei profeſsio, quæ ſæpius fiebat in catechiſmi diebus, & ipſo etiã Baptiſmatis die, per publicam ſymboli confeſsionem. Ratio autem harum Cæremoniarũ eſt, vt per eas Catechumeni in fide confirmentur, & perfectè ad Deũ conuertantur, & de vtroq; ſatis Eccleſiæ conſtet. *Tom. 3. q. 71. ar. 1. §. Quarto notantur in Comment.*

Tertul. li. de ſpectaculis. c. 1.

16 Catechiſmus paruulorum etiam eſt antiquiſsimus, quem nunc ferè eiſdem Cæremoniis Eccleſia obſeruat, fit autem. Primo in paruulis, vt in eis perficiãtur ea, quorũ ipſi ſunt capaces, & tunc eis nomen imponitur, & ſigno Crucis ſignantur. Secundo vt ſuſceptores ad moneantur de obligatione, qua tenentur ad inſtruendos infantes, & ideò manus ſuas imponunt capiti Baptizandi, & nomine eius ſymbolũ profitentur, & orationem Dñcam recitant. Tertio vt quaſi ſolemni profeſsione conſtet, non minus manere obligatum paruulum Baptizatum ad fidem, & religionẽ chriſtianam, quàm ſi propria voluntate Baptiſmum ſuſcepiſſet. *Tom. 3. q. 71. ar. 1. §. Altera pars in Comment.*

Vide Dioniſ. de Eccleſ. Hier. c. vl. Aug. Epiſt. 23. & li. 4. de Baptiſm. cap. 24.

17 Exorciſmus, qui debet præcedere Baptiſmum, eſt increpatio contra immundum ſpiritum, qua eius virtus, & violenta incurſio arcetur, ac fugatur, variiſq; cæremoniis perficitur. Prima eſt inſufflatio dæmonis facta per miniſtros Eccleſiæ, ad ſignificandum effectũ exorciſmi qui eſt dæmonis expulſio. Secunda eſt manus impoſitio cum benedictione Sacerdotis, qua impetratur, vt dæmoni præcludatur via, ne iterum redeat. Tertia eſt ſal in os Baptizandi miſſum, qua cæremonia, aut diuinæ ſapientię infuſio, aut fidei confeſsio ſignificatur, quod prius benedicitur, antequã detur, vt modo obſeruat Eccleſia. Quarta eſt ſputo nares, & aures Baptizandi linire in ſignum receptionis, & approbationis doctrinæ fidei, quæ eſt antiquiſsima accepta ex Chriſti exemplo, qui os, & aures hominis ſurdi, & muti tetigit, vt ei ſermonem, & auditum reſtitueret. Quinta eſt inunctio olei ſanctificati, ad ſignificãdam aptitudinem hominis, ad pugnandum cõtra dæmones, quæ inunctio eſt duplex, altera in pectore qua ſignificatur fides recta in anima ſuſcepta, altera inter ſcapulas ad ſignificandum exercitium

Vide Cryſoſt. lib. de Adam. et Euæ. Aug. lib. 6. contra Iulia. num. c. 2. Cap. Sal. cæleſtis ſapientiæ, de conſecrat. d. 4. Amb lib. 1. de Sacram. cap. 2. & lib. 3. c. 1. Baſil. lib. de Spirit. ſanct. c. 7.

tiũ bonæ operationis, quia fides sine operibus mortua est, vel per priorẽ significatur mũditia cogitationũ in pectore, per posteriorem verò fortitudo laborum in scapulis. *Tom.3.q.71.art.2.§.De hac materia, & sequentibus.*

18 Quamuis hæ cæremoniæ tempore necessitatis prætermittantur, cum neq. ad Sacramentum, neq. ad eius effectum, sint simpliciter necessariæ, nihilominus tamẽ etiam si prius Baptismus priuatim detur, translato postea periculo, sunt adhibendę solẽni ritu in Ecclesia, vt obseruat Ecclesiæ consuetudo ad ornatum, & publicam solemnitatem. *Tom.3.q.71.art.3.§.Quæstio huius in Comment.*

Vide Cõc. Araus c.1 Innocent. 1.Epist.1. c.3. Tert. lib.de Bap c.7. Basil. cap.27.de Spirito Sã ctο, & alios.

19 Cæremoniæ sequẽtes Baptismum sunt hæ. Prima, est inũctio Chrismatis, quę fit in vertice baptizati, quæ vnctio valde diuersa est ab illa, quæ fit in confirmatione; nã illa est cæremonialis, & fit in vertice, ista verò fit in fronte, & est substãtialis Sacramẽti Cõfirmationis; vnde illa potest fieri à simplici Sacerdote, hæc verò tantũ ab Episcopo, quæ cæremonia facienda est cũ nouo Chrismate, & non cum veteri sub graui peccato. Nisi adsit mortis periculum. Iuxta *Glos. in c. Quoniã de sent. excom. in 6.verb. Dubium. Tom.3.q.71. ar.3 §. In solutione in comment.*

20 Secunda cæremonia est, quod post Baptismũ baptizatus induebatur vestimentis albis; ad significandam nouitatem vitæ, quibus vestibus vtebãtur, per totam octauam Paschæ, & ideò dies octaua Dominica in albis dicitur: quia eo die deponebãt baptizati alba vestimenta, & huius cæremoniæ vestigia adhuc manẽt in Baptismis adultorum, qui temporibus Paschæ, & Pentecostes fiunt in Rom. Ecclesia; in Baptismo verò paruulorum Sacerdos operit caput infantis candida veste. *Tom.3.q.71.ar.3. §. Secunda cæremonia in Cõment.*

Vide Ambros. li. de his, qui initiatur c.7 Augu. ser. 157. de tẽpor. Rab. lib. 1. de instit. cler. ca. 29. & li.2.c.36.

21 Tertia cęremonia est, dare cæreum accensum homini iam baptizato, ad significandam fidem viuã, quam baptizatus semper habere debet vsq. ad finẽ vitæ. Item olim hominibus baptizatis lac, & mel prægustanda dabãtur, ad infantiæ spiritualis significationẽ. Vnde in Dominica in albis canitur. *Quasi modo geniti infantes lac concupiscite, &c.* Quæ iam non est in vsu, nec alia de lotione pedũ, nec alia de osculo pacis. *Tom.3.q.71.art.3.§. Præter has cæremonias, in cõmẽt.*

§. XII.

Baptismus, quoad votũ, & dignitatem.

1 VOtũ Baptismi, solum reperitur in adultis, vt patet, & sancti docent. *Tom.3. disp.27. sect.3. §. Dico primò.* Quod non est specialis promissio, sed proposi-

poſitum ſuſcipiẽdi Baptiſmum; quod propoſitum ideò neceſſarium eſt, quia Baptiſmus eſt præceptus, vt medium neceſſarium, nõ ergò oritur hæc obligatio, ex voto, ſed potius votũ eſt de obligatione implẽda, & ideò neceſſe eſt, illud includi in contritione, quia ſupponit obligationẽ. *Tõ. 3. diſp. 31. ſect. 1. §. Dico primo.*

Differẽtia inter Baptiſmũ, & circũciſionem.

2 Baptiſmus, in tribus excedit circunciſionem. Primo, quia ianuam cæli aperit: circunciſio verò minimè. Secundò copioſiorem gratiã confert, propter perfectionem legis gratiæ. Tertio omnem culparum, & pœnarum remiſsionem largitur: circunciſio verò minimè: quod omnes Theologi fatentur. *Tom 3. diſp. 10. ſect. 2. §. Aly ergò reſpõdent.*

§. XIII.

Baptiſmus, quoad nomina quibus in Scriptura, & patribus vocatur.

Nazianz.

1 BAptiſmus dicitur lauacrũ regenerationis, & ſygillũ *à Nazianzeno Orat. 46. v. g.* lauacrum, quia abluit, ſygillum, qua ſignificat dominationem. Item dicitur, *à Baſilio lib. de Spiritu Sancto cap. 12.* Signaculũ quo Chriſtiani conſignantur, cum fiunt de populo Dei, & de Eccleſia. *Tom. 3. diſp. 1. ſect. 2. §. Hæretici ergò huius temporis.*

Baſilius.

Damaſ. Cõc. Trid.

2 Item dicitur à Damaſceno lib. 4. de fide cap. 10. Regeneratio hominis, quia per illũ fit ſanctificatio ſimpliciter, & abſolutè prima, & funditus deſtruitur peccatum, & ex membro Adæ fit homo membrum Chriſti, & filius Dei, *vt Concil. Trid. dixit. ſeſſ. 6. Tom. 3. q. 66. ar. 1. in Comment. §. In ſolutione, ad primum.*

D. Thom. Paulus. Dionyſius. Clment. Alexand. Baſilius.

3 Item dicitur *à D. Tho.* cuſtodia, ſeu præſidium. Item *à Paulo ad Hæbreos 6. & 10.* Illuminatio: quia Baptiſmus eſt Sacramentum fidei, qua illuminantur fideles. Item eadem ratione dicitur à Dionyſio cap. 2. de cæleſt. hierach. Item *Clemẽt. Alex. lib. Pædagog. cap. 7.* dicitur gratia, perfectio, & lauacrũ. Item *à D. Baſilio in exordio ad Baptiſmum*, dicitur Teſſera militum Chriſti, amictus ſplendẽs, quo ſignatur ſuper nos lumen vultus Domini. Item dicitur ſygillum fidei *ab eodem Baſilio lib. 3. contra Eunom.* Quia in eo fit prima, ac ſolemnis fidei profeſſio. Itẽ dicitur vnctio. Item principium, & ianua Sacramentorũ apud. *Dionyſium c. 2. de hierarch.* Quia per illum fit homo capax ad cætera Sacramenta Eccleſiæ recipienda. *Tom. 3. q. 67. ar. 1. §. In ſolutione: ad primum.*

Michæas

4 Item denique dicitur circunciſio eſſe ſpiritualis: quia conſignat homines, non in corpore, ſed in anima per characterem ſpiritualem, & circũcidit, non corpore, ſed corde. *Tom. 3. diſp. 5.*

disp. 5. sect. 1. §. Sexto possumus. Item dicitur mare in quo nostra peccata obruũtur, & sic exponuntur illa verba. *Micheæ 7. Proiiciam in mare profundũ omnia peccata vestra, & Augustinus concione. 1. in Psalm. 113.* dicens. *Sicut AEgyptios in mari rubro, ita delicta nostra in Baptismo esse demersa, & extincta. Tom. 3 disp. 26. sect. 1. §. Dico secundo.*

Augustin.

§. XIIII.

Baptismus, quoad Baptismũ sanguinis.

1 BAptismꝰ sanguinis, scilicet martyrium, non est Sacramentum: quia *Conc. Florẽt. Et expreßius Trident. sess. 7. can. 1. de Sacrament. in gen.* docet non esse plura Sacramenta quam septem, & quãdo loquuntur de Baptismo, intelligitur de Baptismo aquæ, instituto à Christo Domino cum materia, forma, & ministro distincto à persona baptizata, ꝙ nihil horum reperitur in martyrio, vt patet. *Tom. 3. q. 65. art. 1. in Comment. §. Secundò fides Catholica.*

Concilium Florent. Cõc. Trid.

2 Martyrium eius, qui baptizari non potuit, propriè dicitur Baptismus sanguinis, quia per martyrium saluatur, etiam si Baptismum aquæ non recipiat; sed nunquam excludit necessitatem Baptismi aquæ si suscipi potest. Itẽ nec imprimit characterẽ, nec est ianua ad Ecclesiã, & ad alia Sacramenta recipiẽda. At vero quãdo ex parte subiecti naturaliter nõ possit iterari, quia homo per martyriũ extinguitur, tamẽ quantũ ex parte eius, & sui effectus, nõ repugnat iterari, si homo semel per martyriũ mortuus, ad viam trediret, iterũq. martyriũ subiret. *Tom. 3. d. 22. se. 1. §. Alio specialiori modo.*

Vide Cyprianũ epist. 73. ad Iulian. Damas. li. 4. de fide cap. 10.

Tertu. lib. de Baptis. cap. 16.

3 Infantes, & perpetuò amẽtes capaces sunt martyrij, seu Baptismi sanguinis, quibus sufficit ad salutẽ absque Baptismo aquæ. Probatur exemplo Sanctorum Innocentium, quos martyres fuisse, constat ex traditione Ecclesiæ celebrantis festum eorum tamquam verè martyrum, propter quod eis officium martyrum proponit, eosque martyres appellat, tũ in collecta, tum in oratione. *Deus, cuius hodierna die præconium, Innocentes martyres, non loquendo, sed moriendo confessi sunt, &c. Tom. 3. disp. 29. sect. 1. §. Dicendum est ergò primò, & sequenti.*

D. To. 2. 2. q. 124. ar. 1. ad. pri. & quodli. 6. ar. 4. Caiet. 22. loco cita. Richard. in 4. d. 4. ar. 2. q. 3. Soto. d. 3. art. 3.

4 Baptismus sanguinis in adultis habet vim Baptismi aquę: atque ita potest supplere vicem eius, quando non voluntatis cõtemptus, sed necessitas cogit pati martyrium absque Baptismo aquæ. Est communis Patrum, præcipuè. *Clementis Papæ. lib. 5. Constit. Apost. cap. 7.* dicẽtis. *Qui martyriũ cõsequi meruit, gaudeat in Domino, quòd tãtam coronã est adeptus; & quãuis fuerit Catechumenus*

D. Tho. 3. p. q. 66. ar 11. & q. 87. art. 1. ad 2. & plures alij Theolog.

menus lætus decedat: passio enim quã pro Christo sustinet, ei det in veriorem Baptismum, quoniã ipse re ipsa commoritur Christo aly in figura. Tom. 3 disp. 29. sect. 2. §. Dico tamen primò.

Sot. in 4. d. 15. q. 1. ar. 1. & q. 2. ar. 1. & lib. 2. de natur. & grat. c. 5.

5 Baptismus sanguinis, potest causare remissionem culpæ originalis, & mortalis, & consequenter gratiã, non solum quoad augmentum, sed etiam quoad primam eius infusionem. Ratio est: quia martyrium dicitur Baptismus sanguinis, & remediũ sufficiens ad salutem, deficiente Baptismo aquæ, & ad supplendum vicẽ eius ratione effectus, sed hic effectus respectu Baptismi aquæ, est remissio originalis & actualis peccati, si adsit, & effectus gratiæ etiam primæ: ergo oportet martyrium hæc omnia dare, alioqui quomodo supplebit vicẽ Baptismi aquæ. *Tom. 3. disp. 29. sect. 2. §. Ex his infero.*

Paludan. d. 4. q. 3.

6 Baptismus sanguinis, semper confert aliquam gratiã gratum facientem, vel eius augmẽtũ, vltra id, quod respondet merito patientis, quæ largo modo dici potest ex opere operato. Ratio est: quia omnia alia media, per quæ homini attrito datur prima gratia conferunt augmentũ gratiæ homini cõtrito, seu grato, vt cõstat de Baptismo & confessione, ergò multo magis dicendũ est de martyrio, vnde homo qui accedit ad martyrium bene dispositus, & in gratia vltra id quod de condigno meretur; recipit augmẽtum aliquod gratiæ ex speciali priuilegio martyrij. *Tom. 3 disp. 29. sect. 3. §. Ex quo vlterius, & sequenti.*

7 Non potest voluntariè omitti Baptismus aquæ, propterea quod inest, vel statim speretur necessitas sustinendi martyrium. Ratio est: quia quãdo est in hominis potestate se præparare per Baptismũ aquæ antequã mori pro Christo cogatur, tenetur ad id faciẽdum non minus, quã in quouis periculo mortis, teneretur: quia præceptum Baptismi semper obligat. *Tom. 3. disp. 29. sect. 2. §. Non inquirimus.* *Certa est.*

Sot. in 4. d. 3. q. vnic. ar. 11 infine. Vega lib. 6. in sess. Cõcil. Trid. ca. 36. & 37.

8 Baptismum sanguinis differt à Baptismo aquæ in dispositione requisita: quia in Baptismo sanguinis nõ requiritur formalis detestatio peccatorũ, sed solum sufficit hic actus, v.g. *Volo pro Christo mortem perpeti.* Ex accidenti remota actuali complacentia peccati, vnde sola volitio mortis pro Christo pro summa reputatur charitatis excellẽtia, iuxta illud. *Ioan. 15. maiorem charitatẽ nemo habet quã vt animam suã ponat quis pro amicis suis.* sed qui diligit Deũ, diligitur à Deo: ergò illa volitio moriendi pro Christo, est sufficiens dispositio ad dispositionẽ ad gratiã, & remissionẽ culpæ. *To. 3. disp. 29. sect. 3. §. Dico tertiò.*

9 Martyrium Baptismus sanguinis solet appellari, sed metaphoricè, quæ locutio habet fundamentum in Scriptura sacra.

Iuxta

Iuxta illud Marc. 10. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Et Baptiſmo, quo ego baptizor baptizari?* & Luc. 12. *Baptiſmo habeo baptizari & quomodo coarctor, vſq; dum perficiatur.* Tō. 3. diſ. 22. ſect. 1. §. *Rurſus ſolet.*

10 Volitio mortis pro Chriſto includit virtute dilectionē Dei ſuper omnia, & deteſtationem peccatorū. Ratio eſt: quia volitio mortis pro Chriſto, pro ſumma reputatur charitatis excelletia; iuxta illud Ioan. 15. *Maiorem charitatē nemo habet, quā, vt animā ſuā ponat quis pro amicis ſuis,* ſed qui diligit Deū, diligitur à Deo; ergò illa voluntas moriendi pro Chriſto; eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiā, & ad remiſionē culpæ. *Tom. 3. diſp. 29. ſect. 1. Dico tertio.*

§. XV.

Baptiſmus, quoad Baptiſmū flaminis.

1 BAptiſmus flaminis, nihil aliud eſt, quam interior cōtritio cū propoſito ſuſcipiēdi Baptiſmū aquæ, ſed nec analogicè cōuenit cū Sacramento Baptiſmi: quia nullū ſignum ſenſibile includit, aut requirit, nec proprium effectū habet ex opere operato, quod licèt poſt Baptiſmū ſuſceptum, poſsit aliquis martyriū ſubire, vel cōtritionē de peccatis habere, prò priè tamen, iam non eſt capax Baptiſmi ſanguinis, aut flaminis. Ratio eſt: quia iam tunc non eſt capax contritionis, vt includit votum Baptiſmi nec etiam martyrio indiget, vt ſuppleat vicem Baptiſmi. *Tom. 3. diſp. 22. ſect. 1. §. Tandem ſolet.*

Vide Damaſcenū. lib. 4. de fi de c. 10. &

Nota, Nazianz. Oratio. 39

Beatus.

1 BEati non ſolum mēte, ſed etiam voce, & actibus corporis laudabunt Deum; dicitur enim verum eſſe in beatitudine futurum eſſe externū cultum; & præſertim indubitatum eſt, adoraturos eſſe Chriſtum Dominum Deum, & hominem exteriorem cultum illi exhibendo. *Tom. 3. diſp. 3. ſect. 1. §. Dices, his rationibus.*

2 Beati orant pro animabus purgatorij. Eſt ſententia communis Doctorum, & Patrum, vnum tantum afferā. *Auguſtinū lib. de Cura pro mortuis agenda cap. 4.* Vbi ait ad hoc prodeſſe defunctis ſepeliri in locis ſacrsi, in honorem aliquorum Sanctorum dicatis, vt eiſdem ſanctis cōmendent defunctos apud Dominum ab ipſis ſanctis adiuuādos. Ratio eſt: quia hoc eſt officium charitatis, & non repugnat, imò eſt conſentaneum ſanctorum ſtatui. *Tom. 4. diſp. 48. ſect. 5. §. Nihilominus certum.*

D. Tho. in 4. d. 45. q. 2. art. 3. quæſtiunc. 3. ibid. Sot q. 2. art. 3. Abulenſ. Mat. 6. q. 8. & Bel. lib. 2. de Purgat. c. 15. D. Bonauent. Richard.

3 Beati per ſuas orationes nō impetrant animabus purgatorij gratuitam remiſsionem alicuius pœnæ. Imò veriſimilius videtur hoc nō poſtulare à Deo.

D. Tho. in 4. d. 45. q. 3. ar. ad 6 cōtra Vi-

gerium in summa c. 16. §. 4. verſ. 33.

Ratio eſt: quia vident hoc non eſſe conſentaneum diuinæ iuſtitiæ, nec interuenire cauſam diſpenſandi, vel vtendi ſola miſericordia, cũ iam illæ animę ſint in ſtatu, in quo iuſtitiæ æquitas potius, quam gratia, aut miſericordia ſeruanda eſt. Item, quia aliàs preces Sanctorum facile purgatorium euacuarent. *Tom. 4. diſp. 48. ſect. 5. §. Ex hoc autem.*

4 Beati per ſuas orationes, poſsũt impetrare animabus purgatorij. Primo, vt ſatisfactiones viuorum pro eis acceptentur; quod maximè locum habet, ſi illa acceptatio non eſt infallibilis in lege. Secũdo, vt Deus præbeat viuentibus auxilia ad ſatisfaciendum debito modo pro animabus purgatorij, ita vt efficaciter earum liberationẽ conſequantur. Tertio, vt liberatio *Supponit.* animarum à purgatorio acceleretur; etiamſi neceſſe ſit diuturnitatem tẽporis intenſione pœnarum compenſari: quia hoc commutationis genus non excludit omnino æquitatem iuſtitiæ, & ideò repugnat minus illi ſtatui. Vltimò, veriſimile eſt Sãctos, qui in hac vita reliquerunt aliquas ſuperabundantes ſatisfactiones proprias, poſſe obtinere à Deo, vt his, vel illis animabus purgatorij ad remiſsionem pœnæ applicentur: ſecus dicendũ de ſatisfactionibus alterius, non enim eſt ſimilis ratio, nec videtur commiſſum vni Sancto, vt ſatisfactionis alienas, applicet cui voluerit. *Tom. 4. diſp. 68. ſect. 5. §. Poſſunt igitur.*

5 Vnus beatus poteſt ab alio impetrare, vt ſuas ſatisfactiones alicui animæ applicet. Ratio eſt: *Supponit.* quia non eſt inconueniens, vt Sancti inter ſe aliquid inuicem petant. Idemque poſſunt impetrare ab ipſo Chriſto. At vero ipſe Chriſtus, ſi aliquãdo faciat, erit ex ſpeciali diſpẽſatione quæ ſub legem, vel ſcientiam non cadit: quia Chriſtus non applicat ſuas ſatisfactiones animabꝰ purgatorij, per ſe, ſed per ſuum Vicariũ de lege ordinaria, *Tom. 4. diſp. 48. ſect. 5. §. Dices ergo.*

Beneficium.

1 BEneficium parochiale, eſt illud quod cõprehendit etiã beneficia ſuperiora, quæ habent ordinariam iuriſdictionem, ſeu curã animarum annexam, vt Epiſcopi, Abbates, Archidiaconi, &c. quia de his omnibus eſt eadẽ, vel maior ratio; quod non extenditur ad Prælatos religionum, quia licet habeant ordinariã iuriſdictionem, non tamen beneficiũ. *To. 4. diſ. 28. ſec. 4. §. Quid autẽ nomine.*

2 Collatio beneficij facta indigno eſt valida, quia licet contra iuſtitiam ſit facta, tamen eſt res humana cadẽs ſub dominiũ, & vſum hominis, & per homines immediatè datur, & per talem donationem nullius diuinã iuris

iuris obligatio tollitur, aut remittitur, quamuis aliqua violetur: tamen talis collatio irritari potest (excepta electione Sūmi Pontificis) quæ licet fiat personæ indignæ, si cætera seruentur valida est, & irritari non potest. *Tom.4. disp.54.sect.2. §. Ex hac ergò, & sequenti.*

3 Excommunicatus non priuatur beneficijs iam obtētis, nec fit inhabilis ad illa retinenda, quæ anteà legitimè obtinebat. Cōstat *ex cap. pastoralis. §. Verū de appellat. & cap. rursus 11. q. 3.* Potest tamen ob nimiam contumaciam illis priuari, vt colligitur *ex cap. Cum bonæ de qualit. & ætat. & ex gloss. vltima in cap. cū contumacia de hæret. in 6. & in cap. contingit de dolo, & contum. To. 5. dis. 13. sec. 1. §. Quæstio hæc.*

Innocent. in cap. Cū bonæ de ætat. & qualit. Sylvest. verb. Excommunicatio 3. n. 1. §. 9.

Antō. 3. p. tit. 24. ca. 76. Sot. d. 21. qu. 1. art. 4. Nau. cap. Si quando de rescrip. ex cap. 9. & in Sum. caput. 27. nu. 21.

4 Excōmunicatus ita manet inhabilis ad beneficia obtinenda, vt collatio ei facta durante excommunicatione, omnino sit nulla; expresse declaratur *in ca. Postulastis de cleric. excō. minist.* Ratio est: quia excommunicatus est suspensus ab omni officio Ecclesiastico; ergò merito fit inhabilis, ne tunc possit beneficiū accipere quod propter officium præcipuè, & vt intelligunt omnes, etiam post absolutionē censuræ non potest obtentū beneficium licitè retinere, nisi fiat noua collatio, vel legitima dispensatio, quæ illi æquiualeat, quia per solam absolutionem non potest conualescere collatio, quæ fuit nulla, nec potest retinere fructus, quia beneficium non erat suum. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Omissis ergò.*

5 Collatio beneficij facta excommunicato, etiam si suam excommunicationem ignoret, est nulla. Ratio est: quia licet *iuxta cap. Apostolicæ de clerico excommunicato minist.* ignorantia excuset noua à culpa, non dat valorem actui inualido. At verò in isto casu potest accipere congruam sustētationem, si eadem bona fide, ratione beneficij, aliquod officium, vel ministerium exercuit, & si eadem bona fide consumpsit cæteros fructus beneficij, nec factus est ditior, non tenetur aliquid restituere. Ratio est: quia nec ratione acceptionis, cum bona fide acceperit, & sine culpa; nec ratione rei acceptæ, cum iam illa non extent, neque in se, nec in alia re, quæ loco illius permaneat. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Quæ omnia locum.*

Couarr. c. Alma. p. 1. §. 7. n. 3. Rebuffus in ca. Postulastis. num. 62.

6 Nomine beneficij, quo excommunicatus priuatus est, ne de nouo valide accipiat, veniunt omnia beneficia Ecclesiastica, quia iura generaliter reddunt illum inhabilē ad omnia, vt constat *ex cap. Postulastis de cler. excom. minist.* Itē Episcopatus, quia si est incapax inferiorū, multo magis erit Superiorū. Itē dignitas, vel officiū Ecclesiasticū licet ad tēpus cōstituatur, vt munus vicarij, & administratoris,

Sylvest. verb. Excōmunic. 9. nu. 5.

vel gubernatoris Episcopatus, iuxta *cap. vlt. de suppl. negl. Prælat. & ca. Is cui de elect. in 6.* Item munus Prælati in aliqua Religione. Item munus Legati, aut delegati, aut Inquisitoris, quia excommunicatus est extra omnem communionem, excepta dignitate Summi Pontificis, à qua nemo repellitur propter excommunicationem. Item, pensio perpetua, quæ datur in titulum beneficij, propriè est beneficium; idem dicendum de pensione temporali concessa sine titulo spirituali ob diuersas causas, quia nunquam est licitum dare quamlibet cumque pensionem excommunicato, & à fortiori numquã est licitum illa recipere, etsi collatio in hac materia est illicita, vt est; manet inualida, iuxta *textum in dicto cap. Postulasti de cleric. excommunic. minist.* Imò quamdiù est ligatus censura, nõ potest iurè exigere pensionem anteà obtentam, & repelli potest, si exceptio excommunicationis illi opponatur iuxta *cap. Exceptionem. de exception.* Nec rescriptum, aut Bulla ab excommunicato impetrata est valida, nisi ad talem effectũ absolutionem obtineret, summitur *ex ca. Dilectus de rescrip. & cap. 1. de rescript. in 6. Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Supersunt verò, & seqq.*

Couarr. in pract. cap. 36. n. 10. Videri potest quia Sot lib. 1. de iust. q. 5. art. 3. Rebuff. in praxi. tit. sæcularia beneficia n. 16.

7 Suspensus ab officio, non priuatur beneficijs: quia nullibi in iure reperitur talis effectus suspensionis; imò per suspensionem à beneficio, non priuatur titulo eius. Item suspensus ab officio, non priuatur fructibus beneficij, sed tantum distributionibus quotidianis, quia non conferuntur nisi his, qui per se assistunt, seu ministrant in diuinis officijs: hæc est communis & certa sententia, vt opinatur noster Doctor, quod intelligo, siue à iure, siue ab homine sit suspensio, quia in vtraque verum habet axioma iuris, scilicet quod pœnę restringendæ sunt. *Tomo. 5. disp. 26. sect. 3. §. In hac sectione, & sequentibus.*

Cap. Inter de purg. canon.

Nauar. c. 27. n. 160.

8 Suspensus ab beneficio impeditur à collatione noui beneficij iuxta, *ca. Vlt. de cler. excom. minist.* Item iuxta *idem cap. cit.* Excommunicatus minori excommunicatione, non potest eligi ad Ecclesiastica beneficia, at electio, seu collatio non est ipso iure irrita, sed irritanda, quia suspensus ab officio non est persona inhabilis, sed prohibita, vt colligitur, *ex cap. cit. Tom. 5. disp. 26. sect. 3. §. Sed quærendum restat, & sequenti.*

Abbas in c. Vel non est cõpos. de temp. ordin.

9 Excommunicatus solum existimatione etiam publica, & non in re, non est incapax beneficij. Ratio est: quia illa inhabilitas est effectus cẽsuræ, vbi ergò censura nõ est, non erit effectus eius. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Addidit verrò.*

Couarr. in pract. cap. 36. n. 5.

10 Irregularis non manet ipso iure priuatus beneficiis iam obten-

obtentis, est communis. Ratio est: quia priuatio propriorum bonorum nũquam ipso iure incurritur propter delictum, nisi aliquo iure exprimatur: sed nulla lex est, quæ priuet clericũ irregularem beneficiis ipso iure: ergò. *Tom.5. disp.40. sect. 2. §. Dicendum itaq. & sequenti*; quod intellige: licèt sic irregularis ob aliquod crimen nimis graue, & si fortè sunt aliqui casus in iure, in quibus priuetur ipso iure, beneficia non amittit, nec fructus eius, vsq; ad sententiam iudicis saltem declaratoriã de tali delicto, iuxta *c. Cum secundum legis. de hæret. in 6.* & doctrinam magis receptam à Theologis: nisi in lege talis pœna addatur. *Ibidẽ. §. Ex hac vero ratione, & seq.*

Innocẽt. in cap. Cum nostris de conces. Præbẽdę.

Innocẽt. in cap. Cum nostris de conces. Præbẽdę. Nau. c. 27 num. 251. Couarru. in 4. decretal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 7.

11 Irregularis non potest accipere beneficium de nouo absque dispensatione. Ratio est: quia multa iura probat hoc esse prohibitum; vnde grauiter peccat, qui illud cõfert, cognita irregularitate, vel culpabiliter ignorante. Ratio est: quia confert, illud indigno, nisi cõferat Summus Pontifex: quia si sciens, & videns, conferat beneficium irregulari, censetur ipso facto dispensare. *Tom.5. disp 40. sect 2 §. In hac ergò difficultate.*

Nau. c. 25 nu. 34. & c. 27. nu. 251. & cons. 13. 42. & 44 de homic. & cõs. 97 de sim. & cõs. 16. de rescriptis. Couarr. c. Alm. p. 1. §. 7. n. & § n. 3. & in reg. Peccatũ. p. 2. §. 8. n. 6. & 7.

12 Collatio facta irregulari irritanda est à iudice, qui potest iustè, non solum beneficia conferre, sed etiam fructus eius, in pœnam saltem commissi crimi nis, in receptione talis beneficij.

An vero talis collatio, ita sit nulla ipso facto, vt in conscientia teneatur quis irregularis amittere beneficium, etiamsi irregularitas sit occultissima, & cõsequenter peccet cõtra iustitiam, tum accipiẽdo, tum etiam retinendo fructus? Est duplex opinio. Prima negans probabilis, secũda verò affirmans practicè probabilior, & securior. Primo quia est cõmuniter recepta. Secũdo quia licèt iura hoc expresse non declarent, tamen eorum verba hunc sensum possunt admittere. *Tom.5. disp.40. sect. 2. §. Iam verò, & sequent. Præcipuè. §. Nihilominus tamen.*

13 Irregularitas non totalis, sed partialis alicuius actus, aut temporis, non reddit clericum incapacẽ alicuius beneficij, sed tantum illius, quod habet annexam obligationẽ tali irregularitati repugnantem. Vt v. g. in casu *cap. 2. de cleric. non ordinat. ministrãt.* Manet ille Diaconus irregularis, solum quoad sacerdotiũ, quia in Diaconatu ministrare poterat. Nisi esset suspensus per triennium, quo tempore finito, non indigebat alia dispẽsatione, & ideò hat illis mãsit ad beneficium recipiendum, quod solum ad Diaconi ministerium obliget. *Tom.5. disp. 40. sect. 2. §. Deinde vero dico.*

Cap. 2. de cleric. non ordin. minist.

14 Collatio beneficij, præsentatio, aut nominatio facta excõmunicato, est nulla. Ita omnes. De electione videtur textus

Couarr. c. Alm. p. 1. §. 7. nu. 1. & 2.

Abbas in c. veritatis de dol. & cõñ.n. 31. & 47. Conar. ca. Alma. p. 1. §. 7. n. 1. & 2. Abbas in cap. Veritatis de dol. & contum. n. 31. & 47.

expressus *in cap. Cum dilectus, de consuet. cap. Constitutus, 1. de appellat. & c. Si celebrat. de cleric. excommunic. minist.* De prouisione beneficij ab postulatione ad illud colligitur *ex c. 1. de Postulat. Prælat.* De impetratione beneficij ab excommunicato obtẽta, constat *ex c. 1. de rescript. in 6* De resignatione beneficij in fauorem excommunicati facta, siue sit simplex, siue per modum permutationis. Patet, quia per resignationem, aut permutationem validã, nouum ius ad beneficium acquiritur, ad quod excommunicatus est incapax. De præsentatione, & nominatione item colligitur; quia hæc duo proximè ordinãtur ad collationem beneficij, etiamsi tam à resignante, quam à resignatario ignoretur. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Secundò dubitari, & seqq.*

Couarr. ca. Alma. p. 1. §. 7. num. 2.

15 Collatio beneficij facta à Pontifice motu proprio, alicui excommunicato, est inualida, si Pontifex ignorat excommunicationem. Ratio est: quia tunc non censetur cum illo dispensare, nec eum absoluere: secus dicendum, si Pontifex sciens excommunicationem tribuat illi beneficium, quia tũc tacitè dispensat cum illo. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Tertio infertur.*

16 Episcopus à beneficio suspensus, non est prohibitus beneficia conferre. Ratio est: quia conferre beneficia est actus officij, & iurisdictionis, iuxta *glos. in c. Trãsmissam. de electione in 6.* Per suspensionem autem à beneficio, nõ suspenditur quis ab officio, & actib⁹ eius: ergò *Tõ. 5. disp. 27. sec. 1. §. Sed occurrit obiectio.* Gloss. in cap. Trãsmissam.

17 Collatio beneficij facta excommunicato, si declaretur irrita, tenet in vtroque foro, quia hoc saltem expedit cõmuni bono, ne res illa, seu actio, & aliæ, quæ ex illa pendent, semper fundentur in sola opinione, absque rei subsistentia; nam statim illud beneficium conferretur alteri: quamuis sententia declaratoria fundetur tantũ in sola præsumptione, vel potius exteriori probatione. *Tom. 5. disp. 3. sect. 7 §. Addo verò huiusmodi.*

Cap. Postulastis.

18 Conferens beneficiũ excõmunicato manet suspensus, iuxta *cap. Postulastis de cleric. excõ. minist.* à qua excusabitur, si probauerit id feciſſe per probabilẽ ignorantiã, & talis collatio manet nulla & irrita, quæ est pœna recipientis. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1 §. Vltimo loco.*

Abbas in dict. cap Postulastis.

19 Ille, qui potestatem habet beneficium conferendi, potest dispẽsare in defectu collationis beneficij excõmunicato factæ: quia hæc dispensatio, est quædã virtualis beneficij collatio, atq; ideo dispẽsatione facta, alia collatio non postulatur: quod non obscurè colligitur *ex cap. Postulastis de cleric. excõ. minist. Tom. 5. disp. 13 sect. 1. §. Vltimo loco.*

20 Collatio beneficij facta ab excommunicato est nulla, iuxta

cap.

cap. Vnicum. Ne sede vacāte in 6. cum non habeat iurisdictionem requisitam ad collationem beneficij. Vnde prouisus sic, manet intrusus, iuxta stylum Curiæ, & *cap. Tanta. de excess. Prælat.* & tenetur in conscientia relinquere beneficium absq. alia declatione. Nota tamen, quod collatio facta à quocunque excommunicato non denuntiatio nominatim, etiam si aliàs sit publica (excepto clerici percussore) validà est non in fauorem conferentis, sed eius cui confertur, iuxta *Extrauag. ad euitanda.* Itē iuxta *cit. extrauag.* si excommunicatus non vitandus conferat beneficiū ad alterius petitionē, & solū in fauorem collaturi, nō peccat. Et quæ dicta manent de collatione intelligenda, procedunt etiam de institutione, cōfirmatione, postulatione, & nominatione, & aliis factis ab excōmunicatis. Item quod dictū est de excommunicato, dicendū est de habente vicem eius. quando principalis est excommunicatus: quia censetur vna persona, seu vna iurisdictio, vt Vicarius, & Episcopi excommunicati, vel delegatus existente excōmunicato delegāte. *Tom. 5. disp. 14 sect. 2. §. Principalis, & seqq.*

Abbas et alij in ca. Postulastis. de cler. excomm. minist. Conarr. c. Alma. p. 1. §. n. 9.

21 Excommunicatus est priuatus à collatione omnium beneficiorū, tam simplicium, quā curam animarum habentium, & generaliter comprehenditur omne ius perpetuum ad percipiendos fructus temporales Ecclesiasticos, quod sine canonica institutione legitimè non obtinetur, vt dicitur *in cap. 1. de reg. iuris in 6.* Hic tamen non cōprehenditur, nec locum habet quæstio de pensione, cum Pontifex, qui eam solum propriè potest constituere, non potest esse excommunicatus. *Tom. 5. disp. 14. sect. 2. §. Quod verò.*

Ex cap. 1. de offic. Vicarij in 6.

Cap. 1. de regul. iur. in 6.

22 Cui fit collatio vacaturi, aut concessio, si dum vacat, est excōmunicatus, licet acceptet, nō acquirit illud, sed requiritur noua collatio post absolutionē: quia illa collatio, aut concessio ad beneficium vacaturum non confert illud sine noua collatione postea subsecuta, sed præcipit illam, seu confert ius ad illā: hæc autem fieri non potest durā te excōmunicatione: ergò necesse est vt postea fiat. *Tom. 5. dis. 13. sect. 1. §. Ex quo confertur.*

23 Conferens beneficiū iam excōmunicato, & excommunicatus illud acceptans peccant mortaliter: quia illa est cōmunicatio in diuinis. Possunt tamē excusari sæpe per ignorantiā facti, quæ frequētius accidere potest, tā ex parte eligētis, seu cōferentis, quā acceptantis, quod intellige licèt excōmunicatus vitādus nō sit, vel non denuntiatus: quia *Extrauag. ad euitanda*, non intendit fauere excommunitatis. Tamen elector eligendo non vitandum, non incurrit pœnas iuris, quia non peccat

Caietan. in Suma verb. excō municatio punct. 2.

communicando cum illo, sed solum eligendo indignum, aut incapacem, v.g. irregularem, aut publicum cõcubinarium. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Sed quærendum. §. Secundo ac præcipuè. §. Est autem valde.*

24 Collatio beneficij facta excommunicato non vitando, est nulla etiam ex parte conferentis, loquêdo absolutè, & simpliciter: quia ipsa persona excommunicati est inhabilis, sed actio circa personam inhabilem est nulla ipso iure, ergò. Vnde sequitur collationem, vel electionem ex parte conferentis, & eligentis esse illicitam: quia eligere personam inhabilẽ, & incapacem ad beneficium intrinsecè malum est. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Dicendum ergo est.*

25 Episcopus non potest dispensare in collatione beneficij collati excommunicato ab inferiori, nisi de eius consensu. Ratio est: quia accedente consensu illa materia fit quasi propria, & accommodata ad dispensationem. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Addit Panormitanus.*

26 Excommunicatus beneficium acceptans ante excõmunicationẽ sibi collatum, non peccat per se loquendo, & ex vi solius censuræ. Ratio est: quia ibi non est peccatum inobedientiæ cõtra censurã: quia acceptatio nõ est prohibita ex vi cẽsuræ, vt omnes supponunt. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Hinc verò, & seqq.*

27 Acceptatio beneficij ante excommunicationem collati ab excommunicato facta, est valida. Ratio est: quia acceptatio potius ad factum, quàm ad ius pertinet, & ita non de beneficio acquirẽdo agitur, sed de acceptatione iam acquisiti. Attamen potest irritari, dum excommunicatus nõ absoluitur, iuxta *cap. Si tibi absenti. de præb. in 6. Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Hic verò, & §. Quo etiam fit.* *Couarru. c. Alma. p. 1. §. 7. num. 4. Nau. cap. Si quando ẽ rescrip. except. 10 num. 13.*

28 Resignatio beneficij, in fauorem tertiæ personæ, ab excommunicato vitando facta, est nulla. Ratio est: quia excommunicatus priuatus est omni vsu sui beneficij, & omnibus fructibus eius: ergo multo magis est priuatus potestate donandi illud alteri: secus dicendum de occulto excommunicato licet aliàs publico iuxta extrauag. ad euitanda. Quia non datur fauor excõmunicato, sed alteri, quem non esse excommunicatum supponimus. Quamuis doctrina cõmunis dicat, quod conclusio de vtroq; intelligenda est. *Tom. 5. disp. 14. sect. 2. §. Et simili modo. & sequenti.* *Couarru. c. Alma. p. 1. §. 7. Canonistæ in c. Cum bona. de ætate, & qualit. & c. Rursus 12. q. 10.*

29 Excommunicatus per annum in excommunicatione per sistens, est beneficiis priuandus. Ratio est: quia pertinacia vnius anni potest existimari nimia, & sufficiens ad talem pœnam, tamen licet iudex possit vti hac pœna transacto anno: tamẽ non tenetur ad illam exequendam, nisi

nisi transacto triennio, secũdum *c. Cum bonæ de ætate, & qualit.* Et debent iudices aduertere, vt hæc pertinacia, cum contumacia orta sit, nam si proueniat ex impotentia, aut ignorantia, non debet illa pæna puniri. *Tom. 5. disp. 17. sect. 1. §. His consequens est, & sequentibus.*

Panor. in c. Pastoralis de appellat. §. Verum. Inno. in c. 1. de iudi. Cou. lib 3. variar. c. 13. n. 8.

30 Excommunicatus nõ facit fructus suos propriorum beneficiorum, quamdiu perseuerat in excommunicatione, iuxta *c. Pastoralis. §. Verũ de appel.* Ratio est: quia beneficiũ datur propter officiũ: sed excõmunicatus est suspensus ab officio; ergò, & fructu beneficij; vnde priuatus est administrandi bona tẽporalia eius. *To 5. disp. 13. sect. 2 §. Dicendũ ergo est, & §. Et hinc inferunt.* Tamẽ hæc conclusio intelligitur de excommunicato siue occulto, siue publico, siue à iure, siue ab homine, siue denunciato, siue non. Dummodo verè, & nõ sola existimatione excommunicatus sit, quia sicut tunc excommunicatio nõ habet esse, ita nec excõmunicationis effectus. *Tom. 5. disp. 13. sec. 2. § Ad exactã verò*

31 Excõmunicatus tenetur se priuare bonis beneficij, licet excommunicatio sit à iure. Ratio est: quia nunquam facit fructus suos. Item quamuis sit excommunicatus occultus, & ignoret excommunicationem: quia Extrauag. ad euitanda non intendit fauere excommunicatis. Tamen per accidens potest excusari à restitutione fructuum beneficij, v.g. si excommunicatus bona fide accepit hos fructus, & eadẽ illos cõsumpsit, ita vt propterea non factus sit ditior. Ratio est: quia res aliena iã nõ exist it, nec in se, nec in alia, quæ vicem eius subierit. *Tom. 5. disp. 13. sect. 2. §. Respondeo in primis, & seq.*

Extrauag ad euitan.

33 Fructus beneficij, qui propter excõmunicationẽ amittuntur, sunt omnes, qui spirituali titulo annexi sunt, ut ex proprijs bonis Ecclesiæ proficiscuntur, & quidquid titulo beneficij datur, siue sit principalis præbenda, siue quotidianæ distributiones, siue sint fructus decimarũ, siue soluantur per modum emphiteusis, siue quocunq; alio modo proueniãt ex feudis Ecclesiasticis, siue sint oblationes factæ à fidelibus. Idem dicendum de Ecclesiasticis pensionibus, quia ille etiam sunt prouentus Ecclesiastici. *Tom. 5. disp. 13 sect. 2. §. Secundum punctum.*

Suponitur.

34 Fructus beneficij, qui ab excõmunicato amittuntur, pertinẽt ad solos beneficiarios, ita cõtingit fere in quotidianis distributionibus. iuxta *cap. Vnic. de cleric. nõ resid. in 6.* Itẽ *in Cõc. Trid. sess. 22. c. 3. de reform.* Statuitur, vt qui non residerit distributiones illius diei amittat, & fabricæ Ecclesiæ, aut altero pio loco arbitrio ordinarij applicentur. Vbi ergo id obseruatum fuerit, idem dicendum est de distributionibus, quas excommu-

Cap. vnic. de cler. nõ resid. in 6. Cõc. Trid.

nicatus amittit, atq; ita in vniuersum huiusmodi fructus distributionum ei applicādi sunt, quando ab excōmunicato amittuntur, cui applicari solēt, quotiescunq; amittuntur à non residente ob quamcumque aliam causam. *Tom. 5. disp. 13. sect. 2. §. Circa tertium punctum.*

35 Fructus beneficij, quando excommunicatio iniusta declarata fuit, non sunt restituendi à beneficiariis, quibus applicati fuere. Ratio est: quia iam tūc transierunt in stipendium proprij ministerij, & officij, sed petēdi sunt ab eo, qui fuit auctor, iniustæ excōmunicationis argumento. *cap. Sacro. de sent. excom. §. Cumque aduersus.* Tamen quādo fuerunt applicati alicui loco pio, si non est facta applicatio, tunc omittendi sunt, & reddendi proprio domino: quia tali loco non est acquisitum ius aliquod. *Tom. 5. disp. 13. sect. 2. §. Vnde in Conc. Tridentino.*

cap. Sacro de sent. excom.

36 Excommunicatio post collationē beneficij ante acceptationem non impedit illius efficaciam, seu illud qualecumque ius ad rem, quod potuit sola collatio ante acceptationē tribuere. Ratio est: quia licet excommunicatus durāte cēsura nō possit acceptationem efficacem præstare, tamē potest, absolui, & posteà acceptare: ergò per excommunicationem non statim priuatur omnino illo iure. At verò durante excommunicatione, nō acquirit plus iuris, quàm anteà habebat, etiamsi eo tempore, & statu acceptet, seu consentiat. Item si tempus ad acceptādum datum, præfixum fuit, & sic prouisus in beneficio, & ante acceptationem excommunicatus, in eadem excommunicatione perduret vsque ad illud tempus elapsum, quātumuis suum consensum declaret acceptādo, nihilominus potest collator illud liberè alteri conferre. Iuxta decisionem *cap. Si tibi absenti de præbend. in 6. Tom. 5. disput. 13. sect. 1. §. Dico ergò, & sequenti.*

Vide Coua. li. 3. Variarum c. 16. n. 3.

37 Ex fructibus beneficij excommunicati, prouidendum est munus illius exequenti. Iuxta *cap. Peruenit. 2. de appellat. & cap. Cum ad hoc, de cleric. non resid.* Item est soluenda pensio, si illam soluebat ex beneficio beneficiatus excommunicatus; cætera verò pars fructuum expendenda est in Ecclesiæ, & pauperum vtilitatem. *Tom. 5. disp. 13. sect. 2. § Præterea eisdem, & sequentibus.*

Vide Gigā q. 62. de pension. n. 9. & 10.

Abbas. in ca. Nobis de iure Patron. 3 Ludouic. Gomez. in trac. expectatiui. n. 60. Rebuf in cap. postulastis de cleric. excō. minist. n. 104

38 Excommunicatus etiam occultus nō potest ad beneficiū Ecclesiasticum præsentare aliū. Ratio est: quia excōmunicato nulla cōmunicatio licet, præsertim Ecclesiastica, vt constat ex eius diffinitione, & *ex c. penult. de sent. excō.* Etsi ea præsentatio fuerit facta à clerico, vt clericus, est nulla, quia æquiualet electioni, electio autem est nulla, ergò, &c. At verò facta à laico excōmuni-

municato ità est sufficiēs ea præsentatio, vt si Episcopus velit illam admittere, & præsentatum instituere, institutio, & collatio valeat, licèt possit illā repudiare, quamuis persona præsentata sit digna. *Tom.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. §. *Vlterius addendum, & seqq.*

Bigamia.

1 Bigamiæ irregularitas est triplex, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria. Bigamus propriissimè dicitur ille, qui secundas nuptias contraxit, post mortem prioris coniugis, & vtrasq; cōsummauit. Patet ex ipsa voce, *Bigamus*, quæ idem significat, quod bis coniugatus. Hæc autē iterata susceptio Sacramēti matrimonij, vocatur defectus Sacramenti; quia tale matrimonium non est ita accōmodatum ad perfectam illius Sacramenti significationē. Est enim propriū huius Sacramēti significare cōiunctionem Christi, cum Ecclesia; matrimoniū autem spirituale inter Christum, & Ecclesiam, est vnicū, & vnius viri cum vnica sponsa, & ideò dicitur bigamia ex defectu Sacramēti: quia deficit in ista significatione. *To.* 5. *disp.* 49. *sect.* 1. §. *Triplex.*

Ita Canonistæ in rubricis; de bigamis. D. Tho. in 4. *dist* 27. *Ibid. Sot. q.* 3. *ar.* 1. *Richard. ar.* 4. *q.* 1. *Nau. c.* 27 *n.* 195.

2 Multiplex matrimonium, nisi sit cōsummatum, & validum, ac verum, non inducit irregularitatem bigamiæ veræ, iuxta *cap. Debitum de bigamis.* Ratio est: quia si copula non intercessit, nec diuidit quis suam carnē, nec exercet, nec ostendit cum affectu incontinentiam. *Tom.* 5. *dis.* 4. *sect.* 1. §. *Sic ergò.* Item quādo secundum matrimonium est nullum, non iteratur Sacramentum, ergò nec est defectus in significatione, ergò nec vera bigamia, vt constat. *ex cap. Nuper de bigamis. Ibidem.* §. *Sed superest.*

c. Debitū. c. Nuper.

3 Bigamia propria, id est, quando quis contrahit bis, incidit irregularitatem, ita habetur *in c.* 1. *& 2. de Bigamis, & c. Præcipimus cū aliis d.* 34. *& can.* 16. *Apostolorum, & sequē.* Ratio est: quia talis iteratio est signum incontinentiæ, ideoq; quædam indecentia, ad clericatum. *Tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 1. §. *Sic ergò.*

Vide Ama lib. 1. *de offic. c. vl. Innocent.* 1. *in epist.* 3. *ad Exuperiū. c.* 10

4 Bigamia interpretatiua, est illa, quæ non fundatur in duplici matrimonio vero, sed in aliqua participatione, vel imitatione illius, quæ à iure consideratur. & per illam inducitur, irregularitas, vt patet ex iure, & communi consensu Doctorum, esse certum. *Tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 2. §. *Primò certum est.*

Est Certa.

5 Ille, qui contrahit scienter, & consummat secundas nuptias, viuente prima vxore, contrahit irregularitatem bigamiæ interpretatiuæ. Constat. *ex can.* 16. *Apostolorum.* Ibi, *qui post sanctum Baptisma duobus coniugiis fuerit implicitus, nō possit esse de numero sacerdotali*; quod de nostro casu commu-

Ita omnes

communiter explicatur, licèt posſit intelligi, iam de duobus coniugiis succeſsiuè. *Tom.5.diſ. 49. ſect.2. §. Nihilominus.*

Ita omnes

16 Irregularitas ex bigamia interpretatiua non contrahitur propter culpā, ſed propter inde centiam: quia non eſt poſita in pœnam delicti. *Tom.5. diſp.49. ſect. 2. §. Ex hac ſolutione.* Item Irregularitas bigamię interpretatiuæ incurritur etiam ſi per ignorantiam vtrumq; matrimonium contrahatur. Ita omnes excepto Archidiacono. Ratio eſt: quia irregularitas, quæ ſine peccato cōtrahi poteſt, non impeditur propter ignorantiam, aut bonam fidem. *Ibidem. §. Secundò ſequitur.*

Richard. in 4.d.27 ar.4. q.3. ad Primū Nau.li.1. cōſ. tit.de bigā. cōſ.1 & in Sum. cap.27. n.195.

7 Irregularitas bigamiæ interpretatiuæ, quando vnum ex duplici matrimonio fuit nullū ex quocunque capite, etiamſi ex defectu conſenſus, & mortua vxore, cōtrahitur. Ratio eſt: quia in vtroq; caſu, reperitur eadem indecentia, & defectus. Ita ſentiunt Doctores communiter, & idem dicendum, quando vtrūq; matrimonium ſit nullum, dummodo in vtroq; ſit idē defectus cū opere ſubſecuto. *To 5.diſ.49. ſect.2. §. Tertiò in foro, & § Quartò in foro, & §. Vltimo in foro.*

Couarruu. relect.p.1 §.2.n.2.

8 Irregularitas bigamiæ interpretatiuæ incurritur ob vnicum matrimoniū conſummatū cum vidua, quæ conſummauit matrimonium prius. Vt declarat. *Pelag. Papæ in c.vl.d.34. & Innocen.3.in c. Debitā de Bigam.* Etiamſi matrimoniū fuerit nullum ex impedimento irritante, ſiue cognito, ſiue ignorato, vt videtur definitum in *cap. vlt.de Bigam.* Quamuis *Nau. cap.27. num.195.* Romæ fuiſſe deciſum contrarium dicat. *Tom. 5. diſp. 49. ſect.3 §.Certum in primis, & §. Dubitatio verò.*

D. Thom. in 4. 27. q.3. ar.1. q. vnic.3. ad 3. Abbas in ca. Si vir, de adult. in cap. 2. de bigam. n. 8. Angel. verb. bigam. n.4. Siluest. verb. big.

9 Irregularitas bigamiæ interpretatiuæ, cōtrahitur ob matrimoniū cum muliere ab alio cognita. Ita tenet *Gloſſ. in c.Sane 1.de cler coniug. & in c. Debitum de bigā. verb. cogni. & verb. diuitiæ:* & cōmuniter Doctores. Item contrahitur ob acceſſum ad vxorem adulteram propriā, etiāſi in principio matrimonij virgo accepta fuerit. Ita intelligendi ſunt. *c. Si cuius, & cap. Si laici.d.34.* Ratio eſt: quia tūc efficitur maritus corruptæ. Quod intellige ſiue maritus ignoret maleficium vxoris, ſiue non, & quamuis vxor per vim oppreſſa ſit ab adultero. Ratio eſt: quia nō contrahitur propter culpā, ſed propter defectum ſignificationis; & ſic non voluntas, ſed factum eſpectatur: quod exemplo melius declaratur, v.g. ſi cōtingeret vxorem tranſire ad ſecundas nuptias bona, & probabili fide exiſtimās, maritum eſſe mortuum, eiſq; conſumare, poſteà verò maritum comparere, eique reſtitui vxorem, accedendo ad illam fieret irregularis, etiamſi illa actum adulterij, formaliter

maliter nõn commiserit, sed tãtum materialiter. Item eadẽ ratione manet irregularis maritus, qui coactus. Præcepto Superioris, reddidit debitum vxori, quæ adulteriũ cõmisit, quæ vel ab alio cognita fuit, iure, vel iniuria, quia non quæritur peccatum, sed significatio, & factum tantum. *Tom. 5. disp 49 sect 3. §. Vltima species, & §. Tandem ex eodem principio.*

10 Ratio, ob quam maior castitas requiritur ex parte vxoris, quam ex parti viri, est, quia defectus virginitatis in sponsa maior est indecentia, & vir tenetur, & potest; facile illam vitare, & est quædam infamia ducere vxorem ab alio cognitam extra matrimoniũ, quæ omnia cessant quando corruptio præcessit ex parte viri, cui etiam regulariter loquendo valde difficile est virginitatem seruare ante matrimonium, & ideò noluit Ecclesia ad hoc obligare omnes ordinandos. *Tom. 5. disp. 49 sect. 3. §. Circa priorem difficultatis partem.*

Est certa. 11 Bigamia similitudinaria, est illa in qua intercedit duplex matrimonium, vnum, scilicet carnale aliud spirituale per votum solẽne continentiæ, & carnale attentatũ tantum, cum inualidum sit post solẽne votum; quæ bigamia inducit irregularitatem, vt certum est. *Tom. 5. disput. 49. sectione. 4. §. Tertia species.*

12 Contrahens post solemne votum Religionis, fit irregularis. Iuxta *cap. quotquot 27. q. 1. c. Monachos. 27. q. 1.* quod extenditur. Primo, etiamsi matrimonium contractum sit cum virgine; aliàs nihil haberet speciale: nam ex matrimonio cũ vidua, quilibet contrahit bigamiã. Secundo, extenditur ad Religionis professionẽ etiam per quæcũq. vota substantialia Religionis, & constituentia personam inhabilem ad matrimoniũ. Ratio est: quia per illa fit vera virginitatis, seu castitatis professio. *Tom. 5. disp. 49. sect. 4. §. De priori.* *cap. Quotquot. c. Monach Angel.*

13 Contrahens post solemne votũ castitatis, quod in ordinatione sacra fit; manet irregularis. Ita. *Gloss. in cap. Super eo, de bigamis*, citatq; *cap. Quotquot. 27. q. 1.* Quamuis contrariũ non improbabiliter (vt ait noster Doctor) defendi possit. *Tom. 5. disp. 49. sect. 4. §. De posteriori, & sequentibus.* *Angel. verb. bigam. nu. 7. Silvest. n. 3 Rosela. & Armila. num. 7.*

14 Nulla irregularitas bigamiæ est, ex iure diuino, vt certũ est. Item, sola bigamia verà est Apostolica vna, vel altera excepta: vnde omnes aliæ irregularitates ab Ecclesia paulatim fuere introductæ: quia præter locum *Apostoli. Primo ad Thimot. 3.* nullus alius est in Scriptura ex quo possit hęc irregularitas deduci: Ibi autem solũ excluduntur secundæ nuptiæ, vt patet ex vi illorum verborum. *Vnius vxoris virũ.* Nam siue fuerit *D. Anton. 3. p. tit. 28. cap. 3.*

rit vidua, siue aliter corrupta, siue virgo, si illam tãtũ habuerit, dicetur vnius vxoris vir, ergò ibi in rigore non cõprehenditur bigamia interpretatiua, & multo minus similitudinaria. Probabile autem est ibi cõprehendi, bigamiam contractam simul ducendo secundam vxorem viuẽte prima: quia licet reuera tantum vna illarum sit vxor, tamen simpliciter, & ex cõsueto modo loquendi, ille non dicitur vnius vxoris vir. Ité satis colligitur *ex can.* 17. *Apost.* bigamia interpretatiua ex matrimonio cũ vidua, vel corrupta. *Tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 5. §. *Ostendimus, & seq.*

Canon. 17. *Apostol.*

15 Irregularitas hæc bigamiæ ex suo genere, seu regulariter loquẽdo est totalis, id est, ex se priuat omnium ordinum susceptione, & vsu. Iuxta *cap. Sane.* 1. *de cleric. coniug.* Et ex institutione Ecclesiæ adiuncta est huic irregularitati, priuatio priuilegij clericalis, vt patet, *ex c. Vnico de bigamis in 6.* Et ideo *Concil. Trid. sess.* 23. *c.* 17. *de reform.* dixit ministeria ordinũ Minorũ exerceri posse per clericos coniugatos, vbi alij nõ fuerint, dũmodo bigami non sint. Quæ pœna intelligitur nõ solũ de bigamis verè, sed etiã interpretatiuè, iuxta *c. cit. vnic. de bigam. in 6. & c. Quisquis dist.* 84. *To.* 5. *disp.* 49. *sect.* 5. §. *Tertiò addendum est, & seq.*

cap. Sane. cap. Vnic. de bigam. Conc. Trid. c. Quisquis Gloss. in c. Quisquis.

16 Clericus in minoribus bigamus nõ gaudet priuilegio Canonis. *Si quis suadente.* Ita tenet *Gloss. in c. Quisquis dis.* 84. *& Gloss. in c. Vnic. de bigam. in 6.* Secus dicendũ de clericis in sacris: quia donec degradentur numquam priuantur omni priuilegio clericali, nec habitu, nec tonsura, q colligi potest. *ex c. Nuper, & c. vlt. de bigamis.* Tamẽ non amittitur hoc priuilegium per bigamiam similitudinariã, quia illa non cõtrahitur, nisi à clerico in sacris, vel à religioso professo; sed de clericis in sacris iã diximus nõ priuari hoc priuilegio, ergo, &c. Et de professis est eadem ratio, quã de clericis in sacris. *Tom.* 5. *disp.* 49. *sect.* 5. §. *Secundo dubitari potest, & seq.*

Gloss. in c. vnic. de bigamis.

17 Omnis irregularitas bigamiæ, est dispensabilis per Ecclesiam. Est opinio Theolog. *in* 4. *dist.* 27. Idem habet *Gloss in c. Lector. dist.* 34. Idẽ habet *Rota tit. de bigamis. decis.* 1. *in nonis.* Rat. est: quia hoc impedimentũ non est de iure diuino, aut naturali: ergò: Vnde Summus Pontifex habet hanc potestatem, sicut habet aliàs, cum omni plenitudine iurisdictionis. *To.* 5. *disp.* 49. *sect.* 6. §. *Supponimus, & seq.*

D. Th. in 4. *q.* 3. *art.* 3. *& quodlibet.* 4. *ar.* 13. *Nau. cap.* 27. *n.* 197.

18 Episcopus secundum probabiliorem sententiam, non potest dispẽsare cum bigamo, etiã quoad minores Ordines: Probatur, *ex cap. Vnic. de bigam. in 6 & ex cap. Nuper, & c. Vlt. de bigamis.* Quamuis alij oppositum teneant, quantum ad Ordines nõ sacros; & licet *Nau. c.* 27. *n.* 197. Episcopũ posse dispensare cum

Abbas c. 2. *de bigã. n.* 5. *Gloss. Ioã. And. Ancharra nus in ca. vnic. de bigam. in 6.*

cum irregulari ad vtendū minoribus Ordinibus, anteà susceptis, nō tamē ad illos denouo suscipiēdos: dicat. *Tom.5. disp.49. sect. 6. §. Dico tamen probabilus.*

19 Episcopus potest dispensare in bigamia, ad suscipiēdos ordines, vel eis vtendum, cum clericis, & religiosis. Iuxta *cap.1 Qui clerici, vel volentes.* In aliis vero bigamijs minimè, etiā cūhis qui volūt in religione seruire Deo, cū nullibi sit concessum tale priuilegiū Episcopis: quāuis graues Doctores teneant cōtrarium. *Tom.5. disp. 49. sect. 6. §. Dubium tamen, & sequent.*

20 Irregularitas bigamiæ, solum per dispensationē tollitur, & non per Baptismum. Ratio est: quia per Baptismū soluūtur crimina, non verò reliqua, quæ gesta sunt. Et vt incurratur hæc bigamia non refert, quod vnum matrimoniū præcedat, & aliud subsequatur Baptismum; quia sufficit quod sit verū matrimonium licèt nō sit verum Sacramentum. Item non refert, quod sit vidua, aut corrupta, ante Baptismum, vel ambo matrimonia præcedant ipsum Baptismum. *Tom.5. disp.49. sect.6. §. Vltimò dicendum, & seq.*

D. Tho. in 4.d 27.q. 3.ar.2.& 16. Palu. Sot.& reliqui.

21 Bigamia non tollitur per professionem Religionis. Ratio est: quia per illam non tollitur secūdum ius commune ipso facto hæc irregularitas: nam Prælati Religionum in ea dispēsant cum suis religiosis: nullibi enim in iure talis concessio facta Prælatis Religionum, ad talem dispensationem faciendam inuenitur, nec in ordinariis priuilegiis, etiam mendicantiū. An verò aliqua Religio habeat circa hoc aliquod priuilegium? Quæstio est de facto, quam vnusquisq; Prælatus in Religione sua scire debet. Quamuis aliqui putent posse Prælatos Religionum, dispensare cum suis subditis bigamis, saltem quoad ordines minores; quod nō potest admitti sine speciali priuilegio. Et hæc quæ dicta sunt, intelligenda de bigamia vera, & interpretatiua; nā in similitudinaria sicut potest Episcopus, possunt etiā Prælati Religionū cum suis subditis, siue ante professionem, siue post illā contraxerit religiosus. *Tom. 5. disp.49 sect.6 §. Secundo posita est, & sequentibus.*

Turrecre. in cap. Lector d. 34. ar. 2. conclusione 6.

Blasfemia.

1 BLasfemia in Spiritū Sanctum propriè est quando ex malitia, & duritiè cordis, spiritui malo tribuuntur diuina, & supernaturalia opera, quæ Spiritus Sanctus ad confirmandam fidem, vel ad cōuertendos peccatores, speciali prouidētia operatur. Ratio est: quia illud est propriè resistere Spiritui Sancto. *Tom. 4. disp. 8. sect. 1. §. Verum tamen.*

Athanas. ora. specia lī de hac re, et orat. 2. contra Arianos. Basil. in q. breuioribꝰ q. 273.

2 Blasfemia in Spiritū Sanctū non dicitur irremissibilis: quia omni-

Chrysosto. hom. 42.

in Matth. *Ciprianus. epist. 52. & lib. de lapsis.*

ōmnino tolli nō posſit, ſed quia difficile tollitur. Rat. eſt: quia homini ſic diſpoſito, difficile eſt verā pœnitentiā cōcipere. At verò ait Chryſoſt. fortaſſe nonnullos ex Iudæis, quos Chriſtus reprehēdebat, conſecutos poſtea fuiſſe remiſsionē illius peccati, per eiuſdem Chriſti, & Apoſtolorū prædicationē. Item ait idem Sāctus, hoc peccatum ideò dici nō remitti: nec in hoc ſæculo, nec in futuro, quia punitur in hoc, & in futuro ſæculo. Deus enim quę dam peccata in hac vita diſsimulat, vt puniat in futura: quędam vero punit in hac vita, ne puniat in futura, hoc vero punit in hac, & in futura vita: ſicut accidit Iudæis, quos & in hac vita punit per excidiū Hieroſolomitanū, & in alio ſæculo per æternam pœnam. *Tom. 4. diſ. 8. ſect. 1. §. Iuxta hanc ergo, & ſeq.*

Bulla.

1 NEmo extra mortis articulū, præter Romanū Pontificē, vel eius Legatum, poteſt ab ſoluere ab excommunicationibus contentis in Bulla Cœnæ: nec etiam in articulo mortis, niſi cautione præſtita de ſtādo Eccleſiæ mādatis, & de ſatisfaciēdo, pignoratitia, vel ſi hæc non poſsit fideiuſſoria, quod ſi hæc non poſsit, ſaltem iuratoria. Probatur auctoritate, ipſius Bullæ. Nam ſunt expreſſa eius verba. *Tom. 5. diſp. 21. ſect. 3. §. Poſt omnes, & ſequentibus.*

Caiet. cap. 77. de excom. Nau. c. 27. n. 73 & ca. 27. nu. 47. & 48.

2 Sacerdos, qui abſoluit ſine legitima facultate, ab excōmunicationibus contentis in Bulla Cœnę, manet excommunicatus ipſo iure, & nihil facit. Primum conſtat ex Bulla, ſecundū patet, quia nō habet iuriſdictionē. Excōmunicatio tamē poteſt abſolui à quolibet Ordinario: quia ibi non reſeruatur, & ideò cenſetur conceſſa, iuxta *cap. Nuper, de ſent. excom.* Nota tamē, q, vt incurratur neceſſaria eſt præſumptio in abſoluendo. *To. 5. diſp. 21. ſect. 3. §. Secundo dicendū, & ſeq.* *Nau. c. 27 nu. 73.*

3 Ex vi clauſulæ, qua per Bullam Cruciatæ datur facultas eligendi confeſſorē, nō intelligitur de cōceſſa ad recipiendā Enchariſtiā à quolibet Sacerdote: electo per ipſummet pœnitentem: quia nullum eſt verbū in ea clauſula ex quo hoc colligi poſsit, ſicut nec datur facultas ad recipiendam Extremam vnctionē, & ratio eſſe potuit, vel quia Sacramentū confeſsionis eſt maioris neceſsitatis, vel quia in eo eſt ſpecialis difficultas. Ratione cuius, & conueniens ſæpiſsimè, ſēmperq. eſt grata hominibus hæc libera facultas eligendi cōfeſſorem; qui vel pœnitentem de facie non agnoſcat, vel qui facilius conſcientiā eius intelligat, vel deniq; qui propter aliàs cauſas gratior ſit pœnitenti. *Tom. 3. diſp. 72. ſect. 3. §. Quo circa, vt obiter.*

C.

Calix.

1 CAlix in Scriptura ſacra vas cõtinẽs, vel aptum ad continendum vinum, vel è cõtrario potum vini in vaſe contentum, vnde *Pſalm.* 22. *Calix tuus inebrians, quã præclarus eſt. Tom.3.diſp.43.ſect.1.§. Veritas ergò.*

Pſal. 22.

Capitulum.

1 GRatia conceſſa Capitulo, ſeu communitati, cuius omnia membra excommunicationi ſubiacent, eſt nulla; nõ quia Capitulum excommunicatum ſit; id enim fieri non poteſt iuxta *cap. Roman. de ſent. excom. in 6.* ſed quia conſtat omnibus membris inhabilibus, à quibus incapax efficitur, iuxta *cap. vnic. de ſede vacante in 6.* ſecus dicendum, ſi vnus tãtum de Capitulo maneat habilis, quia in eo cenſetur Capitulũ conſeruari. Argumento *l ſicut municipiũ. ff. quod cuiuſque vniuerſ. Tom.5.diſp.13. ſect.1.§.Tertio, vt de alio.*

Abbas in cap. 1. de elect. n. 5. Nauarr. conſ. 38. de regulis

Cathecumenus.

1 CAthecumenus, nullũ pactũ init cum Eccleſia de ſuſcipiendo Baptiſmo, ob cuius tranſgreſsionem puniri poſsit. Ratio eſt: quia cathecumenus ſuum nomen dat, & inde nullũ argumentum eſt ſpecialis obligationis, & pacti: ſed ſolum cuiuſdam publici teſtimonij de voluntate cathecumeni, & de tempore, quo incipit ſolemniter ad Baptiſmum præparari, *Tom.3.diſp.31.ſect.2.§.Secundo, ex hoc principio.*

2 Cathecumenus adultus, poteſt iuſtificari ante realẽ ſuſceptionem Baptiſmi. Ratio eſt: quia iuxta legem ordinariam gratiæ facilè fieri poteſt, vt veram contritionem habeat prius tẽpore, quam baptizetur. *To.3.diſp.27. ſect.2.§. Ex quibus infero.*

Verum & Cathol. cũ dogma. Vide Cõc. Trid. ſeſſ 6 & 14.

3 Cathecumenus, non eſt capax ſacrificij Miſſæ, aut ſuffragiorum communium Eccleſiæ. Ratio eſt: quia non videtur hæc eſſe intentio Eccleſiæ, regulariter loquendo, licet de poteſtate, nihil video, quod repugnet magis, quam in priuatis ſuffragiis. Fauet *Concil. Bracharenſ. 1. canon. 35.* Ibi. *Placuit, vt Cathecumenis ſine Baptiſmi redemptione defunctis, neque oblationis ſanctæ commemoratio, neq; pſallendi impendatur officium. Tom. 4. diſp.48. ſect. 6. §. Tertio ex dictis.*

Conc. Bracharenſ. 1.

4 Cathecumenis dabatur panis benedictus in Miſſa, in ſignificationem Corporis Chriſti. Ratio eſt: quia non erant capaces veri Chriſti Corporis, & ſic dabatur illis, velut quoddam

signũ & memoriale Eucharistię, vt rem ipsam amplius desiderarent: quæ cęremonia postea fuit extẽsa ad baptizatos. Vnde Pius I. præcipit, vt Præsbyter particulas panis habeat in vaso nitido, easque benedicat, vt qui cõmunicare nollẽt Dominicis, aut diebus festis eulogiam inde acciperent: quod decretum habetur *in Codice. 5. librorũ lib. 2. ca. 117.* vt refertur *in actis Pij I. Tom. 1. Concil.* Idem habetur in *Conc. Nammanens. cap. 9. Tom. 3. disp. 46. sect. 6. §. Quarto hoc confirmat cæremonia.*

Vide Aug lib. 2. de peccat merit. c. 26.

5 Cathecumeni, vt indigni Eucharistiam prospicere ante consecrationem exire à Missa iubebantur, vt constat ex omnibus Liturgijs. Ratio est: quia existimabat Ecclesia eos, qui Baptismo nõ essent initiati, ad conspiciendum hoc mysterium, non esse satis dispositos. Audi Augustin. *tract. 10. in Ioannẽ. Corpus Christi est manna absconditum à Cathecumenis: quia Iesus adhuc non se credit illis. Tom. 3 disp. 46. sect 6. §. Quinto optimum.*

D. Thom. 3. p. q. 80. ar. 4. ad 4 Diony. c. 7 Eccl. Hierarch. Beda lib. 2. hist. Anglican. 5.

Casus reseruatus.

1 CAsuum reseruatio, nihil aliud est, quam ablatio, seu non concessio iurisdictionis, ad absoluendum ab aliquo peccato, quamuis circa alia concedatur. *Tom. 4. disp. 29. sect. 1. §.*

Suppo-nitur. Tom. Nium Doctorum in ca- hac mate- ria.

modis possunt ca- Reseruatio. scopis, Primo

2 Tribus.

sus reseruari Ep-

per statuta Episcoporum. Secundo, per consuetudinem, & sic obserua, tam statuta, quam consuetudines tui Episcopatus. Tertio, de iure communi, & ita solent quinque, vel sex casus reseruari. *Ex Extrauag. super cathedram de sepulturis. Tom. 4. disp. 29.. sect. 3. §. Iam verò.*

Suppo-nitur.

3 In Ecclesia est potestas reseruãdi aliqua peccata, est de fide definitum, *in Conci. Trid sess. 14. cap. 7. & 11. Tom. 4. disp. 29. sect. 1. §. Nihilominus.* Non solum quoad censuras, sed etiam quoad culpas, vt constat, *ex loco cit. Conc. Trid. & Extrauag inter cunctas. de priuile. Ibidẽ sect. 2. §. Cœrtum ergo est.* Et de facto ita fit, vt constat *ex loco cit. Conc. Trid. Ibidem. §. Nihilominus dicendum.*

Conc Cartag. 3. ca. 32. Conc. Africano. c. 10. habetur. 76. q. 6. c. Vlt. c. Latorẽ. 33. q. 2.

4 Possunt reseruari peccata, quæ non habent censuram annexam vt patet *ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 7. & Extrauag. Inter cunctas de priuilegijs*, & de facto reseruantur ab Episcopis, & à Summo Pontifice, vt particulari Episcopo Romæ, vt constat ex vsu: tamen vt pastor vniuersalis nullum reseruat non habentem censuram annexam, licet possit, si voluerit, vt facit *in cap Latorem, 33. quæst. 2. Nicolaus Papa*, & in alijs similibus: at verò inferiores Prælati reseruant frequentius casus non habentes censuram annexam, *Tomo. 4. disput. 29. sectione. 2. §. Circa aliam partem, & sequenti.*

Cõc. Trid. Extrauag inter cunctos. Cap. Latorem.

5 Non

5 Non repugnat peccatum veniale reseruari, quoad hoc, vt non possit sacramentaliter remitti, nisi à tali, vel tali ministro: nihilominus non possunt, ita reseruari, vt maneat obligatio ea confitendi Superiori reseruanti: cum nulla sit obligatio talia peccata confitendi; & ideò talis reseruatio erit inutilis, & non est in vsu: quia licet reseruentur, potest pœnitens in confessione ea tacere sine culpa. Et idem dicendum de pecccatis mortalibus iam confessis, cum sit eadem ratio. *Tom.4.disp.29. sect.3. §.Respondeo breuiter.*

6 Peccata mortalia interna possunt reseruari. Ratio est: quia omnis iurisdictio in hoc foro communicatur inferioribus per Superiores, tam quoad interna, quam ad externa peccata; ergo circa vtraque possent, si vellent, illam iurisdictionem limitare: non tamen hoc facit ordinariè Ecclesia; non quia non potest, sed quia iudicat, non expediens, & necessarium. *Tom.4. disp. 29. sect.3. §. Secundo dubitari potest.*

Caiet. 22. q.11.ar.3 Sot.d. 18. q. 2.ar.5. Ledesma. 2.p.4.q.8 ar.2.dub. 10.

7 Omnia peccata externa mortalia possunt reseruari, quātum ex se, vt ratio ex iurisdictione sumpta conuicit; tamen non possunt reseruari omnia recte: quia esset contra rationem sui muneris, & contra vtilitatem pœnitentium maxime sæcularium, vt per se notū est: vnde licitè non reseruantur, nisi peccata habentia specialem grauitatem, huic rigori proportionatā, *To.4.dis.29.sec.3.§.Atque hinc.*

8 Ablatio iurisdictionis circa omnia peccata mortalia, non est reseruatio, sed potius totalis negatio iurisdictionis. Ratio est: quia reseruatio dicit limitationem iurisdictionis, seu partialem priuationem iurisdictionis, *Tom.4.disp.29.sect.3.§. Atque hinc.*

9 Nullum peccatum iure communi est Episcopis reseruatū. Ratio est: quia *Extrauag. Super Cathedram de Sepulturis,* vbi solēt numerari quinque, vel sex casus reseruati Episcopis: est prorsus reuocata *per Clemēt. Dudum de sepult.* quæ reuocatio est simpliciter facta quoad omnia, quę numerātur *in Extrauag. inter cunctas de priuilegys,* sunt tamen in alia aliqui casus numerati, qui non sunt iure reseruati, sed consuetudine, quæ consuetudo ibi appobatur, & coarctatur ad homicidas voluntarios, falsarios, violatores Ecclesiasticæ immunitatis, & sortilegos. De quo vide *Tom. 4.dis 29. sect.3. §. Mihi autem videtur, & sequentibus.*

Extrauag. Super Cathedram. Clement. Dudum. Extrauag. inter cunctos.

10 Prælati religionum non possunt sibi reseruari peccata, quæ non numerantur *in const. edita anno 1594. à S. D. N. Clement. VIII.* quam vide. Item si ad domus alicuius bonū regimen expediat, specialiter in ea ali-

quod peccatum reseruare, poterit Prælatus cum cõsensu Capituli Prouincialis, quamuis ex vi illius constat colligatur contrarium, v.g. tantum pro tota Prouincia, & non pro speciali domo, quia Pontifex non præscribit, vt peccatum reseruandum, necessarium sit pro tota Prouincia. Item Abbas, aut Rector alicuius domus, potest prohibere post istam const. (vt probabilius iudicat Doctor noster) sub excommunicatione, reseruando sibi absolutionẽ, v.g. ne religiosus cum è monasterio egreditur cum facultate, in aliqua domo ciuitatis ingrediatur sine speciali licentia Superioris, vel quid simile: quia Clemens expresse loquitur de reseruatione culparum, sed vt tollatur dubitatio, non faciat id Superior, sine speciali Capituli consensu Prouincialis. *Tom. 4. disput. 29. sect. 3. §. Superest, vt dicamus, & seqq.*

11 Papa non potest sine iusta causa licitè peccatum reseruare, factum tamẽ tenebit. Ratio est: quia Superior semper confert iurisdictionem dependentem à sua voluntate, & ideò si auferat illam circa aliquod peccatum factum tenet, etiam si sine causa conueniente faciat. Idem dicendum de Episcopis etiam respectu habentium iurisdictionem ordinariam quod suadet dicta ratio, si cum proportione applicetur: quod à fortiori verum est de reseruatione respectu delegati: quia hoc modo cõmittit alteri iurisdictionem suam, non ex debito iustitiæ, sed ex voluntate sua id facit, & ideò semper manet valida reseruatio facta à Superiore. *Tom. 4. disp. 29. sect. 4 §. Duplex potest esse, & seqq.*

Vide Sylvest Confessor. 1. q. 3. Henriq. quodlib. 1 q. 27. Maior. d. 17. q. 5. Aug. ver. casus.

12 Potestas reseruãdi peccata generaliter conuenit habẽtibus ordinariam iurisdictionem respectu eorum, quibus eam delegare possunt, q̃ est per se euidens: licet Parochi ex consuetudine, nihil reseruent sibi, quãdo suam iurisdictionem delegant. Item, qui habent iurisdictionẽ ordinariam in foro pœnitentiæ possunt reseruare peccata respectu inferioris habentis ordinariam potestatem. Vnde Summ. Pont. potest respectu Episcoporum, & Parochorũ, quod est de fide; quæ potestas conuenit illi de iure diuino. Itẽ Episcopi respectu Parochorum subditorum sibi: quod constat ex vsu Ecclesiæ, & ex *Conc. Trid.* quam potestatem habent à Summo Pont. Item Prælati religionum habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, quod patet ex eo quod cõmuniter fit in Religionibus. Deniq. habentes hanc potestatẽ reseruandi, non tantum sibi, sed etiam alteri, vt Papa facit sæpè, & *in Concil. Trid. sess. 24. cap. 6.* Quidam casus reseruãtur Episcopo, vt peccatũ hæresis, & alij Vicario eius specialiter. *Tom. 4. disp. 29. sect. 1. §. Atque ex hac veritate, & sequentibus.*

Maior. d. 17. q. 5.

Nau. c. 27 n. 263. in fine.

13 Nullus

13 Nullus Prælatus inferior Sūmo Pontifice, potest reseruare casus pro articulo mortis, nō quia hoc sit impossibile iure diuino; nam fortasse Sūmus Pontifex posset id facere, licèt non expediat; sed quia consuetudo Ecclesiæ à Summis Pontificibus approbata habet vim legis prohibentis, & irritantis talem reseruationem, lege attentè verba *Conc. Trid. sess. 14. c. 7.* Ibi. *In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio, in articulo mortis, &c. Tom. 4. disp. 30. sect. 3. §. Quin potius.*

Cōc. Trid.

14 Quando subditus legitimè cōfessus fuit casum reseruatum coram Superiore, & Superior, nec absoluere, nec casum alteri committere vult, non aufertur reseruatio. Ratio est: quia Superior satis explicat voluntatem suā, vt supponitur. *Tom. 4. disp. 31. sect. 4. §. Primum ergò punctum est.*

15 Quando Superior audita confessione de reseruatis, absoluit pœnitētem inualidè reseruatio aufertur. Ratio est: quia ex quo subditus comparuit coram Superiore, eique peccatum integre reuelauit, ipseq; Superior conuenientē medicinā, & satisfactionem imposuit, suo muneri satisfeciſſe videtur, quantum ad reseruationem spectat, & pœnitens etiam videtur satisfeciſſe intentioni, & fini reseruationis; ergò quamuis contingat Superiorem validè non absoluere à peccatis, nihilominus absoluit, & liberat à reseruatione, secus dicendum si defectus fuit circa cōfessionem de reseruatis: quia tunc non satisfacit intentioni Superioris, nec obedit, nec comparet coram illo sufficienter. Tamen si defectus tantum sit in intentiori dolore non videtur obstare, quia intentio reseruationis solum est, vt satisfaciat Superiori in hoc iudicio, quatenus externum est. *Tom. 4. disp. 31. sect. 4. §. Nihilominus contrariam sententiam.*

Caietan. verb. Casuum reseruatio. Sylueſt. verb. Confeſſ. 1. quæſt. 19. Anto. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 17.

16 Qui Superiori vel eius delegato confitetur, vt à reseruatis simpliciter absoluatur, idque obtinet, liber manet, etiā quoad oblita reseruata. Ratio est: quia hoc est valde consentaneum rationi, & muneri pastorali: quia iam ille subditus facit quod in se est, & moraliter se præsentat Superiori, quātum potest. Idem dicendum est de peccato reseruato oblito in confessione facta virtute Iubilæi: quia Superior concedens facultatem hanc in fauorem pœnitentis, quantum in se est voluit auferre illi reseruationem, si illo priuilegio intra signatum tempus vteretur ad indulgentiam consequendam: dummodo confessio sit valida: quia si non est valida neque est confessio nec absolutio, & ideò nihil exoperata est, tamen sufficit quod sit informis, quoad effectum, vt maneat liber à reseruatione, licèt indulgentiæ effe-

Sylu. confeſſ. 1. q. 4. Angel. cō feſ. 1. n. 22. Roſſel. cō feſ. 2. n. 9. Nau. in c. conſideret §. cautus. nu. 32. de pœn. diſt. 5 in Sum. c. 26. n. 13. Couar. c. Alm. p. 1. §. 11. & 12.

ctum nõ obtineat, & peccatum habeat excommunicationẽ annexam. *Tom.4.disp.31. sect.4.§. Dico ergò primo,& seqq.*

17 Per generalem absolutionem non tollitur culpa cum cẽsura Papæ reseruata. Ratio est: quia iuxta *cap.2. de pœnit.& remiss. in 6.* sub generali clausula, non comprehenduntur, quæ specialia sunt. *Tom.4. disp.31. sect. 4.§. Volum superest.*

Cap.2. de pœnit. & remiss.

18 Semel bona fide absolutus à reseruatis virtute iubilei; etiamsi postea iubileum non lucretur, immanet verè absolutus à reseruatis. Ratio est: quia quãdo absolutio datur ante cõsummatum tempus, & ante alias perfectas actiones requisitas, saltem est necessaria intẽtio obtinendi iubileum, & quod homo sit quasi in via ad prædictũ finem: & sic absolutio non potest pendere ex futuro euentu, statim enim operatur: tamen peccat grauiter huiusmodi homo, si post absolutionem peccatorum virtute iubilei obtentam, voluntariè reliquit reliqua opera requisita ad indulgẽtiam iubilei obtinendam: quia illud est in fraudem iubilei. Quod peccatum commissum non manet reseruatum, quia hoc nullo iure cauetur. *Tom.4.disp.3. sect. 4 §. Dixi autem & §. Hoc autem posito.*

Vide Cordubam in Summa Hispan. q. 21.

19 Si plures reseruationes eiusdem peccati fiãt ab eodem Prælato, seu Superiore, sine censura, auferuntur per veram facultatem absoluendi à tali peccato. Ratio est: quia licet leges, vel mandata sint plura, tamen effectus est vnus, & idem, qui est ablatio iurisdictionis, manantis à tali potestate, si autem fiãt à duobus Prælatis subordinatis, vt à Papa, & Episcopo, facultas inferioris non sufficit ad auferendum reseruationem Superioris: quia non potest inferior restituere iurisdictionem, quam Superior abstulit sibique reseruauit: facultas verò Superioris sufficit ad tollendam vtramque reseruationem; quia Superior potest concedere iurisdictionem inferiore etiam renuente. *Tom.4.disp. 31. sect. 4. §. Vltimò inquiri potest,& sequenti.*

20 Si culpæ sint annexæ plures excommunicationes reseruatæ, ablata vna excommunicatione non aufertur culpæ reseruatio. Ratio est: quia quando excommunicationes sunt plures, quamuis vna auferatur, non satis est, vt simpliciter tollatur reseruatio à culpa, vna enim excommunicatio sufficit, vt culpa reseruata maneat ei, qui talem censuram tulit, præsertim in casibus Papalibus, & idem dicendum de Episcopalibus, si ad hũc modum reseruatio fiat. *Tom. 4. disput. 31. sect. 4. §. Superest dicendum.*

21 Potest quis absolui sub onere comparendi sub peccato mortali.

mortali, debet tamen prius explicari, quod si pœnitens nolit acceptare, non est absoluendus, quia Superior potest nõ delegare suam iurisdictionem, nisi cum tali pacto: tamẽ hæc obligatio comparẽdi post confessionem, non obligat ad iterandam confessionem, nec potest dari sub onere præciso iterum confitẽdi coram Superiore sacramentaliter tale peccatum: quia non potest in hoc maius onus imponi, quam sit necessarium ad finem reseruationis. *Tom.4.disput.30. sec.5.§.Secũdo intelligitur,& seq.*

22 Religiosus absolutus à reseruatis sub onore cõparendi ratione statuti, licèt cõstitutio sub peccato nõ obliget, tenetur sub mortali cõparere; quia sequitur alia obligatio, quæ grauis est ratione materiæ. *Tom 4.disput.30. sect.5.§. Atque hinc obiter.*

23 Pro articulo mortis, secluſa censura; probabile est, nõ posse peccatum reseruari sub onere comparendi: quia nunquam in illo articulo talis modus reseruationis introductus est: & fauet Ecclesiæ vsus, secluſa censura, de qua est specialis ratio quia includit pœnam pertinentem ad forum contentiosum: vnde de facto male faceret Prælatus qui id tentaret infra Sũmum Pontificem, *Tom.4. disput.30. sect. 5.§. Vltimò intelligitur.* *Paludan. in 4.d.20. q.1.art.2. concluſ.3.*

24 Qui in articulo mortis à reseruatis absoluitur non tenetur postea coram Superiore cõparere ad effectũ vt absoluatur ab illis. Ratio est: quia nemo tenetur iterum confiteri peccatũ illud à quo directè, & per se fuit absolutus; si tamen habeat censuram annexam, tenetur comparere, ita vt si pœnitens sit mora culpabili comparendi in similem excommunicationẽ incidat iuxta cap. Eos qui, de sent. excom. in *6.Tom.4. disp.30.sect. 3.§.Secundo infertur.* *Caiet. in sum. verb. Excommunicatio num.69. Nauar. c. 26.nu.26.*

Cœnæ nox.

1 IN nocte Cœnę Christus Dominus gesit cum discipulis suis triplicem cœnam. Prima fuit cœna Agni, quæ potest dici legalis. Secunda fuit communio Sacramenti Eucharistiæ, quæ potest dici cœna mystica, & noua. Tertia cœna dici potest cõmunis, seu vsualis. *Tom.3.disput.41. sect.2.§.Vt hæc res explicatur.* *Supponitur.*

2 Facta cœna legali, nondum inchoata vsuali; & ante Eucharistiæ institutionem, lotio pedum facta fuit. Ratio est: quia illa lotione pedum volnit Christus significare mundationem animæ, quæ ante sumptionem Sacramenti Eucharistiæ præmittenda est. Vnde dixit *Cyprianus in serm. de lotione pedum.* Per illlam significatum fuisse pœnitentię Sacramentum: ergo debebat præcedere. *To.3. disp. 41. sect.2. §. Secundo enim dicendum est,& sequenti.* *Ambrosio lib. de his qui initiã. c.6. & li. de Sacrã. cap.5.*

3 Gratiarum actio,& benedictio, quibus Christus vsus est in cœna mystica, fuerũt aliquid distinctum à consecratione, & veluti pręparatio ad illam. Colligitur *ex Conc. Trid. sess. 13. c. 1.* Ibi. *Redemptorem nostrum hoc Sacramẽtum in Cœna instituisse, cum post panis, vinique benedictionem se suum Corpus illis præbere, ac suum Sanguinem disertis ac perspicuis verbis testatus est.* Ergò teste Conc. protulit Christus verba post benedictionem. *Tom. 3. disp. 58. sect. 2. §. Sed vt explicem.*

Cõc. Trid.

4 Gratiarum actio, vt probabilius videtur, fuit distincta à consecratione. Ratio est: quia illa gratiarum actio propriè refertur ad Deum, consecratio vero ad panem; ergò sunt actiones distinctæ. Vnde *Chrysostom. hom. 83. in Matth. & 28. in 1. ad Corinth.* dicit illam gratiarum actionem fuisse actum gratitudinis ad Deum pro beneficiis suæ humanitati collatis, vel etiã pro laboribus, seu doloribꝰ pro ipso susceptis. *Tom. 3. disp. 58. sect. 2. §. Dico secundò.*

Anselm. Matth. 16 & 1. Cor. 10. Euthimius c. 64 in Matth.

5 Benedictio panis, & gratiarum actio secũdum proprias rationes, & significationes distinctæ fuerunt; quamuis simul, & ferè vna, & eadẽ actione perfectæ fuerint. Ratio prioris partis est: quia gratiarum actio secũdum propriam rationem refertur ad Deum, benedictio autem ad panem. Secunda pars explicatur: quia vno rationis cõtextu simul & gratiæ Deo agi possunt, & bonum aliquod creaturæ postulari: quæ oratio sub priori modo grætiarum actio erit, sub posteriori vero benedictio illius rei; cui bonum deprecamur: exemplũ habemus *Genes. 24.* Melchisedech benedicẽs Abrahæ dixit: *Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum, & terrã, & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Tom. 3. dis. 58. sect. 2. §. Dico tertiò.*

6 Christus Dominus secundum probabilem opinionem, prius consecrauit, & postea fregit, quod saltem in speciebus calicis videtur omnino certum; non enim duodecim calices cõsecrauit, nec in eodem calice, totidem consecrationem repetiuit, sed vnica consecratione eam quantitatem vini in vno calice cõsecrauit, quæ omnibus sufficeret, quibus propterea dixit: *Accipite, & diuidite inter vos.* Quamuis alij cẽseant etiam probabiliter fractionem antecessisse; quia illa figuralis non fuit, sed vsualis. *Tom. 3. disp. 52. sect. 1. §. Tertio modo contingit, & disp. 58. sect. 2. §. Quamquam de illo verbo, & sequenti.*

Clemens Pap. li. 8. constit. c. 12.

7 Benedictio panis facta â Christo Domino, non fuit communis, quæ adhiberi solet in principio mensæ (vt hæretici dicunt) quia illa ff. communis in principio tantum cœnæ fieri solet, & non circa singulos cibos, neque

neque ritu ita solemni, ac tanto verborum apparatu .ſſ. ſigillatim circa panem, & vinum, & assumendo prius illa in manibus, & eleuando oculos in cælum, quæ omnia indicant non fuisse vulgarem, & communem. *Tom.1. disp.58. sect.2. §. Sed obseruandum.*

8 Per illa verba, *comedite ex eo omnes*, Christus non inuitauit Iudam ad indignam Eucharistiæ receptionem. Ratio est: quia permisit tantum illius peccatū, suoque iure vsus fuit, instituit enim Sacramentum eo tempore, magis expedito secundum ordinem diuinæ prouidentiæ, nec debebat propter Iudam differre. *Tom.3. disp.67. sect.1. §. Tertio sequitur.*

9 Probabilius est Christum Dominum se ipsum communicasse, & spiritualiter, & sacramẽtaliter manducasse in nocte cœnæ. Ratio autem D. Thomæ est: quia Christus ea, quæ ab aliis seruanda instituit, ipse primitus obseruauit, & sic prius baptizari voluit, &c. quod vero se communicauit spiritualiter, & Sacramentaliter, probatur, quia magno amore, & deuotione Sacramentum accepit. Item quia ad manducationem sacramentalem, non est necesse ignorare mysteria in tali Sacramento cõtenta. *Tom.3. disp.75. sect.2. §. Sexta & vltima actio, & sequenti. & quæst.81. ar.1. in comment. §. Affirmat D. Thom.*

D. Tho. 3. p. q 91. ar. 1. Alonſ. 4. p. q. 44. memb. 1. & 2. Bonauent. in 4. d. 9. art. 1. quæſt. 4.

15 Quãdo Christus in Castello Emaus, secundum probabilem opinionem, dedit discipulis suis Corpus suum ad mãducandum: cum tamen certum sit non dedisse potum sanguinis: *quia cognouerunt eum in fractione panis, & statim euanuit ab oculis eorum*: & licet probabilius sit, quodquando fregit panẽ in ipso Castello, non consecrauit, tamen adumbrauit illo facto cõmunionem sub vna specie, & efficaciã eius & consequenter esse licitã significauit quod colligit *Conc. Trid. ex illis. verbis Ioan.6. Qui manducat me, viuet propter me.* Mãducatur autem Christus in vna specie: ergo etiam tunc viuificat: licita ergò talis est mã ducatio quæ etiam significata est in illo cõuiuio. *Ioan. 6.* in quo multitudinẽ genitium ex quinque panibus saturauit, nulla facta mentione potus. *To. 3. disp. 71. sect. 1. §. Secunda pars probanda.* *Ioan. 6.*

11 Christus Dominus consecrauit in vino aqua mixto. Ita omnes antiquissimi Patres, & Scholastici cõsentiunt. Ratio esse debet, qui decebat Christum vti potu tẽperatissimo. Itẽ, quia fortasse voluit vti vino, prout erat in communi vsu, seu prout erat in mensa. Tamen talis mistio aquæ in vino, non mãsit de necessitate Sacramẽti; quia non omnia, quæ Christus fecit in Cœna hanc necessitatem habent, imò nec necessitatem præcepti diuini, vt constat de panis azi- *Iacob. in Liturg. Clemens lib. 8. constit c. 12. & alij.*

mis,& alijs similibus. *Tomo.3. disp.45 sect.2.§.Verior tamen.*

12 Christus Dominus Corpus,& Sanguinem suum sub specicbus panis & vini Deo Patri in sacrificium obtulit. Est de fide insinuata à Cõc.*Trid.sess.22. cap.1.*dicente *Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech se in æternum constitutum declarans, Corpus, & sanguinem sub speciebus panis, & vini. Deo Patri contulit.Tom.3.disp.74.sect.2.§ in hac quæstione.*

Vide Cypriannm. Epist. 63. Aug. 17. de ciuit. cap.20.

13 Christus Dominus in nocte cœnæ consecrauit simul proferendo verba. *Hoc est Corpus meum.*Pro vt ab Euãgelistis refe runtur,hæc est adeò certa,vt cõ traria sine temeritate nõ possit. defendi: & est communis Theo log. & Scriptorum Euangeliorum,& sumitur ex auctoritate Ecclesiæ in Cano.Missæ,& antiquorum Patrum traditione.Vide *cap.Cũ Marthæ.de celeb.Miss. & Conc.Trid.sess.13.ca.1.Tom.3. disput.18.sect.1.Fer totam.*

D.Tho.3. p.q.78. art.2.Vide Conc. Trid. sess. 13.cap.1.

Cæremonia.

1 NVlla Cæremonia, est de substantia Sacramenti pænitentiæ, vt constat. Nec ex necessitate præcepti, quod obli get ad mortale,siue ex parte pænitẽtis,siue ministri; nullũ enim extat præceptum, vnde dixit Conc.*Trid.sess.14.cap.3.* Laudabiliter hoc fieri,quo verbo satis indicat non esse necessitatis, tamen nõ decet,vt ommittatur sine causa.Præsertim,illa deprecatiua antecedens absolutionẽ. *Misereatur tui.&c.*Et altera sub sequens. *Passio Domini nostri. Tom.4.disp.18.sect.6.§.Intelligi potest & sequentibus.*

Vide Bu-chardum lib.18. Iui decreti Vualdens. lib.1.de Sacrament. cap.147.

2 Hoc nomen, *Cæremonia,* significat omnem Dei cultum externum, qui certo,ac difinito ritu fit ob maiorem rei reuerentiam; in hac enim significatione latini omnes hac voce vtũtur, qua omnes etiam ducunt à cæræ Italiæ oppido, vel à verbo cerendi,& in hac significatione sũmitur in veteri testamento. *Tom. 5.disp. 15.sect. 1.§. Prius quærimus.*

D.Tho. 1. 2.q.99.ar 3.D.Aug. 2.retract. cap.37.

3 Non omnes cæremoniæ in lege veteri fuerunt Sacramẽta,sed fuerunt aliquæ obseruantiæ vel aliquid huiusmodi.*Tom. 3.disp.1.sect.1.§.Ad rationẽ ergò, in fine.*Item ratio ob quam Deus tanta sacrificiorum, & Cæremoniarum multitudine Israeliticum populum onerauit, fuit vt eum à cultu externo Idolorum,quo gentes vtebantur, abstraheret; vt notant sancti Patres.*Ibidem disp.4.sect.4.§.Dico ergò primò.*

D.Tho. 1. 2.q. 101. ar.4.& q. 102.ar.5.

4 Cæremonia, de qua agitur respectu Sacramentorum, *Est exterior actio religiosa aut circunstãtia eius, ad ornatum,seu cultum debitum Sacramentorum seu sacrificij institutæ. Tomo. 3. disput. 15.sectione 1.§. Ex his igitur.*

Difinitio Cæremon.

§. I.

§. I.

Censura quoad Difinitionē, diuisionem, & essentiam.

1. *Leg. Censere.*

1 NOmen, *Censuræ*, idem est, quod, *Censoris dignitas*, Censor verò, dictus est à verbo *Censeo*, quod est constituere, vel præcipere, vt dicitur *in leg. Censere* 111. *ff. de verb. signif. Tom.* 5. *disp.* 1. *sect.* 1. §. *Censura igitur.* Pertinebat enim ad Censorē de ciuium moribus indagare, & indignos honorib⁹ repellere. Ex quo deriuata est hæc vox, *Censura*, vt idem sit, quod seuera correctio, seu mulcta aliqua, quæ loco penæ imponitur, & censio etiā latinè dicitur. Vnde ergò translata est ad significandam Ecclesiasticam pænam, & mulctam seueritatem continentem, & rigorem aliquem Ecclesiasticæ iurisdictionis, & potestatis coerciuæ exercentem. *Ibidem.*

Ioann. de Lignano. tract. de Cens. Eccles. istic. cap. 1.

2 Censura est pæna spiritualis, & medicinalis priuans vsu aliquorum spiritualium bonorum per Ecclesiasticam potestatem, ita imposita, vt per eandē ordinariè absolui possit. *Tom.* 5. *disp.* 1. §. *Dicendum verò.*

Nau. c. 27 *in princip. & n.* 152. *& n.* 194. *& n.* 254.

3 Censura comprehendit tantum tres species, scilicet excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Constat. *ex cap. Quærenti de verb. signi-*

cat. Quia in iure solum fit mentiæ harum trium, vt *in cap.* 1. *& cap. statutum, de sent. excom. in* 6. *& cap. de his, quæ vi metusve causa in* 6. *Tom.* 5. *disp.* 1. *sect.* 3. §. *Hæc quæstio, & sequenti.*

4 Censura dicitur pæna medicinalis, quia per se intendit non solum præcauere peccata futura, sed potius per se primò curare peccatorem à peccato commisso, & liberare illum ab statu, in quo permanet, ratione talis peccati. *Tom.* 5. *disp.* 4. *sect.* 5. §. *Tertio argumento.*

5 Quando censura est imposita propter peccatum, quod nō nisi in morte cōsummatur; incurritur in actu, quandiu vita durat, sed in primò instanti mortis incipit habere vim suā, & obligationem, atque ideò non est proprie censura, sed merà pæna, neque directè fertur in ipsum delinquentem eum ligādo, sed in alios ratione illius, prohibendo actiones, quibus illi sucurrere poterant. *Tom.* 5. *disp.* 5. *sect.* 1. §. *Tandem potest.*

6 Censura lata propter culpam in re non existentem, probatā tamen in iudicio, est inualida, quoad priuationem cōmunium suffragiorum. Ratio est: quia sententia in tantum est vera, & valida, in quantū est iusta. Vnde non obligat ad abstinendum secretè ab allis spiritualibus functionibus, nec priuat iurisdictione spirituali, nec inhabilitat ad beneficiū Ecclesiasticum,

Vide D. Tho. in 4. *d.* 18. *q.* 2. *ar.* 1. *q.* 4. *D. Anton.* 3. *p. tit.* 24. *cap.* 73. *Nau. c.* 9. *n.* 4. *& c.* 27. *nu.* 3. *Angel. ex cō.* 3. *n.* 13 *& omnes.*

cum, &c. Quamuis ex graui negligentia, & contemptu absolutio omittatur. Tamen sic excomunicatus tenetur abstinere in publico ratione scãdali, at verò si transgrediatur censuram etiã publice, non incurrit vere, & in re pænas iuris. Idem dicendum de nocumentis temporalibus, verbi gratia de humana conuersatione, &c. *Tom. 5. disp. 4. sect. 7. §. Tota ergò difficultas est, & sequentibus.*

7 Sententia Censuræ ex defectu probationis, & causæ est nulla, vt constat ex plurimis textibus de sent. excom. & ex decreto. 11. quæst. 3. Siue causa exprimatur, siue non. Estque talis sententia non solum contra ius litigatoris, sed etiam constitutionis. *Tom. 5. dis. 4. sect. 7. §. Vltimò loco dicendum, & sequent.*

8 Sententia Cẽsuæ lata sub conditione impertinenti de præsenti, aut de præterito, est valida si conditio iam extat, nisi contineat intollerabillem errorem. Ratio est: quia conditionalis, si conditio sit apposita æquiualet absolutæ, vnde non impedit effectum, sed indebite fertur: quia tunc maxime procedunt leges, quæ hoc vetant. Vt *L. 1. §. Riduñ.* *L. 1. Riduñ. Quando appellatio sit. Tom. 5. disp. 3. sect. 7. §. Superest, vt de alio, & sequenti.*

Vgolin. de cẽs. Eccle. tab. 1. c. 20 §. Vltimo. 9 Sententia Censuræ lata sub conditione impertinente de futuro contingente, est nulla. Ratio est: quia continet intollerabilem errorem, & ideò est nulla iuxta *cap. Per tuas, de sent. excom. & cap. Solet. eodem tit. in 6. Tom. 5. disp. 3. sect. 7. §. Tandem addendum est.*

10 Sententia Censuræ tripliciter potest esse nulla. Primo ex defectu iurisdictionis. Secundo ex defectu ordinis iuridici & substantialis. Tertio ex defectu causæ legitimæ, & aliquando est nulla tam in re, quam in publica scientia, & existimatione. Aliquando verò est nulla tantũ in re, non tamen aliorum existimatione. *Tom. 5. disp. 4. sect. 7. §. Et ideò possumus.* *Vide cap. Statutum. de sent. excom. & c. Constitutionẽ eod. tit. in 6.*

11 Sententia Censuræ lata contra iustitiam cõmutatiuã, est nulla. Ratio est: quia tunc non est pæna, sed iniuria, & actio iniurioſa, quatenus talis est, non potest habere vim obligandi: secus si sit lata contra iustitiam legalem: quia respectu eius, cui imponitur, non continet iniustitiam propriam, aut in æqualitatem simpliciter, & sic solus defectus contra iustitiam legalẽ non sufficit, ad innalidum reddendum actum. *Tom. 5. disp. 4. sect. 6. §. Quo circa duplicem.*

12 Ex sententia Censuræ omnino nulla, per se nulla nascitur obligatio, etiã in foro exteriori, & in ordine ad publicas actiones, tamen ex sententia cẽsuræ tantum in foro interiori nulla, minime. Itẽ Superior non potest iustè punire trãsgressorẽ censuræ quæ nulla fuit: cum simpliciter

pliciter nullam vim habeat, tamen potest punire transgressorē censuræ in foro exteriori iustæ: quia cū sit talis in foro exteriori potest obligare ad obseruantiam eius, in tali foro, scilicet externo, & puniri transgressorem illius in eodem foro. *To. 5. disp. 4. sect. 7 §. Dicendum ergo, & sequenti.*

13 Censura lata per sententiam habentem defectum substantialem legalē, est nulla: quia cum ipsa sententia sit nulla, nullum habet effectum. Iuxta *L. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudic.* Et de huiusmodi defectu loquuntur multa iura, quando aiunt sententiam esse nullam cōtra leges, ac Canones prolatam, vt *in cap. 1. & cap. Cum inter de re iudic.* & aliis multis legibus. Et huiusmodi sententia dici solet in iure esse contra ius constitutionis, quod cēsetur esse aliud, ac esset contra ius litigatoris, vt patet ex dicto *cap. Cum inter de re iudic. & cap. Venerabilibus. §. Sane de sent. excomm. in 6.* Tamen si defectus sit tantum accidentalis, censura est valida licēt sit aliquo modo iniusta. Rat. est: quia hæc iniustitia non est propriè respectu eius in quē fertur censura, sed solum respectu iuris, & boni communis, & sic in iure talis sententia absolute iusta appellari solet, vt patet, *ex cap. Sacro, de sent. excomm. Tom. 5 disp. 4. sect. 7. §. Secundo supponō, & sequenti.*

D. Tho. 2. 2. q. 65. ar 5. ad 3.

14 Institutio Censuræ est de iure humano, nullaque est censura instituta de iure diuino. Ratio est: quia Christus Dominus numquam per se ipsum, immediate instituit, vt Ecclesia vteretur tali pœna determinando modum eius, sed Ecclesia per potestatem ab ipso acceptā hæc omnia in particulari definiuit. Et idem dicendum de excommunicatione. *To. 3. dis. 2. sect. 1. §. Secundò dicendum, & seq.* *Sot. in 4. d. 22. q. 2. ar. 1.*

15 Ex solo iure diuino, nulli peccato est annexa aliqua cēsura. Ratio est: quia non potest cē sura imponi propter delictum, nisi prius ipsa instituta sit, vel saltem per ipsammet impositionē instituti intelligatur, quia non potest imponi pœna, nisi quæ habeat, vel habere possit esse sibi proportionatum. Idem dicendum licèt peccatum sit hæresis. *Tom. 5. disp. 2. sect. 1. §. Tertiò dicendum, & sequenti.*

16 Censura metu extorta, non est irrita iure naturæ. Ratio est: quia voluntarium ex metu, est voluntarium simpliciter teste Philosopho. 3. Ethic. Idem dicendum de absolutione à cēsura metu extorta. Item censura metu extorta non est irrita iure positiuo, cum nihil expresse statutum sit. Absolutio tamen à censura est tali iure nulla, iuxta *cap. Vnicum de his, quæ vi in 6. Tom. 5. disput. 2. sect. 5. §. Et ideò, tam de absolutione, & sequentibus.* *D. Tho. 1. 2. q. 6.*

17 Cen-

17 Censura alia est, à iure, alia ab homine. Censura à iure est illa, quæ fertur per legem stabilem, ac permanentem. Ab homine verò dicitur illa, quam homo potest ferre proferendo sententiam, aut præcipiendo aliquid in singulari ratione, aut negotio. Hæc diuisio est communis omnium, qui communiter eam tradunt de excommunicatione, & eadem ratio est de suspensione, & idem est de interdicto, quamuis rarius videatur ipso iure ferri, vt in suo loco dicetur. *Tom. 5. disp. 8 sect. 1. §. Hæc dubitatio soluetur.*

Abbas in ca. vlt. de cler. excō. ministrat. n. 4. Caiet. Syluest. & aly. verb. suspensio.

18 Censura lata per statutū respicit territoriū, seu diœcesim ferentis illam, & intra illam obligat, & non extra. Censura verò ab homine respicit personas, & consequenter, siue extra, siue intra territorium. Item censura à iure, ex se est perpetua, sicut est ipsa lex, & ideò durat etiā post mortem legislatoris. Cēsura vero ab homine non est perpetua, sed pendet in fieri, & in esse à iudice, vnde si moriatur Iudex, aut amittat iurisdictionem antequam talis sententia effectum habeat, amittit suam vim: vide *cap. finale de offic. legat. Tom. 5. disp. 3. sect. 4. §. Nihilominus aly existimant.*

Differētiæ inter censuram à iure, & censuram ab homine.

19 Ille tantum potest censuram ferre, qui potest ius condere, aut legem statuere, vt Pontifex respectu vniuersalis Ecclesiæ & Concilium generale. Legatus Pontificis respectu sui Regni, aut Prouinciæ ad quam mittitur, vt ordinariè fit. Item Episcopi circa suos subditos, & in suis diœcesibus, & suis territoriis: Deniq; omnes habētes iurisdictionem quasi Episcopalē, erga suos subditos. Vide *cap. Transmissam, & cap. Suffraganeis, de elect. alia. Tom. 5. disp. 3. sect. 1. §. Quo circa omnia.*

Sylvest. verb. excō 1. n. 5. et 6

20 Plus requiritur ad rectitudinem censuræ à iure, quam legis, absq; censura; fieri enim potest, vt lex simpliciter prohibēs, vel præcipiens aliquid iusta sit, & honesta, & tamen quod iniustum sit, ipsam sancire pœna censuræ ipso facto incurrēdæ, vtpote si non adeò grauis illius legis materia, vt tāta pœna condigna sit: quia lex pœnalis, non solum debet seruare æquitatem in re, quam præcipit, sed in comensuranda pœna delicto. *To. 5. disp. 3. sect. 1. §. Ex quo etiam fit.*

21 Quoties lex vtitur verbis *Ipso iure, ipso facto*, vel, *lata sententiæ*, fertur censura à iure, etiā si verbum sit de futuro, est accōmodatum exemplum in *cap. Si Religiosus de elect in 6.* Item si dicat. *decernimus ipso iure esse suspensos*, vt *in cap Prouida de elect. in 6.* vel, *volumus eo ipso fore suspensos*, vt *in cap. Cupientes. §. Cæterum eodem tit. & Clement. 1. §. Verum. de hæret.* vel si dicat. *Excommunicationis sententia duximus innodādum*, vel, *excommunicationis sententia innodantes*, vt constat

c. Si relig. t. Prouida c. Cupiens. Clementi. 1. de hæret c. Vnic. de Schismat. c. Vnic de Iniuriis.

cap. 2. de hæret. Clementina. 1 de Pœnis.

constat, *ex c. Vnic. de Schismat. in 6.* Item si dicat Lex. *Sententiã excommunicationis incurrat*, vel, *Ecclesiastico subiaceat interdicto*, vt *in c. Vnic. de Iniurijs in 6.* vel si dicat. *Excommunicationis sententiæ se nouerit subiacere*, vt *in cap. 2. de hæret. in 6.* vel, *sit huius nostræ constitutionis auctoritate anathematis mucrone percussus*, vt *in Clement. 1. de Pœnis*, vel, *si hoc ferens te excommunicatum esse cognoscas*, vt *in cap. Præterea 2. de appellat.* Similia exempla sunt frequentia in iure de quibus vide *cap. Vlt. de rebus Ecclesiast. nõ alien. in 6. & c. Vlt. de Pœnis in 6.* Ex quibus colligi potest generalis regula, scilicet, quando lex ponit hanc pœnam per verbum præsentis, aut præteriti: ipso iure imponi. *Tom. 5. disp. 3. sect. 3. §. Ad maiorẽ declarationem, & sequenti.*

c. Præterea. c. vlt. de reb. Eccles. non alien. cap. vlt. de pœnis.

Multa referuntur. in Decret. dist. 30.

22 Quando lex, seu textus vtitur his verbis. *Excommunicationem, aut suspensionẽ noueris te incursurum*, sufficienter indicat cẽsurã ipso facto. Quia illa verba non significant censurã esse ferendam, sed contrahendam, ex vi talis legis, atq. adeò ipso facto. Idem si dicat lex. *Anathema sit, excommunicatus sit, aut maneat*, vt est frequens modus in Conciliis. Idem de verbo, *statim, aut ex tunc excommunicatus sit*, vt *in cap. Quam sit: de elect. in 6.* Secus si dicat, *statim excommunicetur, aut sub pœna talis censeræ:* quia non indicat latã sententiam, sed ferendam, nisi addatur aliquod determinans significationem; vt si dicat, *sub pœna excõmunicationis statim incurrendæ*, vel *cui mox subiaceat*, vel alio simili modo. Quæ additio item sufficienter fit, quando iudex explicat suam intentionem, & sic necesse est, vt hæc declaratio, tam authenticè, quam iuridicè fiat. *Tom. 5. disp. 3. sect. 3. §. Solet autem dubitari, & sequent.*

Cap. Quã sit.

23 Verba illa, *ipso iure*, vel, *ipso facto*, posito crimine, statim inducunt effectũ nulla alia expectata sententia: quia tales partículæ, non frustra, nec sine fructu adhibentur, & in præsenti illa forma ferendi censuram per legẽ, efficax est illius: quia & materia legis, & pœna ipsa id patitur, & communis Ecclesiæ vsus, & ipsarum legum consensio, & communis, ac necessaria interpretatio, id requirit. *Tom. 5. disp. 3. sect. 3. §. Hic Autem.*

24 Sicut lex, quandiu non abrogatur à Superiore, vel ab æquali successore, vel per contrariam consuetudinem semper suum vigorem habet. Ita eodẽ modo durat censura à iure, quãdiu aliquo ex dictis modis lex, non reuocatur, vel simpliciter vel saltem quantum ad hoc, vt non habeat talem cẽsuram adiunctam, semper durat. Nihil enim vetat, quominus possit vnũ ab alio separari. *Tom. 5. disp. 3. sect. 1. §. Præterea sicut.*

25 Obli-

25 Obligatio seruandi censuram impositam, seu non operandi contra illam simpliciter, est *de iure humano*, licèt remotè trahat originem à diuino. Imò, & à naturali, quale est illud. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, ad Rom. 13.* Probatur cõclusio: quia immediata ratio, & causa illius obligationis ortæ ex censura, est Ecclesiæ prohibitio, qua secluſa nulla est obligatio, nec absolutum præceptum de tali actu, vel depriuatione illius, sed solum quasi conditionatum, v.g. si Ecclesia per cẽsuram præceperit abstinere à tali actu, parẽdum est illi *Vt sumitur ex Matth. 18. Tom. 5. disp. 2. sect. 1. §. Quarto dicendum est.*

Paul. ad Rom.

§. II.

Censura, quoad formam.

Sylvest. ver. excõ. 1. nu. 13. & 15. Armil. n. 17. Tab. verb excom. 2. num. 4. Nau. c. 27 nu. 12. & 161.

1 FOrma cẽsuræ debet continere sufficientem manifestationẽ externam volũtatis internæ ferentis illã. Ratio est: quia nihil potest operari voluntas humana, nisi media aliqua actione externa proportionata effectui, vel per Scripturam, vel per nutus sufficienter significãtes effectum, vel per verba determinantia, quæ repugnãtiam non inuoluunt. Qualia sunt hæc, *Excommunico Petrum, qui hoc fecerit, sit suspensus*, & similia, secus dicendum si dicat Iudex. *Ego excommunico*, vel *absoluo*: quia nihil determinate significat, vel si dicat. *Ego excommunico, & absoluo* habens vnicã intentionem inferendi censurã per omnia illa verba per modũ vnius formæ, aut simul efficiendi vtrumq. effectum per illa verba significatum: quia vel in illis verbis, vel in intẽtione includit repugnantiam. *Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Constat ex dictis, & seq.*

2 Censura debet ferri per verba definita, quoad speciem censuræ, vt *Excommunico, suspendo, interdico*. Ratio est: quia hæc verba suo modo efficiunt, quod significant, sicut præceptum nõ obligat, nisi in particulari determinet actum, quem præcipit. Nec sufficit intentio proferẽtis, nisi exprimatur exterius, secus verò, si in verbo esset multiplex, significatio, & in aliqua earum significaret determinatam speciem censuræ, tunc enim intentio prodest. Vnde verba censuræ debent esse determinata ad speciem infimam censuræ; distinguuntur autem species per effectus. Vnde alia est suspensio ab officio, alia à beneficio, alia ab vtroque, & sic de aliis. *Tom. 5. disp. 3 sect. 2. §. Tertiò necessarium est, & sequenti.*

3 Verbum, *Excommunico*, simpliciter prolatum, de maiori excõmunicatione intelligitur, vt declaratur *in c. Si quem de sent. excommun.* Tamen vt intelligatur minor, debet adiungi illud addi-

c. Si quem de. sent. excom.

additum, vel per effectum explicari. Verbi gratia. *Priuo te perceptione Sacramentorum.* Et idē obseruandum in alijs censuris, si in illis sit idem, vel similis vsus verbi. *Tom. 5. disp. 3. sect. .§. Atque hinc.*

4 Particula, *vel*, in forma censuræ potest ex intentione iudicis ad sensum copulatiuum determinari, vel applicari: vt si quis proferat. *Nemo legat*, vel *doceat*, vel *scribat*. Aut si dicat, *suspendo ab officio*, vel *beneficio*. Ratio est: quia licet tale verbum sit æquiuocum, tamen reuera habet vtramq; significationem, & per intentionem operantis ad alteram determinatur; quæ intentio debet constare, alioqui ex mitiori sensu est interpretandum. *Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Aduertendum est.*

5 Omnis excommunicatio lata sine præuia monitione, est nulla. Ratio est: quia si nō præcedat, non potest dari contumacia, requisita necessario ad valorem censuræ, vt constabit clarius in verbo *excommunicatio interdictum, & suspensio. Tom. 5. disp. 4 sect. 7. §. Ex quo obiter.*

6 Censura sub disiunctione lata obligat ad partem, quam elegerit reus, v.g. si dicat *maneat excōmunicatus*, vel *suspēsus*, quia licet disiunctiua non sit determinatè ad vnam partem, tamen confusè determinatur ad vnam earum, quod declaratur multis exemplis (vnum tantum afferam propter intentum mei instituti) v.g. in indulgentia cōcedenda, valida est hac forma, *concedo tibi indulgentiam, si tali die ieiunaueris eleæmosynam feceris*, & ex vi talis formæ relinquitur in arbitrio alterius, vt quod maluerit ex illis operibus eligat, sic in præsenti casu. *Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Difficultas verò est an verba illa.*

Vide cap. á crapula de vit. & honest. cleric.

7 Sententia disiunctiua, potest interdum accomodari ad diuersas personas; v.g. si prohibitio pertineat ad laicos & clericos, & addatur sub pæna excōmunicationis, vel suspensionis, potest intelligi secūdum distributionem accōmodam, vt excommunicatio pro laicis, suspensio pro clericis. Idem si prohibitio pertineat tantū ad clericos, quorum alij habēt officium tantum: alij etiam beneficium, & in sententia dicatur, *ab officio, vel beneficio*, intelligi potest, qui beneficium habent, vt ab illo suspendantur, & reliqui ab officio. Et si cōstare possit de hoc sensu ex materia præcepti, aut aliunde, non est dubium quin valida sit talis sentētia, quæ est propriè disiunctiua respectu diuersorū, & non eiusdem: persistendo autem in proprio sensu disiunctiuo respectu eiusdem, dicendum est quod diximus in conclusione præcedenti. *Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Posset autē interdum.*

8 Quando sententia est disiunctiua, reus obligatur ex vi ta

lis, sententiæ, & ex præcepto iudicis, ad subeundam, vel seruandam alterutrã censurã, & quandiu neutram eligit, vtraq; ligatur. Ratio est: quia hæc est intentio ferentis, quam satis exprimit per illa verba, cum alio modo nequeant efficaciam habere. Nihilominus tamen peccat grauiter iudex vtendo tali forma, tum propter dubium, tum quia non est in vsu Ecclesiæ, *Tom. 5. disput. 3. sect. 2. §. Dices quod si pœnitet.*

9 Censura debet ferri in personã determinatã; quia si verba sunt suspensa, vt *ego excõmunico*, etiã effectus manebit suspensus. Item forma censuræ debet significare de præsenti, & practicè effectum, quia oportet, vt cẽsura feratur per verbum de præsenti, quod indicet voluntatem iudicis: quoniam verba de futuro, vt excommunicabo, aut excõmunicandus erit, aut præcipio excommunicari, non continent executionem, sed præceptionẽ. *Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Quarto necesse est, & sequenti.*

10 Censura lata per verbum *excõmunicetur*, est valida, si verbum illud fuerit practicè imperatiuum, ita vt sit sensus, *excõmunicetur meo potestate*, quia æquiualet huic formæ, *excommunicatus maneat*, si verbum illud, *excõmunicetur*, fuerit quasi præceptum alteri datum, vt illud exequatur, quia quoties lex, aut præceptum vtitur simili verbo *excommunicetur, suspẽdatur, &c.* non infert censuras ipso iure, sed præcipit iudicibus, vt eas imponant, vt notauit *Gloß. in cap. 2. §. 1. verb. innodetur, de hæret. in 6. Tom. 5. disp. 3. sect. 2. §. Sed quid si in actu.*

Est cons. sentent. canonist.

11 Censura ab homine debet proferri in scripto. Ita statuitur in *cap. 1. de sent. excom. in 6.* & scriptura debet esse saltẽ ab ipso iudice subscripta, vel sufficientibus testibus, aut testimonijs probata, ita vt per illũ constet prolatam fuisse sententiam excõmunicationis. *Tom. 5. disp. 3. sect. 13. §. De hac ergo censura, & §. Quæri verò potest.* *Cap. 1. de sent. excõm. in 6.*

12 Non requiritur, vt iudex promulget censuram per se ipsum, vel plubicè legat: quia cõsuetudine magis receptum est, & ad finem intẽtum in illo, *cap. 1. de sententia excom. in 6.* Hoc non esse necessarium, quod certius est in Episcopis propter eorum auctoritatem: est probabile. *Tom. 5 disp. 3. sect. 13 §. Denique colligunt aliqui.* *Cap. 1. de sent. excõmun. in 6.*

13 In scriptura cẽsuræ debet contineri eius causa, tum propter ipsum reum, vt causam sciat, tum propter alios, vt scientes crimen possint illum vitare ex cooperatione talis criminis; tũ propter ipsum iudicem, vt cautior sit in censura ferenda; tum propter iudicẽ superiorem, quẽ reus adire potest. Quæ causa debet esse rationabilis, & manifesta. Erit autem rationabilis, si sit *Vide vitã decr. in 6. q. 2.*

tali

tali pœnę,& censurę proportionata. Manifesta autem, si sit non solum ipsi iudici priuatim nota, sed etiam iuridice probata,iuxta varia decreta,quę habẽtur *6. q. 2. & in c. Nemo. 2. q. 1.* Vide etiam *cap. 1. de sent. excom. in 6. Tom. 5. dis. 3. sect. 13. §. Secundo præscribitur in illa lege.*

14 Quãdo censura fertur pro peccato præterito in incertam personã,nõ requiritur,vt contineatur eius causa,quia tunc sufficit delictum esse publicum, vel sufficienter probatũ, etiamsi de persona non cõstet. Sed quando fertur censura in futurũ,non requiritur,vt causa proxima cẽsurę sit nota,vel probata,quia illa est cõtumacia,quæ nondum cõpleta est,etiamsi talis contumacia nota non sit aliis, sed tantũ reo, quamuis ad declarandum incurrisse talem censurã, necessaria sit legitima probatio. *Tom. 5. disp. 3. sect. 13. §. Hoc autem.*

15 Iudex requisitus debet scripturam continentem censuram tradere reo intra mensem, iuxta *c. 1. de sent. excõ. in 6.* quod intellige,tam de censura in particulari,quã in generali. *Tom. 5. disp. 3 se. 13. §. Tertio præcipitur.*

16 Censura,tam à iure,quam ab homine potest ferri sub conditione ad causam eius pertinẽte, quia censura non fertur, nisi ratione delicti, nec pure fertur propter delictũ iam cõmissum, sed fertur semper in ordine ad futurũ, vt v. g. si peccatum iam cõmissum sit,fertur in ordine ad satisfactionem, vel emẽdationẽ illius; quia hæc pœna medicinalis est,vel si non sit cõmissum,fertur in ordine ad obseruationẽ alicuius mandati: quia etiã est pœna preseruatiua,ergo in censura semper includitur aliqua conditio. ff. *Nisi satisfeceris*, vel *nisi mandatum compleueris*, aut *si tale peccatum commiseris. &c. Tom. 5. dis. 3. sect. 4. §. Priori modo.*

17 Non est contra ius diuinum, aut naturale, ferri censurã ab homine sub conditione delicti in futurum cõmittẽdi: quia hic modus ferendi censuras nihil habet cõtra rationem: quia si per legem id fieri, non est cõtra rationem naturalẽ, cur erit fieri per hominem? Item nõ est contra ius positiuum, quia, *in cap. Romana de sent. excom. in 6.* vbi videtur prohiberi,talis prohibitio,non est absoluta,sed admonitio quædam,ne iudices facilè huiusmodi sententias proferant, & hanc vim habet illud verbum *Caueant*,tamen vt liget, debet durare,& non esse impedita iurisdictio ferẽtis tempore quo impletur conditio, quia sicut suspenditur iurisdictio, ita manet suspensa censura dependens ab illa, v. g. si iudex sit suspensus,excõmunicatus,interdictus,vel semotus ab oficio;quia tunc nihil potest operari. *Tom. 5 disp. 3. sect. 4. per totam præcipuè. §. Duo tamen hic aduertenda, & §. Hic verò,& seqq.*

Tabiena. verb. excõ mu. 2. nu. 10. Naua. in c. Plaeut. de pœnit. dist. 6. nu. 35. & 161. Vgolin. tab. 1. c. 2. & §. 2. & c. 9. §. 4.

18 Censura à iure potest ferri ab eo, qui non viuit: quia operatur per legem, tamquam per instrumentum separatum quod permanet, & in virtute retinet voluntatem, & efficaciam legislatoris, secus dicendum de censuris ab homine, vt est cõmunis sententia Canonistarũ cum *glos. in c. A nobis 1. verb. nõ nisi de sent. excom. Tom. 5. disp. 3 sect. 4. §. ex dictis.* At verò censura semel cõtracta nõ aufertur per mortem iudicis, vt cõstat *ex c. Pastoralis §. 1. de offic. ordin. & ex c. vnic. de maiorit. & obedient. in 6. Ibidem §. Alterum aduertendum erat.*

Vgol. tab. 1. ca. 2. §. 2. Tabien. verb. excom. 2. nu. 10. & aly.

§. III.

Censura quoad causam obiectiuam.

1 CVlpa pro qua imponenda, est censura debet esse illi proportionata: quia pœna debet esse proportionata culpæ, & è cõtrario, *Tom. 5. disp. 4. sect. 4. §. Ex dictis in præcedentibus.* Item censura grauis supponit peccatum mortale, vt iustè feratur, ad leuiorem vero, peccatum veniale sufficit. Ratio vtriusq; est: quia esset cõtrà æquitatem iustitiæ pro leui culpa grauissimam pœnam imponere; sed quælibet maior censura grauissima pœna est, venialis autem culpa est leuis, ergò nõ potest esse illa pœna commẽsurata huic culpæ: secus verò est de minori censura, illa enim leuis est pœna, & ideò etiã propter leue peccatum imponitur. *Ibidem §. Et ex hoc principio.*

Supponitur.

2 Non omnis culpa mortalis, est digna censura graui, sed tantum illa quæ generat scandalũ in Ecclesia, aut perturbat pacẽ, aut aliquod graue nocumẽtum affert, quod alia via non potest comode impediri, quod committitur prudentiæ legislatoris, & iudicis, vide *cap. corripiantur 24. q. 3. & Conc. Aurel. 5. ca. 2. & ca. nullus 11. q. 3.* Vbi reperies alia multa decreta de hac re. *Tom. 5. disp. 4. sect. 4. §. Ex quo vlterius.*

Cap. corripiant. Conc. Aurel. cap. nullus.

3 Nulla censura, vel excommunicatio lata per legem, aut præceptũ obligans sub mortali peccato, est nulla. Ratio est: quia quamuis ad prudẽtiam iudicis, pertineat non ferre censuram pro quolibet peccato mortali, tamen vbicunq; interuenit illud cum contumacia, est proportio sufficiens, vt valida sit cẽsura; & si videatur aliquando res dubia, semper pro valore legis præsumendum. *Tom. 5. disp. 4. sect. 6. §. Sed nihilominus.*

4 Censura potest ferri propter peccatum externum, non consummatum in sua specie. Ratio est: quia si est externum, & habet sufficientem grauitatem ex se, potest esse materia censuræ, siue sit inchoatum, siue perfectum in sua specie, per directã, aut indirectã voluntatẽ, vel per igno-

ignorantiam, &c. Tamen prudentis iudicis erit discernere an expediat nec ne prohiberi cum censura tale peccatum quouis modo fiat, vel tantum sub tali, vel tali conditione. *Tom. 5. disp. 3. sect. 3. §. Prior sensus.*

Vide Vgolin. 1. Tab. de cens. c. 9. §. Vlt. Nauar. de dat is, & promiss. n. 13. verso octauo not

5 Censura lata sub verbis prohibentibus delicti effectum vltimum non incurritur donec effectus sit consummatus v. g. si excommunicatio sit lata contra homicidã, quamuis ad mortem sufficienter aliquem vulneret, ita vt naturaliter desperetur vulnerati vita, tamen donec moriatur non incurritur excommunicatio. Et, si miraculose viuat, consequenter impedietur censura probatur a simili, *ex capit. Perpetuo de elect. in 6.* vbi dicitur ferentem suffragium pro indigno, si non sortitur effectum, nõ incurrere pænas iuris. Item non incurrit censurã Canonis. *Si quis suadente*, ille qui volẽs percutere clericum, casu illum non attingit, etiam si sagittam emittit, vel actum in eum dirigat, *Tom. 5. disp. 4. sect. 3. §. Dico ergo primo.*

Nauar. in Sum. c. 23 n. 104. & c. 27. n. 51 Vgolin. de censur. 1. Tab. c. 20 §. vlt. n. 7. Vgolin. Tab. 1. c. 9. §. vlt.

6 Quando Simonia etiã conuentionalis non peruenit ad effectum, seu traditionẽ ex vtraq; parte non incurritur censura propter imperfectionem actus. Item ille qui electionẽ inchoat non tamẽ perficit contra legem sub censura prohibentem eligere, non manet censuratus quia actus, ille est imperfectus. Et ex hoc principio diffinitur illa quæstio. An lex proferens solum censuram contra committentes aliquod delictum, comprehendat etiã consulentes. Pars enim negans concludẽda est, nisi oppositũ expresse sit in lege, *To. 5. dis. 4. sect. 3. §. Ex hic diffinientur.*

7 Quando exterior actio est de se imperfecta, & insufficiens ad effectum lege prohibitum, tũc licet effectus aliunde sequatur per accidens, aut præter illũ modum, quem lex peculiariter prohibet, tunc non incurritur censura, quantumuis intentio operantis mala sit. Ratio est: quia lex per se primo potius prohibet actionem, quam effectum, quia lex est de actionibus humanis, de effectibus autẽ, quatenus per actiones fiant. Vt patet in simonia commentali, quę exterius consumat mutuã dationem, & acceptionem, sine vlla cõuentione externa, nec tacita, nec expressa. *Tom. 5. disp. 4. sect. 1. §. Dico secundo.*

8 Ad incurrendam censurã sufficit delictum voluntariũ indirectè, nisi verba canonis plus requirant. Ratio est: quia lex nõ operatur vltra id, quod propriis suis verbis continet, vt si dicat. *Qui præsumpserit, qui temerè, qui tenerario ausu.* Quia per illas dicẽdi formulas significatur talem censuram ferri solum in eum, qui directa, ac deliberata voluntate talem legem transgreditur, & in his semper pẽsanda

sunt verba legis attentè. Tamè si lex nullũ speciale verbum addit, sed absolutè præcipit ac cẽsuram fert, tunc voluntaria sufficiens ad peccandum deliberatè, & humano more contra legem, & ad cõtumaciam necessarium, ad censuram satis est ipso iure incurrendam, quia sicut illa lex absolutè prohibet tale delictum, ita absolutè fert censuram. *Tom. 5. disp. 4 sect. 3. §. Dico tertiò, & sequenti.*

Nau. c. 11 n. 21. & c. 27. nu. 56.

9 Opus factum animo ficto, & sine intentione, non est sufficiens materia cẽsuræ legis prohibentis simpliciter talem actũ. Est communis sententia. Ratio tangitur in *cap. Cũ voluntate de sent. excom.* ſi. Voluntas, & intentio est, quæ distinguit maleficia, si illa desit, deest etiam delictũ pro quo censura imposita est: vt patet in ficto hæretico exteriori, secus dicendum si interna intentio non defuit, licet exterius quis subterfugere posſit, ex tali animo fuisse operatum, quia est hæreticus exterior, & interior, quod verò posſit subterfugere ex tali animo fuisse operatum, est accidentarium. *To. 5 disp. 4. sect 3. §. Dico quartò & seqq.*

10 Qui exterius facit actum sub censura præceptum absque intentione requisita ad substantiam actus, non incurrit censurã, quia illa renera non est transgressor illius præcepti: etiam si fortasse alio titulo peccet, vt patet in communicante in Paschate in peccato mortali: secus verò si defectus sit contra substantiam actus præcepti; quia ille verè transgreditur illud præceptum, & nullo ex parte illud implet, vt patet in communicante in Paschate non solum in peccato mortali, sed etiam sine vera fide, animo irridendi, vel occultandi suũ errorem: quia animus est directè contra substantiam talis præcepti. *Tom. 5 dis. 4. sect. 3. §. Dico quarto & seqq.*

Vide Enrique lib. de excom. cap. 21. in fine.

11 Censura lata pro culpa futura, nullam culpã supponit, sed solũ præceptum cauendi culpã. Censura verò lata pro præterita culpa supponit eam: non quia in ea, vt iam præterita absolutè si statur, semper enim includitur conditio, nisi à tali peccato desistat, aut pro illo satisfaciat, vt sumitur *ex c. ex parte 1. de verb. significat*, quem vide. *Tom. 5. disput. 4. sect. 6. §. Oportet ergò.*

Nauar. in cap. Cum contingat. de rescrip. sed 5. nullitat. enu.

12 Propter peccata præterita, non habentia continuationẽ moralem, non potest ferri censura, quæ sunt omnino transeuntia, nec relinquentia aliquã obligationem satisfaciendi, vel non habentia continuationem alicuius peccati (qualis est in concubinatu; vel furto non restituto, &c. Ratio est: quia peccatum illud per solam pœnitentiam curatur, quam Ecclesia non aliter exigit per censuras, nisi præcipiẽdo suo tempore debitã confessionem peccatorũ. *Tom. 5. disp. 4 sect. 5. §. Tertio argumentor.*

13 Cen-

D. Tho. in 4. d. 18. q. 1. quæst. 3 Nauar. in cap. Cum contingat. de cens. cens. cauſ. null. 5. & in Sum. c. 27 n. 9 & 21 Vgolin. de cons. Tab. 1. c. 9. §. 5

13 Censura in ratione censuræ, non potest validè ferri absolutè pro peccato commisso, nisi præcedat cõtumacia contra Ecclesiæ præceptum: est omniũ. Ratio est: Auctoritas Christi Dñi nostri. *Matth. 18. Si Ecclesiam nõ audierit, sit tibi tanquã Ethnicus, & Publicanus. To. 5. disp. 4. sect. 5. §. Contrariam sententiam, & sequentib.* Item confirmãt omnia iura, quæ requirunt ante excõmunicationem, monitionẽ, quia ante illam non datur contumacia. *Ibidem. §. Hæc sententia.*

14 Censura, vt priuat bonis spiritualibus, nũquam fertur in puram vindictam, sed semper cum ordine, & cum respectu, ad resipiscentiam, iuxta illud. *Paul. 1. ad Corint. 5. Vt spiritus eius salus fiat in die Domini.* Secus dicẽdum de censura, vt priuat bonis temporalibus, quia illa priuatio solum censetur esse cuiusdam tẽporalis cõmodi, & honoris, & sic potest fieri in pœnam, & puram vindictã delicti; vt probat vsus Ecclesiæ, vidimus enim clericos delinquentes, quamtumuis resipiscant, vel pœnitentiam agant, suspendi ab officio, vel beneficio pro aliquo tempore. *Tom. 5. disp. 4. sect. 5. §. Aduertendum ergò est, & §. At vero quantum.*

Per se notũ videtur

15 Deficiente causa iusta, cẽsura est iniusta: quia iniustũ est quemquam sine causa damnare: ergo sine causa iusta ac sufficiente. Item censura lata per legem; quæ actu non obligat est nulla. Ratio est: quia accessorium sequitur naturam sui principalis: hæc autem censura est quid accessorium, & secundariũ in talĩ lege: ergò, si lex quoad suũ principalem actum præcipiendi, vel prohibendi, nulla est, multo magis quoad secũdarium, quod est censura. *Tom. 5. disp. 4. sect. 6. §. Quod deficiente, & sequenti.*

16 Materia ex se leuis relata ad commune bonum per legem intentum, potest esse grauis, & censuræ proportionata, verb. g. quando præcipit iudex sub excommunicatione aliquem comparare in iudicio, aut cum Inquisitores vocant ad edictum audiendum, vel aliquid simile, & ideò huiusmodi censuræ non sunt contemnendæ, vel putandum comminatorias esse, aut solum ad terrorem. Idem dicendum de excommunicatione lata, vt restituatur quod furto ablatum est: quando est graue sufficiens ad peccatũ, quamuis cõtingat à multis esse per leues partes sublatum. Ratio est: quia licet in se appareat leuis, tamen in ordine ad reparãdum graue damnũ, est grauis, & ideò licèt ablatio fortasse fuerit veniale peccatum, quia graue damnum non fuit præuisum, nec intentũ, tamen obligatio ad restituendum, quando iam cõstat de graui damno, & præsertim post præceptum Ecclesiasticum positum, potest esse grauis, atque adeò transgressio eius erit sufficiens

Couarr. in cap. Alma. p. 1. §. 9. n. 2. & 3 Nau. c. 17 n. 3. et 130 & c. 27. n. 9. Henriq. in Sum. lib 3 c. 17. n. 4. lit. f. & g.

materia censuræ. *Tom. 5. disp. 4. sect. 5. §. Obseruare autem oportet, & sequentibus Vide etiam infra verb Excommunicatio.*

Nauar. in cap. Cum contingat. de rescrip & sum. c. 27. nu. 11.

17 Sententia censuræ lata, ex causa quæ verè exiſtit, nō tamē in iudicio probata, eſt nulla ex defectu ſubſtantialis ordinis iudiciarij, nec ſufficit, quod causa in re ſubſit, ſi ſit occulta. Rat. eſt: quia iudex humanus nō poteſt de ſibi occultis iudicare, vt colligitur ex *cap. 1. cum aliis 6. q. 2. Tom 5. diſp. 4. ſect. 7. §. Alio ergo modo.*

Certū eſt.

18 Propter peccatum quod ſimul, ac conſummatur, ac omnino tranſiit, nulla relicta obligatione reſtituendi, vel ſatisfaciendi reſpectu hominum, non poteſt, nec debet imponi ab homine cenſura ferenda. Ratio eſt: quia de neceſsitate cēſuræ eſt, vt præcedat admonitio, q̄ non poteſt reperiri in noſtro caſu. *To. 5. diſp. 3. ſect. 10. §. Nec ſequitur.*

19 Cenſura, ſolum propter culpam iuſtè poteſt imponi. Ratio eſt: quia cenſura eſt pœna quædam, pœna autem dicit habitudinē ad culpam, quæ culpa debet eſſe cognita ab illo, qui laturus eſt cenſuram; quia nullus poteſt iudicare de cauſa ſibi incognita, vt conſtat *ex cap. Sacro. §. Caueant. de ſent. excommunic. & cap. de illicita 24. q. 3.* & ſupponitur *in cap 1. de ſenten. excommun. in 6. Tom. 5. diſp. 4. ſect. 1. §. Principio certum eſt, & §. Atq. ex hoc principio.*

20 Nulla cenſura, ſiue à iure, ſiue ab homine, poteſt ferri propter actum mere internum. Sumitur, *ex cap. Tua noſ. & cap. ſicut tuis de ſimonia, & c. erubeſcant 32. diſt.* & eſt Axioma iuris ff. *Non habent latē tia peccata vin dictam c. Chriſtiani 32. q. 5.* Rat. eſt: quia talia peccata ſunt omnino extra forum Eccleſiæ. *Tom 5. diſp. 4. ſect. 2. §. Hæc quæſt. & ſeqq.* Vbi explicantur varia iura, quæ videntur oppoſita, ſed debnet intelligi de actu interno prout informat externum.

Caietan in Sum. verb hæreſis, & verb. horæ canon. Silueſt. codē. verb. q. 2. & verbo. excōmu. 7 q. 2. Nau. cap. 23. n. 38. & ca. 27. n. 36.

21 Quando actus exterior, ſecundum ſe non eſt malus, nec abſolute prohibitus, non poteſt Eccleſia illum prohibere, ne ex praua intentione fiat, & conſequenter, nec poteſt cenſurā ferre in eum, qui praua intentione talem actum fecerit. Ratio eſt: quia intentio interior nō cadit ſub forō Eccleſiæ, *iuxta cap. Tua nos. & final. de ſimonia.* Tamē poteſt ferri cenſura in actum ex ſe malum, vt procedentem ex tali intentione praua, vel affectu, aut diſpoſitione interiori, & non aliàs, quia in tali actu exteriori liberè facto, eſt ſufficiens ratio prohibitionis, & pœnæ. *Tom. 5. diſp. 4. ſec. 2. §. Mihi tamen, & §. Nihilominus tamen addo.*

22 Cenſura ab homine, poteſt ferri in abſentem, & ignorantem, colligitur *ex gloſs. cap. Apoſtolicæ verb. probabili de cleric. excom miniſt. & ex cap. de manifeſtatione 2. q. 1. & ex c.* cū

Vide Conar. in cap alma 1. §. 10. n. 7.

ſit

Vgolin. 1. Tab. ca. 9. num. 8.

sit Romana. §. Præterea de appellat. Tamen, vt liget cēsura ignorantem debet precessisse admonitio, vt detur contumacia, & ex consequenti sententia valida. *Tom. 5. disp. 4 sect. 11. §. Vltimo loco, & §. Primum est.*

23 Vt censura lata per legem valida sit, non satis est, vt lex sit honesta, & iusta, quoad id, quod præcipit, vel prohibet, sed etiā quoad proportionem censuræ cū materia talis præcepti; quia si materia præcepti leuis sit, ita, vt eius transgressio nō excedat culpam venialem, & illi adiungatur censura maior, seu grauis, valida non erit, quia non habet materiam sufficientem in qua fundetur. *Tom. 5. dis 4 sec. 6. §. Secundo dicendum est.*

§. IIII.
Censura, quoad subiectum.

Conueniūt omnes.

1 SOlus homo viator viuens in hac vita mortali potest ligari censura; quia solus talis homo est capax delicti, & emendationis eius, vnde bruta, Beati, & Angeli non possunt ligari, quia non sunt capaces delicti, & damnati emendationis; & eadem ratione animæ separatæ. *To. 5. dis. 5 sect. 1. §. Primum suppono.* Item non omnis homo viator, sed adultus, & baptizatus, habens Superiorem in terris, quoad iurisdictionem spiritualem, quia ante ætatem adultam, nemo capax est delicti, nec obligationis alicuius: & idem est de perpetuo amentibus, cum detur eadē ratio. *Ibidem disp. 5. sect. 1. §. Secundo dicendum est.*

2 Infidelis tantum indirectè potest excommunicari, v. g. si Ecclesia ferat censuram in Christianos, vt se separent, aut non communicent, aut commercia exerceāt cum aliquo infideli in vindictam alicuius iniuriæ factæ Ecclesiæ, aut alicui mēbro eius, quādo alia via, aut ratione delictum non potest punire. *Tom. 5 disp. 5. sect. 1. §. Ex quo etiam habetur.* *Supponitur.*

3 Homo baptizatus est capax censuræ. Ratio est: quia censura est actus, seu effectus iurisdictionis spiritualis Ecclesiasticæ, quæ exerceri non potest, & directe, nisi in baptizatos, nam de his, qui foris sunt nihil ad nos vt ait *Paul. 1 ad Corinth. 5. & cap. Gaudemus de diuortiis. Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Deinde necessarium est.* *Paul. 1. ad Corinth. 5. Cap. gaudemus.*

4 Solus ille qui Superiorē habet in terris potest ligari. Ratio est: quia sicut in ferente censuras requiritur iurisdictio, ita in eo, in quē fertur requiritur subiectio; vnde Papa non est censura ligabilis, quia non habet Superiorem in terris. *cap. Cuncta per mundum 9. q. 3.* Vnde si contingat, quod absit, in hæresim incidere non esset ipso iure excōmunicatus. Item colligitur 2. *Lege Bellarm. li. 2. de Rom. Pont. c. 12 & 30. Nauar. in cap nouit. de iud. notab. 3. nu. 78.*

& 142. & cap. 27. in sum. n. 13.

exceptò Papa omnes alios baptizatos, esse capaces censuræ cũ omnes habeant Superiorem in terris. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Vltimo diximus. & seqq.*

Concedunt omnes.

5 Quæcunq; congregatio potest ligari cẽsura. Ratio est: quia nulla est, quæ Superiorẽ non habeat; etiam si Conciliũ generale sit, dũmodo ipsummet Pontificem non includat, quod intellige de censura suspensionis, & interdicti tantũ: quia excõmunicatio in communitatem ferri non potest, vt suo loco patebat; Itẽ, licet omnis homo sit capax censuræ alicuius, non tamẽ omnes omniũ: nam suspensio propria est clericorum, quia supponit aliquam potestatẽ spiritualem; aliæ vero omnibus communes sunt, *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Solum est obseruandum.*

Nau. c. 17. n. 13. Cou. cap. Alma 1. p. §. 11. num. 8.

6 Homo mortuus non potest ligari censura directè. Ratio est: quia nec est simpliciter homo, nec viator, nec capax delicti, nec emendationis. Idẽ dicendũ de anima separata, & de corpore sine anima, & de animabus purgatorij. Vt ex eodem fundamento colligitur. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. De vltima vero parte.*

7 Res sensibiles, vt locustæ, bruta, ac Dæmones, nõ propriè excomunicãtur, sed solum execrantur, detestantur à nobis, tãquam noxia, & exacrabilia, & est vsus antiquissimus, à Concilijs, & Sũmis Pontificib. obseruatus, vt patet *ex cap. Ego Berẽgarius de consecrat dist. 2. & cap. Donatum, cum alijs prima quæst. 7. Tom. 5. disput. 5. sect. 1. §. Hic verò obijci.*

8 Si homo moriatur ante cẽsuram contractam sub cõditione impositam post mortem nõ potest illa ligari. Ratio est: quia iam est incapax censuræ, cũ non sit viator, &c. v. g. si erat imposita excõmunicatio, vt solueret debitum intra mensem, & ante tempus impletũ moriatur: quia nec fuit in mora, nec contumax, nec fuit impleta conditio. Quãuis potuisset præuenire tempus solutionis, & noluit: quia lex nõ obligat plus, quam verbis exprimit. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Ex quo obiter intelligendum.*

Vgolinus. tab. 1. c. 17 §. 3. nu. Cũ Abbate, & alijs.

9 Censura à iure ferri potest in impuberes, vt patet *ex cap. 1. & vlt. de sent. excom.* tamen ab homine censura nõ potest iuxta *ca. vlt. de iudæis in 6.* Nec possunt obligari in hac causa agere, nec defendere se per procuratorẽ. At vero si feratur est valida; quia non est cõditio substantialis ætas pubertatis, dummodo detur vera contumacia, & reliqua necessaria. *Tom. 5. disput. 5. sect. 1. §. Ex quo vlterius.*

10 Amens siue perpetuus, siue ad tempus, potest ligari censura à iure lata, propter contumaciã prius habitam antequam in amentiam incideret. Vt, verbi gratia, si esset censura lata cõtra eum, qui missæ non adfuerit, & aliquis præuidens, & culpabiliter,

ter, non præcauens fraudulenter omissionem, se inebriet, & somno circa illud tempus tradat, censuram incurret omittendo. Idem dicendum de mandante interficere clericum, si mandatarius id exequatur, quando mãdans est ebrius, aut amens, & nõ est inconueniens, quod sit amẽs perpetuus, quia licèt sit quasi mortuus, & non capax emendæ, tamen licèt lex generalis cesset in particulari, est per accidens, & ideò non impedit efficaciam legis, & sic si per miraculum vsum rationis recuperet, indigebit absolutione censuræ. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Hic verò potest, & sequenti.*

11 Perpetuò amens non debet ab homine censura ligari, etiamsi contumacia præcesserit. Ratio est: quia censura in illum lata, est inutilis, ac sine fructu, & est particularis, & non generalis sententia. Tamen si feratur, valida est, quia persona nõ est absolute incapax, vt dixi in conclusione præced. Vnde amens ad tẽpus bene potest ligari cẽsura ab homine, non tantũ validè, sed iustè, quia illa dispositio est valde extrinseca, & accidentalis, quæ non impedit effectum censuræ. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Et hinc fit.*

12 Censura, vt actu liget, debet in certam personã ferri. Ratio est: quia actio nõ habet effectum, nisi in determinato subiecto. *Tom. 5. disp. 5. sect. 2. §. Circa primam.* Item omnes Christiani sunt subditi, quoad cẽsuram ab homine latam respectu Summi Pontificis: respectu verò aliorũ Episcoporum, sunt illi, qui in alicuius territorio habitãt, quod supponitur. *Ibidem. disp. 5 sect. 4. §. Hanc sectionem propono.* Item existens in alieno territorio cẽsura potest ligari: quia censura potest ferri in absentem, at vero censura ligari in alieno territorio, non est propriè exercere, iurisdictionem, in aliena diœcesi, sed habere ibi effectum. *Ibidem.*

Vide Abatẽ inc. vlt. de for. compet. num. 32.

13 Si quis ante impletam conditionem mutet domicilium, non est subditus, quoad censurã latam per generale statutum. Ratio est: quia iam non obligatur illo statuto, cum sit intra territoriũ, vt constat à fortiori *ex cap. fin. de consl. in 6.* Idem dicendum de sententia lata ab homine per generalem sentẽtiam, sine illo ordine, vel habitudine ad præteritum factum, respectu illius, qui mutauit domicilium: quia licèt hæc sententia dicatur ab homine, re tamen sunt tantum quædam præcepta, vnde solum possunt obligare subditos. *Tom. 5. disp. 3. sect. 5. §. Ex quo vlterius, & §. In qua re.* *Cap. fin. de constitutionibus in 6.*

14 Censura lata sub cõditione respiciente præteritum factum tempore domicilij commissum, mutato domicilio, non vitatur, v. g. si quis prius commisit delictum, vel nocumẽtum fecit, ad cuius restitutionem, vel satisfactionem, intra tantum tẽ

pus,

pus, obligatus est à priori iudice sub censura ipso facto incurrenda, tunc licet intra illud tempus mutet domicilium, obligatus manet priori præcepto, & si conditionem non impleat, censuram contrahit. Ratio est: quia per prius delictum manfit subditus speciali titulo, præter titulum domicilij. *cap. fin. de for. compet.* cõsequenter manet obligatio sub eadem censura. Iuxta *cap. 1. de Raptor. & cap. 1. in Principio, de priuileg. in 6.* Idem dicendum si non præcesfit delictum, sed tantum aliqua causa inchoata per citationẽ, vt si præcesfit aliquis contractus, aut debitum cuius executio postulata erat coram Superiore, quamuis eo tempore mutetur domicilium. Est expressa decisio. *c. Postulasti de foro compet.* Quod intellige, si huiusmodi persona in fraudem, vel proprio motu domicilium mutet, secus si ex præcepto Superioris propter commune bonum cogatur illud mutare: quia tũc omnino desinit esse subditus priori iudici, etiam in causa coram illo inchoata. Iuxta doctrinã *Bartholi ff. de pœn. l. 1. & insinuatam a glo. in dict. l. Si quis. 7. ff. de Iudicy ex leg. qui autem. ff. si quis cautionibus. Tom. 5. disp. 3. sect. 5. §. Qua propter addendum, & sequenti.*

Cap. fin. de for. comp. cap. 1. de raptor. c. 1 de Priuileg. c. Postulasti. de for. comp.

Bartho. in leg. 1. ff. de pœn.

15 Quando tempore, quo censura fertur, reus iam satisfecerat, & obedientiam dederat Ecclesiæ, ita tamen, vt ad notitiam iudicis peruenire non potuerit, censura in eum lata valida est. Ratio est: quia illa cẽsura non fertur propter perseuerantiam in cõtumacia, vsq. ad illud tempus, in quo sententia fertur, sed pro contumacia consummata in tempore per admonitionẽ præscripto, quæ cõtumacia vera fuit, & in re: ergò talis sentẽtia fundatur in vera causa: quæ opinio est sequẽda in praxi, quamuis speculatiuè res dubia videatur. *Tom. 5. disp. 4. sect. 11. §. Solum posset quis dubitare, & seq.*

16 Tam sententia, quam statutum comprehendit absentes, qui in territorio deliquerũt. Vsu & exẽplis res manifesta fit. Nam si Episcopus ferat hanc sententiam, v.g. Omnis homicida excommunicatus sit, subditus, qui intra illũ Episcopatũ, lethaliter alium vulnerauit, licèt fugiat, & iam sit in alia diœcesi, cum incipit esse homicida, excommunicationem contrahet. Item censuræ sententia pro præterito delicto, lata non potest ferri, nisi pro delicto in propria diœcesi patrato. Vt v.g. Si Episcopus hic excõmunicet eum, qui talem furtum fecit, nisi intra mensem restituat, quamuis reus in alia Prouincia versetur, sine dubio in excõmunicationem incidet si post mensem incipiat esse cõtumax. *Tom. 5. disp. 5. sect. 5. §. Vnde quoad hoc, & sequenti.*

17 Existens in alieno Episcopatu, eius statutum frangar illius censura ligatur: quia ille fit

Graff. li. 4. c. 8. n. 39.

Conar. ca. Alma p. 1 §. 10. n. 2. Sylue. ver. excom. 5. nu. 5. Tab. excom. 4. num. 2.

fit subditus ratione delicti. Item quia dum versatur ibi, tenetur se cõformare legibus talis Episcopatus ad bonum regimen Ecclesiæ: secus dicendum de frangente præceptum latũ per modum sententiæ, quia tunc solum ligat subditos, non verò extraneos, quamuis in eius territorio delinquant, vt traditur. *in cap. A nobis. 1. de sent. excom. Tom. 5. disput. 5. sect. 5. §. Quo circa, & sequentibus.*

§. V.

Censura, quoad causam efficientem.

1 PRopria, & immediata causa efficiés censuræ est homo, tam quoad institutionẽ, quã quoad applicationem, & obligationem. Intelligitur autem per hominẽ, item collegium hominum, v. g. Concilium Generale, vel Prouinciale, vt constat ex vsu Ecclesiæ, & cap. Graue nimis de prebendis. Quia talis potestas data est hominibus tantum, vt per se constat. *Tom. 5. disp. 2. sect. 2. §. Ex dictis in præcedenti.*

Abbas in cap. sicut. de sent. & re iudic. nu. 12.

2 Iudex ferens censuram non seruata forma quoad omnes cõditiones *c. 1. de sent. excom.* Ipso iure suspenditur; sententia tamen lata non est nulla, vt habet communis opinio. *Tom. 5. disput. 3. sect. 13. §. Vltimò imponitur, & sequenti.*

3 Iudex publicè excommunicatus, aut suspensus non potest censuram ferre, quia hæ censuræ impediunt vsum omnis spiritualis iurisdictionis, vt dicetur infra in particulari, de effectu harum censurarum: secus dicendũ si sit occultus, quamuis peccet, vt etiam infra dicetur. *To. 5. disp. 2 sect. 4. §. Prima igitur conditio.*

4 Iudex habens iurisdictionem ita dependentem ab alio, vt cessante in Superiore cesset in alio ei subordinato, non potest ferre censuras, quando Superior publicè excommunicatus est. Ratio est: quia sicut ipse Superior non potest eas ferre per se, ita neque per alium v. g. si Episcopus est excommunicatus, impeditur vsus iurisdictionis in eius Vicario, vt constat. *ex cap. 1. de offic. Vicar. in 6.* Item si delegans est excõmunicatus, impeditur vsus iurisdictionis in delegato. Itẽ non potest ferre censuras iudex recusatus, respectu recusantis. Idem dicendum, quando appellatur à iudice *ex c. Quoties. 2. q. 6.* Idẽ dicẽdum de aliis similibus, de quibus videri potest. *Vgolin. tab. 1. de cens. ca. 2. §. 22. & 23. Tom. 5. disp. 2 sect. 4. §. Aliud impedimentum simile.*

Cap. 1. de offic. Vic. in 6. c. Quoties. 2. q. 6. Vgol. Tab. 1. de cens. c. 2. §. 22. & 23.

5 Iudex habens potestatem falsõ titulo occulto. cẽsuras validas fert. Est cõmunis Doctorũ sententia *in cap. Nihil de elec. & in leg. Barbarius ff. de officio Prætor.* & colligitur *ex cap. Ad approbandum, de sent. & re iudic.*

c. Nihil. de Ad approbandũ, & l. Barb.

Ratio

Ratio est: quia ipsamet Ecclesia supplet defectum illum, eo quod ita expedit ad bonum regimen. *Tom. 5. disp. 2. sect. 4. §. Quin potius addendum hic est.*

6 Nemo hanc potestatem ferendi censuras in se ipsum exercere potest. Est communis cum *Gloss. in c. Quoties. 1. q. 7.* Quia haec potestas non operatur, nisi in subditum, & nemo est sibi subditus. Tamen occasione censurae à se latae, potest aliam censuram incurrere, quia iam ipse nō fert censuram in se, sed ab alio scilicet à iure latam incurrit, v. g. si Episcopus cō municet cum excommunicato à se, cōtrahit excommunicationem minorem, quam ius fert, sicut etiam si rem Sacrā faciat in Ecclesia à se interdictā, irregularis fit. *Tom. 5. disp. 2. sect. 4. §. Secunda conditio est, & disp. 5 sect. 1. §. Tandem ex dicta assertione.*

Sylvester. ver. excō. Vgolino. tab. 1. c. 2 §. 8.

7 Iudex non potest censuram ferre in propria causa. Ita expresse traditur *in cap. Inter quærelas. 23. q. 4.* Quia nemo potest esse iudex in propria causa. Item quia nemo potest iudicare, nisi subditum, vt in conclus. præced. dixi. *Tom. 5. disp. 2. sect. 4. §. Tertia conditio.* Tamen quando censura nō ponitur per modum iudicij, sed defensionis, v. g. si Episcopus, vel alia Ecclesiastica persona fert censuram, defendēdo se, in eum, qui ipsi violētiam infert, potest in isto casu esse actor, aut reus, & simul iudex, quia licet sit contra ius naturæ, tamen est licitum, vt tradit *Innocent. 4. in c. Dilecto, de sent. excom. in 6.* Ex illo principio naturali, quod vim vi repellere licet. *Ibidem. §. Ex hac verò ratione.*

D. Tho. 2. 2. q. 67. ar 1. Fabian. Papa in c. 1. 4. q. 4.

8 Collegium habens potestatem ferendi censuras, potest eas ferre in singulares personas Collegij. Ratio est: quia totum potest respicere partē, vt sibi subiectam. Quod probat totius Ecclesiæ cōsuetudo. Et summi potest, *ex cap. Irrefragabili de officio Vicar. Tom. 5 disp. 2 sect. 4. §. Quoniam verò superius.*

c. Irrefragabili cū Doctorib.

9 Requiritur in iudice de essentia excommunicationis, libera voluntas eam inferendi. Ratio est: quia hæc potestas est moralis, & eius actus, & vsus, debet esse moralis; non est autem moralis vsus sine vsu liberæ volūtatis: ergo, &c. Quamuis hæc potestas maneat habitualiter in furioso. Item requiritur libera intentio eam inferendi, vt constat *ex cap. Cum voluntate, de sent. excomm. Tom. 5. disp. 2. sect. 4. §. Quarto est maximè, & sequent.*

Est cōmunis inter Doctores.

10 Iudex debet ferre censuras non ex prauo affectu odij, vindictæ, aut alterius similis affectus. Ratio est: quia huiusmodi intentio vitiat actum moralē vt per se notū est, & præsertim actum iudicādi. Tamen non est defectus substantialis, cum hæc conditio nō requiratur ad valorem censuræ. Item iudex nō debet ferre censurā in die, aut loco pro-

Ambros. in c. iudicet. 3. q. 7.

prohibito, verbi gratia, si prohibitum sit die Dominico, vel tali loco illam ferre: tamen erit valida si illam ferat. Item iudex impeditus ab vsu iurisdictionis, licèt non quoad actuum valorē, non potest ferre censuram: peccat enim. Tamen sententia erit valida, aut actus non irritus: vt verbi gratia, si Superior prohibeat inferiorem, ne cōfessiones audiat, non auferendo iurisdictionē, sed solum vitando vsum: quia tunc licèt inferior peccet, tamen actio ipsa, & absolutio erit valida. *Tom. 5. disp. 2. sect. 6. §. Quæstio hæc, & sequenti.*

11 Iudex tenetur seruare in censura ferenda iustitiam legalem, vt aperte traditur *in cap. 1. & cap. Sacro, de sent. excom. in 6.* Item tenetur seruare iustitiam distributiuam, ex sent. *D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 4.* Item, & cōmutatiuā: quia ad illā spectat; vt nemo vltra condignum puniatur. *Tom. 5. disp. 2. sect. 6. §. Circa alium sensum, & sequenti.*

D. Tho. 2. 2. q. 63. ar 4.

§. VI.

Censura, quoad suspensionē, & ablationem.

1 CEnsura suspenditur per recursū ad Papam, aut ad Superiorē iuxta *cap. Ad audientiam, & cap. Dilecti filij, de appellat.* Item suspenditur per consensum eius, in cuius fauorem est lata censura: quia licèt videatur facere cōtra verba Superioris, tamē non cōtra mentem, quæ est, vt satisfaciat creditori, licèt alij graues Doctores oppositum teneant. *Tom. 5. disp. 3. sect. 6. §. Ad hanc verò causam, & sequent.*

Ang. ver. excom. 2. n. 20.

2 Quando quis excōmunicatur sub cōditione. ff. *Si non soluat intra terminū à iudice præscriptū,* incurrit excommunicationem, non soluens in termino à parte prorogato, sine cōsensu iudicis: quia finito termino prorogato, verè expletur conditio, sub qua lata est excōmunicatio, itē quia, vt aiunt iuristæ. *Prorogatione termini facta, idem terminus esse censetur.* Quamuis oppositū teneāt aliqui DD. grauiss. *Tom. 5. dis. 3. sec. 6. §. An verò non expleta.*

Vide Nau. c. 27. n. 15.

3 Censura tollitur iure Ordinario, per potestatē ordinariā. Ratio est: quia vt censura imponatur, requiritur necessario, talis potestas, ita, vt tollatur necessaria etiā sit iuxta cōmunem Ecclesiæ vsum *Tom. 5. disp. 1. sect. 1. §. Hinc autem facile intelligitur.*

Ita tenent vsus Eccle siæ.

§. VII.

Censura, quoad denūciationem, admonitionem, vsum, & finem.

1 DEnūtiatio debet sequi excommunicationem, vt statuitur *in cap. Curæ. 11. q. 3. & cap. Peruenit primo, & cap. Pastoralis. §. verum*

Felinus in Inchuridiō de cēs. c. 5. de inter dicto.

de

& Vgolin. Tab. 1. c. 21. §. 2.

de appellat. De Interdicto colligitur ex Clement. vlt. de cenſibus. De ſuſpenſione ex Clement. 2. de pœnis, licèt magis ſit expreſſum in iure quoad excōmunicationem, quam quoad aliàs cenſuras, quia in illa datur maior ratio & neceſsitas, maxime poſt Conc. Conſtat, vbi non obligatur vitare excōmunicatos, niſi denunciatos: excepto percuſſore clerici manifeſto. Tom. 5. diſp. 3. ſect. 14. §. Ad perfectam, & ſequenti.

2 Denunciatio, ſeu declaratio cenſuræ ipſo iure contractæ, non eſt faciēda, niſi prius citata, parte, & crimine iuridicè probato, & aliter facta ipſo iure eſt nulla ex illo generali principio iuris, quod contra inauditam partē, nihil poteſt in iudicio definiri, cap. 1. de cauſa poſſeſ. & propriet. Tamen recognoſcēte parte ſuū crimen, non poteſt fieri denunciatio, aut declaratio. Ratio eſt: quia ſtatim, ac reus ſe ſubdit Eccleſiæ, & ſatisfactionem offert, abſoluendus eſt à cenſura, quæ medicinalis pœna eſt. cap. Qua fronte. de appellat. Tom. 5. diſp. 3. ſect. 10. §. Immo addit, & ſeqq.

3 Ad declarationem, ſeu denunciationem: in delictis notoriis habentibus ipſo iure cenſurā, non requiritur citatio partis: ad quod facit cap. de manifeſta. 2. quæſt. 1. & cap. Euidentia de accuſat. & cap. Illud de cleric. excom. miniſt. & melius cap. Bonæ memoriæ. 1. de elect. Tom. 5. diſp. 3. ſect. 10. §. Et iuxta hanc limitationem.

Cap. de manifeſta. c. euidentia c. illud cap. Bonæ memoriæ.

4 Denunciatio debet ſequi cenſuram ab homine latam cōtra certam perſonam, iuxta cap. Curæ ſit 11. q. 3. Tamen Epiſcopi non tenentur ſeruare omnia contēta in dict. cap. Sed ſufficit talis declaratio in propria Parochia excōmunicati, vel in Eccleſia matrice, vel ad ſummum in foribus Eccleſiæ, aut aliis locis publicis, ſententiam cenſuræ ſcriptā defigat: quia textus citatus nullum verbum continet, quod indicet riguroſum præceptum, & nullam pœnam impo nit; vnde quoad omnes circunſtantias non eſt vſu receptus, vt in illo videri poteſt à curioſo lectore. Tom. 5. diſ. 3. ſect. 14. §. Ab hac ergo vltimi. Vnde ſola declaratio moraliter ſufficiens, eſt in præcepto Epiſcopi, vel iudicis ex vi ſui muneris; ſemper tamē excipiuntur peculiares caſus in iure expreſsi: in quibus denunciationis modus præſcribitur, vt videre licet in cap. 1. de Treug. & pace, & in cap. Parochianos. de ſenten. excomm. & in Clement. 1. de furtis, & in Clement. 1. de de priuileg. & in Clement. vlti. de cenſibus. Ibidem. §. Quo circa dicendum.

Couar. ca. Alma 1. §. 2. nu. 9. Abbas in cap. Parochianos de ſent. excō.

5 Cenſuram verè incurſam non debet ſequi denunciatio, niſi poſt ſententiam declaratoriam. Ratio eſt: quia hæc denunciatio eſt quædam executio pœnæ impoſitæ: executio autē

pœnæ

pœnæ requirit iuridicam declarationem culpæ, etiamſi alioqui notoria ſit, vt ſumitur *ex c. Peruenit. 1. & ex cap. Conſuluit. de appellat.* Ad quam ſententiam declaratoriam ferendam non ſemper tenetur iudex, niſi vel ad petitionem partis, vel quando ad commune bonum eſt ita neceſſariū, vt ratione ſui publici muneris ad id obligetur. *Tom. 5. diſ. 3. ſect. 14. §. Ex quo intelligimus.*

Cap. Paſt. c. De illis. 6 Ille, qui fert cenſuram debet illam denunciare, colligitur *ex cap. Paſtoralis. §. Verum de appellat.* Idem eſt dicendum de cēſuris ipſo facto contractis per violationē ſtatuti proprij Epiſcopi, proportione ſeruata. Et quando cenſura eſt lata in iure cōmuni, debet denunciare illā, vel proprius Epiſcopus ipſius delinquentis, vel Ordinarius loci in quo cōtraxit cenſurā, quia ratione delicti quoad hac factus eſt ſubditus, & ſumitur *ex Clem. 2. verſ. locorum de pœnis, & ex c. de illis 6. q. 3. Tom. 5. diſp. 3. ſect. 14. §. Ex quo præterea.*

7 Aliquādo poteſt iudex, iuſte denunciare cenſuram, etiāſi ad id non teneatur, v. g. ſi iudicetur expediens ob aliquas cauſas probabiles, vel ob commune bonum, vel alicuius tertij, vel ipſiuſmet excommunicati. Ratio eſt: quia ſeruans ordinem iuris alioqui, non peccat, ſed ſua poteſtate legitimè vtitur. *Tom. 5. diſp. 3 ſect. 14. §. Igitur vt denunciatio.*

8 Iudex, qui iniuſtam ſententiam tulit, non debet ad denunciationem progredi. Ratio eſt: quia non eſt aliud, niſi iniuſtitiæ inchoatæ progreſſum facere, & iniuſtam ſententiam executioni mandare. *Tom. 5. diſp. 3. ſect. 15. §. Quæſtio hæc.*

9 Iudex in cenſuris ferendis ita debet vti moderatione, vt quando aliis pœnis peccatū curari, aut impediri, aut contumacia corrigi poteſt, eis prius vtendū ſit, vt ſtatuit. *Conc. Trid. ſect. 25. c. 3. de reform.* quod decretū eſt valde notandum, & debebāt illud ſemper ante oculos afferre iudices Eccleſiaſtici, ne ſe exhibeant tam faciles in illis ferendis, etiam pro leuiſſima cauſa. *Conc. Trid.* Item habetur idem, *in Cōc. Meldenſi cap. 56. quod refertur in cap. Nemo Epiſcoporum. 11. q. 3.* vbi notanda ſunt verba illa. Ibi *& illi qui aliter non potuerint corrigi To. 5. diſp. 4. ſe. 4 §. Atq; hinc fit.* *Conc. Meldenſ. c. Nemo Epiſ.*

10 Iudex debet ſeruare ordinem in cenſuris ferendis iuxta ſacros Canones, & incipere correctionem à leuioribus cenſuris, ſatis colligitur, *ex cap. præſenti. 5. q. 2. & in cap. veritatis de dolo, & contum. & ex cap. 2. de teſtib. cogend. Tom. 5. diſp. 4 ſect. 4. §. Atq; hanc fuiſſe.* *Abbas in cap. vlt. de cohab. cler. & mul. Graf. lib. cap. 1. nu. 18.*

11 Finis cenſuræ duplex. ſi. remotus, & proximus, vel dici poſſunt intrinſecus, & extrinſecus, vel operantis, ſeu ferentis cenſuram. Finis remotus, extrinſecus, & operantis, eſt fructus

ille bonus, quem Prælatus ferens censuram intendit per huiusmodi censurã, qui potest esse multiplex. ſſ. ſpiritualis, vel temporalis, numquam tamen temporalis, est præcipue intentus. Finis verò intrinsecus, seu proximus, est ille, ad quem proximè ordinatur censura; qui est ligare hominem spiritualiter, priuando illum, illis, vel, his spiritualibus bonis, & est proprius, ac per se effectus censuræ. Vide *cap. 1. de sent. excommun. in 6. & cap. 1. de except. in 6. & alia capita quæ in 11. q. 6. & sub vtroq; tit. de sent. excom. continentur. Tom. 5. disp. 6. sect. 1. §. Quoniam finis, & effectus. & seqq.*

Theologi in 4. dist. 18. & D. Thom. q. 2. art. 1. quæst. 3.

§. VIII.

Censura quoad effectum.

Effectus communis censuræ.

1 PRiuatio aliquorũ bonorum spiritualium, est effectus cõmunis omni censuræ: quod probatur ex multis iuribus, sub titulo de sent. excõ. & de cleric. excom. miniſt. quæ modo omitto, quia afferenda sunt, & explicanda infra quãdo tractabitur ex professo de singulis censuris. Tamen res spirituales, quibus priuat censura, sunt res omnes sacrę, quę sunt in cõmuni & publico vsũ Ecclesiæ, vt Sacramenta, sacrificium, orationes publicæ, & quæ ad hæc ordinãtur vt templa, & alia huiusmodi, vel etiã ad quæ hæc ordinantur, vt sunt ipsimet fideles. *Tom. 5. disp. 6. sect. 1. §. De hoc ergo effectu.*

Effectus intrinsecus & extrinsecus.

2 Effectus intrinsecus censuræ est duplex: mediatus, & immediatus. Immediatus est, quãdo censura per se exequitur, vel efficit illum. Mediatus est ille quando cẽsura obligat tantum, aut ipsummet, qui censura ligatur, vt se abstineat, & priuet talibus bonis, aut alios, vt ipsum priuent, seu cum illo non communicent. Item effectus censuræ non est de se perpetuus licet nõ habeat, nec habere possit definitum tempus durationis, sed incertum, & indefinitum. ſſ. donec consecuto alio effectu per se intento a Prælato, censura tollatur, v. g. contumacia, quæ dependet à libera volũtate peccatoris. *Tom. 5. disp. 6. sect. 1. §. Hic solum addenda, & sequenti.*

Coua. cap. Alm. 1. p. §. 10. n. 7. & §. 7. nu. 2. Vgolin. Tab. 1. c. 9. §. 8.

3 Cẽsura ignorata causat effectus, qui ex notitia rei nõ pendẽt, & ipsa per se exequitur, v. g. quod reddatur aliquis incapax beneficij, vel aliquid simile. Ratio est: quia quoad hũc effectum non pendet sententia ex actione, vel obligatione rei, sed in illum efficaciter operatur, ipso etiam non cõsentiente: ergo neque etiã pendet ex ignorantia, ac scientia eius. *To. 5. disp. 4. sect. 11. §. Tertio obseruandum est.*

4 Mortui in puram vindictam possunt priuari suffragijs Ecclesiæ; non autẽ viui, propter diuersitatem status, & periculi.

Ratio

Ratio est: quia si mortuus extra gratiã decessit, nihil illi amplius nocebit suffragiorũ carentia: si vero decessit in gratia, nullũ illi periculũ ruinæ potest eminere, ob defectum suffragiorum; sed potest inde fieri, vt eius pæna in purgatorio diuturnior fiat, aut fit. At verò quãdiu homo in hac vita viuit, semper eminet periculũ ei maioris ruinæ, quoad culpam, & condemnationem; & ideò Ecclesia nullum priuat suo subsidio valde vtili ad cauendũ hoc periculũ, in solam culpæ vindictam, sed in ordine ad emendationem, & cum aliqua illius spe. *Tom. 5. disp. 5. sect. 1. §. Neque hoc repugnat.*

5 Effectus remoti censuræ per solam prauam voluntatẽ peccatoris impediri possunt. Rat. est: quia hi effectus non fiunt per se ab ipsa censura, sed solũ quasi excitando mentẽ, & voluntatem, cui excitationi volũtas resistere potest, tamen nõ potest esse sine culpa, si voluntariè, & liberè impediantur; quia intrinsecum malum est in contumacia voluntarie perseuerare, secus dicendum dum ignoratur cẽsura, vel dum datur impotẽtia quoad hos effectus, cũ solum operetur excitando, & mouendo affectũ; qui modus operãdi est media cognitione. *Tom. 5. disp. 6. sect. 2. §. Ex qua declaratione intelligitur, & seqq.*

6 Effectus immediatè à censura emanãtes, nullo modo impediri possunt, illa manente, neque sine culpa, neque cum illa. Ratio est: quia hi effectus sunt per se, & non tantum per accidens, item quia censura affert se cum executionẽ, *iuxta cap. Pastoralis de appellat.* Excipitur tamen vnus casus de priuatione iurisdictionis per censurã, nam licet hic effectus immediatè, & efficaciter fiat, per ipsam censuram, nihilominus; si excommunicatus, v.g. sit ignoratus, & occultus, toleratus tamen publicè, non ita priuatur iurisdictione, quin acta eius teneant ex prouidentia Ecclesiæ propter commune bonum iuxta *L. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Quamuis habitu sit priuatus iurisdictione, & non vsu. *Tom. 5. disp. 6. sectio. 2. §. Secundo sequitur, & sequentibus.* *Vide Cast. lib. 2. de leg. pæn. c. 15. circa 3 conclus. finalem*

7 Effectus quoad obligationem operandi, & non operandi, non possunt impediri remota ignorantia: quia censura per se ipsam inducit hanc obligationem, sine consensu eius, qui censura ligatur, tamen si ignoret eam inuincibiliter, excusari potest, ne contra illam agat, executio tamen talis executionis potest impediri per ligatum, non tamen per se loquendo sine culpa, quæ culpa violandi censuram, aut pæna inde forte resultans inter effectus censuræ computari non debet, quia nec per se sequitur, neque intenditur, nec censura præbet moralem occasionem illius, sed

alter ex malitia sua occasionem sumit. *Tom. 5. disp. 6. sc. 2. §. Altera pars, & seq.*

§. IX.

Censura quoad excusationem.

1 QVamdiu ligatus censura ignorat eam, excusatur ab eius transgressione. Ratio est: quia sicut ignorantia præcepti excusata culpa, ita ignorantia censuræ excusat à transgressione eius: idem dicendum licet probabiliter timeat censuram iam esse in se latã: quia suspicio non est sufficiens ad obligãdum, nisi ipse consulto se occultet, ne censuræ notitia ad se perueniat, quia talis ignorantia non solum non est inuincibilis, sed potius videtur affectata; an verò famâ censuræ sufficiat, vt quis illam seruare, teneatur? affirmatiue respõdetur dummodo fama sit talis, vt prudenter considerata, cum aliis circunstantiis probabilem saltẽ fidem facere possit. *Soto. in 4. dist. 22. q. 1. art. 4. Syluester verb. excom. 5. q. 14. Naua. in c. inter verba præ in l. 3. n. 4.* *Tom. 5. disp. 4. sect. 11. §. Secundo obseruandum est, & seqq.*

2 Propter graue damnum, vel detrimentum vitãdum fieri potest licitè, quod sub censura, prohibitum erat, secluso tamen scandalo, contemptu, & similibus. Ratio est: quia lex positiua non obligat cum tãto rigore, vt cum grauissimo detrimẽto, vel periculo seruãda sit. *Tom. 5. disp. 6. se. 3. § Tertio igitur dicẽdũ est.* *Nauar. in Sum. c. 27. n. 239. Soto. in 4. dist. 18. q. 2. art. 5.*

3 Licitum est etiam exercere actionem sub censura prohibitã ad vitãdum infamiã, aut graue scandalum, v. g. audire sacrũ, vel aliquid simile, ex cuius omissione timetur graue aliquod scandalũ. Ratio est: quia leges humanæ non obligãt cũ infamia propria, aut cum scãdalo proximorum, quod intellige de scãdalo inducẽte ad peccatũ, præsertim publico, secus dicendum si scãdalũ sumatur pro vulgari more pro quadam admiratione, quæ solet ex aliqua huiusmodi occasione, quando noua est, & extraordinaria excitari in plebe cum frequenti sermonicatione, circa talem effectum, & causas, quæ omnia per se loquendo possunt contingere sine peccato. *Tom. 5 disp. 6. sect. 3. §. Ex dictis itaque, & sequenti.*

4 Secluso scandalo, infamia, vel alio simili nocumento graui, propter publicam necessitatem populi, non licet exercere actionem sub censura prohibitam, v. gratia, facere sacrum, &c. Ratio est: quia in eo casu nullum verum incommodum sequitur ex omissione sacrificij, nam populus excusatur à peccato ob inopiã ministri, & minister ob impotentiam ratione censuræ, secus dicendũ si interueniat aliqua grauis necessitas proximi; v. g. si proximus sit in extrema necessitate baptismi, pœnitẽtiæ, aut *Sylvest. & Angelus verb. Eucharist. 2. vide Vgolin. tab. 1. c. 13. §. 3.*

aut Eucharistiæ in articulo mortis, quia tenemur diligere proximos sicut nos ipsos præsertim in spiritualibus. *Tom. 5. disp. 6. sect. 3. §. Solet autem hic.*

Vide cap. excellētis. 11. q. 3.

5 Quæcumque causa excusans à culpa mortali, excusat etiam à censura, probatur ex illo principio quod censura numquam incurritur sine culpa proportionata. *Tom. 5. disp. 4. sect. 8. §. Vltimo ex dictis.* Idem dicendum de vi, metu, adeo graui, vt excusęt ab obseruatione legis humanæ.

Est cōmunis Canonistarum cum Sot. Sylvest. Nauar. & alijs,

6 Qui solam censuram ignorat etiam si simplicem Ecclesiæ prohibitionem non ignoret, excusatur à censura. Ratio est: quia ad illā incurrendam requiritur præcedens monitio, non qualiscunque, sed sub comminatione censuræ: ergo nō satis admonetur tantum per legē simplicem, vt incurratur censura, quod confirmatur *ex cap. 2. de constit. in 6. Tom. 5. disp. 4. sect. 9. §. Prima absolutè. & §. Atque hinc satis improbata.*

Supponunt Nauar. Coua. Vgolin. & Sylvest. locis sup. citatis

7 Ignorantia facti, non excusans illud à culpa mortali, non excusat censuram latam formaliter propter talem culpam, siue per Pontificiam legem, siue per quamcunque aliam. Idem dicendum de ignorantia iuris nō excusante â mortali: quæ sentētia intelligitur respectiuè, seu cōparatione facta ad ipsam legem: quia potest ignorantia non excusare actū ab omni culpa mortali, & nihilominus excusare à cēsura, si cōparatione talis legis excusęt mortalem culpam, v. g. si per aliquam ignorantiam obiecti, aut circunstantiatum eius, & factū ab illa malitia, propter quam imponitur censura, vt in casu *cap. Si verò de sent. excom.* de percutiente clericum ignorando illum esse clericū, qui licet nō excusetur à culpa homicidij, excusatur tamen à censura: quia excusatur à culpa sacri legij. Similes denique casus sunt *in cap. Si quis cum duobus, & cap. Si quis cum matre. & c. Quidam 34. q. 2.* & quod dictum manet de ignorantia facti, idem dicendum de ignorantia iuris seruata proportione. *Tom. 5. disp. 4. sect. 10. §. Est ergo tertia sententia. & seqq.*

8 Si lex Ecclesiastica prohibeat sub censura, id quod iure naturæ est prohibitum, potest metus excusare â censura, licet non à culpa, v. g. incestum cum consanguinea, contingere ergò potest, vt metus excusęt illū actum, vt prohibitum ab Ecclesia, etiam si nō excusęt libidinosum accessum, qui intrinsece malus est. Eodem modo excusantur à censura, licèt nō à peccato Christiani, qui metu mortis remigāt, quando Turcæ Christianos persequuntur: quia licet peccent contra ius naturale, tamen excusantur ab excōmunicatione ratione metus. *Tom. 5. dis. 4. sect. 3. §. Oportet tamen aduertere.*

§ X.

Censura quoad dispensationem, violationem, & multiplicationem.

Vide Con. cap. Alm. p. 1. §. 7. n. 2. & alibi.

1 PEr dispensationem potest licitè fieri, vt exerceatur actio per censuram prohibita, etiam si à censura non absoluatur. Ratio est: quia hæc prohibitio est tantum de iure humano: ergò potest dispensari per potentiam humanam. *Tom. 5. disp. 6. sect. 4. §. Sed hæc sententia.*

Vgolin. Tab. 1. c. 10. §. 6. n. 4. Vide etiã cap. Dilecti de temp. ord. & cap. At si cleri. de adulter. de Indic.

2 Nemo inferior Papa potest dispensare cum excommunicato, vt exerceat actum prohibitũ à censura, etiam si non absoluatur ab illa. Ratio est: quia Episcopi in rebus iure communi, vel vniuersa Ecclesia prohibitis dispensare non possunt, nisi vbi, vel ipso iure communi eis conceditur, vel aliqua recepta cõsuetudine, & traditione; sed hæc potestas nec iure communi illis conceditur, nec consuetudine recepta est: nisi fortasse in aliqua re minima, vt dandi licentiam ad loquẽdum cum aliquo, &c. ergo. *Tom. 5. disp. 6. sect. 4. §. Sed etiam Episcopis.*

Couarr. c. Alma i. p. §. 3. nu. 8.

3 Episcopus non potest dispensare, vt collatio beneficij facta excõmunicato teneat, & rata sit. Ratio est; quia aliàs Episcopus scienter dans beneficium excommunicato, cum quo dispensare posset, censendus esset dispẽsare, & ratam facere collationem, sicut de Papa dicẽdum est: sed oppositum constat *ex c. Postulastis. de cleri. excom. min.* in quo statim ponitur pæna Episcopis hoc scienter facientibus, & supponitur factum non tenere, si ipsi facere præsumant. *Tom. 5. disp. 6. sect. 4. §. Vnde non censeo.*

4 Clericus ligatus maiori excommunicatione, suspensus ab ordine, vel interdictus personaliter exercendo ordinẽ, fit irregularis, si cẽsuram violat, vt colligitur *ex toto titulo. de cleri. excom. minist. & cap. 1. de sent. & re iudic. in 6. & c. 1. & cap. Is qui. & cap. Is cui de sent. excom in. 6.* Tamen ligatus minori excommunicatione celebrando, non manet irregularis, quia non peccat formaliter excercendo ordinem, qui actionem significet, sed recipiendo Sacramentum, iuxta *cap. vlt. de cleric. excom. minist.* Item non manet irregularis, si exerceat actum eo modo, quo sine ordine exercere potest. *Tom. 5. disp. 42. sect. 5. §. In quæstione has duas regulas.* *Cap. Is qui & cap. Is cui.*

5 Plures censuræ diuersarum rationum possunt ferri in eandẽ personam: potest enim excommunicatus suspendi, & interdici, & è conuerso. Ratio est: quia cum hæ pænæ sunt diuersarũ rationũ, nihil impedit, quo minus in eodem subiecto suo modo insint, non solum propter diuersas causas, sed etiam propter idem delictum, & ita solet Ecclesia aggraua- *Vide Extrauag. 3. de priuil.*

aggrauare censuras crescente contumacia. *Tom. 5. disp. 5. sect. 2. §. Solum potest interrogari.*

Bonau. in 4. d. 18. 2. p. dist. q. 4.

6 Plures censuræ eiusdem rationis, v.g. multæ excommunicationes possunt ferri in eandē personā propter diuersas causas. Ratio est: quia si quis per vnā inobedientiam excōmunicatus est, si in alia re sit inobediens & cōtumax, iterum poterit excommucari: quia potestas, & iurisdictio non est extincta per vnum actum, non vero propter eandem causam per eandem sententiam ab eodem iudice, vt constat ex vsu Ecclesiæ: secus dicendum a diuersis Superioribus, quia pro eadem materiali causa à diuersis Superioribus diuersæ cēsuræ ferri possunt: potest enim aliquis pro eodē delicto, à iure, & ab homine excommunicari. *Tom. 5. disp. 5. sect. 2. §. Rursus in censuris, & seqq.*

Sot. dis. 22 q. 2. art. 2. concluſ. 3. Nau. in c. quorūdam de Iudæis circa gloſ. vlt. not. 1.

7 Multiplex denuntiatio nō sufficit ad multiplicationē censuræ. Rat. est: quia aliud est denuntiari, aliud censura ligari, nā denuntiatio non addit nouum vinculum, vt dixit Pontifex in *c. Pastoralis §. Verum de appellat.* & ideò quāuis denuntiatio multiplicetur, non sequitur censurā multiplicari. *Tom. 5. dis. 5. sect. 2. §. Veruntamen aduertendum est.*

Nau. in c. quorūdam de Iudæis

Nauar. in sum. cap. 6 nu. 17. & 18. Vgolin.

8 Censuræ latæ à iure multiplicātur per transgressiones numero distinctas eiusdem legis, vt si quis bis percussit clericum morali interruptione, bis manet excommunicatus, & contrariò vero si transgressio est vna licet continuata mora, & per varias actiones fiat, vna tantum censura incurritur. Ratio est: quia lex ponit censuram propter transgressionem: ergò si transgressio est vna moraliter, & formaliter, etiā censura vna erit. *Tom. 5. dis. 5. sect. 3. §. Superest dicendum.*

Tab. 1. c. 16. §. 3. num. 4.

9 Violans legē vno actu habentē plures circunstantias sub censura prohibitas, si mutant speciem actus, multiplex incurritur censura, v.g. tot incurrūtur censuræ quot circunstantiæ violātur: quia propter singulas per se sumptas incurretur censura, vt supponitur. Tamen si actus non mutat speciem, vna tantum incurretur censura, quia vna est tantum transgressio. Vide *Clement. 1. de sepult.* Vbi inuenies huius conclusionis optimum exemplum. *Tom. 5. disp. 5. sect. 3. §. Ex his facile.*

Vide Clē. 1. de sepul.

§. I.

Cessatio à diuinis, quoad nomen, & diffinitionem.

1 CEssatio à diuinis, sic dicta est, quia cessant ministri Ecclesiæ à publicatione diuinorum officiorum, & sacramentorum administratione, vnde nihil aliud est, quam suspensio quædam organorum Ecclesiasticorum, per alusionem ad illud Psalmi 136.

Sot. in 4. dist. 22. q. 3. ar. 2.

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia hoc est veluti maximum signum afflictionis, quam Ecclesia patitur, quãdo omnia diuina officia ita suspendit. *Tom. 5 disp. 39 sect. 1. §. Quod nomen.*

2 Cessatio à diuinis non est cẽsura omnino distincta ab aliis tribus, v.g. excommunicatione, interdicto, & suspensione, propter *cap. quærenti de verb. signif.* Nec est interdictum, quia interdictum, & cessatio à diuinis, neutrum sub altero continetur in iure, nec tamquam æqualia, nec tãquam inferius, sub superiore, quod probat textus *in clement. 1. de sent. excom.* Imò nec est species censuræ, sed simplex prohibitio. Ratio est: quia nõ est interdictum, & nec habet effectum irregularitatis, licet violetur celebrando, qui est inseparabilis à censura. *Tom. 5. disp. 39. sect. 1. §. In hac re mihi, & §. Fateor quidem, & §. Tandem ex his concludo.* Vnde nunquam fertur directè, & absolute in personas, sed in loca tantum.

Nau. cap. 27. n. 164 & 188.

Sot. in 4. dist. 22. q. 3. art. 1.

Panormi. in c. delictis de appel. n. 18.

3 Cessatio à diuinis per se, ac formaliter pœna non est. Ratio est: quia licet nunquam ponatur, nisi occasione culpæ; tamẽ cum æque comprehẽdat innocentes, ac nocentes, quoad proximam suam obligationem, magis poni videtur, vt signum afflictionis Ecclesiæ, & vt generale grauamen, per modum cuiusdam præcepti impositum, quam per modum pœnæ, nec ligat speciali modo personas, quæ causam dederunt, nec illas excludit vbiq; à diuinis quantum est ex se. *Tom. 5. disp. 39. sect. 1. §. Tandem ex his concludo.*

Maiolus li. 3. c. 20. n. 10. cum Innocent. & aliis.

4 Cessatio à diuinis alia est particularis, alia generalis: de generali loquitur. *Clement. 1. de verb. signif.* & tacitè, *cap irrefragabili. §. Cæterũ de offic. ordin. & c. Si canonici, & c. Quamuis eodẽ tit. in 6.* De speciali videtur esse sermo. *in c. Dilectus de appellat.* Differunt autem hæ cessationes eodem modo, quo similia interdicta distinguuntur. *Tom. 5. disp. 39. sect. 1. §. Rursus cessatio loci.*

Silvester ver. cessatio cũ Panormit. & aliis.

§. II.

Cessatio à diuinis, quoad effectum.

1 CElebrãs in loco cessatione à diuinis affecto, siue particularis, siue generalis sit cessatio, non fit irregularis. Ratio est: quia cessatio à diuinis, quæcumq; sit nõ est censura, ergò non potest habere effectũ censuræ; item quia irregularitas nõ cõtrahitur nisi in casibus à iure expressis iuxta *cap. Si qui de sentent. excom. in 6. Tom. 5. disp. 39. sect. 1. §. Obstat verò, & seqq.*

Couarru. c. alma 2. § 2. n. 4. Nau. c. 27 num. 188. Silu. verb. interdictũ 1. §. 1. & ver. cessatio. §. vlt.

2 Tempore cessationis à diuinis prohibentur fieri diuina officia publica, v. g. orationes Eccle-

Nau. cap. 27. n. 189 Couar. ca. Alm. p. 2. §. 4. n. 7.

Ecclesiæ, celebratio Missæ, horarum canonicarũ publica recitatio, non omnia sacramenta, & sepultura Ecclesiastica, &c. Imò si dicantur, laici prohibentur illa audire, quia si celebratio prohibetur, etiam participatio celebrationis, quæ est veluti, quid accessorium nec priuilegia, ac moderationes interdicti in eã locum habẽt, ita censuit grauissima cõgregatio Doctorum vtriusq; iuris, & Theologorum, quæ anno 1556. circa materiam hanc Salmanticæ facta est, & vsus Ecclesiæ confirmat: plus enim cessatur à diuinis tempore cessationis à diuinis, quam tempore interdicti; nec moderationes. *cap. Alma mater de sent. excom. in* cessatione à diuinis in praxi seruantur. *Tom. 5. disp. 39. sect. 2. §. Quod ergò, & seqq. vsq; ad §. Censeo igitur circa hunc effectum.* Idem dicendũ de priuilegiis in iure cõcessis tempore interdicti.

3 Binus clericus potest recitare officium diuinum tempore cessationis à diuinis, præsertim extra Ecclesiam. Ratio est: quia illa recitatio, tãtis priuata est, cum sit inter duos tãtum. Item quia de hac re, nulla est expressa in iure prohibitio. Tamen contraria sententia etiam probabiliter defendi potest. *To. 5. disp. 39 sect. 2. §. Alia interrogari possunt.*

4 Tempore cessationis à diuinis non prohibetur administrari pœnitẽtia morientium, & Baptismus tam paruulorũ, quã adultorum, vt probabilius est, cum tota sua solemnitate, iuxta *cap. non est vobis de sponsal.* Item Eucharistia per modum viatici iuxta *cap. Quod in te. de pœnit. & remiss.* Item fieri sacrum in hebdomada semel ad reformãdam Eucharistiam morientibus, *cap. Permittimus de sent. excom.* vel quouis die potest fieri sacrum, si opus sit conferre viaticum, & non sit Eucharistia. *Tom. 5. disp. 39. sect. 2. §. Certum est, & seq.*

Cap. nõ est vobis. *Cap. permittimus.*

5 Confirmatio conceditur tẽpore cessationis à diuinis. Ratio esse potest, quia censetur esse veluti perfectio quædam, & cõplementum baptismi, non tamẽ cõceditur, vt verius iudicat noster Doctor, pœnitẽtia extra periculum mortis, licet cõsuetudo tollerata à pastoribꝰ poterit excusare. Itẽ prohibetur Ordo, Extremaunctio, Eucharistia extra viaticum, & matrimonij solemnitas. De ipso verò matrimonio quoad substantiã idem dicendũ de tempore cessationis, quod de tẽpore interdicti de quo vide, *hic verb. matr. cõclus. 16. to. 5. disp. 39 se. 2. §. Tertio dubitari, & seq.*

§. III.

Cessatio à diuinis quoad causam efficientem.

1 QVi potest ferre interdictum, potest cessationẽ ponere. Ratio est: quia iurisdictio Episcopalis, & communis,

1. Sylvest. ang. et alij ver. cessatio.

Soto dist. 32. qu. 3. ar. 2. Cou. c. alma. 2. p. §. 2. n. 6.

ac publica fori contentiosi, fori Ecclesiastici, ad hoc sufficit quãuis. *Nauar sentiat cap. 27. n. 189.* Solum Papam posse cessationem ponere post interdictum, quia solus Papa potest restringere cessationem *cap. Alma mater. Tom. 5. disp. 39 sect. 3. §. De efficiente dicendum est.*

2 Cessatio pattialis, id est, quoad aliqua officia diuina, non solum à Papa, sed etiã ab Episcopis, potest fieri. Ratio est: quia qui potest totum prohibere, potest, & partem solam, quando aliud specialiter nõ obstat; licèt ordinariè fieri non liceat: quia moraliter non est necessarium, cum cessatio poni nõ soleat, nisi post alia remedia, & quando iam expedit omnino diuina organa suspendere. *Tom. 5. dis. 39. sect. 2 §. At vero loquendo.*

3 Locus pro vt in interdicto, aut certè homines in ordine ad locũ, in quo diuina facere prohibẽtur, sunt causa materialis cessationis à diuinis. An verò hæc cessatio licitè ferri possit pro vniuersa Ecclesia? Doctor noster existimat de potentia absoluta Sũmi Pontificis hoc non repugnare, si causa subesset: credi tamẽ moraliter subesse non posse, & ideò talis cessatio, sicut hactenus lata est numquam, ita etiam neque vmquam expediet. *To. 5. disp. 39. sect. 3. §. Hic potißimam.*

4 Causa finalis cessationis à diuinis proxima, idem est, quod effectus. Remota verò, & primariò intẽta, est rigor Ecclesiasticę disciplinæ, vt rebelles tandẽ recedant a contumacia, & in hoc conuenit cum alijs proprijs censuris, vnde, vt cessatio rectè feratur supponere debet grauissimum peccatum, & publicum: quia non datur contumacia sine delicto. *Tom. 5. disp. 39. sect. 3. §. Tertia causa cessationis*

5 Forma in ferẽda cessatione a diuinis, seruanda est illa, quæ debet seruari in ferẽda censura, & quæ sunt substantialia censuræ, sunt etiam cessationi à diuinis: quia nõ oriuntur ex speciali ratione censuræ, sed ex generali ratione sententiæ. Item est seruanda forma *c. 1. de sent. excom. in 6.* ex consuetudine recepta. Et vt iustè feratur, seruandæ sunt decem conditiones collectæ *ex cap si Canonici. & cap. Quamuis, de offic. Ordin. in 6. Tom. 5. disp. 39. sect. 3. §. Vltimo ergo.* c. Si Canõ. c. Quãuis.

6 Prima conditio, vt cessatio à diuinis iuste feratur, est, vt antequã feratur, causa illius in publico instrumento, seu autentico scripta referatur. Secũda, vt hoc instrumentum, ei tradatur contra quem cessatio intenditur, constat *ex c. Canonici, & c. Quãuis, de offic. ordin. in 6.* Tertia, vt necessario sit ponenda ab eo, vel ab his, qui, vel à iure, vel à consuetudine, aut priuilegio ad hoc habeant auctoritatem. Quarta, & Quinta, vt causa sit Canonica; quæ expresse ponũtur *in cap. irrefragabilis. §. Cæterũ de offic. Ordin.* c. Irrefragabilis.

Ordin. ff. vt causa sit manifesta, & rationabilis: quia non pro quacumque offensa, sed pro grauiniuria, ferri debet, vt causa sit proportionata. Sexta, vt ad illam ferendam omnes de capitulo euocentur, Septima, vt post conuocationem diligenter deliberent. Octaua, vt quod de ipsa cessatione deliberetur, id est, suffragia ferantur; & opus est, vt maior pars suffragiorum conueniat, in illa ponēda. Et hæ tres conditiones non habent locum in Episcopis, vel in iudice ordinario, secus in Capitulo sede vacante. Nona vt moneatur persona, propter cuius iniuriam, videtur facienda cessatio, vt irrogatam iniuriam, vel offensam emendet, quæ facienda post conuocationem, & est de cessationis substātia. Decima, & vltima conditio est, vt post cessationē positam, nisi partes intra mensem in concordiam veniant, & cessatio cesset, teneātur, tam qui cessationem ponunt, quam illi, quorum causa ponitur, per se, vel per procuratores idoneos cum munimentis, & actis ad negatiuum spectātibus. Ad sedem Apostolicam accedere, vt quod agendum ab illa declaretur. Tamen si trāsacto mense partes in concordiam veniāt, potest tolli cessatio sine recursu ad Papam. Denique mēse transacto, ipso iure tollitur cessatio, si qui posuit illam non reseruauerit conditionem recurrendi ad Summum Pontificem post mensem, si sit in mora culpabili. *Tom.* 5. *disp.* 39. *sect.* 3. §. *Prima ergò & sequentibus.*

Sylueſter. verb. Ceſſatio.

§. IIII.

Ceſſatio à Diuinis, quoad Ablationem, & violationem.

1 ILle, qui posuit cessationem à Diuinis, potest, illam tollere, vel successor eius, vel etiam eius Superior. Tamen nulla est præscripta forma in illa tollenda, sed tantum voluntas iudicis explicata sufficientibus signis, sufficit: non verò sufficit factum eius qui eam tulit, non seruando illam. *Tom.* 5. *disp.* 39. *sect.* 4. §. *Cum cessatio.*

2 Cessatio à diuinis potest per voluntatem ferentis suspendi etiam in partem, quoad aliquos effectus. Ratio est: quia si iudex potest tollere totum, cur nō poterit tollere partē? *Tom.* 5. *disp.* 39. *sect.* 4. §. *Suspensio autem.*

3 Religiosi non seruantes cessationem à Diuinis generale, incurrunt excommunicationē, siue posita sit à Papa, Episcopo, Concilio Prouinciali, Capitulo, Collegio, siue à cōuentu sæcularium aut regulariū habente potestatē ex cōsuetudine, aut priuilegio. Iuxta *Clement.* 1. *de sent. excom.* Item *Conc. Trid. sess.* 25. *c.* 12. *de reform. Regul.* præcipit regularibus, vt in Ecclesijs suis seruent,

Couar. c. Alma p. 2 §. 2. nu. 3. Nau. c. 27 n. 145. Sot. in 4. d. 22. q. 3. ar. 2.

uent,& publicari faciant censuras,& interdicta,etiã ab ordinariis Prælatis promulgata,&ipsis præcipientibus.Quod præceptũ non extenditur ad cessationem à Diuinis, quia non est censura, nec interdictum: nec extẽditur ad cessationẽ, quæ non ponitur à Prælato,sed ab aliquo Capitulo: quia verba Conc.intelligẽda sunt strictè.*Tom.5.disp.39.sect.2. §.Nunc solum, & sequenti.*

4 Capitulum sine iusta causa ponens cessationem à Diuinis: Canonici talis Capituli,tenẽtur restituere, quidquid de fructibus illius Ecclesiæ perceperint tẽpore cessationis, & quidquid ex eisdem bonis talis Ecclesiæ dandum fuisset, non detur, sed ipsi Ecclesiæ cedat, ac deniq; vt parti, cõtra quã cessatur de Diuinis, & iniuriis satisfacere teneãtur.Ad quod requiritur sententia iudicis quoad pænam,nõ verò quoad obligationem ortã ex actione iniuriosa. Item pæna extenditur tantum ad Capitulum; obligatio tamen orta ex actione iniuriosa extenditur ad omnes ponentes cessationem à Diuinis sine iusta causa, vt constat *ex.cap.Canonici.de offic.Ordin.in 6. Tom.5.disp.39.sect.3. §.Secundo declarandum est.* *cap.Canonici,*

5 Qui cessationi à Diuinis causam dedit, tenetur ad omne interesse personæ,&Ecclesiæ,cui debitum officium,eius culpa est subtractum, ad quod non requiritur sententia,cum non sit propria pæna. Deinde arbitrio Superioris condemnandus est in aliqua quantitate conuertenda in augmẽtum diuini cultus, ad quod necessaria est sententia iudicis,vt expresse dicitur *in cap. Canonici,de offic. Ord. in 6.Tom. 5.disp.39.sect.3.§.Vltimo declarandum est.*

Character.

1 SIne baptismali Charactere nõ datur capacitas ad cętera Sacramenta,propter quod Conc.Florẽt.vocat Baptismum ianuam Sacramentorum; Quomodo enim potest confirmari, nisi prius in Baptismo sit fideprofessus,quomodo enim designabitur miles Christi, qui non dum est Christo cõsignatus per Baptismum, & eadem est ratio de Sacramento ordinis,vt constat *ex cap.Si quis,& cap.Veniẽs de præsbit. non Baptis.* & de alij Sacramentis.*Tom.5.dis.11.sect. 1.§.Tertiò, ratio huius,& disp.7. sect.4.§.Ex quo principio.* *Amb.lib. de iis, qui initiantur cap.7. Dionis. li. de Eccles. Hierarch. cap.2.p.3*

2 Character non solum denominationem signi importat, sed absolutum tali dominationi substans.Ratio est: quia sola relatio signi nõ potest immediatè imprimi, aut per se fieri aliqua actione,vt cõstat ex generali ratione relationis.*Tom.3 q.63.ar. 2.§. Circa titulum in cõmentaria.*

3 Character,(relictis alijs opinionibus) est qualitas supernaturalis realiter distincta ab anima,

ma, vt res à re, eique diuinitus infussa. Ratio est: quia est res supernaturalis animæ infusa, & nō est relatio, neque substantia, neque aliquod ex cæteris prædicamētis; supereſt ergò vt sit qualitas. *Tom. 3. disp. 11. sect. 2. §. Variæ sunt Theologorum, & seqq.*

4 Character est supernaturalis qualitas à Deo infusa, pertinens ad primam speciem: nō est enim potentia passiua physica, vel actiua. Probatur de charactere baptismali: quia illud Sacramentum nō dat potestatem ad agendum, sed ad recipiendū. Et eadem est ratio de charactere Sacramenti ordinis, & confirmationis: quia nō datur ad recipiendū, sed potius ad agendū; at verò quodāmodo potest dici potestas moralis, quia videlicet, est signum ex diuina ordinatione institutum, & destinatum ad hoc, vt qui illo insignitus fuerit, aptus sit ad tale ministerium. *Tom. 3. dis. 11. sect. 3. §. Per totam.*

Alens. 4. p q. 19. n. 1. art. 3. Bonauent. in 4. d. 6. ar. 1. q. 1. vbi Scot. q. 10

5 Character nec instrumentaliter, nec dispositiuè potest cō currere ad causandam gratiam. Ratio est: quia nec gratia ipsa ex se postulat talē dispositionē, vt constat, quia sine huiusmodi charactere multis temporibus gratia communicata est hominibus, & nunc etiam sæpè communicatur. *To. 3. disp. 9. sect. 1. §. Secunda ergò difficultas.* Nec ad cōsecrationē cū hęc immediatè sit tantū ab ipsis verbis, & sicnō datur alia actio immediata, nisi prolatio verborū; vnde Patres affirmant Sacerdotes proprio ore conficere hoc Sacramētum, ss. Eucharistiæ per verba Christi *Ibidem. disp. 61. sect. 5. §. Hoc dubium moneo.*

D. Thom. 3. p. q. 78. art. 1.

6 In nullo genere causæ character consequitur fidem. Ratio est: quia est omnino indepēdens ab illa, nam sine illa conseruari, & imprimi potest. *Tom. 3. dis. 11. sect. 1. §. Sed dubitabit aliquis.*

7 Quicumq; effectus charactēris potest suppleri à Deo. Ratio est: quia potest Deus facere, vt hæc tria Sacramenta imprimentia characterē, iterari non possint, quamuis nullam qualitatē intrinsecam imprimant. Tamē nō est dubitum quin perfectiori modo fiunt, per internum spirituale signum, quod & ad ornamentum animæ, & ad perfectā consecrationem cōferre potest, voluit enim Deus hanc perfectionem suis cultoribus conferre. *Tom. 3. disp. 11. sect. 1. §. Tertia ratio huius.*

8 Character non potest cōferri per Sacramentum in voto, sine reali susceptione ipsius Sacramenti. Ratio est: quia si per Baptismum in voto, imprimeretur character, non posset postea recipi Baptismus in re, vt constat. *Tom. 3. disp. 8. sect. 1. §. Nihilominus dicendum.*

9 Character in omnibus hominibus recipi potest, qui recipiunt aliquod ex tribus Sacramentis imprimētibus characterem,

rem. Ratio est: quia Character est proprius effectus Sacramentorum; vnde quilibet homo est capax Characteris baptismalis secundum se per potētiam obedientialem. Item Angeli secundum probabilem opinionē. An vero Character fuerit etiam in Christo? Respondetur q̄ Christus non indiget Charactere, cū dicat imperfectionem in subiecto, quod afficit, quæ nullo modo in Christo consideranda est. *Tom.3.disp.11.sect.4.§. Quæstio hæc potissimum.*

10 Character est in anima, vt in subiecto proprio, ita diffiniunt Concil. Florent. Trident. dum docent Characterem imprimi in anima, & esse signum spirituale: quod nec esse potest in intellectu, nec in corpore, aut volūtate sed in ipsa essentia animæ. Ratio est: quia Character nō est principium alicuius actus intellectus, aut voluntatis pertinentis ad cultum Dei, vel vsum Sacramentorum: ergò non est constituendus in intellectu, nec voluntate: ergò in substantia animæ. *Tom.3.disp.11.sect.4.§. Quo circa, & seqq.*

Marsil. in 4.q.4.art. 1.Gabr.d. 6.q.2.art. 13.dub.2.

11 Character nō solum physicè sed moraliter est incorruptibilis: quod non physicè, probatur: quia Character non habet cōtrarium, & est in subiecto incorruptibili, & à nulla causa creata effectiuè dependet, sed à solo Deo: quod etiā moraliter constat: quia nulla est dispositio in homine cōtraria Charactеri, aut quasi formaliter illi repugnans. *Tom.3.q.63.ar.5.§. Quartus sensus in commentario.*

12 Character necessario suscipitur per Sacramentum licèt sit voluntas, nō suscipiendi Characterem, sed Sacramentum tātum. Ratio est: quia si datur Sacramētum validum, & verū non potest priuari hoc effectu: quia ad illum nulla dispositio voluntatis requiritur. *Tom.3.q.63.ar.5.§. Quartus sensus in comment.*

Definito de fide.

13 Character est indelebilis in vita: quod est de fide. Ratio est: quia Sacramenta illum imprimentia, iterari non possunt, item durat post mortem: quia si moriatur Sacerdos, & rursus suscitetur, manebit sacerdos, nec indigebit noua ordinatione. Et idem dicendum de quolibet homine cōfirmato, seu Baptizato. Tamen manet in beatis, vt ibi specialiter designati sint, qui hoc beneficium accepere abundantius fruendi diuitiis Christi in lege gratiæ: in damnatis verō ad eorum ignominiam, vt notior sit eorum ingratitudo, qui cum in hac vita Sacramentis Christi potiti fuerint. Illorum gratia bene vti noluerūt. *To.3.q.63.ar.5.§. Secundus sensus in comment.*

14 Christus Dominus non indiguit Charactere. Rario est: quia ratione suæ diuinitatis excellētiori modo est veluti designatus in supremū Ducem, Principem, ac Sacerdotē, & ideò nō indi-

D. Thom. 3.p.q.63. art.5.

indiget Charactere, qui est velu ti participatio quædã supremi Sacerdotij Christi. *To.3.disp.11. sect 4. §. Quæstio hæc.*

15 Ratio, ob quam propter peccatum non deleatur Character, est: quia Deus non punit peccatum, quantum potest, sed quãtum expedit iuxta ordinem diuinæ sapientiæ. Idem est dicendum de fide, & spe, quando non committuntur peccata directè his virtutibus repugnantia. *Tom.3.q.63.ar.5.§. Quartus sensus in commento.*

16 Character nunquam augeri, vel remitti in eodem, vel diuersis subiectis, potest, neq; in vno intẽsior fieri, quam in alio. Ratio est: quia nec intendi potest propter iterationem Sacramenti, cum iterabile nõ sit, neq; à principio dari potest intensior propter dispositionẽ subiecti: quia Character per se nullã requirit, neque ab illa pendet. *Tom.3.q.63. ar.5. §. Vltimò potest. in commento.*

Charitas.

1 ACtus charitatis Dei intrinsecè est formatus ex vltimo fine: quia immediate, per se tendit in Deum, vt vltimum finem. Et sic nõ potest esse informis: secus dicendum ex parte supposiri ex cuius dignitate habet actus moralis valorem suum, quia vt est dispositio ad iustitiã, non est ab homine grato, vt sic, sed ab homine tendente ad gratiam. *Tom.4. disput.4. sect.7. §. Dicet tandem.*

2 Præceptum charitatis propriè non obligat semper, & pro semper, ad non peccandũ mortaliter. Ratio est: quia non est semper necessarium æquè esse in gratia, neque æquè periculosum carere ab illa; Vnde solũm obligat, quando ratio, & tempus specialis necessitatis occurrit. Vt extrema, vel grauis necessitas. *Tom.4. disput. 15. sect. 2. §. Dices, cur.*

3 Tempus in quo obliget præceptum charitatis diuinæ committitur prudentiæ, & arbitrio ipsius hominis, vel alterius, qui eius conscientia nota, possit auxilium præstare: quia non potest alia regula certior, au magis particularis assignari; tam in hoc præcepto, quam in aliis affirmatiuis, præsertim circa actus, qui ad Deum ordinantur sola, ac nuda ratione naturali perspectis. *Tom,4.disp.15.sect.6 §.Sed quæres. Tandem.*

4 Articulus mortis, aut alterius extrinseci nocumenti, seu damni, non solum est tempus in quo obligat, præceptum Charitatis; sed etiam quæcumque necessitas moralis, quæ ad rectè, & honestè vitam instituendam instare iudicetur, secundum rectam, & prudentem rationem. *Tom. 4. disp. 15. sect. 6. §. Sed quæres tandem.*

Chrisma.

Chrisma.

1 CHrisma fuit cõfectum à Domino in nocte Cænæ, & inde forte manauit consuetudo Ecclesiæ cõficiendi illud illo die singulis annis: & apertè docet Fabian. Papa epist. 2. cap. 1. *In illa die*, inquit, *Dñs Iesus postquam cænauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut â sanctis Apostolis, prædecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerũt) Chrisma conficere docuit. Tom. 3. disp. 32. sect. 2. §. Mihi ergò certum est, & sequenti.*

Victoria in Sum. in mat. de sacram. Confirma.

2 Chrisma quãlibet vnctionem significat, specialiter tamẽ supponit pro materia qua vngimur in Sacramẽto confirmationis, quæ ex oleo, balsamoque debet esse confecta. Ratio est: quia illa est præcipua vnctio, quę in Ecclesia fit, & per illam datur Spiritus sancti grati, quæ in Scriptura per oleum maximè significatur. *Tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. Secundo principaliter.*

Vide Aug tract. 33. in Ioan. Basil. de Spirit. S. c. 27. Cyprian. epist. 70.

3 Chrisma ab Episcopis gratis dandum est, & nihil ab Ecclesiis exigẽdum, vt patet *ex Conc. Bracharensi. 2. cap. 4. Tom. 3. disput. 35. sect. 1. §. Ad tertiam respondetur.*

4 Facultas conficiẽdi Chrisma, quo in vertice vngitur baptizatus, potest ab Ecclesia Præsbytero committi. Ratio est: quia cum hæc cæremonia sit ex sola institutione Ecclesiæ, etiam eius materia potest per Ecclesiam mutari. *Tom. 3. disp. 33. sect. 2. §. Nec decretum illud.*

5 Chrisma cõficere pertinet ad potestatẽ Ordinis, vnde Episcopus nõ potest illam dare per dispensationem, seu delegationem sacerdoti simplici. Ratio est: quia Episcopus non potest extendere potestatem Ordinis ad actus, ad quos character est de se insufficiens. *Tom. 3. disp. 33 sect. 2. §. Sed nihilominus.*

6 In solis, & omnibus, quantumuis hęreticis, & schismaticis Episcopis, potestas conficiendi chrisma residet ex iure diuino; quamuis probabile sit posse eã delegare Summum Pontificem simplici Sacerdoti: probatur *ex Conc. Tolet. 8. cap 7. & ex Concil. Vorm. Can. 2. Chrisma*, inquit, *cõficere nullus præter Episcopi præsumat, nam illi soli hæc dignitas concessa est.* Et confirmatur ex Conc. Florẽt. agẽte de ministro sacramenti Confirmationis dicente esse Episcopum, tamen aliquãdo ex cõcessione Sedis Apostolicæ simplicem Sacerdotem illud ministrasse ex Chrismate per Episcopum confecto, vt nostris temporibus dicitur Greg. XIII. in partibus Indiæ concessisse. *Tom. 3. disp. 33. sect. 2. §. Nihilominus contraria.*

Conc. Tol. Conc. Vormantiens. Conc. Floreminum.

7 Virtute sancti Chrismatis tria miracula facta fuere, de primo narrat Eusebius *lib. 3. hist. cap. 17. alias 23.* Scilicet q̃ vnus adolescens, quem Ioan. Euang. singulariter dilexit, & Ephesino Episco-

Vide Eusc. Emis. hom in die Pẽt. Isid. lib. 2. de Eccles. offic.

Beda, Luc 22. et Act. 8. Bern. in vita S. Malachiæ. c. 2

Episcopo concredit, quem ille Baptismo illuminauit, potest verò sigillo Domini, id est, Sacramento Confirmationis, tanquã perfecta, tutaque eius animi custodia obsignauit. De secũdo vide Optatũ Mileuitanum. *lib.* 2. *contra Parmenianum col.* 8. vbi mensionem faciat cuiusdã ampulæ Chrismatis, quam hæreticus per fenestram proiecit, vt eam frangeret, quæ tamen, inquit, Deo muniente inter saxa illæsa concedit. De tertio denique agitur *in 7. Synodo act.* 4. vbi inter miracula Sanctorum Cosmæ, & Damiani ponitur, quod quædam mulier laborans quædam ægritudine, Chrisma accipiens, in aquam effudit illamque bibit, & confestim sanitati Sãctorum intercessione restituta est. *Tom.* 3. *disp.* 32. *sect.* 1. §. *Quartum argumentum.*

§. I.

Christus, quoad secundum se.

1 SOlus Christus Dominus mereri potuit primam gratiam dandã sine opera eius cui datur, vt caput Ecclesiæ. Quia mereri primam gratiam alteri decondigno, est proprium Christi, nec gratia creata in persona creata, potest hanc vim ex natura sua habere. *Tom.* 3. *dis.* 10 *sect.* 2. §. *Secunda opinio.* Item merita Christi in omni tempore, & lege fuerunt eiusdem valoris, cũ in nullo tempore essent minus sufficientia. *Ibidem.* §. *Et confirmatur.*

2 Christus nõ dicitur in Scriptura baptizare, quia propriis manibus baptizasset, sed quia eius nomine discipuli baptizabant, vt ministri Christi Auctoris Baptismi; & ita omnes qui baptizant, id faciunt, vt ministri eius, & ex virtute illius, vt Paulus exposuit. 1. *ad Corinth.* 3. *Tom.* 3. *disp.* 19. *sect.* 1. §. *Dico primò.* 1. Cor. 3.

3 In Christi Baptismo, descensu columbæ, cæli apertione, effectus Baptismi nostri significatur. Audi *Hieron. Matth.* 3. dicentem sic. *Per descensionem columbæ Spiritus Sancti, in lauacro credentium monstrauit aduentũ.* Et *Augustinus lib.* 3. *de Mirab. sacræ Scripturæ cap.* 5 *dixit. Apparuisse columbam, & cælum apertum fuisse, vt Baptismi Sacramentum quid valeat ostẽderetur. Tom.* 3. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Deinde in eodem.* Damasc. lib. 4. de fide c. 10. Greg. Nazianzen. orat. 40.

4 Aqua, quæ miraculosè de Christi latere manauit, vera, ac naturalis fuit, quod est de fide. Ratio est: quia contrariũ affirmare, est contra vim verborum Euangelij, & communem Sanctorum intelligẽtiam: item illa aqua non pertinebat ad veritatem, & substantiã Corporis Christi: aqua enim elementaris non est de ratione corporis humani, & sic non manet modo in corpore glorioso, cũ omnes Sancti

docent, miraculosè manasse de Corpore Christi. *Tom. 3. disp. 45 sect. 4 §. Prima sententia dixit.*

5 Christus, vt probabile est totum suum sanguinem in Passione effudit, cuius testes sunt, aquâ, & sanguinis, quæ de latere eius fluxerunt. *Tom. 3. disp. 11. sect. 3. §. Dico secundo.* At verò Christus Dominus plus sanguinis habet modo in corpore glorioso, quam habuit in nocte Cænæ in corpore passibili: quia licet non requiratur per modum alimenti, tamen corpus gloriosum, est purius ab omnibus excrementis, & loca illa, quæ excrementa occupabant, plena sunt sanguine, & purissimis humoribus. *Ibidem loco citato.*

Supponit. 6 Passio Christi diuersò modo per sacrificium, quam per Sacramentum significatur. Ratio est: quia per sacrificium significatur, vt fuit oblatio quædam placans Deum, eiq. summum honorem exhibens, per Sacramentum verò significatur, vt applicatur nobis per sanctificationē aliquam ab illa manantem. *Tom. 3. disp. 1. sect. 1. §. Dubitatio verò.*

7 Christus Dominus verè multoties apparuit post Ascentionem in terra per veram, ac realem, sensibilem præsentiam, vt multi existimant, & propriū locum in cælo non deseruit, vt est probabile, de quo vide. *Tom. 2. disp. 51. sect. 4. §. & tom. 3. disp. 48. sect. 4. § Quarto principaliter.*

8 Sacrificium Christi cruentū, licet in Passione fuit inchoatum, tamen essentialiter mortē requisiuit, ita, vt si mors nō fuisset reuera subsecuta, sacrificium non fuisset essentialiter perfectum; nec consumasset redemptionem nostram suppositā Dei institutione, & reuelatione, sicut etiam iacto fundamēto, & erecto pariete, aliquid factum manet, quāuis ædificatio non vlterius progrediatur, nemo tamen dicit iam esse domum essentialiter factam sed inchoatam; sic etiā in sacrificio cruento Christi si post flagella, & clauorum etiam infixionem, mors non fuisset secuta: quia reuera mansisset sanguis effusus, & corpus vulneribus affectum, & quodam speciali modo sanctificatum, non tamen fuisset sacrificium essentialiter perfectum. *Tom. 3. disp. 75. sect. 6. §. Probari potest, & sequentibus.*

9 Quamuis Christus sit Sacerdos in æternum, vt visibiliter tamen offerat, vicarijs sacerdotibus, vt ministris, vti oportet. Ratio est: quia Christus Dominus iam nō est in statu in quo proxime, & per se ipsum possit sacrificium offerre, & ideo indiget ministris sacerdotibus, per quos offerat. *Tom. 3. disp. 74. sect. 1. §. Ad secundum principale.*

10 Christus à præsentia locali, vel sacramentali, vel naturali essentialiter non pendet. Ratio est: quia illa tantum extrinsecus

secus potest illi aduenire, per diuinam potentiam, & efficaciam, hæc verò licèt ex naturali intrinsecus illi conueniat, nõ tamẽ vt intrinseca causa eius neque vt terminus alicuius habitudinis essentialis, & intrinseca, sed vt proprietas, & effectus manans ab ipsa media quantitate. *To. 3. dis. 49. sect. 2. §. Dico primò.*

§. II.

Christus quoad præsentiam in Eucharistia.

1 PRæsentia Corporis Christi, & sanguinis, verè realiter & substantialiter, sub speciebus panis, & vini consecratis in Sacramento Euchar. cõtinetur, est de fide ex vniuersali Ecclesiæ cõsensu, & diffinitione, vt cõstat, *ex 7. Synodo, act. 6. Tom. 3. in fine. Conc. Turonens. Remens. Roman. Conc. Cõstant. sect. 8. & 15. Lateran. Vienens. Florẽt. sub decreto. Eugen. cap. formaliter de sum. Trinit.* Denique, *ex Conc. Trid sess. 3. c. 1.* cuius verba audiatẽte. *Principio docet sancta Synodus, & apertè ac simpliciter profitetur, in almo sanctæ Eucharistiæ Sacramẽto, post panis, & vini consecrationem, Dominum nostrum Iesum Christum verũ Deum atq; hominem, verè realiter, ac substantialiter, sub specie illarum rerum sensibilium contineri, &c.* Vide plura alia, quæ referuntur, *de consecrat. dist. 2. & in decretalib. toto tit. de custodienda Eucharist. & tit. de celebrat. Miss.* Vbi inuenies insigne cap. cum Marthæ, multa denique affert Doct. noster, in sex sectionibus tam ex veteri, & nouo testamento, tam ex Patribus, quã ex traditione Ecclesiæ in confirmationem huius tam catholicæ veritatis, quæ omnia ergo maximo cum dolore cordis mei relinquo; ratione breuitatis; sunt enim, valde scitu digna, quæ facile videri possunt à christiano lectore, vt semper afferat ante oculos, veneratione, adorationem, reuerentiam, & puritatem conscientiæ requisitam, exhibẽdã tali Domino relicto in terris sub speciebus panis, & vini; qui cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, *Ioan. 13.* Vnde nobis est obligatio summè diligẽdi illum, vt ab illo diligi mereamur, & coheredes fieri gloriæ æternæ, cuius pignus est diuina Eucharistia, de qua loquimur dãtes vitam pro illo qui suam dedit pro nobis, vt mereri possimus vitam æternam, ad quam tendimus. *Tom. 3 disp. 46. sect. 1. §. Vsq. ad sectionem sextam.*

7. Synod. *Conc. Remense.* *Conc. Turonense.* *Conc. Roman.* *Conc. Cõstantiense.* *Conc. Vienense.* *Conc. Florentinum. cap. firmiter.* *Conc. Trident.*

2 Mysteriũ sacræ Eucharistiæ non potest sola ratione probari esse factũ, est enim supernaturale & pendẽs ex libera Dei voluntate, item non potest sola ratione naturali euidenter demõstrari esse possibile: quia nullum est principium naturale

Hæc conclusio certa est.

ex quo colligi possit euidenter tria miracula quæ continentur in illo. ſſ. accidentia manere sine subiecto esse corpus magnæquã titatis in minima quantitate, & quod Christus manens in cælo, simul sit in multis, & distantibus locis. Tamen potest demonstrari euidenter non esse impossibile, & esse euidenter credibile, quia credimus Deum esse omnipotentem, & aliunde non videmus in his operibus apertam contradictionem. Itẽ potest probari fuisse valde conueniens, ac hominum vtilitati maxime cõueniens, quia ad diuinã bonitatem pertinet, vt omnibus seſe cõmunicet: ergo, sicut fuit conueniens, vt solam diuinitatem suam humanæ naturæ communicaret, ita fuit conueniens humanitatem illam, & totũ illud beneficium, ac mysterium, alio admirabili modo in Verbo existat, & Verbũ in ipsa, ita, vt qui suscipit hoc Sacramentum singulari etiam modo in Christo maneat, & Christus in illo sicut ipse dixit, Ioan. 6. *Tom. 3. disp. 46 sect. 7. Per totam quem vide.*

3 Corpus Christi sit præsens in Sacramento Eucharistiæ finita consecrationẽ ante vsũm. Est de fide. Ratio est: quia constat ex verbis consecrationis; nam vt recte ponderauit Conc. Trid. priusquã Apostoli Eucharistiam de manu Domini suscipissent, ipse dixit: *Hoc est Corpus meum*, quod permanet sub speciebus, durat post absolutum sacrificium, vt diffinitur in *Conc. Trid. can. 4. & 6.* Et constat ex praxi, & traditione Ecclesiæ; & consuetudine obseruandi hostiam consecratam in Ecclesia, tum propter consolationem fideliũ, tum adorationẽ, tum maxime, vt subueniatur infirmis, de quo vide *Conc. Nic. c. 12. & 13. & c. Presbyter, & c. Qui bene de consecrat. dist. 2. & Conc. Later. sub Innocent. 3. c. 19. & 20.* Et constat ex toto tit. de diligentia exhibenda in custodia Eucharistiæ in decretalibus. *Tom. 3. disp. 46. sect. 8. §. Dicendum vero.*

Conc. Trid Cõc. Nice. c. Presby. cap. Qui bene. Cõc. Lateranẽ.

4 Præsentia realis Corporis Christi tandiu conseruatur sub speciebus, quamdiu species illæ, ita permanent, vt sub eis possit substantia panis, & vini conseruari. Ratio est: quia nec conseruantur, nec habent rationem Sacramenti, nisi species panis, & vini, quod verò Christus sit ibi quamdiu ille durant probatur ex Verbo Christi: *Hoc est Corpus meum. Tom. 3. disp. 46. sect. 8. §. Dicendum est tertio.*

D. Thom. in 4. dist. 9 q. 4. art. 2. q. 1. & 3. p. q. 76. art. 6. & alij plures

5 Præsentia in Eucharistia, est vera res, seu modus realis in rerum natura existens, est communis Theologorum, ex sumitur ex verbis *Conc. Trid. sect. 13. cap. 1.* dicentis Christum esse sub speciebus, vere realiter, ac substantialiter. Item hæc præsentia realis, præter ipsam substantiam Corporis Christi dicit aliquid intrinsecem illam afficiens,

Theolog. in 4. dist. 10. & 11. & Scoto. dist. 11. q. 3. ar. 3.

afficiens. Ratio est: quia Corpus Christi esse præsens in hoc Sacramento, in primis requirit, vt substantia Corporis Christi ibi adsit, & contineatur quod per se notum est in fide, &c. *Tom. 3. disp. 47. sect. 1. §. Omissis opinionibus, & sequentibus.*

6 Hæc præsentia est aliquid ex natura rei distinctum à substantia Corporis Christi, & ab omnibus accidentibus, quæ in cælo habet. Ratio est: quia neq; ex vi substantiæ, neq; ex vi illorum accidentiũ, fit realiter præsens, aut indistans, à speciebus illis, immutatis manentibus secundum prẽsentiam realem, seu localem, quod tamen habet ex vi huius præsentiæ. Item non est realiter distincta omnino à Corpore Christi, sed solum modus eius. Ratio est: quia non est necessaria alia distinctio, imò nec intelligi potest rem fieri præsentem præsentia entitatiua per aliam rem à se distinctam, vt inductione facta in rebus omnibus facile videri potest, & ratio non est alia, nisi quia hæc præsentia est tam intima, & propria cuiusq; rei, vt maiorem distinctionẽ nõ patiatur. *To. 3. disp. 47 sect. 1. §. Dico tertio, & seqq.*

7 Hæc præsentia Christi non addit Corpori ipsius Christi modum aliquem substãtialem, qui ad prædicamentum substantiæ reuocari possit, est communis Scholasticorũ, omnes enim fatentur quidquid est in hoc Sacramento, præter substantiam Christi quod pertinet ad modũ existendi hic esse accidẽs in Corpore Christi, nec est proprie relatio prædicamentalis, seu secundum esse, sed est modus realis Corporis Christi qui ad prædicamentum vbi reducitur; quia maximã proportionẽ habet cũ illo modo, quo res est alicubi. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Dicendum est primo, & seqq.*

Hugo Vict. lib. 2. de Sacram. p. 8. cap. 11. Bonauent. di. 11. art. 1. q. 2.

D. Tho. in 4. dist. 10. q. 1. ar. 3. q. 1. ad 1.

8 Esse sacramentale Corporis Christi in Sacramen. Eucha. præter hanc præsentiam cõnotat habitudinem aliquã ad species, sub quibus continetur. Ratio est: quia quãdo sub speciebus mutat locum, vel circunfertur, reuera mutat intrinsecũ modum præsentiæ, quia alibi est, quam antea, & substantialiter replet diuersum spatium, & mutat relationes propinquitatis, & distantiæ sine mutatione terminorum, & tamen non censetur simpliciter mutare esse sacramẽtale; quia retinet habitudinem ad eandẽ species; sicut enim manet idem Sacramẽtum, & ex vi eiusdem consecrationis, ita, & idem esse sacramẽtale, ergo signum est hoc esse sacramẽtale nõ consistere in solo illo modo intrinseco, sed quasi formaliter cõnotare talem habitudinẽ ad has species. *Tom. 3. disp. 47. sect. 2. §. Dico tandem vltimo.*

9 Præsentia sacramẽtalis nõ pendet à naturali dependentia intrinseca, seu formali, & essen-

tiali. Rat. est: quia nullam habet habitudinem intrinsecâ ad illâ, sed est respectu illius omnino absoluta. Tamè pendet essentialiter ab existētia naturali Corporis Christi, seu naturali entitate illius tāquam à subiecto, quod modificat: quia præsentia est modus rei præsentis, id autem, quod est modus tātum alicuius rei, non potest esse sine re, quam modificat cum nō sit res per se distincta secum ferēs propriam entitatem, vnde non potest intelligi figura, sine re figurata, nec sessio sine sedente, &c. Tandem quāuis, præsentia sacramentalis Corporis Christi in Eucharistia ex natura rei non pendeat à naturali modo existendi alibi, tamen nūc de facto probabile est aliquo modo pendere ab illo in genere causæ efficientis: quia cum hæc præsentia sit supernaturalis, ex natura sua non habet aliā causam à qua pendeat præter solum Deum. At verò sicut Deus potest res aliàs efficere per instrumenta creata, ita etiā potest efficere hanc præsentiam per huiusmodi instrumentum, quia nulla datur specialis repugnantia, quod intellige non ex necessitate intrinseca, sed ex Dei arbitrio volētis vti hoc instrumento ad talem præsentiam efficiendam. *Tom. 3. disp. 48. sect. 2. §. Dico primò, & seqq.*

10 Licet Christus amitteret omnem præsentiam naturalem, probabile est, nō amissurum sacramentalem. Tamen de facto probabilius est oppositum. *Tom. 3. disp. 48. sect. 2. §. sed quæret tandem.* Itē sine nouo miraculo præsentiæ sacramentales multiplicā tur (licet oppositū sit probabile) in eodem corpore existente sacramentaliter in ordine ad diuersa spatia. *Ibidē sect. 3. §. In secunda comparatione, & seq.* Item non est diffinitiuè in loco ex vi huius præsentiæ, licet sit in spatio finito. Ratio est: quia ideo Deus non diffinitur loco, quia eius immensitas nullis terminis clauditur, nec adequatè, quia nō habet adæquatum terminū, nec inadæquates, quia numquam talis præsentia est pars. Item nec circūscriptiuè dicitur esse in loco, non enim est necessarium, vt sub his mēbris. ff. diffinitiuè, aut circūscriptiuè omnes modi essendi contineantur: vt patet in Deo, qui neutro illorum modorum in loco est, sed immense. Est ergo hæc præsentia altioris ordinis, & non mensuratur ex capacitate naturali creaturæ, sed ex obedientiali sub omnipotentia Dei, & ideo non habet speciale nomen impositum, dicitur ergo hic modus essendi in loco sacramentaliter. *Tom. 3. disp. 48. sect. 3 §. Vltimo ex dictis.*

11 Præsentia naturalis, & sacramentalis non possunt simul conuenire Christo naturaliter. Ratio est: quia hoc non potest esse connaturale ex parte subiecti: tum, quia illud non est natura

tura sua capax præsentiæ sacramentalis solius: ergò nec illius simul cum locali: tum quia hoc ipso q; Corpus finitum sit, præter naturam eius est, vt sit realiter præsens extra locum sibi adęquatum. Item nec potest esse connaturale ex parte præsentiæ quantitatiuæ, tum quia ratione illius fit, vt corpus, circumscribatur loco, & consequenter naturaliter non sit extra illum: tũ quia actualis extensio in loco ex natura rei cũ diuisibilitate pugnat. Nec deniq; potest hoc esse connaturale ex parte præsentiæ sacramẽtalis, tum quia cum hic modus includat extẽsionem in ordine ad locum, natura sua videtur pugnare cum alio modo, tum etiam cum faciat subiectũ præsens in spatio distincto, videtur etiam hoc ipso pugnare cum alia adæquata præsentia, etiãsi distinctæ rationis sit. *To. 3. disp. 48. sect. 3. §. Atque hinc fere constat.*

12 Potuit Deus facere verè, & realiter præsentem Christum intra panem, conseruata, imò & immutata, manente substantia panis. Est communis sententia Theologorum *in 4. d. 10.* Item potuit Deus dare hanc præsentiam Corpori Christi omnino eiusdem rationis cum illa, quam nunc habet, & cum omnibus intrinsecis conditionibus eius, id est, vt illam haberet, non amittẽdo eam, quam habet in cælo, & vt per eam esset totus in toto, & totus in qualibet parte panis, & cum intima, & inseparabili distantia ab ipso, ablata ea solum actione, qua accidentia separãtur à subiecto, vel etiã cum illa, si Deus vellet simul conseruare præsentem substantiã panis, non vnitam accidentibus: etiam est communis sententia. Ratio est: quia nulla intercedit contradictio, nec ratione Corporis Christi, & substãtiæ panis, nec ratione modi, seu actionis, vel mutationis per quam habet hic constitui Corpus Christi, vt discurrẽti patebit. *Tom. 3. disp. 49. sect. 1. §. Dico tamen primò, & seq.*

Scot. in 4. d. 10. q. 1. §. Quantũ ad istud, et d. 11. q. 3. Durand. q. 1. Sot. d. 9. q. 2. art. 2. Ledesma q. 16. ar. 2 & aly.

13 Potuit Christus fieri substantialiter præsens intra panẽ, per actionem substantialem, per se primò terminatam ad substãtiam Corporis Christi per modum creationis, vel cõseruationis ad quam talis præsentia cõsequatur. Probatur, ná si Christi Corpus alibi nõ existeret, posset creari à Deo cũ noua præsentia locali, absq. alterius rei decisione: ergò etiam posset creari hic intra substãtiam panis cum hac præsentia sacramentali, absque decisione substãtiæ panis: quia neq. ex parte termini à quo, neque ex parte termini ad quem, neq; ex formali repugnãtia substantiarũ esset contradictio: ergo etiamsi Corpus Christi alibi existat, poterit per simile genus actionis fieri præsens intra substantiam panis. *Tom. 3. disp. 49. sect. 1. §. Dico ergò tertio.*

14 Potuit de potentia Dei absoluta, fieri præsens Corpus Christi in hoc Sacramẽto cõsernata substantia panis, per actionem, seu per mutationem accidentalem. ſſ. per actionẽ adductiuam, seu mutatiuã quasi localem, id est, per quem tantum acquiratur illa præsẽtia realis, per quam Christus dicitur esse hic. Ostenditur: quia hæc præsentia realis, quã habet Corpus Christi in hoc Sacramẽto, est modus realis, & accidentalis ipsius corporis, habens similitudinem, seu proportionẽ, cum Vbi: sed hic modus est per se primò producibilis, per actionem per se, & formaliter ad ipsum terminatã, vt constat à simili de motu locali, & eius termino: ergò potuisset à principio hic constitui per similem mutationẽ non excludendo substantiã panis: quia cum illa non habet necessariam ac formalem repugnãtiam. *To. 3. disp. 49. sect. 1. §. Dico secundo.* Tamẽ illa mutatio, seu actio per quam efficeretur Corpus Christi præsens, de potẽtia absoluta, sub accidentibus panis; conseruata simul substantia panis, non esset transubstantiatio, nec conuersio: quia ex termino positiuo destructo non fieret: nihilominus esset eiusdẽ rationis, quoad totam rationem suam, cum hac actione, quæ nunc fit circa Corpus Christi, quia ad eundẽ terminum eodẽ modo, & ex eodẽ termino à quo priuatio tenderet. *Ibid. dis. 50 se. 8. §. Tertio infertur*

15 Relatio præsentiæ, quam Christi Corpus habet, nõ fundatur in conuersione, sed in modo existẽdi, per conuersionẽ acquisito: vt supponit noster Doctor. *To. 3. dis. 49. sec. 1. §. Ad tertium Ferrarienſis.* Item præsentia sacramentalis non addit modum supra præsentiã naturalẽ, id est, supra Corpus Christi existens in propria specie, hoc enim significat supponere illum modũ existẽdi in propria specie, & addere alium, quod est falsum, vt ostendit noster Doctor. Tamen addit modũ circa Corpus Christi existens vt sic: sicut etiã præsentia naturalis, addit modum supra Corpus Christi existens, solumq; differunt, quod hic modus est naturalis, ille vero supra naturam. *Ibid. disp. 48. sect. 2. §. Atq. hinc satis concluditur.*

16 Hoc mysteriũ Eucharistię potuerat perfici à Deo, priusquã Christi Corpus in propria specie existẽs conciperetur, aut incarnaretur. Ratio est: quia potest Corp^s Christi existere sacramẽtaliter, etiãsi nullibi existat naturaliter: ergò potuit primo produci, & vniri verbo sub specieb^s sacramentalibus, etiamsi antea nullo modo existeret: quia eadẽ est ratio de prima productione, & de quacunque existentia, siue consecratione. *Tom. 3. disp. 48. se. 2. §. Atq; hinc satis cõcludi:....*

17 Præsentia sacramentalis Christi non est incompossibilis

in

in eodem loco, vel spatio cum naturali præsentia alterius corporis quāti. Ratio est: quia per illam ita fit Christus præsens, vbi fuerat substātia panis, & vini, vt ab illo loco non excludat totam panis, & vini quantitatē, sed relinquat eam cum eadem extensione, & loci ocupatione, quam antea habebat, quod non accidit in corpore quanto naturaliter existente, quia quando vnum corpus ingreditur aliquē locum inde expellit corpus ibi præexistens, neque possunt naturaliter sibi penetrare. *Tom. 20. disp. 48. sect. 1. §. Differunt autē hæ præsentiæ.*

18 Per præsentiam naturalem corpus extenditur in ordine ad locum, ita vt totum sit in toto, & pars, in parte. Ratio est: quia sicut totum corpus excludit totum aliud corpus ab eodē loco, ita pars corporis, excludit à suo partiali loco aliam eiusdē corporis partem, quia etiam earum quantitates partiales penetrari non possunt, sicut duo corpora totalia. Tamen per sacramētalē præsentiā, ita fit præsens Corpus Christi, vt nullam recipiat extensionem, aut comensurationem in ordine ad quantitatem panis, vel alterius corporis, cui fit præsens: supponimus enim ex fide Christum esse totū sub speciebus panis, & vini, & sub singulis partibus earū, vnde fit partes Corporis Christi sic præsentes non se excludere mutuo ab eodem spatio, quia vbi vna est, ibi sunt omnes aliæ, & consequenter sit non habere eas extensionē in ordine ad locum, aut spatium, cui sunt præsentes. *Tom. 3. disp. 48. sect. 1. §. Secundo differunt.*

19 Præsentia naturalis ex parte subiecti, & spatij est diuisibilis, v. g. ex parte subiecti, quia partialiter vna est præsentia manus, alia pedis, alia capitis, &c. Et ratione spatij veri, aut imaginarij, cui fit præsens; quia singulæ partes sunt in diuersis partibus spatij: at vero præsentia sacramētalis Corporis Christi, quāuis ex parte subiecti habeat quandam diuisibilitatem, & extensionem: quia est tali subiecto proportionata, quia in rigore, & de potentia absoluta potest manere vna pars sine alia; tamen ratione spatij non est intrinsece diuisibilis, quia præsentia totius corporis, & omnium partium eius, non habet necessariam habitudinem ad diuersas partes spatij, neq. ad spatium diuisibile; quia vbi per hāc præsentiam constituitur vna pars corporis, ibi ponitur totū corpus, quia in ordine ad spatium non pars est extra partem; sed omnes esse possunt indiuisibiles. *Tom. 3. dis. 48. sect. 1. §. Atque hinc oritur.*

20 Præsentia Sacramentalis Corporis Christi in Eucharistia est modus quidam super naturalis, & essentialiter, & specifice

diuersus à modo præsentiæ, quē quantitas habet in loco quādo illud replet, & occupat modo sibi connaturali, sumitur hæc cō clusio excōmuni doctrina Theo log. *in* 4. *dist.* 10. docentium quantitatem Corporis Christi priuari in hoc Sacramento, extensione in ordine ad locū, quæ extensio, nihil aliud est quāpræsentia naturalis illius propria, & quantitatiua; at verò præsen tia sacramentalis est, quædam participatio præsentiæ localis, quam habent spirituales substātiæ in locis suis, licèt nō sint eiusdem, sed diuersæ rationis: differunt enim ex parte subiectorū, quibus accōmodantur. Item est supernaturalis, nec vlli corpori, aut quantitati connaturalis esse potest, cum ex natura sua præsentia sacramentalis excludat quātitatiuā, seu naturalem præsentiam quantitatis, quia impedit omnem extensionē in ordine ad locum. *To.* 3. *disp.* 48. *sect.* 1 §. *Nihilominus dicendum, & seqq.*

21 Præsentia Christi in Sacramento Eucharistiæ, nullo sensu etiam interiori apprehendi potest, sed solū fingi aliquo modo quantitatiuo, & extenso, quod simplicitèr affirmādum est, nec continetur vllo modo sub subiecto sensibili proprio, vel communi: nō enim præsentia, vt sic, sed talis, idest, extensa, & quantitatiua, est vnum ex sensibilibus cōmunibus obiecti visibilis. *To.* 3. *dis.* 53. *se.* 4. §. *Superest probāda.*

22 Præsentia Sacramentalis Corporis Christi in Eucharistia, nō est propriè localis. Ratio est: quia Christus in hoc Sacramento, non habet intrinsecum vbi physicum, nec extrinsecum locum ambientem. Tamen quodammodo potest dici localis, si per localem præsentiam intelligamus quamlibet realem, & substantialem præsentiam ratione cuius res hic adest, potius quam alibi, quia huiusmodi denominatio, nō connotat aliquē modum physicum, seu quantitatiuum occupandi spatium, sed modum substantialem, aut entitatiuum, ratione cuius fit, vt spatium illud, cui res dicitur esse præsens, non sit omnino vacuū, sed tali re, vel substantia plenū. Et hoc modo loquimur Patres dicētes, ratione illius esse Christum hic, & esse potius in hoc loco, quam in alio. *Tom.* 3. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Tertio ex dictis.*

§. III.

Christus, quoad diuinitatem Verbum, & vnionem Hypostaticā in Eucharistia.

1 VErbum diuinū, & vnio Hypostatica in Sacramento Eucharistiæ speciali modo existūt per concomitantiam; licet potuerint esse ex vi aliquorum verborum. Quoad verbum diuinum pro-

Cõc. Trid. probatur *ex Cõc. Tri. sess 13. can. 1.* Diffiniente esse hic, ss. in Sacramento Eucharistiæ Corpus, & Sanguinem Christi vna cũ Anima, & diuinitate, vnde certum est Corpus Christi esse in hoc Sacramento vnitum Verbo, seu quod, idem est, esse hic non tantum substantiam Gorporis, & Sanguinis, sed etiam vnionẽ Hypostaticam, quam ad Verbum habet: quia caro Christi est realiter, & inseparabiliter vnita Verbo. Tamen quod Verbũ diuinum, & vnio Hypostatica existant per concomitantiam probatur. Primo de vnione: quia verba quibus de facto Christus consecrauit nõ significant vnionem ad Verbum. Secundo probatur de Verbo diuino: quia Verba non possunt ex vi sua efficere, vt Verbum incipiat nouo modo esse sub speciebus, ex parte ipsius Verbi; vnde ex vi verborum non est ibi diuina persona: quia verba hoc non significant: dixi (licèt potuerint) quia non est impossibile illam vnionem fieri ex vi verborum. Vt si Christus voluisset cõsecrare per hæc Verba. Hoc est Corpus Verbo Dei vnitũ. *Tom. 3. dis. 51. sect. 6. §. Hæc quæstio, & sequent.*

2 Natura diuina, prout significat propriè naturam diuinam ratione distinctam, à Verbo est *Cõc. Trid.* speciali modo in hoc Sacramẽto, vt est certum ex diffinitione Conc. Trident. dicens diuinitatem hic esse ratione admirabilis vnionis, inter ipsam, & humanitatem, sed tamen per concomitantiam, & non ex vi verborum, mediatam secundum rationem ad eum modum, quo vnio hipostatica dicitur terminata immediatè ad subsistentiã relatiuã, & consequenter ad naturam absolutã. *Tom. 3. disp. 51. sect. 6. §. Tertio ex dictis.*

3 Per communicationẽ idiomatum, Verbum cõsecrari dici potest, & panis in Verbum conuerti; sicut & Christũ, quæ locutiones sunt à Patribus vsitatæ, sicut enim Christ⁹ dicitur Deus cõceptus ex Virgine: quia corpus, seu humanitas, eodẽ instãti, quod ex Virgine, pro creata fuerant, assumpta sunt à Verbo diuino, quãquã actione distincta; ita dici potest Verbũ in hoc Sacramento consecrari: quia caro Christi, quæ hic cõficitur, nõ terminat actionẽ verborũ, vt in se subsistẽs, sed in Verbo, nam eodem instanti, in quo incipit esse sub speciebus, incipit esse vnita Verbo. *Tom. 3. disp. 51. sect. 6. §. Secundo potest obiter.*

4 Verbum diuinum, & vnio hypostatica cõstituuntur in hoc Sacramẽto per actionem diuersam ab illa actione, qua hic fit substãtia corporis, vel sãguinis: quia sicut actio creatiua animæ, seu humanitas, secundum substãtiam supponitur actioni vnitiuæ, quia substantia ipsa supponitur vnioni, ita actio cõuersiua, quæ est ad substãtiam corporis, & san-

& Sanguinis, distincta est ab actione, qua fit vnio eorum in Sacramento, nam etiam hic substantia supponitur vnioni, & nō necessario ex illa resultat, & ideò necessaria est actio specialis. *Tom. 3. disp. 51. sect. 6. §. Ex his autem duobus.*

§. IIII.

Christus, quoad formā substantialem, & animam in Eucharistia.

1 IN Sacramento Eucharistiæ est forma substantialis, & non solum materia ex vi verborum: Probatur ex propria significatione verborum: Corpus enim substantiale, non est sola materia, sed cōpositum aliquo modo ex materia, & forma. Itē quia in hoc Sacramēto fit propria transubstantiatio, ergò ex vi verborum nō terminatur ad solam materiam, sed ad compositum substātiale, ergo non sola materia, sed tale compositum est hic ex vi verborum. *Tom. 3. disp. 51. sect. 4. §. Prima sit.*

2 Anima, vt anima est, non est in hoc Sacramento Eucharistiæ definitè ac determinatè ex vi verborum: hæc conclusio videtur certior, quam præcedens: nam. *Conc. Trid. sess. 13. c. 3.* Disertè docet, animam esse sub vtraq; specie per concomitantiā, & satis probatur, quia Corpus Christi non est hic viuum ex vi verborum. *Tom. 3. dis. 51. sect. 4. §. Secunda conclusio.*

Cōc. Trid.

3 Quæcunque sit hæc forma Corporis Christi quæ in hoc Sacramento ponitur, fit, seu adducitur ex efficacia verborum, a quibus fit vna completa actio conuersiua, quæ complete determinatur ad Corpus Christi constans ex materia, & tali forma. Ratio est: quia hic est forma substantialis ex vi verborum: ergò sit per Sacramentum per efficaciam, & actionem verborū: quia verba Sacramentorum efficiūt, quod significant. *Tom. 3. dis. 51. sect. 4. §. Quartum argumentum.*

§. V.

Christus, quoad Corpus, & Sanguinem in Eucharistia.

1 EVcharistia non solū species Sacramentales, sed compositum ex corpore, & speciebus, seu Corpus Domini sub speciebus contentum, atque adeò Corpus, & Sanguis Christi intrinsecè, & in recto pertinēt ad constitutionem huius Sacramenti. Est sententia satis cōmunis, probatur ex multis auctoritatibus, & testimoniis antiquorum Patruum, & Doctorum, & ex *c. Hoc est: de consecra. distinct. 2.* Et Ratio est: quia ex corpore, & speciebus fit aliquo modo

D. Tho. in 4. d. 8. q. 1 ar. 1. q. ad 2. Bon. in expost lit teræ. Caiet. 3. p. q. 75. ar. 1

modo vnum: ergò fit vnum Sacramentum. *Tom. 3. diſp. 42. ſect. 3. §. Dicendum verò eſt, & ſeq.*

2 Corpus Chriſti in hoc Sacramẽto Euchariſtię, licèt reuera, quantum ſit, & in ſe ita diſpoſitum, vt ſuæ naturæ relictum, locum eſſet occupaturum: diuina tamen virtute impeditur, ne modo ſibi connaturali, & extenſo, ſed indiuiſibiliter ſpatium repleat. Ratio eſt: quia actu occupare locum eſt quid diſtinctum ab eſſe quantũ: vnde & ab Ariſtotele in diuerſis prædicamentis conſtituuntur: & illud prius mutari poteſt, altero immutato manẽte, quoad intrinſecum eſſe quantitatis. Item quia licèt directè demonſtrari non poſsit, cum ſit valde ſupernaturale myſterium, tamen ſatis eſt, quod non demonſtretur impoſsibilitas. *Tom. 3. diſp. 48. ſect. 1. §. Argumenta ergo facta.*

3 Corpus Chriſti poteſt conſeruari in Euchariſtia, etſi alibi omnino eſſe deſinat. Ratio eſt: quia vt exiſtens Sacramentaliter, non pendet à ſe ipſo, vt exiſtente in cælo. Patet etiam nam Chriſtus nunc exiſtens in Sacramento, & in cælo, deſinit eſſe in Sacramento, quin deſinat in cælo, & exiſtens in multis hoſtijs, deſinit in vna, quin deſinat in alia. *Tom. 3. diſp. 48. ſect. 2. §. Secundò infertur.*

4 Corpus Chriſti Domini ex vi verborum eſt ſub ſpeciebus panis. Concluſio eſt de fide diffinita *in Concil. Trid. ſeſſ. 13. can. 1. & 3.* Et ab omnibus catholicis recepta. Ratio eſt: quia Verba formæ, qua conſecratur panis, nihil aliud immediatus ſignificant, vel ad ſuam veritatem requirunt. *Tom. 3. diſp. 51. ſect. 3. §. Hac explicata diſtinctione.* *Cõc. Trid.*

5 Corpus Chriſti ſemper eſt idem numero, & ſpecie, quãtum eſt ex parte materiæ quantitatis, & ſuppoſiti, licèt in omni rigore phyſico, alius dici poſsit ratione formę, ſi habeat diuerſam. *Tom. 3. diſp. 51. ſect. 4. §. Tertiò petitur.* Item licet admittatur Corpus Chriſti ex vi verborum conſtitui ſubſiſtens, non tamen ſubſiſtentia creata, aut increata. *Ibidem ſect. 6. §. Supereſt explicemus.* Tamen etiam eſt probabile ex vi verborum non conſtitui ſubſiſtens. *Ibidem. §. Ad primam autem rationem.*

6 Per ſolam actionem, qua Chriſti Corpus cõſeruatur in cælo, poteſt conſeruari in Euchariſtia præſens. Ratio eſt: quia quando modus exiſtendi ipſius rei factæ, non eſt de intrinſeca ratione actionis, ſeu dependentiæ illius rei, à ſua cauſa efficiẽte, ſed aliquid omnino poſterius, quamquam ille modus exiſtẽdi varietur, & ablato modo naturali, tribuatur rei modus ſupernaturali, non propterea erit neceſſaria actio diuerſa terminata ad exiſtentiam rei, ſed ſatis erit adiungere actionem, qua ſupernaturalis modus fiat, & impe-

diatur

diatur naturalis, vt videtur fieri in mysterio Incarnationis, & eadem est ratio in præsenti cũ modus præsentiæ non sit de intrinseca ratione actionis magis quã termini, & sit proprietas accidẽ talis consequens licèt contrariũ probabiliter etiam suaderi possit. De quo. *Tom. 3. disp. 50. sect. 4 §. Secundo posset probabiliter.*

7 Sanguis non est pars corporis prout est in hostia ex vi verborũ. Ratio est: quia sanguinis solius corporis viui pars est: hic autẽ nõ est viuum ex vi verborum ergo. Idem dicendũ est de aliis humoribus, & de spiritibus vitalibus: hæc enim sub neutra specie sunt ex vi verborum, quia non sunt partes corporis, vt sic. *To. 3. disp 51. se. 3. §. Dico tertio.*

Magist. in 4. dist. 10. D. Thõ. 3. p. q. 76. Alens. p. q 38. mẽbr. S. Bonau. d. 11. ar. 1 q. 4. Marsi. q. 8. ar. 2.

8 Sanguis Christi Domini est sub speciebus vini ex vi verborum. Est de fide conclusio, diffinita. *in Cõc. Trid. sess. 13. can. 1. & 3.* Et ab omnibus recepta. Non solũ sanguis in passione effusus, sed totus, quẽ habebat Christus noctæ Cœnæ, & qui nunc est in corpore glorioso. Ratio est: quia essentialia verba formę sunt hęc (*Hic est sanguis meus*, & Concil. Trid. absolutè docuit Sanguinẽ Christi fuisse in calice ex vi verborum: hæc autem indefinita significatio æquiualet vniuersali, nec est verisimile Christum intentione sua potius vnam partem sanguinis assignasse, quam aliam, cum verba totum significent. An autem hic sanguis sit ex vi verborum, per modum vnius continui sub speciebus vini? Duplex est opinio, vtraque probabilis. Tamen affirmatiua præfertur à nostro Doctore: nam hic sanguis per modum vnius sine dubio per formam significatur, atque ita etiam conficitur. *Tom. 3. disp. 51. sect. 3. §. Dico secundò, & sequenti.*

Conc. Trid

9 Forma sanguinis, solum ponitur ex vi verborũ sub speciebus vini, vt dat esse sanguinis. De quo vide *Tom. 3. disp. 51. sect. 4. §. Secundò ex prædictis.* Item corpus sub speciebus vini, & sanguis sub speciebus panis, est tantum per concomitantiã, est de fide, vt constat *ex Concil. Trident. sess. 13. can. 1. & 3. Ibidem sect. 3. §. Dico tertio, & sequenti.* Quod totum fit, vt probabilius existimat noster Doctor, per efficientiam ipsorum verborum, & per actionem trã-subst antiatiuã, nam licet ex vi verborum, quibus consecratur corpus, absolutè loquendo non sit necessarius sanguis, tamen quando in re ipsa necessarium est corpus, quod fit per verba, esse animatum, & viuens iuxta Christi institutionem, ex eodẽ habent verba efficientiam ad efficiẽdum quidquid est de necessitate corporis animati, & viui. *Ibidem sect. 4. §. Tertio iuxta principia.*

Conc. Trid

10 Qũando panis conuertitur in Corpus Christi, & vinũ in sanguinem, ita totũ conuertitur

in

in totum, vt materia conuertatur in materiam, & forma in formam. Ratio est: quia totum non conuertitur in partem, nec pars in totum, & pars in partem, ergo materia in materiam, & forma in formã. *Tom.4 disp.51.sect.4.§. Vltimò expeditur obiter.*

§. VI.

Christus, quoad Carnem in Eucharistia.

1 CAro Christi in Eucharistia habet præcipuam efficiẽtiam Sacramentalẽ. Ratio est, quia Caro Christi est instrumentum coniũctum diuinitati, & in hoc Sacramẽto adest præcipuè ad sanctificandos fideles, & per modum cibi hanc sanctificationem significat, cur ergò non efficiet? *Tom.3 disp.42.sect.3.§. Ad secundam rationem.* D. *Tho.* 3. *p.q.*73. *ar* 1. *ad* 1. *&* *q.* 27. *de verit. ar.*4

2 Caro Christi cõcurrit aliter in hoc Sacramento, quam in alijs. Ratio est: quia in hoc concurrit proximè, & immediatè, cum hic sit ipse Christus vere Sacramentatum, & non in aliis. Item quia in hoc Sacramento influit per modum causæ particularis in propria causa, & in alijs, vt causa vniuersalis in suo genere. Item in hoc Sacramento influxus eius pẽdet ab ipso, vt realiter hic præsente, in reliquis pendet ab ipso, vt existente in cælo. Denique quia, vt est probabile, cum aliis Sacramentis concurrit tantum per suam voluntatem: hic verò etiam per cõractum suæ carnis, & præciosissimi sanguinis. *Tom.3.disp.42 sect.3.§. Dices ergò non aliter.*

3 Caro Christi Domini est, ex vi verborum sub speciebus panis. Iuxta illud *Ioan. 6. Caro mea vere est cibus.* Item quia Sancti indifferenter dicunt, conuerti panem virtute verborum in Corpus, vel carnem Christi. Vnde est illud. *Ambros.4.de Sacrã. cap.4. De pane fit caro Christi. Tom.3.disp.51.sect.4.§. Hac explicata distinctione.* *Cyprian. serm. de Cæna Dñi.*

§. VII.

Christus, quoad substantiã, & partes in Euchar.

1 TOtus Christus, & tota eius substantia, cum omnibus, & singulis partibus, etiam ad ornatum pertinentibus, est in hoc Sacramento, & sub singulis speciebus eius. Est de fide colligiturq. est verbis Christi. Ioan. 6. *Ego sum panis viuus, &c.* & infra, *qui mãducat me, viuet propter me*; ergo sub speciebus panis totus Christus cõtinetur, & mãducatur. Item prob. *ex Conc. Constat. sess.13. et Basilien. sess.30. Florent. in decret. Eugenij, & Trid. sess.13 cap.3. & can.1. & 3.* Item denique patet. *ex cap. Qui manducat. cap. Singuli. cap. Vbi pars, cap.3* *Aug. serm 2. de verb Apostoli. Amb. lib. de Sacrã. c.3. Dion. cap.3. de Eccles. Hierarch.*

Innitat,

Inuitat, & aliis Distinct. 1. de consecrat. Tom. 3. disp. 51. sect. 1. §. Dicendum verò est.

2 Partes Corporis Christi, quãuis non distent loco, distant quantitate in Eucharistia. Prima pars probatur, quia omnes sunt indiuisibiliter præsentes eidem spatio, propter quod dixit Hilarius. *Vbi est pars, ibi est totũ. cap. Vbi pars, de consecrat. dist. 2.* Secũda pars probatur: quia partes Corporis Christi non æquè inter se distan, magis enim distat pes à capitè, quàm colum. *Tom. 3. dis. 48. sect. 1. §. Ad quartam de distantiam partium.*

c. Vbi pars de cõs. d. 2

3 Præputium Christi Domini, secundum probabiliorẽ sententiam, ex vi verborum ponitur nunc in Sacramento Eucharistię, seu materia eius. Ratio est: quia reuera pertinet ad integritatem illius corporis, & de substantia eius, & ita etiam in prima consecratione futurum erat, si tunc corpori non cesset, quia reuera clauditur sub perfecta corporis significatione. *Tom. 3. dis. 51. se. 3. §. Hac explicata distinctione.*

§. VIII.

Christus, quoad accidentia in Eucharistia.

1 CORpus Christi in Eucharistia habet ibi præsentẽ suã quãntitatem, qua afficitur, & vere quãtum ibi constituitur. Est communis

D. Tho. 3. p. q. 76. ar 4. & in 4. d. 10. q. 1. ar. 2. q. 3.

sententia Doctorum. Quæ conclusio licèt nõ sit de fide, tamen dicere contrarium erit temerariam quia est contra torrentẽ Doctorum. *Tom. 3. disp. 51. sect. 2. §. Dicendum ergò est, & seqq.*

Bonauent. art. 1. q. 2. Henrriq. quod lib. 1 quæst. 5.

2 Christus in hoc Sacramento habet figuram organicã, non localem, vel situalem, non enim habet in hoc Sacramento, positionem, seu figurã partium in ordine ad locum: quia licet in cælo stet, aut sedeat, in hoc Sacramento non habet eas figuras, seu positiones, quæ intrinsece depẽdent ab vbi physico, & quantitatiuo. At verò figura organica conuenit Christo in hoc Sacramento, quia pendet ex quãtitate secundum se, & ratione extensionis, ac compositionis, quam in se habet antequam intelligatur locum occupare. *To. 3. disp. 84. sect. 1. §. Ad secundam de figura.*

Vide Bon. in 4. d. 10 & Victor. in Summa n. 64.

3 Christus in hoc Sacramẽto habet omnes modos quantitatis, & omnes qualitates in dependentes à loco, & intrinsecas, ac connaturales corpori humano, ac membris eius: vt verbi gratia talis densitas, vel raritas, aut figura, &c. Item habet qualitates connaturales corpori humano in specie, & in tali indiuiduo, & non habet eas in abstracto, sed inconcreto, seu quoad realem vnionem, & informationem Corporis Christi, ita vt ei, prout existenti in Eucharistia, suos effectus formales

males conferant. Ratio concluſionis eſt: quia non datur organizatio vitalis ſine denſitate, raritate, & duritie, &c. *Tom. 3. diſp. 1. ſect. 2. §. Atque ex his probation.*

D. Thom. 3. p. q. 76. art. 4. & cū eo omnes, & in cōmuniter diſt. 10.

4 Quantitas, & accidentia humanitatis Chriſti in hoc Sacramento ſunt per concomitantiam, & non ex vi verborum. Ratio eſt: quia tranſubſtantiatio, quæ fit virtute verborum, non terminatur ad quantitatem, vel alia accidentia, ſed ad ſolā ſubſtantiam: ergo non ſunt hic virtute verborum, ſed ſola ſubſtantia: ſunt ergo per concomitantiam: quia quidquid hic adeſt, aut eſt ex vi verborum, aut per concomitātiam. *Tom. 3. diſp. 51. ſect. 5. §. Dicendū eſt igitur, & ſeq.*

5 Accidentia Corporis Chriſti in hoc Sacramento non poſſunt emittere ſpecies, vt videātur. Ratio eſt: quia hic non ſunt modo naturali, & quantitatiuo, & habent talem modum exiſtēdi, quia ſunt mediante ſubſtantia Corporis Chriſti. *Tom. 3. q. 76. ar. 7. in comment. §. In ſecunda vero ratione.*

6 Chriſtus in hoc Sacramento habet omnia accidentia ſpiritualia. Ratio eſt: quia nec locum occupant, neq; ab illo pendent, neq; ab extrinſeco agēte, ſed ab ipſa Chriſti anima, ad cuius perfectionem pertinēt, ac proinde illam comitantur, vbicunq; exiſtit. *To. 3. diſp. 51. ſect. 2 §. In præcedenti ſectione.*

§. IX.

Chriſtus quoad modum exiſtendi ſub ſpeciebus Euchariſtiæ.

1 PLurib' diſtinctis ſpeciebus per modum vnius conſecratis, totus Chriſtus ſub ſingulis manet. Ratio eſt: quia ſub ſingulis ſpeciebus actu diuiſis, eſt aliquid Corporis Chriſti, ergò eſt totus Chriſtus. Antecedens patet, quia omnes illæ ſpecies manent conſecratæ, vt de fide conſtat, & vſu Eccleſiæ, & facto Chriſti, & conſequētia probatur, quia præſētia Chriſti ſacramētalis corporis, ita eſt indiuiſibilis, vt ibi totum conſtituat, vbi partem. *Tom. 3. diſp. 52 ſect. 1. §. Secundo modo.*

2 Totus Chriſtus manet in ſingulis ſpeciebus diuiſa hoſtia poſt conſecrationem quod eſt de fide definitum, *in Conc. Trid. ſect. 13. can. 3.* dicente, ſub vnaquaq; ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſq; ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri; quod prius docuerat. *Conc. Floren. in decret. Eugenij. Tom. 3. diſp. 52. ſect. 1. §. Tertio modo.*

Vide Baſilij in epiſt. ad Cæſar. patritia Euſebium Emiſſen. homil. 3. diſt. paſt. bate.

3 Ante diuiſionem ſpecierum ſacramētaliū, totus Chriſtus eſt in tota quantitate, & totus ſub ſingulis partibus, quantūuis minimis, & eiuſdem quantitatis. Eſt communis Theologorum cui faciūt multa decreta ex di-

D. Thom. 3. p. q. 76. Henriq. quodli. 1. 1. quæſt. 5. Hugo Vic. lib. 2. de Sacr. p. 8. cap. 11.

ſtinct. 2. de conſecrat. vbi hæc veritas abſolutè docetur. Rat. eſt: quia poſt diuiſionem Chriſtus totus eſt, in ſingulis partibus, ergò ita erat ante diuiſionem, ſed licet diuiſio procedat in infinitum, ſemper totus Chriſtus erit in quibuſcunque partibus diuiſis: ergò ante diuiſionem etiam totus Chriſtus eſt in ſingulis partibus, quæ in infinitum diuidi poſſunt. Probatur vtraque conſequentia, quia ſola ſeparatio non mutat conſecrationem, nec conſtituit Corpus Chriſti, vel aliquam partem eius, vbi antea non erat. *Tom. 3. diſ. 52. ſect. 2. §. Dicendum verò eſt, & ſeqq.*

Capreol. in diſt. 10. q. 4. ar. 3. ad 2. ſect. Soto in 4. diſt. 49 q. 4. arti. 6. ad arg. Durandi.

4 Totus Chriſtus ſcilicet totum Corpus, & Sanguis intrinſece, ac realiter, eſt in omnibus terminis, & punctis, ſpecierum ſacramentalium, non quidē per ſe primò, & adæquate, ſed neceſſaria quadam conſecutione, declaratur exemplo Angeli, qui cũ præſens adeſt loco, totus in toto, & in qualibet parte continua quadam præſentia, neceſſe eſt, vt ſit etiam totus intrinſece præſens in ſingulis punctis illius ſpatij, ſeu loci continui, quia intelligi non poteſt præſentiam Angeli eſſe in ſe continuam, & vnitam, niſi ſimul modo reſpõdeat omnibus partibus, & terminis alterius extremi, ſic ergò in præſenti, non poteſt Corpus Chriſti eſſe continue præſens toti quantitati panis, niſi aliquid Corporis Chriſti ſit intrinſece, & realiter præſens omnibus terminis & punctis illius quantitatis; vbi autē eſt aliquid Corporis Chriſti, ibi totum corpus. *Tom. 3. diſ. 52. ſect. 3. §. Dicendum nihilominus, & ſequent.*

Vide D. Thom. in 4. diſt. 10. q. 1. art. 3 q. 3. ad 1.

5 Chriſtus ſemel eſt in actu ſub tota quantitate ſpecierum, in potentia autem infinitus in ſingulis partibus; nullum enim datur inconueniens: ſicut enim partes continui ſunt infinitæ, ita poſſunt eſſe, & præſentiæ partiales, vt patet etiã in anima, quatenus tota in qualibet parte corporis exiſtit, vocatur autem hæc infinitas in potentia, non quia Chriſtus totus nõ ſit reuera actu præſens ſingulis partibus, ſed quia partiales illæ præſentiæ licet ſint totales ex parte ſubiecti ſunt partiales ex parte ſpatij, & quantitatis panis, & actu ſunt inter ſe vnitæ, vnamque integram præſentiam componiũt. *Tom. 3. diſp. 52. ſect. 2. §. Ad fundamenta ergò.*

§. X.

Chriſtus, quoad vnionem cũ ſpeciebus Euchariſtiæ.

Capreolus in 4. diſt. 10. q. 1. ar 3. Ferrar. 4. contra gent. cap. 63. gloſ. ordinaria. 1 ad Corint. 11.

1 INter Corpus Chriſti, & ſpecies non intercedit formalis vnio, ſeu compoſitio phyſica, ex qua reſultet vnum phyſicũ compoſitum, tanquam ex duabus partibus, ſeu extremis vere componentibus. Ratio eſt: quia talis

talis vnio, nec accidentalis, eſſe poteſt, nec ſubſtantialis: ergò nulla; ſicut enim non eſt mediũ inter ſubſtantiam, & accidens, ita neque inter vnionem ſubſtãtialem: & accidentalem. *Tom. 4. diſp. 47. ſect. 3. §. Dico ergò primo.*

2 Probabile eſt inter Chriſtum, & ſpecies ſacramentales intercedere, reale vinculum per efficientiam, & quaſi attractionem vnius ad alterum: hoc enim eſt poſsibile, nam ſpecies conſecratæ effectiuè conſeruantur, ſine ſubiecto ſingulari, & ſupernaturali actione Dei, qua ſuplet ſubiecti defectum: ergò poteſt Deus hunc effectũ, ſeu actionem efficere per Chriſti Corpus tanquam per inſtrumentum, cũ conſtet ex materia de incarnatione Deum poſſe vti creatura, vt inſtrumento ad actionem ſupernaturalem, quod ita eſſe de facto probatur; nam ad veritatem fere omnium locutionum, quæ ſunt de hoc Sacramento, hæc vnio, & ſufficiens, & neceſſaria videtur. Primo enim dicitur Chriſti Corpus ſupplere vicem ſubſtantię panis, ſecluſa inhærentia, quod veriſsimum erit. ſi Chriſti Corpus effectiue ſuſtineat accidentia, quæ panis materialiter ſuſtinebat, & ſic de aliis locutionibus, vt facile cõſtabit diſcurrenti. *Tom. 3. diſp 47. ſect. 3. §. Dico ſecundo, & ſequentibus.*

Palatios in 4. diſt. dij. 1. poſt 2. concluſ. Guillel. Pariſienſ. tract. de Euch. §. 1. fol. 14.

§. XI.

Chriſtus, quoad mutationes ſub ſpeciebus Euchariſtiæ.

1 CHriſtus in Sacramento Euchariſtiæ nõ monetur per ſe, quia non eſt per ſe in loco; mouetur tamen per accidens, quia quando mutantur ſpecies localiter, mutatur etiam Corpus Chriſti, & quando corrumpuntur deſinit eſſe ibi Chriſtus, & quando per accidens mutatur, proprium recipit motum, & non tantum intrinſecam denominationẽ; quia mutari nõ eſt aliter denominari, ſeu aliter ſe habere, ſeu eſſe. *Tom. 3. q. 76. art. 6. §. De duplici genere in commentario.*

2 Chriſtus prout eſt in Sacramento Euchariſtiæ, de potentia abſoluta, poteſt per ſe localiter moueri à Deo; quia ſi Deus vellet diſpenſare in lege poſſet transferre Corpus Chriſti in aliũ locum relinquendo ibi ſpecies, vel conſtituẽdo Chriſti Corpus ſub aliis accidentibus, vel ſub nullis; quia in his nulla eſt cõtradictio, nec repugnantia, nec etiam inuenitur Theologus cõtradicens. *Tom. 3. diſp. 53. ſect. 1. §. Dico ſecundo.*

3 Chriſtus vt eſt in hoc Sacramento Euchariſtiæ, non poteſt naturaliter moueri localiter ab intrinſeco à propria ani-

ma, & interna virtute motiua naturali, neq; per se, neq. per accidens. Ratio est: quia non potest anima mouere corpus suū, nisi per membra organica, quibus non potest vti, vt in hoc Sacramento sunt, cum motus horum membrorum, requirat, extensionem eorum in locum. Tamen si anima Christi consideretur, vt instrumentum Verbi, & operetur per virtutem miraculorum effectricem, potest suum corpus in hoc Sacramento existens primario mouere, vel deferendo species, vel illas secum deferendo. Ratio est: quia sicut hoc non repugnat fieri à Deo, vt principali operante, ita nec à creatura, vt instrumento eius, & sic legimus interdum hostiam consecratam, nullo deferente, sua sponte fuisse motam, vel ad aliquem iustum, & Dei amicū communicandū, vt de S. Catherina Senensi, & de aliis dicitur, vel vt fidelium iniuriam euitaret, & confunderet pertinaciam. *Tom. 3. disput. 53. sect. 1. §. Dico tertio.*

4 Christus vt est in Sacramēto Eucharistiæ, nō potest naturaliter per se moueri ab aliqua virtute naturali, seu agente extrinseco, id est, primario illi imprimendo motum, & non per species est manifesta hæc conclusio de agētibus corporalibus: quia hæc non possunt mouere alia corpora, nisi aut trahēdo, quod faciūt, præuia aliqua alteratione, & impressione alicuius qualitatis, aut impellendo, quod faciunt per contactum physicū, neutro autē modo possunt mouere Corpus Christi immediatè, & per se, quia neque illud possunt tangere, aut alterare: ergo. *Tom. 3. disp. 52. sect. 1. §. Dico quarto.*

5 Corpus Christi vt est in Sacramento Eucharistiæ nihil potest pati ab extrinsecis agentibus, sola naturali virtute operantibus. Ratio est: quia corporea non patiuntur naturaliter nisi per quantitatem, sicut è cōtrario agentia naturalia non agūt immediatè in substantiam, sed in quantitatē: sed Corpus Christi prout est in Eucharistia supplet vicem substantiæ panis, & ideò quātitas eius est etiam hic per modum substantiæ: vnde tantum media quātitate panis actionibus exteriorum agentiū subjicitur: ergò solum possunt illa agere in hoc Sacramentum ratione quantitatis panis, non verò in Corpus Christi, & quātitatem eius immediatè, & secundum se. *Tom. 3. disp. 53. sect. 2. §. Dico ergo primo.*

6 Inter partes heterogeneas Corporis Christi prout in Sacramento Eucharistiæ existunt, potest dari mutua actio virtute naturali; nec augeri, nutriri, minui, corrūpi, aut interfici potest: quia hæc non fieri possunt sine alteratione partium Corporis Christi: constat autē non posse alterari,

alterari, nec applicari nutrimentum, ergò, &c. *Tom. 3. disp. 53. sect. 2. §. Dico ergo primo.*

7 Supposita institutione Sacramẽti Eucharistiæ, potest Corpus Christi per accidens moueri ab eo, qui potest species consecratas secundum locum mutare. Ratio est: quia alias, nec sacerdos posset eleuare Corpus Christi, nec nos manducaremus illud. *Tom. 3. disput. 53. sect. 1. §. Dico vltimo.*

§. XII.

Christus, quoad actiones sub speciebus Eucharistia.

1 PRobabile est Christi Corpus, vt est in hoc Sacramẽto, non posse rationabiliter habere actionem transeuntem, probatur primo, quia in re incerta non est recedendũ à communi sententia, quam grauiores Theologi sequuntur. Secundo quia de facto constat experientia Corpus Christi non alterare species sacramentales, sub quibus est, nec corpus tangentis, aut recipientis ipsum. *Tom. 3. disput. 53. sect. 2. §. Dico secundo.*

Henriq. quod lib. 5 q. 6. Ant. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 13.

2 Christus vt est in Sacramẽto Eucharistiæ, non potest naturaliter exercere actus sensuum externorum. Ratio est: quia non possunt sensus Christi hic existentis recipere has species ab obiectis externis, cum nõ possit pati ab extrinsecis agentibus: sine illis autẽ non possunt actus elicere, vt supponitur *ex lib. de anima*, ergò. Bene tamen potest supernaturaliter; & quod dictũ manet de actibus externis dicẽdum est de sensibus interioribus. *Tom. 3. disput. 53. sect 3. §. Dico tamen primo & §. Dico secundo, & seqq.*

3 Christus in Eucharistia non potest intelligere, ea quæ intelligit per conuersionem ad phantasmata, nisi per conuersionem, quam habet in cælo. Ratio est: quia in eo statu non potest vti phantasmatibus. Tamen potest intelligere ea, quæ potest per species, infusas; quia tunc potest illis vti sine nouo miraculo, cum nulla detur repugnantia ex parte intellectus, nec actus eius. *Tom. 3. disput. 53. sect. 3. §. Vltimo constat.*

§. XIII.

Christus quoad decisionẽ sub speciebus Eucharistiæ.

1 COrpus Christi nõ definit esse sub speciebus sine aliqua mutatione in ipso. Probatur quia præsentia realis, est aliquid in Corpore Christi, vt in proprio subiecto, quod intrinsece afficit, sed amittit hanc præsentiam, ergò amittit aliquem realem modũ, se intrinsece afficientem: ergò aliter se habet quam prius ergò

Palud. dist. 9. q. 1. Maior. dist. 10. q. 6. dub. vit. Marsil. q. 7. ar. 1. Gabriel. lec. in can. & alij.

mutatur. *Tom. 3. disp. 54 sect. 1. §. Dico primo.* Item per hãc mutationem (quæ est priuatiua loci) Christus nihil omnino acquirit sed amittit tantum præsentiam sacramentalem, hoc videtur supponere omnes Theologi: omnes enim probãt Christum amittere aliquid per hanc mutationem non aurem acquirere. *Ibidem §. Dico secundo, & sequentibus.*

D. Tho. 3. p. q. 77. ar 7. & q. 80 ar. 4. & in 4. d. 9. q 1 ar. 2. q. 1.

2 Nunquam Corpus Christi deserit sacramentales species, nisi quando ibi succedit alia substantia, in qua subiectetur quãtitas, quæ manet, siue sit eadem omnino, siue alia similis. Est certa, & communis sententia Theologorum. Ratio est: quia quamdiu accidentia sunt sine subiecto, sub illis est Christus, ergò quando recedit, oportet, vel accidentia anihilari, quod nunquam fit, vel succedere substantiam in qua subiectentur. Antecedens probatur: quia accidẽtia cõseruantur sine subiecto ab ipso Corpore Christi. *Tom. 3. disp. 54. sect. 2. §. Dico primo.*

Ita D. Tho 3. p. q. 77. art. 5.

3 Christo recedenti à Sacramento Eucharistiæ, nunquam succedit substantia panis, & vini, sed alia. Probatur: quia Christus non hinc recedit, donec talis fiat alteratio in accidẽtibus, quæ ad corrumpendum panem, vel vinum sufficeret: ergo non potest ibi succedere alia substantia panis, aut vini. Patet consequentia: quia alteratio corrumpens substantiam panis, non disponit ad alterius panis generationem: sunt enim hæc opposita. *Tom. 3. disp. 54. sect. 2. §. Dico secundo.*

Vide D. Tom. 18. q. 3 p. art. 5. & in 4. d. 12. q. 1. ar. 2. q. 4.

4 Hæc substantiarum successio nõ est transubstantiatio, nec vlla propria conuersio. Probatur ex auctoritate omnium Theologorum, nullus enim eorum, vel antiquorum Patrum talem conuersionem agnouit; sed est plurium mutationum ex diuina voluntate aggregatio. *Tom. 3. disp. 54. sect. 2. §. Ratio dubitandi est, & seqq.*

5 Christus non recedit statim, ac species deglutiuntur, an tequam alterentur. Ratio est: quia cibus non transmutatur, nisi per actionem ipsius sumentis. Vnde dicere Christum recedere statim, ac species consecratæ sunt intra os summentis, est hæreticum, contra veritatẽ illorum verborum: *Accipite, & manducate, hoc est Corpus meum, &c.* Quia comedere, & bibere non significant intra os summere, sed intra corpus trajicere: si ergo Christus statim recederet, nec comedi, nec bibi posset.

Tom. 3. disp. 54. sect. 2. §. Tertio principaliter.

§. XIII.

§. XIII.

Christus, quoad modum, quo cognosci possit in Eucharistia.

1 MOdus, quo hic. ſſ. in Sacramẽto Eucharistiæ exiſtit Corpus Chriſti, eſt omnino inuiſibilis oculo corporali, non ſolum ex natura rei, ſed etiam de potentia Dei abſoluta. ¡Probatur, quoad potentiam abſolutã (& tũc à fortiori cõſtabit, quoad partem ex natura rei.) Quia ſicut non poteſt viſus ferri, ad per ſe primò vidẽdum aliquid, quod omnino ſit extra latitudinem obiecti adæquati; ita non poteſt eleuari ad videndum per ſe ſecundo aliquid, quod omnino eſt extra latitudinem communis ſenſibilis; ſed huiuſmodi eſt præſentiæ ſacramentalis modus, quæ ſub nullo ſenſibili communi continetur, ergò. *Tom. 3. diſ. 53. ſect. 4. §. Dico ergo primo.*

2 Naturaliter nõ poteſt Corpus Chriſti videri in Eucharistia exiſtens, præciſo modo, imo probabile eſt, etiam de potentia abſoluta id repugnare. Prima pars conſtat: quia Corpus Chriſti ſic exiſtens nullã poteſt habere naturaliter actionem tranſeuntem, non igitur poterit ſui ſpeciem viſibilem in medio, vel in oculo imprimere, non eſt ergo ſic naturaliter viſibile. Poſterior pars probatur: quia Chriſtus ſub ſpeciebus non videtur vt extenſus: ergo non videtur pars eius ſub ſpecierũ parte, & totus in totis: ergo videtur totus ſub ſingulis partib⁹: ergò neceſſe eſt, vt modus præſentiæ videatur, & ſic per propriã viſionem eſt impoſsibile, etiã de potentia abſoluta: cum in ſe non habeat talem modũ. Vnde conſtat Chriſtum, vt eſt in Euchariſtia, nullo ſenſu etiam interiori percipi poſſe. *Tom. 3. diſp. 53. ſect. 4. §. Dico ſecundo, & ſeqq.*

Vide D. Thom. in d. 10. q. 1. art. 4. q. 2. Scot. d. 10 q. 5. & 9.

3 Oculus Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ ſe ipſum videt per concomittãtiam. Ratio eſt: quia Chriſtus habet in cælo viſionem ſui, illa viſio in Sacramento per concomittantiã ponitur: item quia oculus Chriſti ſimul eſt extra, & in Sacramento, ideò per concomittantiam habet in Sacramento actum viſionis, quem habet extra. *Tom. 3 diſp. 53. ſect. 4. §. Ad fundamentum primæ opinionis.* *D. Tho. in 4. d. 10. q. 2. art. 2. qua q. 1. ct 2. ad 3.*

4 Non poteſt oculus creatus etiã Angeli virtute naturali videre modum exiſtendi, quem habet Chriſtus in Sacramento, & cõſequenter nec intueri Corpus Chriſti, vt eſt ſub ſpeciebus, ſeu cognoſcere clarè quod ſit ibi, hæc enim omnia ſunt inter ſe connexa; quia modus ille eſſentialiter, nihil aliud eſt, quam præſentia, quã hic habet, quę eſt ratio exiſtendi; & ideò niſi modus ipſe in ſe videatur, non po- *D. Tho. q. 76. art. 7. Bonauẽ. in 4. d. 10. q. vlt.*

test clare videri corpus sub speciebus existere; modus autē est omnino inuisibilis, vt diximus in prima cōclusione: ergo *Tom. 3. disp. 53. sect. 5 §. Nihilominus dicendum est.*

5 Probabile est Angelum, & animam separatam videre posse Christi animam in Eucharistia, quoad substantiam, existentiam, & præsentiam localem eius, non tamen inde fit posse videri corpus: quia sunt res distinctæ, & nihil repugnat videri vnā sine alia, si in vna est impedimentum, & non in alia. Item non potest videre vnionem ad corpus, vel quia non potest videri non viso corpore, vel certè, quia illa vnio ex natura sua coextenditur corpori. *Tom. 3. dis. 53. se. 5. §. Ad fundamenta ergò.*

Henrriq. quodlib. 11 q. 12. Ant 3. p. tit. 13 cap. 6. & §. 13.

6 Nullus Angelus per naturalem speciem, quā habet Corporis Christi, potest naturaliter cognoscere existentiam Corporis Christi ratione sacramentalis præsentiæ; quia semper potest illud videre in propria specie existens: si autem fingeremus, Corpus Christi omnino amittere naturalem, seu quantitatiuam præsentiam, conseruata sacramentali; tunc posset, Angelus per alium actum percipere, Corpus Christi adhuc manere in rerum natura, quamuis ipse nō videat vbi sit. *Tom. 3 disp. 53. sect. 5. §. Atq. hæc posterior.*

7 Christus in Eucharistia existens cognitione supernaturali videri potest, & actu ab omnibus beatis videtur. Primo modo per visionem beatam, qui hic est vnus ex effectibus diuinæ prouidentiæ, qui ex generali perfectione status beatifici omnibus beatis patet in Verbo. Secundo modo infundēdo speciem propriam, repræsentantem Christū in Sacramento, & modum existendi, quem hic habet, & modū quo accidentia existunt, & vinculum, si quod est inter Christū & accidentia panis, & dando lumen, & auxilium vsui talis speciei accomodatum: quia in hoc genere scientiæ nulla est repugnantia. Imò Christi anima habuit illam, idemq; pie credendū est de Beata Virgine in statu gloriæ: licet de aliis beatis res sit incerta. *Tom. 3. disp. 53. sect. 5. §. Secundo supponendum est.*

§. XV.

Christus, quoad prædicata in Eucharistia.

1 OMnia prædicata absoluta, quæ Christo secundum se cōueniunt, de illo dicuntur, prout est in Eucharistia. Est certa: quia Christus vt est hic, vere, ac propriè dicitur homo, Deus sapiens, pulcher, &c. *Tom. 3. disp. 47. sect. 4. §. Vnde dico primò.*

2 Prædicata significātia modum existendi, si recipiant localem modum, non possunt dici de

de Chriſto prout eſt in Euchariſtia: ſi verò ſignificent modum ſacramentalem, verè de illo affirmantur. Vnde poterit dici Chriſtus eſſe hic ſubſtantialiter, & realiter, quia hæc ſolum denotant præſentiam realem: Itē poterit dici eſſe hic indiuiſibiliter, totus in toto, & inſingulis partibus. Quia hæc, & ſimilia indicant verum modum ſacramē talis præſentiæ. Tamen non poterit dici hic extenſus, nec localiter, aut circunſcriptus, quia nō habet hic talem modum exiſtēdi: Hæc verò prædicatio, Chriſtus eſt hic corporaliter, eſt æqui noca, quæ ſi ſignificet verā præſentiam corporis vera eſt, ſi ſignificet modum proprium exiſtendi corporis in loco neganda eſt. *Tom. 3. diſ. 47. ſect. 4 § Dico ſecundo.*

3 Prædicata indicantia vnionem aliquam Chriſti ad ſpecies per modum cōtinentiæ, ſeu mutuæ realis præſentiæ, verè ac propriè dicuntur de Chriſto vt hic exiſtente. Ratio eſt, quia vere intercedit aliqua vnio ſaltem per effectionem, & inſeparabilē ac intimam præſentiam: ergò ab hac poteſt redundare aliqua denominatio ad Chriſtum ex ſpeciebus. *Tom. 3. diſp. 47. ſect. 4. §. Dico tertio.* Itē ſpeciebus circulariter motis probabile eſt Chriſtum nō mutari: Ratio eſt, quia ibi tantum fit mutatio loci ſpecierū ſecundū partes, in quibus totus Chriſtus exiſtit, & ideo neceſſe non eſt, in ipſo fieri motum. *Ibidem § Dico ergo quarto.*

4 Quamuis propriè dicatur Corpus Chriſti amittere præſentiam, ſeu deſinere hic eſſe corruptis ſpeciebus panis, aut vini: non tamen abſolutè dicendum eſt deſinere eſſe, nec corrūpi, digeri, ſeu mutari in ſubſtantiam aliti: Ratio eſt, quia hæc ſignificant corruptionem ſubſtātialem: vnde tales tranſmutationes, quæ ſolēt fieri, poſt corruptionem panis, & accidētium eius, nullo modo poſſunt denominare Chriſti Corpus cū poſt corruptionem præſens nō adſit, & omnis denominatio ſupponat hāc præſentiam. *Tom. 3. diſ. 47. ſect. 4. §. Dico ergo quarto in fine.* *Lege Vual dēſem. to. 2. cap. 65. & Claud. repet. c. 3.*

5 Aduerbia localia, & nomīna propinquitatem, vel diſtantiam ſignificātia ſimpliciter de Chriſto prout eſt hic, poſſunt dici. Ratio eſt: quia non habemus alia verba, quibus hanc præſentiam ſignificemus. Et eſt vſitata locutio Sāctorum, & Theologorum. Vnde dicimus Chriſtum contineri ſub ſpeciebus, includi in tabernaculo, & habitare in Eccleſia, &c. *Tom. 3. diſp. 47. ſect 4. §. Atq; hinc ſequitur, & ſeq.*

6 Chriſtus à ſe nō diſtat. Rat. eſt, quia nō poteſt ſeparari à ſe ipſo quamuis modus exiſtendi quē habet in cælo, poteſt diſtare à modo, quē habet in Sacramēto. Et è cōtrario. *Tom. 3. diſp. 47. ſect. 4. §. Secundo colligitur.*

7 Mutationes, quæ fiunt circa
Petr⁹ Sot. lect. 6. de Eucha. & Doctores in 4. d. 10. vbi Scot. d. 5. & 6.
species, ità, vt verè ac propriè transeat aliquid ad Corpus Domini cum, omni proprietate de illo dicũtur. Ratio est: quia vnaquæq; res proprie denominatur à mutatione in ipsa facta, seu recepta, etiam si cõtingat ex mutatione alterius redũdare: vnde vere dicitur Corpus Christi eleuari, circũferri, manducari, &c. Vrimur his locutionibus, quia nõ habemus alias, quibus declaremus hãc veram mutionẽ, quæ fit in corpore Christi, & illis vtuntur cõmuniter doctores. *To. 3. disp. 47 sect. 4. §. Dico ergò quarto.*

8 Mutationes, quæ fiunt circa species, & non ponunt aliquam mutationem in ipso Corpore Christi, neq; attingunt ipsum in se, non propriè illud denominãt. Sed interdum nullo modo, interdum verò per aliquã metaphorã. Prima pars probatur: quia cum corpus nõ sit propriè vnitũ speciebus vnione formali, si ad ipsum non pertingit forma denominans, nõ est cur ipsum propriè denominet, propter solas species. Secunda pars constat, quia licet species calefiant, vel alterentur, non dicitur corpus alterari, sicut *in cap. In quodam de celebrat. Miss.* dicitur non madefieri, etiam si madefiãt species panis cum mittũtur in calicem. Tertia pars, denique declaratur exemplis: dicitur enim Christus manducari, frãgi, quæ locutio est metaphora, quia sola ratione specierum frangitur. Vnde audi Ecclesiam dicẽtem. *Nulla rei fit scissura, sola signi fit fractura & non fractus non diuisus, intiger accipitur.* Item eodẽ modo intelligẽdæ sunt aliæ metaphoræ ver. gr. quando dicitur Christum tangi ratione specierum, Christum videri, &c. Denique quando dicitur Christum misceri sanguini, vt in canone *fiat comistio corporis, & sanguinis.* Non intelligitur de vera, ac propria mistione per iuxta positionem, quæ videtur includere diuisionem miscibilium in partes, & contactum partium inter se, quæ non possunt hic interuenire inter species panis, & vini. *Tom. 3. disp. 47. sect. 4. §. Dico quinto, & sequent.*

Vide D. Tho. 3. p. q. 77. art. 7. in corp. & ad 3. & n. 4. d. 12. q. 1. ar. 3. quæst. 1. ad 1. Victor in Sum n. 69. Petrus Sot. lect. 6.

9 Ista locutio, v.g. *Hoc album est Corpus Christi*; si pronomen designet subiectũ albedinis, est falsa: quia in rigore supponit pro subiecto illius accidentis, & illud non est corpus; si verò designet contentum sub albedine, vera est, vt patet. *Tom. 3. disp. 47. sect. 4. §. Ex his verò.*

Vide Valdens. tom. 2. de Sacrã. c. 52. Aug. Ier. 2. de verb. Apostoli.

10 Quæ conueniunt Corpori Christi secundum se, non possunt dici de speciebus, nisi valde metaphoricè, & impropriè, eo modo, quo nomẽ rei significatæ tribuitur signo. Ratio est clara: quia Corpus Christi est res omnino distincta ab speciebus, neq; ita illis vnitur, vt sua attributa illis cõmunicet. *Tom. 3. disp. 47. sect. 4. §. Dico sextò.*

11 Quæ conueniunt pani præcisæ ratione suæ substantiæ, non dicuntur propriè de hoc Sacramẽto, sed vel nullo modo, vel per metaphoram. Ratio est: quia hic non adest substantia. Vnde quando hoc Sacramentum dicitur *Panis*, est per metaphoram, quia ex pane cõfectum est, vel quia sub accidẽtibus panis datur. *Tom. 3. disp. 47. sect. 4. §. Dico septimo.* Item Denominationes, quæ cõsequuntur actionem mutuam inter Christũ, & species, propriè de ipsis dicũtur, seruata proportione: quia vera actio, inter ipsas intercedit. *Ibid. §. Dico vltimò.*

12 Corpus Christi prout est in hoc Sacramento, potest dici sensibile, vel tangibile, quoad proprietates corporis, nõ quoad modum existendi: quo sensu dixit. Aug. in cap. Nos autem de consecrat. distinct. secunda *Sumere nos in Sacramento res insensibiles, carnem, & sanguinem Domini. Tom. 3 disp. 47. sect. 4. §. Ex his vero.*

Augustꝰ.

§. XVI.

Christus, quoad apparitiones in Eucharistia.

1 NEgari nõ potest, q plurimæ huius modi apparitiones propter varios fines factæ sint. Vnde quando à Deo procedunt, frequentius ordinantur ad confirmandã fidem, de reali præsentia Christi in hoc Sacramento: interdum etiam ad cõfundendos infideles, præcipuè huius veritatis impugnatores: iterum ad terrẽdos peccatores, qui indigne accedunt, nonnunquam ad conformandos debiles, ac infirmos in fide: sæpe verò ad amicos consolandos, ac recreandos. *Tom. 3. disp. 55. sect. 1. §. Primum omnium.*

Vide Pasc lib. de Eucha. c. 14. Guitmũd. lib. 3. de Eucha.

2 Quando apparitiones factę sunt ad confirmãdã fidem præsentiæ iam præteritæ, Christus non manet sub speciebus: v. g. quando Eucharistia vertitur in lapidẽ in ore indignè sumentis, interdum in cineres, & similia, quia ibi iam non est substantia panis, sed lapidis, & significat Christũ à peccatore fugare propter eius infidelitatem, aut impuritatem. *Tom. 3. disp. 55. sect. 1. §. Tertio cum dictum sit.*

3 Quãdo apparitio fit per solam potentiæ immutationem absq; falsitate; v. g. quãdo circa species Sacramentales apparet splendor, vel audiuntur Angeli laudantes, vel adorantes Dominum, vel quando sunt visæ species cõsecratę suo impulsu moueri, v. g. quando sunt proiectæ ab infidelibus in ignem, & ipsæ absque vlla læsione sursum motæ sunt, & alia huiusmodi: tunc in istis casibus non amittit Christus præsentiam suã. Ratio est: quia nulla in eis facta est alteratio, nec mutatio sufficiens ad panis

Lege Cyp. lib. de lapsis, et Chrysost. lib. 6. de sacerdotio.

D. Tho. q. 77. art. 4. Palacios, & aly.

panis corruptionem. *Tom. 3. disp. 55. sect. 1. §. Est igitur circa hæc.* Tamen quando apparitio est per veram, & realem immutationem specierum sufficientem ad corrumpendum panem, tũc amittitur Christi præsentia, vt patet. At verò cõseruari semper potest cum reuerentia id quod exterius permanet, quasi in monumentum, & testimoniũ prioris miraculi, & ob reuerentiam Sacramenti, quod ibi præcesit. *Ibidem & sect. 3. §. Dicendum verò est primò.*

D. Tho. 3. p. q. 76. ar 8. Doctor. in 4. d. 10. Ant. 3. p. tit. 3. c. 6. §. 14. & alij.

4 In huiusmodi apparitionibus, non videtur Christus Dñs in se, nec caro eius, nec sanguis. Est communis Theologorum *in 4. dist. 10.* Item nec conspicitur caro, vel sanguis, sed tantum figura, & color ipsis speciebus in hærens: quam conclusionem probat noster Doctor: quia nõ potest probabiliter cogitari, quod illa sit caro humana, alterius autem animalis non est decens: ergò. *Tom. 3. disp. 55. sect. 2. §. Dicendum est tamen & seqq.*

5 Species Sacramentales possunt conseruari sæpè diuturno tempore fortè miraculosè sicut aliæ sanctorum reliquiæ: maximè quando eodem modo, & eiusdem coloris semper apparẽt. Tamen quousque appareant corruptionis signa sunt venerandæ, vt verę species Christum continentes: posteà verò vt vestigium tantum Christi. *Tom. 3. disp. 55. sect. 3. §. Dices hoc.*

6 Hæc species, quamdiũ apparitiones durant, sunt seruãdæ in loco decente, & sacro. Ratio est: quia sub illa forma, non possunt sine horrore sũmi; tamen si redeant ad primam formam, consũmmi poterunt: quia tunc cessat ratio facta. *Tom. 3. dis, 55. sect. 4. §. Secundo inquiri potest.* D. Tho. 3. p. q. 76. ar. 8. & in 4. q. 1. ar. 4. quæst. 3. & cæteri. Theologi.

7 Quando mutatio fit in missa post consecrationem vtriusq; speciei, si in aliqua parte nihil immutatum est, illud consummi potest, & satis erit ad perfectionem sacrificij: si autem nihil potest consũmi, nõ tenetur, vt probabilius iudicat Doctor, alias species cõsecrare, & consumme re: tamen rectè facit, si eas consecret. *Tom. 3. disp. 55. sect. 4. Vltimò quæri potest.* Denique adoratio harum rerum non sistit in re apparente, sed per illam, transit ad Christi Corpus, aut in Sacramento latens, aut in propria specie existens. *Ibidem. disp. 55. sect. 2. §. Ad fundamentum.* Sot. in 4. d 13. q 1. ar. 4. Sylvest. ver. Euch. 3. Vict. in sũ. n. 70.

§. XVII.

Christus, quoad Triduũ sub Eucharistia.

1 CORpus Christi in Triduo fuit capax præsentiæ Sacramẽtalis; & tam in ipso Christo quã in verbis fuit sufficiẽs virtus ad illam efficiendam ex vi institutionis. Est omnium Doctorũ. Ratio est: quia potestas fuit data Apostolis

Vide D. Tho. 3. p. q. 67. art. 1. & 2. & q. 81. art. 4. & reliqui omnes docent.

lis in nocte Cœnæ simpliciter, quãdo Christus protulit illa verba. *Hoc facite in meã commemorationem*, nõ limitando ad tempus post resurrectionem, vt patet *ex Conc. Trid. sess. 22.* Vnde si de facto tunc consecraretur, sub speciebus cõstitueretur mortuum. An verò Christus tunc concurreret per corpus exanime, vel per animam? Problema esse potest: quia vtrumque fuit possibile magis tamen videtur hoc animæ tribuendũ: quia illa maximè videtur habere virtutem efficiendi miracula, illuminandi Angelos, efficiẽdi gratiam, &c. *Tom. 3. disp. 48. sect. 2. §. Ex hac vero, & disp. 51. sect. 4 §. Secunda conclusio.*

2 Christus totum suum Sanguinem simpliciter cõsecrauit: quia illo nos erat redempturus, siue illum postea totum effuderit siue non; quapropter si in triduo vinũ consecraretur, totus sanguis, tã qui effusus est, etiam si esset per varia loca dispersus, quam si quis in corpore mansit, in calice esset sub speciebus vini, nunc verò cõsecratur totus, qui est in corpore glorioso. *Tom. 3. disp. 51. sect. 3. §. Dico secundo in fine.* Item si nil sanguinis in corpore remãsisset, nec Christi Corpus sub speciebus vini, nec sanguis sub speciebus panis, etiam per concomitantiam poneretur. De quo. *Tom. 3. disp. 51. sect. 3. §. Altera pars conclusionis.*

§. XVIII.

Christus, quoad cultum in Eucharistia.

1 CHristus in Eucharistia existens nõ minori veneratione, ac cultu dignus est, quã si in propria specie clarè, & sensibiliter ibi conspiceretur. Est de fide definita *in Cõc. Trid. sess. 13. c. 5. & can. 6.* cuius verba sunt hæc; *Nullus itaque dubitãdi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles, pro more in Catholica Ecclesia semper recepto, latriæ cultum qui verò Deo debetur, huic sanctissimo Sacramẽto in veneratione exhibeant.* Denique multas alias auctoritates Sanctorum, Patrum, quas omitto, mihi enim videntur parum necessariæ homini Christiano fidẽ habenti, tum etiam quia facilè possunt videri à curioso lectore. *To. 3. dis. 65. sect. 1. §. Dico primò.* *Chrysost. hom. 61. ad populũ 83. in Matthæum 24. in 1. ad Corinth. Damasc. li. 4. c. 14. August. de consecrat. d. 2. cap. Nos autẽ & alij.*

§. I.

Circuncisio quoad nomẽ, & institutionem.

1 CIrcuncisio appellatur carnalis, nõ quia nullum bonũ spirituale in ea daretur; sed quia carnali, ac visibili charactere consignabat homines. *Tom. 3. disp. 5. sect. 1. §. Sexto posũm.* Fuit figura Sacramenti Baptismi: vt tenent omnes Patres, quam veritatem cõfirmat *Aug. lib. 1. cõtra Cresconiũ cap. 31. & 6. cõtra Iulianũ c. 7.*

firmat D. Thom. ex illa generali doct. Pauli 1. ad Corint. 10. *Omnia in figura contingebãt illis. To. 3. diſp. 70. art. 1. in comment.*

2 Primaria ratio inſtituendi circunciſionẽ, non fuit remiſsio originalis peccati; neq. ad hoc habuit maiorem aliquam vim, quam habuerit Sacramentũ legis naturæ, conſtat enim ex multis teſtimoniis Patrum primarium finem circunciſionis fuiſſe congregationem populi Dei, & ſegregationem eius à cæteris populis, per ſpecialem, nagiſq. expreſſam profeſsionem veri Dei, & Chriſti venturi. Secunda pars probatur: quia ſi aliquid amplius daretur paruulis in lege veteri, quam in lege naturæ, non debuiſſent ab illo beneficio fæminæ excludi, cur enim? cum diuina gratia præſertim ea, quæ eſt in remedium peccati, de ſe æquè omnibus communicetur. Tamen circunciſio fuit remediũ in quo peccatum originale remittebatur, ſecundario tamen conſequenter ex inſtitutione diuina, quod non poterit negari, niſi aliqua temeritate, propter conſenſum Sanctorum Patrum, & Scholaſticorum illud aſſerentium. *Tom. 3. diſp. 5. ſect. 1. §. Prima ergò ſententia, & ſeq.*

Vide Irenæum li. 4 contra hæreſ. c. 30. Chryſoſt. hom. 27. in Geneſ.

3 Circunciſio fuit data quadringentis annis ante Moyſen: propter quod dicitur non fuiſſe ex Moyſe, ſed ex Patribus Ioan. 7. Ratio eſt; quia antequam daretur lex oportuit fidelem populum congregari, cui daretur: non congregatur autem niſi ſigno aliquo ſenſibili iuxta doctrinam. *D. Aug. contra Fauſtum c. 11. Tom. 3. q 70. art. 2. §. Secunda aſſertio in comment.*

Ioan. 7.

Auguſtin.

4 Circunciſio conuenienter fuit iſtituta pro ſolis maſculis populi Iudaici, & non pro fœminis. Ratio eſt: quia data fuit in ſignum fidei Abrahæ, qui futurus erat pater credentium Item quia peccatum originale à patre, & non à matre cõtrahitur. Deniq. quia illud ſignum dabatur præcipuè ad congregandũ Dei populum, vt dixi in prima concluſione hic, ſed in vnoquoque populo ſeu Republica, viri ſunt capita, ergò ſufficiebat dari talibus viris, vt populus eſſet congregatus. *Tom. 3. q. 70. art. 2. §. Secunda aſſertio in comment.*

§. II.

Circunciſio, quoad eſſentiã, & effectum.

1 CIrcunciſio fuit verũ, ac proprium Sacramentum veteris legis, quod eſt de fide, & habetur ad Rom. 4. *Et ſignum accepit Circũciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei.* Item fuit ſignũ primò ac per ſe præfiguratiuũ gratiæ futuræ, vt certiſsimum eſt ita, vt nullus ſacris litteris mediocriter eruditus, id ignoret, vt dixit *Aug. lib. 6. contra Iulian. c. 3.* Deniq. fuit

Paulus ad Rom.

Auguſtin.

ſignum

signum demonstratiuum gratiæ præsentis, vt idem Aug. loco cit. fatetur, & alibi. *Tom. 3. disp. 5. sect. 1 §. Tertiò dicendum est.*

2 Quamuis Circuncisio fuerit data antè legem, vt dictum manet supra §. 1. conclusione 3. fuit tamen legis Sacramentum, & mansit in ea, & erat quasi ianua ad cętera Sacramenta illius veteris legis. Ratio est: quia sine illa nullus ad legales cæremonias admittebatur. *Tom. 3. disp. 5. sect. 1. §. Tertio dicendum est.*

D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 5.

3 Circuncisio non interãda, etiam si absque debita intentione fieret. Ratio est: quia illa, vt ita dicã, non cosistebat tantum in fieri, sed in facto esse, vnde licèt contingeret non fieri debito modo, ex intentione applicãtis, si reipsa sufficienter fiebat, reuera manebat facta, quo ad effectũ externum, & characterem sensibilem, & manebat lex impleta quoad substantiam in tali homine: Et in casu, quod ex defectu intentionis non esset applicatũ remedium peccati originalis, supplendũ erat quolibet alio signo externo protestatiuo fidei, vel Sacramento legis naturæ, vt fiebat, quando non poterat applicari Circuncisio. *Tom. 3. disp. 10. sect. 1 § Sed quæret, aliquis obiter, & seqq.*

4 Circuncisio non erat causa physica gratiæ, quam cõferebat. Quia causare gratiã physicè est solum Sacramentorum legis nouæ, quamuis aliqui recusent. Et congruentia data à D. Thoma est etiam optima: quia Sacramenta agũt in virtute Christi ideò non oportuit, vt prius daretur illis virtus efficiendi gratiam, quam Christus in humanitate sua illã haberet. *Tom. 3. disp. 10. sect. 2. §. Hæc quæstio præcipuè.*

D. Tho. 3. p. q. 62. ar 6. ad 3. & q. 70. ar. tic. 4.

5 Relictis opinionibus: quæ facilè possunt videri arbitrio prudentis lectoris, Circuncisio non propriè dabat gratiam ex opere operato. Ratio est: quia non potest dici moraliter in ea, fuisse gratiam contentam, nondum enim erat pretiũ illius gratiæ solutum: & cum illa fuisset tantum signum Christi, & meriti futuri ex se non habebat, vnde gratiam moraliter contineret: ergo nec propriè dici potest, moraliter dedisse gratiam ex opere operato, quia cõtinere gratiam est prius, quam dare illam. Tamen dabatur paruulis, quibus peccatum originale remittebatur quod probatur ex vniuersali consensu Patrum, dicentium Circuncisionem fuisse remediũ, in quo peccatum originale paruulis remittebatur, & videtur nunc non posse negari sine aliqua temeritate. Quodquidem habuit etiam ex diuina institutione, secundario tamen; & consequenter; vt dixi supra §. 1. conclusione 2. *Tom. 3. disp. 10. sect. 2. §. Quo circa, & disp. 5. sect. 1. §. Secundo dicendum est, & disp. 10. sect. 1. §. In hac re mihi.*

D. Tho. q. 62. ar. 6. ad 3. & q. 70. art. 4. & in 4. d. 1. q. 2. ar. 4. & 6. So to. in 4. d. 2. q. 1. ar. tic. 4.

Cano in re lect. de Sacram. p. 5.

6 In Circunciſione non dabatur gratia adultis niſi habentibus fidem, dilectionẽ Dei, ſeu contritionem peccatorum, & idem ſentiendum eſt à fortiori de Sacramẽto legis naturæ. Probatur de Sacramento legis naturæ: quia illud tẽpus per ſe non erat accommodatum, vt in eo daretur gratia ex opere operato vltra meritũ, & diſpoſitionẽ operantis: quia merita Chriſti nondum erant exhibita: ergo non eſt aſſerẽdum aliquam gratiam fuiſſe tunc hoc modo datam, niſi quando neceſsitas humani generis lapſi omnino requirit, ſed hæc neceſsitas ſolum habet locum in paruulis; nam adulti cum poſsint ſe diſponere, non erant in eo articulo neceſsitatis conſtituti. De Circũciſione probatur eadem ratione, præſertim cũ illi non ſit addita virtus aliqua ſpiritualis, nec ſpecialis promiſsio gratiæ, ſed ſolum ſubiit locum ſacramentis legis naturæ, & remedij originalis peccati, quatenus illud quod erat indifferens in lege naturæ, determinatũ fuit ad talem cæremoniam in illo populo Hæbreo. Vnde Abraham in Circũciſione, nõ fuit iuſtificatus vltra meritum ſuæ fidei, & obedientiæ, vt non obſcure colligitur ex *Paul. ad Rom.* vbi hoc ſenſu dixit, Abraham non fuiſſe iuſtificatum in Circunciſione, ſed ex fide, accepiſſe autem Circunciſionem, *In ſignum, & ſignaculum iuſtitiæ fidei. Tom. 3. diſp. 10. ſect. 1. §. Dico tertio.*

Rom. 4.

7 Ipſum ſignum externum Circunciſionis fuit ſufficiens, (vt probabilius Doctori noſtro videtur) vt illo applicato daretur gratia paruulis, etiam ſi ſine fide parentis, aut miniſtri, ſiue hominis conferentis Sacramentum applicaretur. Probatur ex *Aug. lib. 1. contra Creſconiũ c. 31.* vbi æquiparat Circunciſionem in hoc cum Baptiſmo, quæ data à miniſtro infideli non magis erat iterãda, quam nunc ſit iterandus Baptiſmus datus ab hæretico: ergò ſicut nunc talis Baptiſmus eſt ſufficiens remedium peccati originalis, ita & illa Circunciſio. *Tom. 3. diſp. 10. ſect. 1. §. Dico ſecundo.*

Palud. in 4. d. 1. q. 5 artic. 5. Aug. li. 1. cõtra Creſconium c. 31. Alenſ. 4. p. q. 5. n. 3. & q. 7. n. 5. ar. 1. & 2.

8 Circunciſio, vt verum Sacramentũ, in remedium peccati originalis, poterat eſſe in vſu omnium gentium, licet non ſe obligarent Iudaicæ legi. Ratio eſt: quia poterãt hoc externum ſignum eligere inter alia, & ſine dubio eſſet validũ ad prædictũ effectum, ſi ea intentione fieret, quamuis ſine intentione ſe obligandi ad Iudaiſmũ, ſeu profitendi illam legem, ſeque illi populo adiungẽdi, quo modo loquitur *Paul. ad Gal. 5.* de Circunciſione. *Tom. 3. diſp. 70. ar. 3. §. Vltimo inquiri poteſt, in comment.*

Galat. 5.

9 In Circunciſione non dabatur adulto prima gratia maior quàm ipſi contritioni reſpõderet. Ratio eſt: quia eadem, vel maior

maior ratio eſt de augmento, quæ de prima gratia; nam magis debitum eſt iuſto augmentum gratiæ, quã peccatori diſpoſito prima gratia. *Tom. 3. diſ. 10. ſect. 1. §. Dico tertio in fine.*

§. III.

Circunciſio quoad ritus.

Vide Ambro. ep. 77 & Cypr. in ſermo. de ratione Circunciſ. Damaſ. Papa in ep. 124.

1 CIrcunciſio præcepta erat fieri in occulto, & pudendo corporis membro. Ratio eſt: quia Circunciſio fuit ſignum fidei Abrahæ, qua credidit Chriſtum ex ipſo naſciturũ, & ideò poſita fuit in generationis organo, quoniã Chriſtus ex Abraham ſecũdum carnem producendus erat. Et hoc eſt, quod dicitur Geneſ. 17. *Circũcidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me, & vos.* Fœdus enim præcipuum inter Abraham, & Deum fuit, quod Deus illi promiſit Meſsiam ex eius ſemine venturum: ipſe autem, *credidit Deo, & reputatũ eſt ei ad iuſtitiã.* Cur autem Deus voluerit partem humani corporis abſcindi, cum in ea nullum ſit vitium, cum per ſe ſit ex inſtitutione naturæ, & non ſit excrementum. Denique cur datum ſit in tenera ætate tã doloriferum ſignum, quo poſſent facile infantes periculo mortis exponi? Sufficiat pro ratione in his voluntas, & ſapientia Dei, cuius altitudo ſuæ prouidentiæ humanis rationibus aſſequi non poteſt, vnde nullus prudens ac fidelis dubitare poteſt, quin cõuenienter inſtitutum ſit, etiamſi fortaſſe mens humana plenam eius myſterij rationem ignoret. *Tom. 3. q. 70. ar 3. §. De triplici conditione, in comment.*

2 Cultrum lapideum non erat de neceſsitate præcepti, nec Sacraméti, ſed ferreum erat ſufficiens. Ita tenent communiter Doctores in 4. diſt. 1. Ratio eſt: quia Geneſ. 17. vbi & eſſentia, & præceptum traduntur, nulla fit mentio lapidei cultri: & non obſtat Exodi locus 4. vbi Sephora ſumpſit acutiſsimum, & circũcidit præputium filij ſui, quia hoc fecit ob feſtinationem, & timorem non inueniendi aliud. Item non obſtat locus Ioſue 5. vbi Deus dixit ad Ioſue: *Fac tibi cultros lapideos, & circũcides ſecundo filios Iſrael*: quia ſolum in iſto caſu ſeruatum eſt, & poſtea minime: quia præceptum illud tantum pro illo caſu obligauit. *Tom. 3. q. 70. ar. 3. §. Secunda quæſtio, & ſeq. in comment.* *D. Tho. 3. p. q. 70. ar 3. ad 2. Hugo de S. Vict. li. 1. de Sacra. p. 12. cap. 2.*

3 Circunciſio non habebat locum, nec templum deſignatũ in quo fieret, vt conſtat ex Geneſ. 17. Vnde Abraham primã Circunciſionem in domo ſua celebrauit. Sephora circuncidit filium ſuum in diuerſorio. Ioſue circuncidit populum in Galgalis. Ioannes Baptiſta in domo patris Zachariæ circunciſus eſt. Et Chriſtus Dominus in ciuita-

te Bethlem. Denique circa hoc nihil peculiare inuenitur scriptum. *Tom. 3. q. 70. ar. 3. §. Vltimo inquiri potest, in comment.*

4 Circuncisio danda erat octauo die, & antea data, nō erat Sacramētum, vt probabilius iudicat *D. Tho. 3. p. q. 70. ar. 3.* Rat. est: quia octauus dies non solum erat de necessitate præcepti, sed etiam Sacramēti: vnde octauus dies nō poterat præueniri etiam imminēti periculo mortis. Quāuis probabiliter possit dici præuentionem octaui diei fuisse tātum de præcepto, & nō fuisse de necessitate Sacramenti, ita vt si præueniretur, nō esset validum, etiamsi minister peccaret illud dando. *Tom. 3. q. 70. ar. 3. §. Tertia pars illius, in comment.*

Hugo li. 1 de Sacra. p. 12. c. 2.

5 Octauus dies non ita fuit de necessitate Sacramenti, quin Circūcisio data post illum diem esset verum Sacramētum, quod est certum ex omniū Theologorum sententia. Vnde Abraham senex, & Ismael tredecim annorum, & omnes viri domus eius, infantes, & adulti, cuiuscunque ætatis essent, dūmodo octauum diem attigissent, circuncisi sunt. Et sic de cæteris. Itē nec ita fuit de necessitate præcepti, quin ex legitima causa posset absq; peccato differri, v. g. propter agritudinem, vel aliud periculū. Vnde populus Israel in deserto multo tēpore fuit sine vsu Circuncisionis, quia propter cōtinuum iter, nō poterat cōmuniter fieri sine multorū periculo, vt colligitur ex Iosue 5. Tamen nō erat causa sufficiens ad differendā Circūcisionē, & dies octauus in Sabbatū incideret; quia vna lex cū altera nō pugnabat, nec per Sacramenti vsum poterat Sabbatum violari. *Tom. 3. q. 70. art. 3. §. Tertio certum Sacrament.*

Hugo li. 1 de Sacrā. p. 12. c. 2. D. Tho. 3. p. q. 70. art. 3.

6 Diē octauū designauit Dominus ad Circuncisionem. Rat. est: quia ante illum diē propter ætatis tenitudinem, nō possent infantes sine periculo circūcidi. Tamē nō debebat vltra differri, ne nimium obdurareturcaro, & dolor esset vehementior. Item quia per octauū diē significatur dies resurrectionis, in quo omni vetustate exuta, natura nostra perfectè renouabitur, & mortalitate prorsus expoliabitur. Et sic Christus die Dominica, quæ est octaua post hebdomadā cōpletam resurrexit, & omnes homines post septimam mūdi ætatem, in octaua resurrecturi sunt, quia per octauam diem perfectio gratię, & glorię designatur. *To. 3. q. 70. ar. 3. §. Quarto reddit in comment.*

Iustiniā. in dialog. cū Triphone. Cyprian. epist. 59. Amb. lib. de Abraham Patriarch. c. 11.

7 Ritus imponendi nomen in Circuncisione per se pertinebat ad patrē, cū sit caput mulieris, & præcipuus in generatione filiorum, sicut enim ad eum præcipuè spectat eorū gubernatio, ita & nominis impositio. Vnde *Luc.* 1. cū Elisabeth vellet, vt nomen Ioannis filio suo imponeretur, idque omnibus cognatis nouum

Luc. 1. Matth. 1 Gen. 29. & 30. Iud. 13.

nouum in ea familia videretur: *Innuebant Patri eius, quem vellet vocari eum.* Et Matt. 1. dixit Angelus Ioſepho. *Et vocabis nomen eius Ieſum.* Quia licet pater eius non erat, patris tamen munere functurus erat. Tamen interdum poterat mater nomen eligere, ſeu imponere, patre nō repugnante, ſed potius cōſentiēte, vt conſtat de Rebecca, & Lia. *Gen. 29. & 30.* & de matre Samſonis. *Iud. 13. To. 3. q. 70. ar. 3. §. Vltimo inquiri poteſt, in commen.*

8 Significatio ſacramentalis Circunciſionis, nempe ablatio originalis peccati, optime cum eius ritu quadrat. Nam cū peccatum originale per ſeminalem generationē communicetur, & vires ſuas concupiſcentia carnis potiſsimū exſerit, cui malo ſola diuina gratia potens eſt ſubueni re, ideò per Circunciſionem carnis apte ſignificatur effectus, qui fit in anima, cum ab illa tollitur originale peccatum. *Tom. 3. diſ. 5. ſect. 1. §. Sexto poſſumus.*

§. IIII.

Circunciſio quoad præceptum.

1 CIrcunciſio erat neceſſaria neceſsitate præcepti reſpectu adultorū, & reſpectu paruulorum neceſsitate medij, quādo ſine graui incōmodo applicari poterat, vt probabilius iudicat Doctor noſter; tamen quamdiu legalia fuerunt mortua, & non mortifera Circunciſio fuit vtilis paruulis, ad remedium originalis peccati; non vt cæremonia legalis, ſed vt remedium legis naturæ, quia nimirum retinuit ratione cæremoniæ ſacræ, per quam poterat fides parentum filiis applicari. *Tom. 3. diſp. 5. ſect. 1. §. Secundo dicendum eſt, & ſeqq.*

2 Præceptum Circunciſionis non fuit à principio ſcriptum; tum quia cum eſſet vnicum, facile poterat memoria retineri, præſertim cum eſſet cæremonia ſolemnis in illo populo, cuius ſignum, & character manebat impreſſus in corpore: tum etiā quia præſciebat Deus fore, vt per traditionem à parētibus ad filios illo tempore obſeruaretur iuxta illud Geneſ. 18. *Scio quod præceptur us ſit filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiāt viam Domini. Tom. 3. q. 70. ar. 1. §. Secunda aſſertio D. Tho. in commen.* Geneſ. 18.

3 Præceptum Circunciſionis non fuit datum pro omnibus gentibus, ſed certo populo. ſ. Iſrael. Ratio eſt: quia data eſt ad diſponendum populum, ex quo Chriſtus erat naſciturus, oportuit enim vt ex fideli populo, & peculiariter Deo dilecto naſceretur, & ideò non debuit eſſe cō munis hominibus, cum ſit data ad ſegregādum illum populum à cæteris gentibus. *Tom. 3. q. 70. art. 2. §. Secunda quæſtio.*

4 Præceptum Circunciſionis obligauit Abraham ad circun-

cidendum Ismael, vt colligitur
Genes. 17. ex Genes. 17. *Tulit autem Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, &c. Et circuncidit carnem præputij eorum, sicut præceperat ei Deus.* An vero teneretur Ismaele renuente? res est incerta, & dubia: cuius rationes pro vtraq; parte videri possunt apud D. N. *Tom.* 3. *q.* 70. *art.* 2. §. *Sed superſunt, &* §. *Mihi ergo.*

5 Item obligauit præceptum Circunciſionis Abrahã circuncidere omnes infantes, ſiue ſeruos, ſiue liberos, qui ſub eius poteſtate erant. Non verò ad circuncidendos adultos famulos, vel mercenarios, vel ſeruos ſine eorũ conſenſu, nec infantes ſeruos ſub cura parentũ exiſtentes. Rat. eſt: quia nemo adultus cogitur ad fidem ſine ſuo cõſenſu & voluntate, ergo nec ad recipiendum ſignũ fidei. *To.* 3. *q.* 70. *ar.* 2. §. *Mihi ergo.* Item Gentiles, qui ritu Iudaico circuncidebãtur, vt poterant facere, tenebãtur eam legẽ perpetuo obſeruare, & ad circuncidendos filios ſuos. *Ibidem.* §. *Superſunt, & ſeq.*

§. V.

Circunciſio, quoad miniſtrum.

1 NVLLVS miniſter Circũciſionis de
Genes. 17. ſignatur in lege,
Exod. 4. ſed poterat eſſe quandoque vir, quãdoq; fœmina. Ratio eſt: quia Genes. 17. ſolum dicitur: *Circuncidetur ex vobis omne maſculinũ & circuncidetis carnem præputij veſtri.* Vnde legimus Abraham interdum feciſſe circũciſionem, & interdum Sephoram vt conſtat ex Exod. 4. Item probabile eſt fieri poſſe adultum circuncidere ſe ipſum; & ſic Abrahã ſe ipſum circuncidit, vt conſtat ex Genes. 17. quãuis de nullo alio id legatur. Itẽ poterat dari nõ ſolum à iuſto, ſed etiam à prauo miniſtro, nec ſolum à fideli, ſed ab infideli, etiam quoad veram rationẽ Sacramenti, dummodo fuerit cũ intentione, conſecrandi puerũ, ſeu hominem circũciſum Deo, ſeu faciendi q̃ Deus inſtituit, & præcepit Abraham, ſeu faciẽdi q̃ faciebãt Iudei. *To.* 3. *q.* 70. *ar.* 3. §. *Vlt. inquiri poteſt.*

§. VI.

Circunciſio quoad durationem.

1 CIrcunciſio fuit vtilis ad remedium peccati originalis vſq; ad perfectam Euãgelij promulgationem. Ratio eſt: quia huiuſmodi vtilitatem non habuit, vt ſpeciale Sacramẽtum veteris legis, ſed vt participabat communẽ rationẽ, & vim Sacramẽti legis naturæ: hanc ergo vim obtinere potuit quãdiu lex vetus nõ fuit mortifera: vnde ſequitur, idem dicen-

dicendum eſſe de lege naturali, & de remediis, quę in illa erant, quia illa non erant ita cæremonialia, vt vmbræ futurorũ, ſicut veteres cæremoniæ, ſed erant quaſi cõnaturalia, & per ſe ordinata ad ſalutẽ hominũ. *To. 3. diſp. 27. ſect. 4. §. Obiici vero poteſt: & ſupra hic. concluſ. 1. §. 4.*

§. 1.

Clauis regni cælorum quoad nomen, definitionem, & diuiſionem.

1 POteſtas ad remittenda peccata in foro pœnitentiæ rectè per metaphoram ſignificatur, vt conſtat ex Concil. Florent. & Trident. & ex Extrauag. Ioan. 22. & ex vſu Theologorum. Eſt enim clauis veluti facultas quædam ad aperiendum, & claudendum; & inde translata eſt hæc vox ad ſignificandam poteſtatem Eccleſiaſticam ordinatam ad regendas, & diſponendas animas, vt regnum cælorum conſequãtur: & ſic dicitur Chriſtus Apoc. 3. habere clauem Dauid. *Tom. 4. diſ. 16. ſect. 4. §. Dicendũ ergo eſt.*

Chryſoſto. ho. 55. in Matth. Beda. Ioan. 21. Fulgẽtius de fide ad Petrum.

2 Poteſtas ad remittenda peccata dicitur clauis regni cælorum, & nõ inferni: quia quod per ſe intenditur per hanc poteſtatem eſt aperitio regni cælorum: quod tantũ fit directè per ſe, ac poſitiuè per illam; claudere autem regnum cælorum, ſolũ fit priuatiue non aperiẽdo, idq; quaſi per intentionẽ, ad hoc cogente malitia ipſa peccatoris. *Tom. 4. diſp. 16. ſect. 4. §. Deinde obſeruandum in fine.*

3 Sicut poteſtas Eccleſiaſtica multiplex eſt, ita etiam metaphora clauis variè accipi poteſt: quia vero hæc dicitur eſſe, non quæcunque, ſed regni cælorum, ideò ex varia ſignificatione, vel acceptione regni cælorũ, etiam metaphora clauis, diuerſam ſignificationẽ habet. Seclusis verò aliis ſignificationibus: *Regnum cælorum*: in omni proprietate, & rigore ſignificat Eccleſiam triumphantem, ſeu æternam beatitudinem, quæ claditur homini per peccatum mortale; aperitur autem per remiſſionem eiuſdem peccati, & ideo poteſtas retinendi, vel remittẽdi hæc peccata, optime per metaphoram clauis regni cælorũ ſignificatur: quia clauis eſt poteſtas, ſeu facultas quædam, cuius actus ſunt aperire, & claudere. *Tom. 4. diſp. 16. ſect. 4. §. Deinde obſeruanda.*

4 Clauis alia eſt ſcientiæ alia potentiæ: clauis ſcientiæ eſt illa, quam habet Summus Pontifex ad diffiniẽdas veritates fidei, & interpretandam ſacram Scripturam. Clauis potentiæ eſt illa, quã habet Summus Pontifex ad ligandum, & ſoluendum per cenſuras: quia nihil aliud eſt quam poteſtas præcipiendi,

gubernandi, &c. quæ diuisio ad
Theologi potestatem à Christo datam ad
in 4. d.18. gubernandam Ecclesiam accō-
19.&.20 modatur, & ad potestatem re-
Stot.d.19 mittēdi peccata, tam per pote-
q.1. ar.3. stātem Ordinis, quā iurisdictio-
nis; quia vtraq; est, & ad inquirendam conscientiam peccatorum, & ad absoluendū, vel ligandū. Deniq; distinctio, seu diuersio data non est realis, sed rationis, & secundum quandā extensionē moralem. *To.4.disp.16 sect. 4.§. Secundo dicendū est, & seqq.*

5 Potestas clauium definiri solet ex decreto Ioan.22. *Est potestas, qua Iudex Ecclesiasticus, dignos admittere valet ad regnū cælorū & repellere indignos:* quæ difinitio optime quadrat, seu cō uenit huic potestati. *Tom.3.disp. 16.sect.4.§. Deinde obseruanda.*

6 Actus istarum clauium sunt ligare & absoluere. Ratio est:
Aug.li.1. quia hæc potestas est aliquo mo
de doctri. do Superioris: quidquid autem
Christ.cap Superior per suam potestatem
17.& 18 operatur, potest optimè ad illos
Greg.li.4. actus reuocare: nam si dispensat
cap.76. soluit, si præcipit ligat. Quæ clau-
epist.32. es sunt cōmunicatæ âlijs à Petro, quoad potestatem ordinis perfectè, quoad potestatē verò iurisdictionis ex parte, & dependenter à capite. Vnde Eusebius Emissenus homil. in natali sancti Petri circa id: *Tibi dabo claues,* Petro, inquit, *principaliter dicitur: cæteris tamen Apostolis, etiā dictū intelligi debet, & Episcopis, & Sacerdotibus; istis enim, & clauis, & potestas à Deo data est, vt non solum Ecclesiam, sed etiam cælos aperiant. Tom.4.disp.16.sect. 4.§. Ex dictis ergò constat.*

7 Istæ claues etiam in lege veteri fuerunt, licet minus perfectæ iuxta illud Lucæ 11. vbi Christus: *Væ vobis Pharisæis, qui accepistis clauem scientiæ,* & de potestate gubernādi est res manifesta. Tamen prout nunc sunt in Ecclesia, sunt propriæ legis gratiæ: quia licet fuissent in lege veteri, propriè tamē non erant claues regni cælorum, quia tunc non erat propria potestas remittēdi peccata, nec dandi gratiam. Item quia tunc nondum erat per Christum aperta ianua Regni cælorum. *Tom.4.disp.16. sect.4. §. Atque hinc tandem.*

§. II.

Clauis quoad remittenda peccata.

1 CHristus Domin⁹ reliquit pastorib⁹ Ecclesiæ potestatē supernaturalem ad remittenda peccata post Baptismum cōmissa. Est de fide, difinita *in Conc. Constantiens. sess.8.& 15. in Lateranen. in cap. Firmiter. de summa Trinit. in Florent. in litteris vnionis sub nomine clauium.* Denique expressius *in Trident. sess. 14. cap. 1. can. 3.* Vide Doctorem nostrum afferētem plurimas scitu quidem dignas, auctoritates Patrum contra hæ-

Vide Chrysost. ho.70 ad pop. Ambros. lib. 10. in Luc. Hug. Vict. lib. 2. de sacram. p. 14. cap. 1.

hæreticorum errores. *Tom. 4. disp. 16. sect. 1. §. Dicendum ergò.*

2 Potestas ad remittenda peccata, non est potestas prædicandi Euangelium, vt constat ex varijs expositoribus super illum locum Ioann. 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis &c.* Et constat etiam *ex Concil. Trid. sess. 14. can. 3.* Ratio est: quia potestas prædicandi, quatenus est quoddam ius speciale datum Ecclesiæ à Christo Domino ad propagandũ Euangelium, proprijs, ac disertis verbis data est ab illo Matth. vlt. & Marc. vltimo dicente: *Predicate Euãgelium omni creaturæ, &c. Tom. 4. disp. 16. sect. 1. §. Respondent autem hæretici.*

3 Hæc potestas est iudiciaria, seu per modum iudicij exercenda quod est de fide, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 14. c. 1.* vbi *can. 9.* difinit. Absolutionem esse actum iudicij, & sententiæ prolationem, & constat ex perpetua traditione Ecclesiæ quę sem per intellexit Christum Dominum constituisse in Ecclesia sua quoddam tribunal, & reliquisse iudices, apud quos peccatorum, & conscientiarum causæ tractarẽtur. *Tom. 4. disp. 16. sect. 1. §. Ex quibus facile etiam.*

Amb. li. 1 de pœnit. c. 2. epi. 1. Ber. ser. 1. de S. Pet. & Paulo.

4 Potestas alia est Ordinis, alia iurisdictionis, vtraq; requiritur ad remittenda peccata. Potestas Ordinis est character sacerdotalis; quæ etiã est duplex, vna super Corpus Christi verũ, alia super Corpus Christi mysticũ, de qua hic agitur, quæ nihil aliud esse potest, quã prædictus character; & sicut character est indelebilis, ita & potestas; item sicut in solis sacerdotibus inuenitur character, ita in solis illis inuenitur hæc potestas; quæ si loquamur de prima institutione data est Apostolis Ioan. 20. *Accipite Spiritũ sanctum, &c.* Tamẽ si loquamur de comunicatione huius potestatis, quæ ad alios Sacerdotes, post Apostolos facta est, datur in ipsa ordinatione Sacerdotali, quod dixit Ioann. 22. *in Extrauag. quia quorundam de verb. significat. & clarius Trid. sess. 14. cap. 6. & can. 10. & sess. 23. cap. 1. Tom. 4. disp. 16. sect. 3. §. In hac re & sequentibus.*

D. Tho. in 4. q. 1. ar. 1 q. 2. ad. 1. Sot. d. 20. q. var. 1.

Turrecre. li. summæ cap. 93.

5 Potestas iurisdictionis, vt certum est, simpliciter requiritur ad effectum potestatis ordinis, ita vt absolutio vel sententia data per potestatem ordinis sine iurisdictione nulla sit. Ita definiũt *Conc. Florent. in decret. Eugenij. & Trid. sess. 14. c. 7.* Nota differentiam inter Sacramentum pœnitentiæ, & alia. ff. quod alia licet requirant aliquam iurisdictionem, tamen si fiant sine illa manent valida; secus verò dicendum de hoc Sacramento pœnitentiæ. *Tom. 4 disputat. 16. sect. 3. §. De potestate iurisdictionis.*

Conc. Flo. Conc. Tri.

6 Potestas iurisdictionis, non datur per ipsam ordinationem; quia tunc non possent Prælati

superiores reseruare aliquos casus, nec talem potestatem omnino auferre, vt de facto constat. *Tom. 4. disp. 16. sect. 3. §. Hæc sententia falsa.* Nec datur iure diuino media electione pœnitentiũ, cum constet de facto pœnitẽtes illam non habere, nisi quãdo à Prælato specialiter conceditur. *Ibidem. §. Atque ex his.* Nec per voluntariam subiectionem pœnitentis, quod patet eadem ratione. *Ibidẽ. §. Tertio quia aliàs.*

D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 4.

7 Potestas ordinis, & iurisdictionis, sunt re ipsa distinctæ. Ratio est: quia potestas ordinis potest dari sine iurisdictione, & vice versa: hoc autẽ est signũ realis distinctionis, ergò. Item potestas iurisdictionis datur ab homine, quatenus est in omnibus inferioribus Sũmo Pontifici; nã in illo non est per iniunctionem hominis, sed immediate à Christo, quãquam enim Sũmus Pontifex eligatur ab hominibus, & tamẽ ante illam electionem iurisdictionem nõ habeat, nihilominus illam nõ recipit ab electoribus, sed à Christo facta legitima electione. Apostoli verò illam acceperũt etiã immediatè à Christo Domino, vt verius & probabilius iudicat noster Doctor, non iure ordinario, quod fuit propriũ Petri, sed iure quasi delegationis, & Apostolatus. De quo vide. *Tom. 4. disp. 16. sect. 3. §. Ex his ergo satis, & seqq.*

Vide Bellarm. lib. 4. de Sum. Põt. c. 22 & 23.

8 Actus per se intentus, & propter quem primario datur hæc potestas, est vera remissio, & ablatio culpæ, quod fit per propriam & positiuam actionẽ, ad quem actum pertinet collatio gratiæ sacramentalis expulsiuæ peccati mortalis, quia culpa non remittitur sine gratiæ infusione. Alius verè actus retinendi peccata nõ est positiuus, nec fit per directam actionem huius potestatis; quia hæc potestas, nec culpam influit, aut conseruat, nec impedit remissionẽ eius, cum totum hoc sit contra finem huius potestatis, sed iuridicam sententiam, profert, hunc esse indignũ remissionis peccati, & hac ratione dicitur retinere peccata; quia actus per ipsum absolutionis actũ fiũt, & per satisfactionis impositionẽ, diuersa tamen ratione. *Tom. 4. disp. 16. sect. 2. §. Atq. ex his facilè, & seq.*

9 Omissis opinionibus, proprius, primarius, ac per se effectus huius potestatis est remittere, & consequẽter etiã quoad pœnam æternam, & præterea quoad temporalem, iuxta dispositionem pœnitentis. Primã partem tenent communiter Theologi in 4. dist. 18. Probatur ex verbis Christi Domini. *Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, &c.* & ex traditione Ecclesiæ & doctrina Conciliorum Præsertim *Florent. in litteris vnionis, & Constantien. in Bulla Martini V. contra errorem Ioan. Hus,* & clarius, *Trid. sess. 14. c. 1.* Secunda pars etiã probatur, quia pœna æterna nunquã

D. Tho. q. 1. ar. 3. & d. 32. q. 2. art. 1. q. 3. Sot. d. 18. q. 3. ar. 1. d. 20. q. 2 artic. 1. Caiet. to. 1. Opuſ. tra. 18. q. 5.

nunquā remittitur per se primo ipsa sola, sed simul cum culpa, tanquā necessariò cum illa coniuncta, & ab illa dependens, quātum ad æternitatē, & manifestè docuit. *Conc. Trid. sess. 6. cap. 14.* Tertia denique pars, nō indiget probatione, quia circa illam nulla est discēsio inter Doctores; & satis patebit infra verb. satisfactio. *Tom. 4. disp. 16. sect. 2. §. Fuit grauium, & seqq.*

§. III.

Clauis quoad ligandum.

1 HAec potestas clauiū ad ligandum duobus modis retinet peccata; vno modo, proximè, & iudicialiter, alio modo remotè, & per solam negationem remissionis, qualis est circa peccata, etiam non confessa, & vterque modus est verus, & virtute contētus, in verbis Christi maximè propter potestatē retinēdi. *To. 4 disp. 71. sect. 2. §. Tertia difficultas.*

2 Hæc potestas clauium non solū mortalia, sed etiam venialia, licet diuerso modo retinere potest: mortalia quidem proprie, venialia verò consecutione tantum. Ratio est: quia potestas per se primo data est, propter peccata mortalia, extēditur verò ad venialia veluti consecutione quadam, & vtrisq; accōmodatur modo illis proportionato. *To. 4. disp. 17. sect. 2. §. Statim verò occurrit, & seq.* Itē non solum peccata cōfessa, sed etiam oblita, sine ordine ad voluntatē pœnitentis retinere potest. Cōtrarium enim est cōtra vim verboeum Christi, quia non dixit: accipite potestatem remittendi vel retinendi peccata, quæ ipsi peccatores voluerint, sed simpliciter, remittendi, & retinendi peccata; ergò addēdo illam limitationem derogatur verbis Christi, & potestati ministrorū eius, quorum iudicio & arbitrio res commissa est, non liberæ voluntati peccantium. *Ibidem. §. Ad quartam obiectionem.*

3 Actus huius potestatis exercendus est per modum iudicij ex Christi institutione, esset enim ineptissimū, & præter omnem rationem committere hominibus, vt suo arbitrio sine causæ eximinatione, & absq; prudenti, & iusto iudicio possent aliorū peccata remittere, aut retinere; ergo eo ipso quod talis potestas conceditur, euidenter significatur, esse exercendam per modū iudicij, cum non possit concipi, quo alio rationabili modo fieri possit. *Tom. 4. disp. 17. sect. 2. §. Vltima difficultas.*

§. I.

Clericus quoad priuilegium Canonis.

1 CLerici omnes etiam prima tonsura initiati, etiam coniugati semel tantum, & cum virgine, dūmodo clericalem habitū & coronam *Cap. vnic. de cleric. coniug. in 6.*

ronam gestent; gaudent priuilegio canonis, iuxta *cap. vnicum. de cler. coniug. in 6.* licet sint suspensi, irregulares, excommunicati, vel degradari tantũ verbaliter, quia contrarium est dicendũ de degradato realiter. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Tertio denotantur personæ.*

2 Clericus incorrigibilis, præcedentibus delictis dignis depositione, quæ non sunt, nisi enormia, priuatur priuilegio canonis, iuxta *cap. Cum non ab homine de Iudicijs.* Tamen seruata prius forma cap. Præscriptam, verbi gratia, prius deponatur, & post depositionem excommunicetur, si adhuc sit incorrigibilis; & si adhuc sit contumax separetur ab Ecclesia, & si non emẽdetur, & nõdum corrigibilis sit, per sententiam iudicis debet tradi brachio sæculari, vt probabilius iudicat Doctor noster: licet alii dicant non esse necessariam sententiam iudicis; sed cum sit noua pœna, & non exprimatur in dicto capite, ideo non incurritur ipso iure. *Tom. 5. disputat. 22. sect. 1. §. & sequentibus.*

3 Clericus per sententiam declaratus incorrigibilis nõ priuatur omnino priuilegio canonis. ff. vt hanc censuram euadat, quicunque in eum manus violentas iniecerit. Ratio est: quia in nullo iure huiusmodi pœna, seu priuatio ostenditur. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Imo addo.* Tamẽ nota differentiam. ff. clerici in minoribus deferentes omnino habitum, vel tonsuram clericalem, ita vt non semel, aut iterũ, sed continuata consuetudine, illis non vtentes, statim amittunt hoc priuilegium, quamdiu in illo habitu perseuerant, nisi beneficium Ecclesiasticum habeant, & alicui Ecclesiæ inseruiant, aut ex licẽtia Episcopi, ad id se præparent iuxta nouum ius. *Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reform.* At verò clerici in sacris constituti nõ amittũt hoc priuilegium, etiam si habitum deferant, donec ter admoniti per suum Prælatum incorrigibiles sint. Ibidẽ. §. *Dixi tamen regulariter.* Monitio verò non sufficit vna pro tribus, cum hoc in nullo iure concedatur, & requiritur vt inter monitiones aliqui dies interponantur, nam iura, quæ in præsenti exigunt monitionem, volunt, vt aliquod tempus ad emendationem concedatur. Denique requiritur, vt fiant in speciali, & non in generali sed expresso nomine talis personæ: hanc enim vim habet verbum illud, *Nominatim*, in c. *Constitutionem de sent. excom. in 6* ex quo sumitur argumentum à similitudine rationis: cum solũ loquatur de monitione requisita ad excommunicationẽ. Quæ extensio facienda est cum additione dicti cap. *Constitutionem. ff. Nisi facti necessitas aliter*, scilicet interualla *suaserit moderãda. Ibidem. §. Aduertit autem.*

Concil. Triden.

Cap. Constitutionẽ.

4 De

Cap. Contingit. 2. Cap. In audientia. Cap. Perpẽdimus. Cap. Vnic. de vit. & honest. cle. Cap. Fin. de sent. ex commun.

4 De casibus in particulari propter quos clerici amittunt priuilegium Canonis, vide *cap. Contingit 2. & cap. in audientia, de sent. excom. cap. Perpendimus eodem tit. cap. vnic. de vita, & honest. cleric. in 6. & cap. Final. de sent. excom.* In quibus traduntur casus particulares, qui non sunt extendendi ad alios similes, de quo agit noster Doctor latè. *To. 5. disp. 22. sect. 1. §. Dixi tamen, & sequentibus.*

5 Gaudent hoc priuilegio canonis omnes personæ religiosæ vtriusq; sexus. De viris per se constat: de fœminis verò *ex c. De monialibus de sent. excõ.* colligitur. Item conuersi, etiam illi, qui propriam professionem nõ emittunt, iuxta *cap. Nõ dubium. c. Ex tenore, & c. De monialibus. de sen. excom.* Item Nouitii licet nondum Religiosi, sed in via ad Religionem profitendam sint, vt constat *ex. c. Religiosi. §. Quãuis de sent. excõ. in 6.* Et à fortiori omnia membra religionũ, siue solemnem professionem emittant, siue tantum vota simplicia à Pontifice probata, per quorum remissionem veri Religiosi efficiuntur. Item personæ tertij Ordinis D. Francisci, vel S. Dominici, viuentes gregatim & habitum religionis portantes: quia sub nomine Monachi comprehenduntur, iuxta interpretationem, & intentionem iuris. *To. 5. disp. 22. sect. 1. §. Præter clericos, & §. Dubitatum verò.*

Nau. cap. 27. n. 79.

6 Eremitæ non gaudent priuilegio canonis. Ita tenent multi, & graues Doctores, licet oppositum teneat *Glosa in cap. Qui verè 16. q. 1. Sylvest. verb. Eremit. n. 2. Armilla ibid. & Nauar. cap. 27. n. 79.* Ratio verò conclusionis est: quia hi sunt laici, & manent sub regali, seu imperiali iurisdictione. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Quapropter stando.*

Angelus verb. Eremita. n. 3. Panorm. in c. 2. de for. comp. n. 10.

§. II.

Clericus quoad percussionẽ, & manus violentas iuxta can. Si quis suadente.

1 PErcutiens clericum ipso iure incurrit excommunicationem reseruatam Summo Pontifici, vt habetur *in cap. Si quis suadente diabolo 17 q. 4.* Per particulam *si quis*, intelliguntur omnes personæ capaces censuræ, & baptizatæ excludendo Summum Pontificem, & non baptizatos homines. Item intelliguntur non tantùm viri, sed fœminæ, siue laici, siue Ecclesiastici, vt ibi notat Glos. & colligitur *ex cap. De monialibus, & cap. Cum illorum de sent. excom. Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Vnica ergo excommunicatio.*

c. Si quis suadente ibi Glos. c. de monia. c. Cum illorum.

2 Per *manuum iniectionem*, ob quam censura incurritur intelligitur omnis actio contingens ipsam personam, vel res aliquo modo adhærentes illi, ita vt ei vis

Nau. c. 27 n. 85. 87. Caie. ver. excomm. cap. 10.

Innocent. in cap. Nuper de ſent. excom.

vis inferatur, vnde excluduntur omnes actiones iniurioſæ, quæ non fiunt ipſi perſonæ in ſe ipſa, ſed in rebus eius, vel in perſonis illi coniunctis, vt amicis, parentibus, &c. vel in bonis eius ſuſceptis ſine violentia illi facta, licet inferatur cuſtodibus. Item non intelligũtur verba quantũvis iniurioſa, ad percuſsionem non peruenientia, vel actio non attingens perſonam, licet projiciatur lapis, terra, &c. & nõ mortalis exterior, licet ſit interior, v. g. in intentione, quia excommunicatio non ponitur niſi pro peccato mortali exteriori. *Tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. §. Quarto loco.*

3 Per manuum iniectionem, item intelligitur violenta detẽtio, ſeu incarceratio, etiam ſi ob læſionem, aut nocumentum corporale, non videatur graue dãnum inferri: quia eſt violenta iniectio manuum cum graui iniuria circa corpus ipſum. Item ereptio rei clerici, è manibus eius, quam ipſe iuſtè retinet, ac defendit, etiam ſi ſit parui momenti, quia in ratione violentiæ ſufficit ad grauem violentiam; nota verò quod iniuria illa debet fieri aliqua actione exteriori, & non tantum verbis, vt conſtat ex verbis canonis, vnde ſi actio violenta perſonam ipſam attingat, licet contactus phyſicè cõſideratus leuiſsimus ſit, ſi tamen ſecundum moralem exiſtimationem, ſufficiat ad grauem iniuriam cõtra honorem, & reuerentiam debitam tali perſonæ, ſufficit ad incurrẽdam cenſuram canonis, vt opinatur noſter Doctor. *Tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. §. Quari verò, & ſeqq.*

Vide cap. Nuper de ſent. excõ.

4 Per, *Manus*, intelligitur etiam enſis, virga, lapis, pes, &c. Et ſufficit, vt attingatur veſtis, pileum, vel aliquid ſimile, dummodo alias actio grauiter iniurioſa ſit, v. g. detentio violenta clerici incedentis, apprehenſo freno equi, vel ſi exiſtẽs clericus alicubi extrinſecus ita claudi-tur, vt vel omnino exire nõ poſſit, vel non ſine magno pudore; nam eſt detentio violenta perſonę, & ſic de aliis ſimilibus, quę à ſimili, vel æquali ratione colligunt omnes Doctores, *ex c. Nuper de ſent. excommun.* vbi multa exempla ponũt. *Tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. §. Præterea eſt animaduertendum, & ſeqq.*

Innoc. Panormit. & alij in ca. Nuper de ſent. excõ. Ant. 3. p. tit. 24. c. 1

5 Qui infert manus in clericum in ſuam defenſionẽ iuſtam non incurrit cenſuram canonis. Ita omnes, & colligitur, *ex cap. ſi vero, & cap. ex tenore de ſent. excommunicat.* quod intellige dummodo fiat in continenti vi vim repelendo, ſiue defenſio ſit perſonæ, ſiue honoris, ſiue aliarum rerum; quia reuera iura citata abſolute loquuntur, vnde ſi clericus fœminam tenet aggrediendo, non ſolum verbis, ſed facto aliquo, tunc cenſuram non incurret percutiens illum violẽter, quia illa eſt iuſta defenſio honoris. Tamen ſi aggreſio fuerit

Nau. c. 27 n. 85. Sylueſt. verb. excom. non tabili 4. caſu 16.

rit tantum verbalis, licebit tantum defenſio verbalis, & ideò tunc percutiẽs non excuſabitur à cenſura quãdo ſolis verbis poterat eum repellere, alias enim eum percutit. Item ſi quis à clerico agreſſus, ſine ignominioſa fuga vitare non poteſt nocumẽtum, niſi defendendo ſe, ſi ea de cauſa percutiat clericum: quia tunc noc peccat, ſimiliter ſi quis conſequatur clericum fugientẽ, & propria bona apportantem, & vi eum detineat, aut ea de cauſa clericus, ſe præcipitet, vel aliud nocumentum patiatur, nõ incurrit hanc cenſuram, idemq; eſt, ſi clericum debitorem & fugam parãtem detineat, vt eum ſuperiori præſentet, & ea via ſuũ debitum recuperet; quia tunc etiam non incurrit. *Tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. §. Ex his ſequitur.*

Innocent. Abbas, & aly in c. Si vero de ſent. ex commun.

6 Qui infert violentiã clerico ad ſe defendendum ab alio, v.g. fugit quis perſequentem inimicum, & occurrit clerico habẽti enſem, vel equum, & aufert à clerico enſem vt ſe defẽdat, vel equum vt fugiat, ſi neceſſarium ſit illi inferre violentiam, non incurrit cenſurã Canonis: quia illa violentia, & defenſio eſt iuſta: ſecus dicendum, quando fuerit iniuſta, aut ſi clericus in eo caſu priuatus enſe, aut equo in ſimili periculo conſtitueretur, quia tunc non haberet ius accipiendi. Idem dicendum de defenſione tertiæ perſonæ innocentis, ſi opus ſit injicere manus violentas in clericum inuadentem: quia defenſio innocentis reſpectu cuiuſcunque aggreſſoris, eſt maximè naturalis, & ſuo modo debita, vel ſaltem licita, vt dicitur *in cap. Dilecto. verſ. Et quidem, de ſent. excom. in 6. & c. Non in inferẽda*, cum alijs 23. *q.* 3. Secus erit, ſi vel modo defenſionis excedatur, vel ceſſet iuſta & vera ratio defenſionis, v.g. cum clericus non res alienas vſurpabat, ſed proprias recuperabat, vel non inferebat iniuriã, ſed ius habebat caſtigandi, vel aliquid ſimile. *Tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. §. Vlterius poteſt. & ſequenti.*

7 Item licet manus violentas injicere in clericum, in ipſius clerici defenſionem, dummodo ratio moderata defenſionis nõ excedatur, vt ſi clericus per vim detineatur, ne aliquis eum percutiat iniurioſè, aut ne in manus hoſtium incidat. Ratio eſt: quia illa non eſt iniurioſa, aut ſacrilega violentia, ſed ex charitate procedit. *Tom. 5. diſp. 2. ſect. 1. §. Et ſimili modo in fine.*

Au. epiſt. 50. ad Bonifacium, & habetur in cap. Ipſa pietas. 23. q. 4.

8 Qui percutit clericũ actualiter, turpiter inuentum, cum propria vxore, matre, filia aut ſorore, quamuis à culpa non excuſetur apud Deum, cenſuram Canonis non incurrit. Ratio eſt: quia Eccleſia ſuo præcepto, & obedientia non vult obligare in caſu tam acerbo, in quo doloris vis, vehementer hominem commouet: iuxta *cap. Si verò de ſententent. excom.* Tamen percuſsio debet

Sylueſter ver. Excõ. 6. not ab. 4. caſu 16. Nau. cap. 27. n. 84. Angelus ver. Excõ. 5. n. 19. Syl. verb. Excõ. 6. n. 6. §. 10.

debet fieri in instanti, vt denotat illud verbum, & *Actualiter*. Item nomine vxoris venit tantũ sponsa de præsenti, etiamsi matrimonium non sit consummatum, quia tantum est vera vxor. Item nomine filiæ intelligitur tantum propria, & naturalis. Et idem dicendũ de sorore, & matre, iuxta *Gloss. communiter receptam in dicto cap.* Denique sufficit vt excusetur a censura, si inueniantur exercẽtes aliquos actus turpes, illos enim comprehendunt illa verba. *Turpiter inuentum*. Item sufficit, quod solus cũ sola in loco suspecto inueniantur, si & personæ suspectæ sint, & vt tales habeantur, & locus aptus sit ad exercendos tales actus. Item si maritus inueniat clericum loquentem cum vxore, licet non in actu turpi, quem ter iam admonuerat, potest eũ violenter detinere, & capere, vt eũ suo Superiori præsentet, & de illo cõquæratur: vt ait *Angelus Excõmunicatio 5. n. 19. & Sylvest. excõ. 6. n. 6. & §. 10.* Imo ait idẽ Sylvest. quod si in eo casu talem clericum percutiat violenter, non manere excõmunicatum, quod non displicet nostro Doctori, quamuis Angelo, & Nau. non placeat. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Extenditur autem, & seqq.*

9 Iudex sæcularis capiens clericum nocte, cum suspicione inuentum, vt eum suo superiori præsentet, vel si eum in actuali crimine inueniat, non excedendo iustam ac moderatã vim in capiendo, non incidit in censuram Canonis. Colligitur ex cõmuni sentẽtia *in cap. Cum non ab homine de Iudicijs*. Rat. est: quia tunc illa actio non fit suggerente diabolo, nec est manus violenta cum sit iusta. *Tom. 5. disp. 22. sec. 1. §. Et simili modo. & §. Aliud exemplum*. Item non incidunt in censuram Canonis Cardinales ejiciẽtes à Sede Apostolica, eũ, qui illam occupat absque Canonica electione, & idem dicendum de aliis personis idem facientibus, vt ministri, & adiutores Cardinalium ex eorum auctoritate, quẽ casum ponit *Nau. c. 27. n. 89. ex cap. Si quis pecunia dist. 79. Ibidem. §. Et simili modo.*

Cap. Cum non ab ho.

Nauarr.

10 Quoties percussio clerici non fit per modum violentę manus, sed quolibet alio iusto, vel licito titulo non incurritur hæc censura Canonis. Vnde superior Ecclesiasticus excusatur à censura iubens, aut percutiens per se subditum clericũ ad correctionem iustam, & debito modo factam iuxta *cap. Vniuersitatis. de sent. excom. Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Secundo infertur. & seqq.* Item sæcularis Iudex clericum capiẽs in actuali crimine, ac detinens in casibus ei à iure permissis. Itẽ Iudex sæcularis capiens clericũ iussu Iudicis Ecclesiastici, iuxta *c. Si clericus de sent. excom. in 6.* Item si id faciat ex interpretatiua voluntate Prælati, cum proposito remittendi eum suo Iudici.

Vide Panorm. in c. Cũ voluntate. & in c. vniuersitatis de sent. excõ.

Angelus ver. excõ. 5. Sylvest. ver. excõ. 6. Nau. c. 27. n. 81.

diei. Item excusantur Præceptor, Herus, Pater, &c. verberantes clericum leuiter ratione disciplinæ, vt colligitur *ex cap. 1. de sent. excom. & c. Cum voluntate, eodem tit. §. Qui vero.* Hic spectat cõcessio facta *in c. Periculum §. Præterea de elect. in 6.* vbi quibusdam rectoribus, & officialibus conceditur facultas arctãdi & detinendi Cardinales in conclaui vsque ad electionem Pontificis. Tandem ad hoc reuocantur multa alia exempla siue rationes excusandi ab hac cẽsura, de quibus communiter Doctores. Et noster Doctor latissime tractat. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Aliud exemplum, & seqq.*

11 Superior Religiosorum debet in propria persona verberare subditum, id est, per se, & non per alium, nisi necessitas vrgeat, nunquam tamen licet facere per laicum, sed per clericũ, aut Monachum, alias incurrit cẽsuram Canonis, iuxta *cap. Vniuersitatis de sent. excom.* Secus vero est de captura, quæ aliquãdo fit per laicũ auctoritate Superioris, vt habetur *in cap. Vt famæ. de sent. excõ. & c. Si clericos. eodem tit. in 6.* Item Clerici sæculares non debent torqueri à Clericis, sed à laicis, vbi talis consuetudo fit, maximè quando modus torturæ acerbior est, & eiusdem rationis cum illo, quo iudices laici vtuntur. Nam aliàs deberet Superior torquere subditũ per se ipsum, iuxta cap. Vniuersitatis citatum: quod tamẽ est inauditum, & per se euidens. Itẽ Episcopus non solum non tenetur, sed etiam non debet subditum suis proprijs manibus verberare, tamen faciendo concurrentibus circunstantijs iustitiæ, non incurret censuram, imò nec grauiter peccabit, secluso scandalo, cum illa actio intrinsecè non sit mala, nec iure positiuo sufficienter facta reperitur. Idem dicendum de inferioribus Prælatis sæcularibus; quia nullibi videtur vsu receptum. Idem dicendum de Abbatibus, seu Prælatis regularium id faciẽdo per alios Monachos sine necessitate grauj; quia non obligantur cum tãto rigore ad castigandos inferiores per se ipsos, & sic nõ peccant mortaliter, nec censurã incurrunt, cum defectus non fit in substantia actionis, supponendo illam esse correctionem iustam. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1. §. Præterea additur & seqq.*

Sylues. verb. Excomun. 6. n. 6. §. 11.

12 Percutiens clericum loci causa, vel ludendo inter se excusatur à censura Canonis: quia illa non est actio iniuriosa, nec sacrilega. Vide *cap 1. de sent. excom.* Item excusatur percutiens clericum inuincibiliter talem ignoratum, cum excuset illa ignorantia à culpa. Idem dicendum de eo, qui putans se occidere clericum, occidit laicũ, quia licet ille animo, & intentione peccauerit, tamen re ipsa non percussit clericũ. *Tom. 5. disp. 22. sect. 1.*

Vide Couar. in c. Alma 1. p. §. 10. n. 15.

sect. 1. §. *Tandem ad hoc caput, & sequentibus.*

Vide. Na. c. 27. nu. 78. & Ca iet. verb. Excom.

14 Qui mandat, consilium dat, incurrit excommunicationem, iuxta cap. *Mulieres de sent. excom.* §. *Illi verò.* Item qui ratã habuit percussionẽ clerici suo nomine factam, vt colligitur ex *cap. Cum quis. de sent. excom. in 6* Item consentiens, & qui potest obuiare manifesto facinori, & desinit obuiare sine periculo & damno, & nolẽs obuiare ex intentione: quia tunc merito punitur tanquam consentiens, iuxta *cap. Quantæ de sentent. excom. Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Si verba prædicti: & sequenti.*

Cap. Contingit.

15 Clericus cõsentiens suæ percussioni, seu vapulationi, nõ incidit in censuram Canonis, vt colligitur manifestè, *ex cap. Contingit. de sent. excom.* vbi sic dicitur. *Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi, sponte se subiecerit excommunicetur.* Ergo supponitur non manere ipso iure excommunicatus. *Tom.* 5. *dis.* 22. *sect.* 1. §. *Hic verò.*

Panorm. cum alys in c. Contingit de sent. Excomm.

16 Percutiens clericum cõsentientem, si actio sit contumelioſa statui clericiali, incidit in censuram Canonis: quia licet non sit percussio violenta, vel potius coacta: est tamen iniurioſa statu clericali, in cuius fauorem canon ille latus est, cui cedere nõ potest priuata persona, etiã si sua sponte consentiat: secus si actio non est contumelioſa: quia nec facit iniuriam huic personæ particulari, nequẽ ordini clericali. *Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *De ipso autem.*

Panorm. in cap. Cõtingit. de sent. excõ. n. 6. *Nau.* 6. 27. *nu.* 79.

17 Clericus percutiens se irato animo incurrit excommunicationem Canonis. Quæ sententia est probabilis, quando percussio sui talis est, vt attingat grauitatem peccati mortalis, propter læsionẽ in corpore proprio factã: quamuis non desint multi Doctores, oppositum sentientes. *Tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 1. §. *Ex quo inferunt.*

Commenda.

Rebuffus in cay. Postulatis. de cler. ex com. misi. num. 214.

1 COmmẽda, seu cõmendatio Ecclesiæ excommunicato facta est nulla. Ratio est: quia illa ordinatur ad officiũ ad quod excommunicatus inhabilis est, item; quia ob hanc causam, *in cap. Nemo. de elect. in* 6. Cõmenda æquiparatur ipsi beneficio parochiali quoad hoc vt non nisi vna, & ei qui in ætate legitima, & sacerdotio constitutus est, dari debet. *Tom.* 5. *dis.* 13. *sect.* 1. §. *Quarto infertur.*

Complex.

Vide Sotũ lib. 5. *de iust. q.* 5. *art.* 2:

D. Thom. 2. 2. q. 73. *art.* 2.

1 RElictis opinionibus reuelare peccatum proximi in particulari, & cum infamia eius, etiã in cõfessione ex suo genere est peccatũ mortale, si fiat sine rationabili causa. Ratio est. quia infamare proximum, etiã apud vnam tantum personam, reuera est graue detrimentum morale, tantoque maius, quanto per-

to persona fuerit grauior. Secus dicēdum est: si fiat ex legitima causa, quia detractio materialis, qualis est, quæ fit sine intentione infamandi, & ex legitima causa potest esse licita: legitima causa autem erit, quando in ipsa confessione tantum procuratur vtilitas, necessaria ad solum pœnitentem pertinēs. Ratio est: quia fit minima detractio materialis, quæ fieri potest, & intēditur maxima vtilitas, & maxime propria. ff. spiritualis. Idem dicendum, quando vtilitas illa requirit actionē, vel vsum illius notitiæ, etiam extra confessionem, si vsus ille fieri potest, sine vlla reuelatione directa, vel indirecta, & tunc possum cōmunicare peccatum cōplicis cum confessore, dummodo causa, vel finis sufficiens sit: q̄ est commune, quia ille vsus nec famæ proximi nec secreto cōfessionis derogat. Tamen dixi in principio cōclusionis, *Ex genere suo*, quia ex inaduertētia, & leuitate materiæ potest esse veniale, reuelare peccatum proximi in particulari, & cum infamia eius, &c. *Tom. 4. disp. 24 sect. 1. §. Dico posse esse, &c.*

D. *Anton.* 3. *p. tit.* 14 *c.* 19. §. 11 *Henrriq. quodli.* 3. *quæst.* 23. *Sylu. verb confes.* 1. *q.* 24.

2 Non solum potest pœnitēs, sed etiam tenetur ob solam confessionis integritatem, peccatū complicis in confessione explicare, etiam si confessor cognitus sit complicem in particulari, in qua sententia citat Doctor noster 24. Doctores fide dignissimos, quos breuitatis causa omitto; licet alij oppositum teneant. Ratio conclusionis est: quia vnusquisque potest vti iure suo, etiā si aliquid incōmodi alteri sequatur, & hoc incōmodū paruum est respectu complicis, cū eius peccatum sub eodem sigillo maneat, & idem complex huic se periculo exposuit, quādo voluit esse socius criminis alterius, q̄ vero teneatur, probatur, quia præceptum de integritate confessionis per se obligat, ergo quoties nulla legitima excusatio interuenit, vt in nostro casu, si quidem licitum est, vt probatū manet, actualiter obligat; quæ obligatio non solum habet locū in confessione necessaria, sed etiam in voluntaria. *Victor in Sū. n. 164.* *Tom. 4. disp. 34. sect. 2. §. Secunda sententia, & sequentibus.*

3 Non licet omittere confessionem necessariam, aut ratione necessitatis extremæ, aut alicuius præcepti ad celandū peccatum complicis; quia vt diximus hic in 1. conclusione, est tantum materialis detractio, & non est res tanti momenti, vt propter illam solam omittendus sit vsus necessarius huius sacramēti: itē nō tenetur nimium differre tantum voluntariam cōfessionem, q̄ relinquitur arbitrio prudentis, v.g. si vno die, vel altero differendo confessionem sperare tur confessor, cui sine notitia cōplicis posset fieri confessio integra, charitas obligat ad expectandum illum: secus si esset di-

Vide Gers. in serm. de pœnitent. can. Dom. cōsidera. 4. §. Fiat integre.

latio longi temporis, aut longa intermissio vtilis frequētiæ. *To. 4. disp. 34. sect. 2. §. Sed quæres.*

4 Pœnitens non tenetur, nec debet occultū peccatū alterius manifestare, qui non fuit cōplex sed solū obiectum peccati eius: vt si filius det venenum matri grauidæ ex prauo cōcubitu, aut si infamet illā, vel aliquid simile. Ratio est: quia hic cessāt rationes, quæ reddebant illam detractionem materialem: ergo manet formalis, & intrinsece mala: vnde in isto casu confiteatur pœnitens suum peccatum quantum potest, sine explicatione personæ in particulari, vt si persona offensa est pater, dicat: se offendisse tali modo personā valde sibi coniunctam, & sic de aliis. *Tom. 4. disp. 34. sect. 2. § Vltimo declarandum, & seqq.*

Ant. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 11. Syl. cōfess. 1. q. 24. Ar. verb. Circunstātia n. 11. Tabiena verb. Circunstantia §. 10. & verb. Cōfess. 1. §. 4. Scot. in 4. d. 2. q. 2. §. de quid dico.

5 Licitum est cōfessori de licētia pœnitentis vti notitia confessionis ad corrigēndum complicē, vel impediendū eius delictum in bonum aliorū; quamuis alii oppositum teneant. Ratio est: quia vti notitia confessionis ex licentia pœnitentis, nō est actio mala, quia prohibita, cū nulla sit lex positiua, neq; etiam est prohibita, quia mala vt patebit facile discurrēti per tres virtutes. fl. religionem, iustitiam, & charitatē, ad quas potest pertinere honestas, vel malitia huius actionis: ergo nihil obstat, item non solum est licitum propter spiritualem salutē alterius procurandā sed etiam propter vitandum aliud magnū nocumentum aut aliam similem honestā causam ad bonum proximi pertinentem, v.g. si adultera intelligit maritum machinari mortē socio criminis, potest illum per confessorē monere, vt se in tuto collocet, itē si duo fuerunt socij in furto, & vnus eorum vicinus morti restituit, potest per confessorem monere cōplicem, vel vt intelligat se esse iam liberum à restitutione, si alter totum restituit, & partem socio remittit, vel certe, vt intelligat partem illam suis hęredibus esse restituēdam, & similia. Deniq; vt vitetur scādalū, semper in initio est liniēda correctio ita prudēter, vt prius peccator recognoscat suā miseriā, quā exasperetur, & resistat. Itē requiritur talis auctoritas, & fama confessoris, vt non possit alius peccator, imprudētissime tale crimē sacerdoti obijcere, aut illud de eo præsumere, v.g. reuelationem sigilli confessionis quod absit, & Deus auertat. *Tom. 4. disp. 34. sect. 4. §. Propter hæc & sequent.* Vbi multos fidedignos Doctores huius opinionis citat.

6 Tres reperiuntur casus, in quibus licet pœnitenti vti industria confessoris ad complicem emēdandū media correctione. Primus est moralis necessitas ex parte complicis, secundus insufficientia pœnitentis, ad correctionem vtiliter faciendam, tertius,

tius, quando pœnitens ſpiritualiter facere per confeſſorē. *Tom. 4. diſp. 34. ſect 4. §. Aliud igitur.* Et vt pœnitens teneatur vltra hæc requiritur, vt neceſsitas proximi ſit tanta, vt charitas obliget ad ſubueniendum illi, vel per ſe, vel per alium eo modo, quo pœnitens potuerit. *Ibidem §. Vt autem.* Item vt confeſſori liceat, vel teneatur corrigere complicē & hoc munus acceptare & exequi, debēt dari ſimiles tres conditiones requiſitæ in pœnitēte cum proportione applicatæ. *Ibidem §. Ex quibus facile.* Item hac via poteſt, procedi ad denuntiationem paternā, id eſt, denuntiare ſuperiori, vt patri; quia in hac occaſione nō poteſt inquirere in ſubditum, vel aliud detrimentum illi inferre, ſed ſolum conſilio, oratione, & opere illum iuuare, auferendo occaſiones ocultiſsimas, & ſine timore ſuſpitionis, & facultate à pœnitente data, vt ſupponitur, & hac via nō poteſt procedi ad denuntiationem iudicialē; quia forum illud publicum eſt, & lōge diuerſæ rationis, multaque in denūtiatione requiruntur, quæ repugnant per viam confeſsionis. *Ibidem. §. Atque ex his.*

Sot. d. 18. q. 4. ar. 5. Syl. verb. confeſſ. 3. q. 6.

7 Eodem ſigillo tenetur ſacerdos ad ſeruandum ſecretum circa peccatum complicis, quo circa perſonam pœnitentis. Ratio eſt: quia omnia illa requiſita ad integram confeſsionem faciendam cadunt ſub ſigillum; ſed vnum ex his neceſſariis eſt perſona complicis: ergò. Idem dicendum etiamſi per ignorantiam, & abſq; neceſsitate pœnitens reuelet complicem peccati in cōfeſsione, dūmodo dicatur, vt pars cōfeſsionis propriæ ipſius pœnitentis, ſeu tanquā quid pertinens ad illum. Ratio eſt: quia ſi aliquis cum propriis peccatis ſolum comitanter diceret etiam aliena in rigore non manerēt ſub ſigillo; quia nullo modo pertinerēt ad confeſsionem pœnitentis, & concomitātia ſolum nō ſufficit. *To. 4. diſ. 34. ſect. 3. §. Nihilominus dicendū, & ſeq.*

8 Non licet cōfeſſori vti ſciētia peccati complicis ad aliquē vſum, quo poſsit eius perſona prodi, ſine licentia pœnitentis. Ratio eſt: quia omnis fractio ſigilli eſt ſemper mala: ſed quacunq; ratione aut quouis vſu talis notitiæ, prodere perſonā cōplicis, ſine licentia pœnitētis, eſt frāgere ſigillum: ergò ſemper eſt mala. Idem dicendum loquēdo cum ipſo complice; quia ſicut ſigillum obligat ad non loquēdum de peccato pœnitētis cum ipſomet pœnitente, ita etiam ad non loquēdum de peccato complicis cum ipſo complice. *Tom. 4. diſp. 34. ſect. 3. §. Hinc ſecundo, & ſeqq.*

9 Poteſt confeſſor vti ſcientia peccati complicis ad aliquē vſum, ſi nulla cōplicis proditio timeatur, aut peccati eius, & vſus per ſe ſit honeſtus. Ratio eſt:

quia tunc talis vsus non est contra sigillum; & sic nullum relinquitur naturale, vel diuinũ præceptum contra quod sit talis actio, aut vsus; quod intellige nisi specialiter prohibeatur lege aliqua positiua, vt de facto prohibitus est â S. D. N. Clemente Octauo quoad exteriorem gubernationem. *To. 4. disp. 34 sect. 3. §. Propterea vero.*

10 Sacerdos potest de licentia pœnitentis vti scientia, quam per confessionem acquisiuit, & accepit de peccato cõplicis, in bonum ipsius pœnitẽtis, & præsertim in spiritualem vtilitatẽ, vel etiam necessitatem, verbi gratia, vt pœnitentem defendat ab importuna complicis insectatione, & inductione ad peccandum, vel vt ab eo aliquam debitam satisfactionem accipiat, si tamen prudenter id fiat. Ratio est: quia interueniente facultate pœnitentis, iam non agitur cõtra sigillium, & aliunde nulla est deordinatio, vel malitia in tali actu: ergo, &c. Et non requiritur licentia complicis; quia ipse non comisit secretum confessori, sed solus pœnitens: ergò solus ille à quo pendet hoc secretũ, sufficit dare licentiam loquendi, quantum ex parte sigilli. *To. 3. disp. 34. sect. 3. §. Tertio dicendum, & seqq.*

Supponitur.

§. I.

Communicatio cum excommunicato in cõmuni.

1 TRiplex est cõmunicatio cum excõmunicato, v. g cõmunicatio in crimine propter q̃ aliquis est excõmunicatus, communicatio in diuinis & humanis. Prima est prohibita quia mala, cum sit operari in crimine, quod per se est malum: communicatio vero in diuinis, & in humanis, est mala, quia prohibita, quia per se cõsiderata alias erat licita. Tamen communicatio cum excommunicato in humanis differt dupliciter à communicatione in diuinis. 1. quod est minoris æstimationis, & momenti vt per se notũ est. 2. quod respectu communicationis in diuinis, secundario, & in directe tantum per excommunicationẽ intenta est: quia spiritualia bona, cum sint propria filiorũ Ecclesiæ, merito ac primario denegantur ei, qui ab Ecclesia absciditur. *Tom. 5. disp. 15. sect. 2. §. Antequam his, & seq. & disp. 17. sect. 2. §. Quoniam.*

2 Ad communicationem, cũ excõmunicato tres cõditiones requirũtur. 1. est, quod excõmunicatio sit iam contracta ante cõmunicationẽ. 2. est, quod excõmunicatus sit vitandus, id est, nominatim denuntiatus, aut notorius percussor clerici, iuxta

Felin. in c. si concubinæ de sen. excom.

Extta-

Extrauag. ad euitanda, quod intellige de communicatione externa, quia quoad cõmunicationem internã, ius antiquum manſit integrũ. 3. eſt, quod quælibet ex his tribus communicationibus, ſit prohibita hoc ipſo, quod quis excõmunicatus eſt, quamquam hoc non ſemper ſufficiat ad formalem participationem eius, qui cum excommunicato cõmunicat. *Tom. 5. diſp. 17. ſect. 2. §. Quoniam in ſuperioribus.*

3 Communicatio cũ excommunicato poteſt operari duos effectus, vnus per ſe, & immediatè ſt. obligatio ad euitẽdas participationes cum excommunicato: alter eſt magis remotus, & quaſi per accidẽs, videlicet, aliqua cenſura, vel pæna, quam incurrunt communicantes cum excommunicato, aliquo ex tribus modis ſupradictis, de quibus in ſuis locis agetur. *Tom. 5. diſp. 17. ſect. 2. §. His poſtis.*

Supponitur.

4 Qui dubitat an alius excommunicatus ſit, non tenetur illum vitare regulariter loquendo. Ratio eſt: quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis: ergo propter ſolum dubium non poſſum ego priuare alium communicatione, ad quam ex ſe ius habet eiuſq; vſum legitime poſſidet. *Tom. 5. diſp. 15. ſect. 3. §. Deinde dubitari poteſt.* Secus dicendũ, ſi ex dubio de validitate denuntiationis oritur dubitatio de valore actus. v. g. ne ſe exponat periculo faciendi, vel reciendi Sacramentum irritum, vel aliquid ſimile. *Ibidem. §. Dixi autem regulariter loquendo.*

Adrian. in 4. q. 3. de clauib. Maior in 4. diſt. 18. q. 2. Nau. & aly moderni.

5 Nemo tenetur extra confeſsionem vitare excommunicatum in cõfeſsione cognitum, vt notauit Couarr. cum alijs *in cap. Alma 1. parte §. 2. n. 3. Tom. 5. diſp. 15. ſect. 3. §. Dixi autem regulariter.* Itẽ, qui dubitat an ipſe excommunicatus ſit? ſi ſit dubium probabile, tenetur ſe abſtinere à communicatione, vt colligitur *ex cap. Illud de cleric. excom. minist. & ex cap. Cum deſideres. de ſent. excom. Tom. 5. diſ. 15 ſect. 3. §. De priori tamen.*

Couarr. c. Illud. cap. Cum conſideres.

6 Ille qui ſemel excõmunicatus eſt, ſemper vitari debet, donec de abſolutione conſtet: ſufficienter tamen conſtabit, quando teſtes fide digni aſſerunt illum eſſe abſolutum. Item vnus teſtis grauis, & omni exceptione maior, tanquam teſtis oculatus, vel alio modo æquiualẽti id affirmãs. Item teſtimonium ipſius excõmunicati, quando nulla eſt occaſio præſumendi mendacium Itẽ publica fama, & quod communiter pro abſoluto habeatur vt talis tractetur; item ſi poſt excommunicationem latam multum temporis tranſiit, & cõſiderata cõditione perſone, & negotij; quia veriſimile non eſt, toto illo tempore in excommunicatione inſurduiſſe, etſi fortaſſe in re ipſa contingerit errare, talis notitia, & cẽſuram, & culpã excuſabit. *Tom. 5. diſp.*

Nauar. in ſum. c. 27. n. 36. Angelus ver. excom. 8. num. 19.

Sylueſt. verb. excom. 5. 26.

15. *sect.* 2. §. *Aliud dubium circa.*

7 Quicunq; propter vtilitatẽ propriam cum excommunicato communicare potest, vt constat ex prima dictione illius communis versiculi, quem retulit. *Gloss. in c. Cum cõsideres de sent. excom.* §. *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* Vnde possum petere consilium ab excommunicato, si ab aliquo æquè idoneo non spero, argumento, *c. Cum voluntate, & cap. Responso de sent. excom.* Item eleemosinã petere, si necesse sit, vel necessaria emere, si aliunde habere non possum, vel certè nõ æque comoda iuxta *cap. Quoniam multos* 11. *q.* 1. Item debitum exigere secundum. *Cap. Intellexim⁹ de iudiciis, & cap. Si vere de sent. excom.* Et idem est dicendum de omnibus ad nos necessariis, vel ad nostra tuenda, quia excommunicatio non est lata in nocumentum aliorum fidelium. *Tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* §. *Tertium caput.*

Palud. in 4. *dist.* 18. *q.* 6. *Gabr. q.* 3. *Ang. ver. excõ.* 8 *n.* 6. *Caiet. in sum. c. de Participatione.*

8 Item licet propter vtilitatem ipsius excommunicati, cum illo communicare, dũmodo vtilitas sit moralis necessitas ad melius esse, in quo non tam de temporali lucro augendo, quam de damno vitãdo, & vita, & statu tuendis agatur; vnde licitum est ad excõmunicatum habere concionem, *c. Reponso de sent. excom.* Itẽ priuatim eum monere, vt respiscat, vel de aliis pertinẽtibus ad bonũ eius animæ iuxta *c. Cum voluntate eodem tit.* quam

Vide Adrianũ q. 3. *de clauã Ricard. dist.* 18. *ar.* 11. *Gabr. in* 4. *dist.* 18. *q.* 3. *dub.* 5

uis interponantur alia verba, vt admonitio vtilior sit, item dare ei eleemosinam dante graui, aut communi necessitate. Item subuenire ei indigenti nostra ope, auxilio, aut defensione, ne graue damnum, aut iniuriam patiatur, in fama, aut corpore, aut bonis temporalibus. Item licet ipsi excommunicato communicare cum aliis ob suam vtilitatẽ, quæ moralis sit necessitas ad melius esse, primò propter vtilitatem pertinentem ad salutem animę, item sicut excõmunicatis licite cõcionari possumus, item, & ipsi aliorum conciones audire possunt. Item potest petere excommunicatus orationes, vel apud homines intercessiones, in ordine ad bonũ animæ, & maxime ad absolutionem obtinendam; item indigẽs potest procurare, & petere subsidium, auxilium corporale; deniq; potest petere rescriptum validum ad absolutionem obtinendam iuxta *cap.* 1. *de rescrip. in* 6. Ad alia vero negotia impetratum, erit nullum. *Tom.* 5. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Addimus enim primò, & seqq.*

9 Nullus tenetur vitare excommunicatum occulte ligatũ excommunicatione minori, in collatione sacramentorũ, propter Extrauag. ad euitanda, quæ comprehendit etiam minorem excommunicationem, cum generaliter loquatur: secus si fuerit denũtiatus; quia per se, & ex vi censuræ prohibentur omnes commu-

Extraua. ad euitãda c. quoniam multos glos. in c. Rego.

communicare cum excõmunicato, in re illa prohibita, quæ ratio cõuenit etiã minori excõmunicationi. Tamen administrans sacramẽta ligato minori excõmunicatione, etiã de nuntiato nullam censuram incurrit, nec excõmunicationem minorem; quia hæc solũ lata est in eos, qui cũ ligato maiori excommunicatione communicant, sumitur *ex c. Quoniam multos* 11. *q.* 3. item vide *glos. in c. Rogo, & in c. excellentißimus. Tom.* 5. *dipſ.* 24. *ſect.* 2 §. *Et primo dicendum, & ſeqq.*

§. II.

Communicatio cum excommunicato in crimine, &c.

1 COmmunicatio in crimine propter quod lata est censura, cum excommunicato, est prohibita iure Ecclesiastico, colligitur *ex c. Nuper. & c. Concubinæ de ſent. excõ.* & participans in tali crimine incurrit in eandem excommunicationẽ, vt constat ex cap. Nuper cit. à qua nõ potest absolui, nisi ab illo, à quo ipse criminosus absolui potest, vt dicitur in dicto c. Nuper. Ad quam contrahẽdam requiritur, vt communicatio sit cum iam excommunicato cognito, & denũtiato propter Extrauag. ad euitanda. Item requiritur, vt sit cõmunicatio in eodẽ crimine, ob quod damnatus est, iuxta *c. Statuimus de ſent. excom. in* 6. quæ excõmunicatio toties incurritur quoties participatur in crimine cũ excommunicato; quia toties agitur contra canonem. *Tom.* 5. *diſp.* 17 *ſect.* 2. §. *Circa participationem, & ſeqq.*

Vide Nauar. c. 27. *nu.* 32. *&* 112. *Felinũ c. Si concubinę de ſent. excom.*

2 Communicans cũ excommunicato vitando in crimine, q̃ habet excommunicationem Papæ reseruatã, eandem excommunicationem reseruatam cõtrahit, vt colligitur, *ex c. Si concubinæ de ſent. excom. Tom.* 5. *diſ.* 22. *ſect.* 2. §. *Sexta censura.*

§. III.

Communicatio cum excommunicato in diuinis.

1 SAcerdos administrãs sacramenta alicui excommunicato nominatim denũtiato peccat mortaliter, est cõmunis, & certa sententia. Ratio est: quia quoad hos excommunicatos nihil innouauit Extrauagans ad euitanda, & sic manet illæsum ius antiquum vt cõstat ex multis decretis, 11. *q.* 3. *& cap. Episcoporum de priuilegiis in* 6. *& c. Significauit, & c. Cum consideres, & aliis de ſent. exc.* secus dicendum, si detur ignorantia probabilis censuræ, aut vis, aut metus grauis in ministrãte; quia in his casibus non incurritur censura posita pro ministrãtibus sacramenta excõmunicato. *Tom.* 5. *diſp.* 10. *ſect.* 2. §. *Dico ergo primo, & ſeqq.*

Nau. cap. 27. *n.* 11. *Extraua. ad euitãda c. Epiſc. Significauit cap. Cum conſideres.*

2 Sacerdos potest licite administrare Sacramentum excõmunicato denũtiato,quoties ille licite petit.Ratio est:quia hæc prohibitio magis directe cadit in excommunicatum, quam in alios ; ergo si ille excusatur in recipiendo,alij etiam excusabũtur in dando,nisi excusatio proueniat ex ignorantia, quia tunc debet à ministro admoneri de sua obligatione, quia illa actio, & receptio per se est mala , & vtriq; prohibita ,& ignorantia vnius non reddit aliũ ignorantem,vt eum excusẽt.*Tom.*5.*disp.* 10.*sect.*2.§.*Rursus.& seqq.* Item licite poterit administrari,si detur necessitas exparte excõmunicati, quia eadem occasio, quæ excommunicatum constituit in tali necessitate petendi sacramẽtum,vt eum à culpa excusẽt, constituit etiam ministrum in sufficienti necessitate dandi, vel vt alteri reddat ius suum , si ex officio id debeat,quando aliter subuenire non potest. *Ibidem* §.*Vnde circa aliam.*

3 Ministrans Sacramentum excommunicato denuntiato nominatim, incurrit excommunicationem minorem, & interdictum ab Ecclesiæ ingressu, iuxta *cap.Episcoporum de priuileg.in 6.* Item ministrans excõmunicato nominatim denuntiato fautori hæreticorum priuandus est suo officio, vt colligitur *ex cap. excommunicamus* 1. *de hæretic.* §. *Credentes.*Item ministrans sacramenta excommunicato à Papa incurrit excommunicationem eidem reseruatã iuxta cap. *Significauit de sent.excom.*quod intellige de excommunicatis à Papa,vel ab homine, & specialiter latis,vel saltem de excommunicatis à Papa,â iure, vel ab homine, nominatim tamen denũtiatis.*Tom.*5.*disp.*10.*sect.*2.§. *Vltimo inquiri,& seqq.quem vide.*

Vide.Na. in Manuali c.27.n. 3.Caietanũ in sum. ver.excõ. cap.58.

4 Sacerdos ministrãs Sacramenta excommunicato non vitando nõ peccat contra prohibitionem Ecclesiæ, vt colligitur ex Extrauag.ad euitanda vbi fit expressa mentio de administratione sacramentorum. *Tom.* 5. *disput.*10.*sect.*2.§. *Dico secundo.* Neq; incurrit pænas , quia sicut hæc prohibitio,iam non cõprehendit huiusmodi casum,ita nec pæna in illo imposita ad illum extenditur.*Ibidem* §.*Dico secundo.* Tamen sæpe peccabit ministrando sacramenta excommunicato occulto contra ius diuinum & connaturale ipsis sacramentis,quatenus ministri tenẽtur illa non præbere indigne petentibus,sed excõmunicatus nõ vitãdus indigne petit quia peccat mortaliter,ergo : etiam ministri in dando *Ibidem* §.*Secunda ergo pars*,videatur etiã. *Tom.* 3.*disp.*18.*sect.*2.*& disp.*72.*sec.* 3.*&* 4.Excusãbitur tamẽ ministrans tali excommunicato ab ista,culpa,quoties excõmunicatus in petendo nõ peccat ; item si ministret ad euitandum scandalum

*Adrianus in materia de clauibus q.*3. *Couar. c. Alma* 1. *p.*§.2.*nu.* 11.*&alij.*

dalum; secus dicẽdum de scandalo vitando ipsius excommunicati. ſi. quia ſi ei denegetur deterior fiet, & magis contumax, vel etiam hæreticus, quia illud non eſt ſcandalum actiuum, ſed paſsiuum tantum, & ex malitia. *Ibidem §. Atq; hinc facile.*

Sylueſt. ver. excõ. miſſa 1. q. 8. conc. 4. Armilla ver. excõ. n. 4. Nau. in ſum. c. 27. n. 36.

5 Licitum eſt priuatim pro excommunicato orare, & propriam ſatisfactionẽ pro illo offerre Ratio eſt: quia de facto id non prohibetur, vt praxis, & cõſuetudo, ſatis oſtendunt, & eſt conſentaneum pietati Eccleſiaſticæ. *Tom. 5. diſp. 9. ſect. 5. §. Nihilominus.* Itẽ licet ſacerdoti, vt priuata perſona, orare in Miſſa pro excommunicato. ſi. in illis partibus Miſſę in quibus, vel mẽ taliter orat, vt in *Memento*, vel occultè, & ſecretè. Rat. eſt: quia ſacerdos licet miniſterium publicum exerceat, nõ deſinit eſſe perſona priuata, & ideò poteſt, vt talis, orare pro illis, dummodo eos nominatim in canone nõ exprimat, vel in alijs orationibus publicis. *Ibidem §. Atq; hinc infertur*, Item licitum eſt Sacerdoti dum publice orat, nomine totius Eccleſiæ, ſimul intentione priuata, & in propria perſona eandem petitionem facere pro excõmunicato, dummodo exterius illum ſpecialiter non nominet: quia nõ repugnat eandem orationem duplici intentione, & quaſi in duplici ſenſu exterius proferre. *Ibidem §. Quin potius.*

6 Communicans cũ excommunicato in diuinis, peccat mortaliter ex genere ſuo; tamen ex leuitate materiæ poteſt eſſe veniale, & interdum poterit habere iuſtam excuſationẽ ignorantiæ vel neceſsitatis. *Tom. 5. diſp. 17. ſect. 2. §. Circa ſecundum punctũ.* De pœnis vero, quas incurrit huiuſmodi communicans cum excõmunicato, iam egimus hic ſupra concluſione 3. Tamẽ non eſt prohibitum ſacramẽta recipere ab excõmunicatis non vitãdis: in quo omnes conueniũt, cũ conſtet clare ex Extrau. ad euitãda; imõ nec petere à talibus excõmunicatis, quia nulla communicatio cũ iſtis excõmunicatis eſt prohibita. *Tom. 5. diſp. 11. ſect. 4. §. Dico ergo primo, & ſeqq.*

Soto diſt. 22. q. 1. ar. 4. Caiet. ver. excõ. maior cap vlt. Sylu. excom. 5. Nau. cap. 27. n. 19.

7 Non licet audire eandem Miſſam, aut alia diuina officia cum excommunicato vitando. Ratio eſt: quia iuxta communẽ vſum, & ſenſum Eccleſiæ, hæc coniunctio fidelium ad idem ſacrificium ſuo modo offerendũ, vel ad eandem Miſſam ſpiritualem, eſt quedam ſignificatio mutuæ vnionis in eodem corpore, à quo præciſus eſt excõmunicatus, vnde ſi inchoata etiam conſecratione Miſſæ excommunicatus adueniat, omnes tenentur exire, relicto ſolo miniſtro in ſiuiente ſacerdoti. *Tom. 5. diſp. 12. ſect. 1. §. Nihilominus contraria. & ſect. 2. §. Deniq; eadem ratio.*

8 Excommunicatus etiam non vitandus manet priuatus

communicatione externa diuinorũ officiorũ,præsertim sacrificij missæ,iuxta *c.Penul. de sent. excõ. cap. Nihil*, & aliàs 11.*q.*3. Itẽ *c.Illud de cleric.excõ. minist. & cap.Episcoporũ de priuil.in 6.* Quia per extrau.g.ad euitanda, nihil cõcessum est excommunicatis. *To.*5.*disp.*12.*sect.*1.§.*Dico ergo primo.* Nomine autẽ diuinorum officiorũ (excepto sacrificio missæ) comprehẽditur officium canonicũ septem horarũ, quæ in Ecclesia publice recitantur; item publica processio ad quã fidelis populus cõcurrit. Itẽ omnis publica oratio,aut benedictio,aut similis cęremonia Ecclesiastica, quæ vel ex eius, vel Christi institutione solemniter fit, & semper est annexa alicui ordini clericali,vt Euangelium, vel Epistola solẽniter decantare,aut propriũ munus cuiusuis ordinis inferioris solemniter,& ex officio exercere. Item aquã, oliuas,cãdelas solemniter benedicere,chrisma conficere,vel oleum sanctũ benedicere,& similia,vide *c.Siquis Episcopus* 4.*cum aliis* 11.*q.*3.*& ca. Is cui de sent. excõ.in 6.*& alia cap.iuris. *Tom.* 5.*disp.*12.*sect.*2.§.*Primo enim.*

c. Si quis Episcopus cap. 1. & cap. Is cui de senten. excom.

9 Excõmunicatus,siue vitãdus,siue non,potest interesse cõcioni,vt colligitur,*ex c.Responso de sent.excom.* Tamen ipse excõmunicatus,si fuerit vitãdus,non potest concionari:at verò concionando,non manet Irregularis, cum nulla sit in iure statuta irregularitas, non vitandus tamen potest concionari,si in vtilitatę aut ad petitionem aliorũ id faciat. *Tom.*5.*disp.*12.*sect.*2.§.*Non comprehenditur,& seqq.*

c.Responso de senten. excom.

10 Celebrãs coram excommunicato vitando,peccat mortaliter. Ratio est: quia communicat cum illo in diuinis, quæ communicatio est prohibita. Vt constat *ex c. Is, qui de sent.excõ. in 6.& ex Clemẽt.*2.*de sent.excõ.* Item incurrit excommunicationem minorem: vt colligitur *ex cap.Is,qui de sent.excõ.in 6.* Item interdictum ab ingressu Ecclesiæ,iuxta *c.Episcoporum de priuil. in 6.* Non tamen irregularitatẽ, quia qui celebrat coram excommunicato,nõ violat directè censurã,& magis se habet,vt patiẽs communicationem alterius excommunicati,seu non vitans illam, quam vt per se agens contra censuram. *Tom.*5.*disp.*12. *sect.*1.§.*Secunda pars,& sequent.* Idem dicendum quoad irregularitatem: quãuis sit excommunicatus nominatim à Papa;quia non admittitur irregularitas sine textu: qui nõ inuenitur:iuxta generalem regulam *in cap.Is, qui de sent.excom.in 6.Ibidẽ sect.* 2.§.*Denique eadem ratio in fine.*

cap.Is,qui Clementina 2. cap. Episcoporum.

11 Quando sacerdos, nondũ inchoauit missam,debet potius illam omittere, quam corã excõmunicato vitando celebrare. Ita omnes: tamen si missa iam est inchoata, & excommunicatus vitandus superuenit, & vult

*Soto d.*22. *q.*1.*art.*4. *Antonin. trac. de excom. c.*29 *n.* 4. *horis can. c.*16.

vult ei interesse, sistere debet, &
Nau. c. 27 num. 33. excommunicatus monẽdus est, vt recedat. Vt colligitur *ex cle. 2. de sent. excom.* Et si admonitio non sufficiat, & expelli non possit potest sacerdos expellere eũ per vim, & sine iniuria: adeo, vt si excommunicatus fuerit sacerdos, potest per vim expelli absq; violatione Canonis, siquis suadente: & si nullo modo expelli possit: si celebrãs iam inchoauit canonem debet missam absoluere vsq; ad specierum sumptionem: quia sacrificium nulla ratione debet imperfectum relinqui: & facta sumptione debet in sacristia, vel alio loco decenti alia perficere. Alij verò dicunt, quod est necessarium, vt inchoata iam sit consecratio: quia anteà non est inchoatum sacrificium substantiale: vtrũq; est probabile, vnde liberum erit sacerdoti, quã voluerit partem eligere. Denique si nondum peractum erat ad canonem, omittẽda est potius missæ perfectio, quam perficienda coram excõmunicato vitando. Et in his cõueniunt doctores. *To. 5. disp. 12. sect. 1. §. Circa hoc, & seqq.*

12 Sacerdos, qui recordatur in missa se esse excommunicatum: debet omittere missam, si graue scandalum absit, aut infamia, vel si inde facile non possit absolutionem obtinere, quod intellige, si nondũ erat inchoatus Canon Missæ: si verò iam consecratio erat incepta, perficere debet substantiam sacrificii; de illo verò intermedio tẽpore à principio canonis vsque ad cõsecrationem res est vtrinque dubia vtrum pertineat ad substantiam sacrificii nec ne? vide conclusionem superiorem *Quæst. 11. Et D. Thomas 3. parte quæst 83. art. 6. ad 2. Tom. 5. disp. 12. sect. 1. §. D. Thomas.* 12. *D. Tho.*

13 Sepeliens in loco sacro corpus excommunicati vitandi peccat mortaliter. Rat. est: quia violat præceptum de re graui, & excommunicationem maiorem incurrit vt colligitur *ex Clement. 1. de sepult.* Sed non incurrit minorem excommunicationem: quia per Clement. cit. cõmutari videtur excõmunicatio minor in maiorẽ, vel ita aucta, vt ex minore maior sit effecta. *Tom. 5. disp. 12. sect. 4. §. Tãdem inquiri. & §. vltimo circa hanc.* Tãdẽ personæ quæ incurrunt hanc censurã, sunt mandantes, & exequentes: secus dicendum de comitantibus, funus, de cantantibus, crucé aut lumina differentibus, fodientibus sepulchrum, si posteà sua opera cadauer in illud non inferant, nec terra operiant. Itẽ de suis humeris cadauer deferentibus vsque ad Ecclesiam: idem de consulẽtibus vel fauorem aliquem dãtibus, idem de non impedientibus, etiam si possint, aut debeant, nisi ita faueant vt autoritatẽ præbeant, & sint quasi autores delicti: *Ibidẽ § Rursus verbum, & seqq.* *Vide Abbat. in ca. sacris de sepult.*

14 Sepe-

Angel. ex com. 7. ca su 28. & ver. hæreticus. §. 19 Sylueſt. ver. excõmun. 9. num. 18.

14 Sepeliens in Eccleſiaſtica ſepultura, ſcienter hæreticũ vel fautores eius, incurrit excõmunicationem maioré. Iuxta *c. 2. de hæret. in 6.* quod intellige de hæretico per publicam ſentẽtiam dãnato, & ſepeliens non poteſt eſſe abſolutus ab illa donec pro priis manibus extumulet & proiciat huiuſmodi corpus damnatũ publice: & locus iſte non poteſt amplius expiari, aut reconciliari, quod intelligẽdum de loco proprio, & adæquato, nõ de toto templo, quia pænæ ſunt reſtringendæ: ſecus dicendũ eſt de ſepilientibus hæreticum extra locum ſacrum, & ſepelientibus eũ aliis ſolemnitatibus, & cæremoniis Eccleſiaſticis: licet aliqui oppoſitum teneant. *Tom. 5. diſp. 12. ſect. 4. §. Vltimo circa hanc.*

15 Clerici non poſſunt pro defunctis excommunicatis, elee moſinas recipere, aut oblationes offere, vt colligitur *ex cap. ſacris & c. à nobis de ſent. excom.* Tamẽ clerici accipientes, non manent irregulares: quia nulla reperitur in iure. *Tom. 5. diſp. 12. ſect. 4. §. Præterea prohibentur.*

16 Non licet ſub mortali publicè orare pro excõmunicatis, ſeu cõmunia ſuffragia Eccleſiæ illis applicare. Rat. eſt: quia intentio Eccleſiæ eſt priuare illos his ſuffragiis, vide *c. Sacris, & c. A nobis de ſent. excom.* Ratio verò cur Eccleſia in die Paraſceues orat publice pro illis, & hæreticis: eſt quia eo die repræſentatur mors Chriſti cuius meritũ & effectus quoad ſufficientiam ad omnes homines, ſine vlla exceptione extẽditur; & iure optimo voluit Eccleſia, quantũ eſt de ſe pro omnibus intercedere, vt in omnibus efficaciã habeat. *Ibidem §. Hic verò ſtatim.*

Cap. Sacris.

Cap. A nobis.

17 Suſcipiens ſacramẽta ab excommunicato vitãdo peccat mortaliter iuxta *c. Sacris de his quæ vi.* quia directa intentio Eccleſia in hac prohibitione, præcipuè eſt propter ſpiritualia. Item incurrit minorem excommunicationem: at verò non incurrit irregularitatẽ: quia omnia iura loquentia de irregularitate, quæ contrahitur propter violationẽ cenſurę per vſum ſacramentorũ ſemper loquũtur de vſu actiuo, vt patet *in c. 1. & c. Is cui. de ſent. excom. in 6. & c. Si quis Epiſcopus 4. 11. q. 3.* Denique qui ſuſcipit ordines ab excommunicato vitando, non ſuſcipit ordinis executionem. An verò ſit propria irregularitas, an vera ſuſpenſio dicetur ſuis locis infra. *Tom. 5. diſp. 11. ſect. 3. §. Secundo principaliter dicendum, & ſequentibus.*

Theologi in 4. d. 18. D. Thom. ibi. q. 2. art. 4.

§. IIII.

Communicatio cum excommunicatis in humanis.

1 COmmunicatio cum excommunicato in humanis, & alio nomine ciuilibus, eſt duplex. ſſ. cõmunis, & forẽſis. *Tom. 5. diſ. 15. ſect. 2. §. Altera*

Totũ ſupponitur tã quãcertũ.

Altera cõmunicatio, quam ciuilem apellamus. Quæ communicatio in vulgaribus cum excõmunicato ita est prohibita, vt sæpe obliget sub mortali, quamuis in singulis actionibus humanæ & politicę communicationis, regulariter loquẽdo, & secluso contemptu solũ obliget sub veniali ratione leuitatis materiæ. Item propter illam incurritur excommunicatio minor à iure, interdũ verò maior ab homine, sed fieri n non potest, nisi per sentẽtiam specialem in determinatã personam, trinaque monitione præmissa, & aliter lata est nulla, iuxta *cap. Statuimus de sent. excom. in 6. Ibidem. disp. 17. sect. 2. §. Circa tertium peccatum.*

2 Excommunicatus non potest sese intromittere, neque docendo, neque audiendo, præsertim lectionem sacrã. Ratio est: quia excommunicato & communicare, & quantum in ipso est communicari prohibitũ est *ex c. Illud de cleric. excom. minist. Tom. 5. dis. 12. sect. 2. §. Sed an sit.*

3 Non censetur communicare cum excommunicato, qui cum eo eandem lectionẽ in schola audit. Ratio est: quia reuera neque humano modo loquẽdo communicat cum illo. Et idem dicendum de Magistro legenti coram excommunicato. *Tom. 5 disp. 12. sect. 2. §. Sed an sit.*

4 Ista communicatio ciuilis potest excusari à culpa, primo per ignorantiam probabilẽ, secundo per necessitatem, tertio per vtilitatem propriam, aut ipsius excõmunicati, iuxta *c. Quoniam multos.* 11. *q.* 1. Itẽ vide §. hic primo de cõmunicatione in cõmuni, præcipue in concluſ. 8. *Tom. 5. disp. 15. sect. 3. §. Certũ est, & seq.* vbi per extensum tractatur, & declaratur dictum caput.

§. V.

Communicatio Sanctorũ cũ excommunicato.

EXcommunicatus contritus, & non absolutus gaudet Sanctorum cõmunione. Rat. est: quia ab hac cõmunicatione priuatur homo tantum per culpam, & ideò quamprimũ culpa tollitur, & ad gratiam restituitur, dicta communione Sanctorum frui incipit, etiamsi à censura nondum absolutus sit. *Tom. 5. disp. 9. sect. 3. §. Dices cõmunio.*

Vide D. Tho. in 4. d. 18. q. 2. ar. 1. quæstiunc. 1. ad 2. cum Soto, & Almaino.

Concilium.

1 COncilium generale sine auctoritate Pontificis cõgregantis, & confirmantis, nihil potest statuere vniuersam Ecclesia obligans. Ratio est: quia deficit auctoritas Summi Pontificis, à quo pẽdet tota iurisdictio Ecclesiastica. *To. 3. disp. 15. sect. 3 §. Dico ergo secundo.*

2 Auctoritas negatiua Conciliorum facit argumentũ probabile, quãdo doctrina tradẽda de rebus multis, in qua de singu-

Supponitur.

lis

lis docetur, quæ illis conueniũt, & aliquid affirmatur de quibusdam, quod tacetur de aliis. Ratio est: quia illud silentium est implicita quædam negatio, & particularis affirmatio, & quasi exceptio, quæ firmare solet regulam, vt quod vni singulariter conceditur aliis denegari intelligatur. *Tom. 3. disp. 40. sect. 2. §. Et probatur primo.*

Concubinarius.

Conc. Tri. Extrauag ad euitãda.

1 CLericus concubinarius quantumuis manifestus non est ipso iure suspensus: quod probatur ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ, sed iuxta formam *Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.* à suo Prælato est puniendus. Tamen si huiusmodi clericus fuerit declaratus nominatim de tali crimine, nullus potest eius missam audire, iuxta extrauag. ad euitanda. *Tom. 5. disp. 31. sect. 4. §. In hac re, & seq.* vbi noster Doctor probat late, nullam suspensionem fuisse latam contra huiusmodi clericos etiam in antiquo iure.

§. 1.

Confessio in communi quoad diuisionẽ, & diffinitionẽ. &c.

Diffinitio confessionis.

1 COnfessio diuiditur in confessionẽ laudis, & peccatorum, seu accusationis: relicta verò confessione laudis. Cõfessio peccatorum sic diffinitur: *Est legitima accusatio propriorum peccatorum, coram sacerdote locum Dei in iudicio sacramentali habente, ad veniam peccatorum per virtutẽ clauium obtinendam.* Quæ debet habere decem, & sex conditiones, quas assignant Doctores, quæ continentur in his versibus.

Sit simplex, humilis cõfessio, pura, fidelis;
Atq; frequẽs, nuda, discreta, libẽs, verecunda,
Integra, secreta, lacrymabilis, ac celerata,
Fortis, & accusans, quæ sit parere parata.

Quorum explicationẽ versuum vide in Doctore. At verò omnes hæ conditiones reducuntur ad sua capita, tanquam ad tria prædicamenta, quantitatis, qualitatis, & ad aliquid: quia modus confessionis, & signi, quo faciendа est, ad qualitatem eius spectat: integritas verò ad quãtitatẽ reducitur, & extensionem quã confessio habere potest ex parte materiæ, q̃ autem fiat coram legitimo iudice, respicit ordinẽ, seu habitudinẽ ad aliquid. *Tom. 4. disp. 21. sec. 1. §. Per totã.* *Omnes cõsentiunt.*

Vide Leonem Papã epist. 78. Cypr. lib. de lapsis. Augus. de verb. & fals. pœnit. cap. 10.

2 Confessio est actus exterior virtutis pœnitẽtiæ: quia in eo inuenitur propriũ motiuum, & obiectiue honestas virtutis pœnitentiæ, de hac quæstione tractant Doctores in 4. d. 18. Item modus secretæ confessionis honestus, & sanctus est, & ad sacra mẽtũ conficiendũ sufficiens. Est de

de fide *ex Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. ex cap. Omnis. de pœnit. & remiſſ.* Nec alius lege humana poteſt imponi, quia res eſt difficillima, & alioqui non neceſſaria, nec à confeſſoribus poſtulari. ad ligandum pœnitentem ad manifeſtandum illi peccata alio modo magis publico, quam per auriculæ confeſsionem : quamuis ab ipſo pœnitente poteſt interdum fieri : quia Chriſtus nõ prohibuit confeſsionem publicam, ſi pœnitens illam facere velit. *Tom. 4. diſp. 21. ſect. 2. §. Dicendum eſt primo & ſeqq.*

Sot. d. 18. q. 2. ar. 6. Petrus Sot. lect. 2 de confeſſ. Veg. li. 13. in Triden. cap. 28. Caſtr. lib. cõtra hæreſes ver. confeßio & alii.

3 Modus ſecretæ confeſsionis non eſt de neceſsitate ſacramenti pœnitentiæ. Ita docent frequentius Scholaſtici. Ratio eſt : quia licet confeſsio fiat ſine ſecreto, poteſt eſſe vera accuſatio, ex dolore cordis profecta, & per illã dari ſacerdoti ſufficiens notitia, vt poſsit de peccatis iudicare : ergò, &c. Item patet in confeſsione facta per interpretem, vel facta in articulo mortis à pœnitente non potente niſi alta voce cõfiteri, vt alii audiant ; denique patet in confeſsione facta ignoranti, & pœnitens dat illi licentiam, vt cum homine docto communicet, etiam nominata perſona pœnitentis, ſi ipſe voluerit, quæ omnes confeſsiones ſunt ſacramentales, vt certum eſt, & non ſeruant omnino modum ſecretæ confeſsionis. *Tom 4. diſp. 21. ſect. 2. §. Secundo dicendum eſt.*

4 Modus ſecretæ confeſsionis non eſt de neceſsitate præcepti, quoad pœnitentem quamuis, qui ſine vlla occaſione, vel cauſa rationabili, vellet alio modo ſacramentaliter confiteri, nõ careret culpa. Tamen quoad confeſſorem eſt de præcepto diuino tam quoad ſecreti obſeruationem iuxta voluntatem pœnitentis, tum etiam quoad hoc, vt non poſsit cõgere pœnitentem, vt aliter confiteatur. Vnde Sacerdos qui plures pœnitentes ſimul audit in confeſsione, eo quod pueri ſint, peccat grauiter, ſi ſunt doli capaces, ita vt merito poſsint ſacramentaliter abſolui. *Tom. 4. diſp. 21. ſect. 2. §. Sed quærendum ſupereſt.*

Nau. in c. Sacerdos pœnit. d. 6. n. 109. Sylueſt. verb. Confeßio. 1. q. 20. & alii.

5 Confeſsio debet fieri ſigno ſenſibili : quia non poſſunt homines ſuos inter ſe conceptus manifeſtare, niſi per ſenſibilia ſigna. Tamen aptiſsimum ſignum ad confeſsionem faciendam eſt humana vox, quia eſt inter homines magis vſitatum & notum. *Tom. 4. diſp. 21. ſect. 3. §. Conſtat in primis.*

6 Non eſt de neceſsitate abſoluta huius ſacramenti, vt confeſsio propriis verbis fiat, conſentiunt omnes Theologi. Nam cum pœnitens loqui non poteſt, ſi quouis alio modo ſignificet ſacerdoti conſcientiam, cenſetur ſufficere, vt abſoluendus ſit : nec eſt de neceſsitate præcepti diuini aut Eccleſiaſtici, cum non conſtet. Tamen non licet alio ſigno

D. Tho. in 4. d. 17. q. 3. art. 4. quæſt. 3. ad 2. & quodlibeto 1. ar. 10.

signo vti nisi ex rationabili causa ob Ecclesiæ consuetudinem, cum hæc mutatio sit grauis, poteritq, esse culpa venialis ratione leuitatis materiæ, v. g. si in vno, vel altero peccato fieret id, & non in tota confessione. Causa autem rationabilis omnino excusans à culpa, erit non solum absoluta impotentia, vtēdi propria voce, sed etiam magna difficultas, aut nimia verecundia. *Tom. 4. disp. 21. sect. 3. §. Nihilominus dicendum est, & seqq.*

7 Confessio potest fieri aliquando non tantum nutibus, de quo nullus dubitat, sed etiam scripto, si detur sacerdoti præsenti à pœnitente signa contritionis exhibente, & petente ab eo pœnitentiam, & absolutionē, eāque expectando humiliter, dū sacerdos legit peccata. Item potest fieri per interpretem, iuxta sententiam omnium vsu Ecclesiæ confirmatam: quia non est de essentia confessionis sacramentalis, vt pœnitens per se, & immediate loquatur sacerdoti, & non est necesse vt pœnitens annuat, dum interpres ad sacerdotē loquitur, vt ait Sot, sed sufficit confiteri sacerdoti per interpretem, sicut per vocem, vel scripturā. *Tom. 4. disp. 21. sect. 3. §. Atque hinc infertur, & sect. 4. Dico in hoc titulo, & seqq.*

8 Confessio potest fieri validè sacerdoti absenti, in præcisa necessitate, v. g. si veniat Sacerdos, & inueniat morti vicinum ita prauatum omnium sensuum, vt nullum signum peccati, aut doloris ab eo possit obtinere, potest esse contentus aliorum relatione ad absoluendum illum dummodo præsens fit sacerdos quando pœnitentem absoluat. Ita tenent multi, quod probatur *ex cap Qui recedunt. 26. q. 6. & cap. Is qui Ibidem & cap. Is qui in Conc. Carthaginens. 4. cap. 76. & ex c. Ægrotantes de consecrat. d. 4. & ex Leon. 1. epist. 89. aliàs 91.* Qui distincte declarat, licet huiusmodi ægrotus, nullum signum exhibere possit in præsentia Sacerdotis, si aliorum testimonium habeat, nō esse illi pœnitentiam denegādam. *Tom. 4. disp. 21. sect. 4. §. Secundo verò.* *Sylvest. verb. Confessor. 3. q. 13. Angel. verb. Confessio 4. n. 8. Cordub. li. 5. de indulg. q. 39 Scot. d. 17. q. vnic. ad penult.*

9 In confessione resecanda sunt omnia, quæ nō sunt eius materia, nec ad finem eius, quid quam conferunt, etiam si vera sint, quia cum confessioni non sint necessaria, ac vtilia, eam superflue onerant, potius quam integrent & perficiant: tamen nú quam ex hoc capite erit nulla. sed erit solum peccatum graue, vel quando id quod dicitur cedit in grauem iniuriā alterius, vel constituit pœnitentem, vel confessorem in aliqua periculo peccandi, &c. *Tom. 4. disp. 22. sect. 10. §. Integritas rei.*

10 Confessio sine vera attritione facta, licet inuincibiliter existimata pro vera sit, est nulla. Ratio est: quia ad veritatem formæ huius sacramenti per se necessaria

cessaria est, & non putata quomodocunq. quia sine illa nō potest homo reuera, & cum effectu absolui. Tamen ignorātia inuincibilis excusabit à nouo peccato, non tamen ab obligatione iterum confitendi: quod à fortiori dicēdum est de confessione sine vera attritione culpabiliter vera reputata. *Tom. 4. disp. 20. sect. 4 §. Quod enim, & seqq.*

11 Confessio cū prius sit omnino absoluta, quam perficiatur, imō quam inchoetur absolutio per se, & immediate non efficit gratiam physice in Sacramento pœnitentiæ. Ratio est: quia cum sit effectus, iam ipsa nō est. *Tom. 4. disp. 18 sect. 2. §. Dico tamen.*

12 Cōfessio facta simplici sacerdoti bona fide de venialibus & peccatis mortalibus valida est, etiamsi sacerdos ille iurisdictionem non habeat in peccata mortalia, quia nō impedit quominus ex illa confessione: quatenus in re legitima est, & absolutione fiat verum Sacramentū. Et idem dicendū est de confessione facta simili sacerdoti ḋ venialibus, etiāsi pœnitens habeat mortale inculpabiliter oblitū. *Tom. 4. disp. 31. sect. 2. §. Hic verò.*

13 Qui extra necessitatem de solis peccatis venialibus cōfitetur, debet aliquod in particulari dicere. Ratio est: quia licèt homo absolutè non teneatur species peccatum venialiū confiteri, tamen supposito, quod vult confiteri, tenetur ad exhibendā materiam omnino certā, si potest: secus tamen dicendū est, si interueniat necessitas. *Tom. 4. disp. 23 sect. 1. §. Dices hoc argu.*

14 In confessione peccatorum venialium, requiritur attritio formalis, licet ad eorum remissionem extra hoc Sacramētum nō sit necessaria. Ratio est: quia Conc. Trid. absolutè loquitur de hoc Sacramēto, & de partibus eius: ergo quotiescunque fit, requirit partes essentiales, quarū vna est attritio non virtualis, sed formalis, vt apertè cōstat ex doctrina Conc. *Tom. 4 disp. 20. sect. 6. §. Nihilominus.* *Cōc. Trid.*

15 Quando cōfessio est de solis venialibus peccatis non de substantia eius est, vt propositū, vel dolor efficax, & absolutus, sit vniuersalis de omnib⁹ peccatis. Rat. est: quia quando confessio est de solis venialibus, nō est de necessitate eius, vt sit integra propter aliud principiū. ff. quod vnū veniale, potest remitti sine alio. Item nec est de præcepto obligante ad mortale, quia materia est leuis. *To. 4. disp. 20. sect. 6. §. Respondeo duobus modis.*

16 Confessio nulla est, quoties ex culpa mortali omittitur, aliquod per se necessarium ad valorem Sacramenti. Et hoc principium generale, notatu est dignū. *To. 4. disp. 20. sect. 4. §. Tertio probatur.* Item potest esse nulla quinque modis. Primo ex parte materiæ ob defectum interioris dispositionis necessariæ. 2. ex

parte materiæ, quia non est integra culpabiliter, ita vt ex culpa mortali pœnitentis talis integritas desit. 3. ex defectu formæ quia vel non profertur, vel non verbis necessariis. 4. ex defectu intentionis absoluendi. 5. & vltimo ex defectu iurisdictionis in ministro: & est propriũ huius sacramenti, quia est iudiciũ. *Ibid. disp. 22. sect. 6. §. Circa vtramq.*

De confessione informi.

17 Ignorantia confessoris, non per se annullat confessionem; vnde si sacerdos ignorans habet alia necessaria, ss. iurisdictionẽ, & alioquin pœnitens est dignus absolutione, concurrunt omnia essentialiter necessaria, & sententia non continet intolerabilem errorem. sl. in absolutione à culpa, licet autem contingat sacerdotẽ errare in satisfactione, & medicina imponenda, ille error non est adeo substantialis, vt irritet sacramentũ: vnde si talis defectus non redundet in prauã dispositionem pœnitentis, per se non inualidat sacramentum. Tamen redundabit, si pœnitens sciens, & videns voluntarie eligat illi confiteri, quem scit esse ineptum ad suam conscientiam cognoscẽdã quia hoc ipso vult male iudicari & confiteri: secus dicendũ quando bona fide confiteatur sacerdoti ignoranti expositio & habẽti iurisdictionem vt patet. *To. 4. disp. 22 sect 6. §. Addunt nonnulli.*

Vid. Gab. in 4. d. 17. q. 1. ar. 3. dub. 2. Adria. q. 4. de cõfes & quodli. art. 2. Medina eod de confess. Cordub. in Sum.

18 Confessio informis variis modis dicitur. Prima est, quę nõ informatur vera sacramentali forma, v. g. si sacerdos post auditam confessionem, nolit absoluere, vel non cũ debita intẽtione, &c. Secũda est illa, quæ ex quocunque defectu essentiali insufficiens est ad conficiendum sacramentũ, siue ex defectu integritatis, siue doloris, siue iurisdictionis. Tertio, potest dici illa, quæ dum fit, seu ante absolutionem, non informatur gratia, seu vera cõtritione perfecta. Deniq; confessio informis dicitur illa ex qua verum efficitur sacramẽtũ adueniente sacramentali forma, & tamen post illud receptũ informis manet, quia non est sufficiens ad effectum sacrameti consequendum; & de hac ponitur sequens conclusio. *Tom. 4. disp. 20. sect. 5. §. Hæc quæstio.*

Supponitur.

19 Relictis opinionibus affirmamus posse dari aliquam confessionem validam ad sacramẽtum constituendum, & informẽ quoad effectum ex defectu attritionis extensiuo, non intensiuo, seu ex defectu integritatis, non qualitatis ipsius attritionis, & proueniẽte ex inculpabili inaduertentia, vel ignorãtia: vt tenẽt multi & graues Doctores asserẽtes verã, & supernaturalem contritionem, vel attritionem in re existentem esse de essentia sacramenti, sicut etiam est necessaria ad effectum. Vnde solũ admittit noster Doctor confessionẽ validam, & informem, quãdo datur vera attritio, non tamẽ vniuersalis

sãlis formaliter, vel virtualis omnium peccatorũ: cum. ſſ. peccator inculpabiliter ob ignorãtiã inuincibilem, aut obliuionẽ dolet de certis peccatis, ità vt de aliis oblitis, & ignoratis nõ doleat vllo modo, id eſt, nec formaliter nec virtualiter, de quo vide Doctorẽ. *To.4. diſ.20.ſec.5. per totã. & præcipuè §. Nihilominus. Vide etiã hic ſupra cõcluſione 10.*

20 Confeſsio tantũ peccatorum venialium, itẽ dari poteſt valida, & informis, v.g. quando pænitens habens peccatũ mortale, & licitè de ſolis venialibus confitetur, vel quia mortale non occurrit memoriæ abſque culpa, vel quia licet concurrat, non tamen poteſt illud dicere huic confeſſori ſine graui nocumento, & alterius copiam non habet, & pænitens non habet verã attritionẽ de tali peccato mortali: etiam ſine mortali culpa, v.g. ex obliuione, vel ex ignorantia inuincibili. Probatur, q̃ ſit valida: quia eſt formaliter integra, & ex ſufficienti dolore de venialibus: quod vero ſit informis, conſtat, quia ſine attritione peccatum mortale remitti non poteſt: illo autem non remiſsio nec venialia, quæ cum illo coniuncta erãt, poſſunt remitti, nec gratia infundi; ſecus verò eſſet ſi pœnitens habuiſſet attritionẽ de illo peccato mortali, quia tunc ſolum concomittãter remittuntur per abſolutionem, nec eſt inconueniens peccatum mortale concomittanter remitti cum venialibus; quia hæc non remittuntur tunc ſine infuſione gratiæ, quæ neceſſario excludit peccatum mortale. *Tom.4. diſp.20. ſect.6. § Vltimo circa hanc.*

21 Mortale peccatũ in confeſsione commiſſum eſt contra ſubſtantiã ſacramenti pœnitentiæ, quod eſt ſingulare in hoc ſacramento; quia materia eſſentialis illius eſt integra peccatorum confeſsio & contritio quã impedit, ac deſtruit actuale peccatum mortale in ipſa confeſsione commiſſum. Igitur ſi excommunicatus confitẽdo & recipiendo abſolutionem actu peccet mortaliter, tunc non recipit ſacramentum. Tamen ſacramẽtũ pœnitentiæ ab excõmunicato receptum cũ vera excuſatione validum eſt, ita vt neceſſe nõ ſit confeſsionem iterari; & hæc eſt communior ſententia; quia per excõmunicationẽ nihil tollitur, q̃ ſit de ſubſtãtia ſacramenti; ergò ſi ex parte ſuſcipientis non interuenit aliud impedimentũ, niſi ſola cenſura, non debet iterari ſacramentũ. *Tom.4. diſp.10. ſect.3. §. De ſacramento. & ſeqq.* *Couar. ca. Alma. p.1. §.6.n.7. Nau. c.1. §. Cautus. n.23. & c. vlt. n.38. & 45.*

22 Licitum eſt in extrema neceſsitate pœnitentiam ab hæretico recipere. Ratio eſt: quia nõ tenetur illum vitare tunc, & alioqui petit ab illo actum, quẽ ille præſtare poteſt, & valide; ſeclu ſo periculo inductionis in errorem, caueri enim debet, ne conſortium illud, vel communi *Syl. verb. Confeſſ. 3. q.2. Cõfeſ. 1.q.20. & Confeſſor 3.q.6. Armilla verb abſolut. §.12. Vict. in*

Summ. 4. n. 328. Nau. c. 27 n. 272.

catio cum hæretico, scandalum ipsi indigéti, vel aliis esse possit inductio iis ad errorem: quamuis ex vi hæresis, quamdiu in illa permanet, prohibitus est ne ministret, quia est prauè dispositus & indignus ad ministrandum. *Tom. 5. disp. 11. sect. 1. §. Solet autem, & sequenti.*

§. II.

Confessio quoad integritatẽ formalem, & materialem.

Vide Augli. de ver. & fals. pœnit. Richa. li. 19. decret. & alios.

1 INtegritas confessionis, est de necessitate Sacramẽti ex vi institutionis, quæ consistit in confessione omnium peccatorum mortaliũ, quæ sunt in conscientia pœnitentis post Baptismum, vel post præcedentẽ confessionem validam cõmissa, & in ordine ad eandem absolutionem. Probatur conclusio esse de fide, *ex Conc. Lateran. cap. Omnis, & Florent. ex decret. Eugenij, & Trid. sess. 14. c. 5. & can. 7.* & ex perpetua traditione, & consuetudine Ecclesiæ. Illa verò peccata dicuntur esse in conscientia pœnitentis: quæ ab illo commissa sunt post Baptismum, & per aliam confessionẽ non sunt ritè clauibus subiecta: quia illa, quę per aliam confessionem remissa creduntur, licet sint in memoria pœnitentis, non tamen propriè sunt in conscientia, quia iam vt omnino extincta, & remissa cõsiderantur. *Tom. 4. disp. 22. sect. 1. §. Dicendum ergo est, & §. Ad intelligendum, & seqq.*

2 Integritas confessionis, potest suppleri per ignorantiam inuincibilem, dolor tamen minime. Ratio est: quia confessio per se, & ex natura sua pendet, tum ex memoria peccatorum, tum etiam ex aliis circunstãtiis moralibus, quas cõcurrere oportet, vt necessaria sit: nam ille actus purè, & absolutè sumptus, non est semper expediens. At verò pœnitentia interior absolutè est bona, & expediens, & per se necessaria ad remissionem peccati; & ideo ita nõ pendet ex pœnitentis opinione, vt per illius existimationem, etiam inculpabilem suppleatur. *Tom. 4. disp. 20. sect. 4 §. Vnde in hoc est, & disp. 23. sect. 3. per totam.*

Differẽtia inter dolorem, & integritatẽ cõfessionis

3 Integritas confessionis alia est formalis, quæ est simpliciter necessaria ad valorem confessionis. Alia materialis, quæ absolutè est necessaria, quando moraliter esse potest. Materialis vocatur illa, quæ est de omnibus peccatis, prout in re ipsa fuerũt commissa; sed quia potest intercedere excusatio sufficiens confitendi aliquod peccatum à pœnitente commissum: ideò potest fieri hoc sacramẽtum sine reali, vel materiali confessionis integritate, & tunc necessaria est confessio formaliter integra, id est, de omnibus peccatis

Caieta. in Sum. verb confessio. condit. 10 Petr. Sot. lect. 10. de pœnit. Nau. c. 9. n. 10. Medina Cod. de confess. q. de confess. diminuta iterãda.

peccatis, de quibus nulla intercedit excusatio. Integritas formalis est illa, in qua homo nihil omittit peccando mortaliter, siue ex ignorantia, siue ex negligentia culpabili, siue ex scientia, ex quo fit, vt omnis confessio ex parte integritatis, sufficiens ad valorem sacramenti; sufficiat etiam ex hoc capite ad effectum eius: si aliunde sufficiens dolor nõ desit, ac proinde nulla detur confessio inualida, & informis ob defectum integritatis: quod colligitur *ex Conc. Trid. sess.* 14. *can.* 5. *Tom.* 4. *disp.* 22. *§. Integritas confessionis, ante sectionem.* 1. *& disp.* 23. *sect.* 4. *§. Dicendum nihilominus, & per totam.*

4 Peccata publica etiam in confessione sunt dicenda. Ratio est: quia notitia quæ extra sacramẽtum habetur, est per accidẽs: in omni autẽ iudicio est necessaria notitia, per propriam accusationem, & testificationẽ, quã in hoc sacramento, præbet pœnitens se accusans. *Tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 1. *§. Ex his ergo.*

D. Thom. in 4. *d.* 17 *q.* 3. *ar.* 2. *q.* 1. *ad* 1.

5 Non est contra cõfessionis integritatem, aut per se peccatũ mortale, semper, & ordinarie vni confessori confiteri, & si occurrit aliquod peccatum graue alium confessorem adire. Prior pars, est euidẽs; quia huiusmodi pœnitens, quãdo confitetur, sem per profert omnia, quæ non est cõfessus, & non tenetur huic potius, quam illi confiteri; secunda vero pars probatur; quia in tali actu nulla grauis deformitas cõtra charitatem Dei, aut proximi inuenitur, nec facit contra aliquod præceptum: secus dicendum, si ob hãc causam talis persona maneret in aliqua occasione morali peccandi mortaliter, quam occultaret ordinario cõfessori: quia ex eo capite posset esse peccatum mortale, & defectus integritatis. *Tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 1. *§. Dico tamen.*

Nauar. in Sum. c. 21. *num.* 42.

6 Necessariũ est ad integritatẽ confessionis species peccatorum distincte aperire licet inter se parum differant, cõstat ex vniuersali Ecclesiæ consensu, & cõsuetudine, & ex multis Cõciliis *Florẽt. Lateran.* & præsertim. *Trident. sess.* 14. *c.* 5. *& can.* 7. quia requiritur ad iustitiam seruãdam in tali iudicio, & ad satisfactionem, & curationem proportionatam adhibẽdam. *Tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 2. *§. Omissis ergo.* Itẽ circunstantiæ mutantes speciem sunt de necessitate cõfessionis; v. g. si aliquis furatus est, tenetur explicare, si erat res sacra, aut cõmunis, & sic de aliis ita docet Conc. Trid. loco cit. quia ibi inueniuntur plures malitiæ specie distinctæ. *Ibidem. §. Hinc secũdo.* Item circunstantiæ minuentes, variantes speciem, quia Conciliũ generaliter loquitur de omnibus mutantibus speciem. *Ibidem sect.* 3. *§. In tertio petitur.* Item circunstantiæ transferentes actum de veniali ad mortale, v. g. quantitas furti. *Ibidem*

Ant. 2. *p. tit.* 5. *c.* 1. *§.* 6. *Naus. c.* 6. *nu.* 4. *Ledesma* 2. *p. q.* 8. *art.* 2.

sect. 2. §. *Sequitur primo*: secus dicendũ de circunstantiis impertinentibus, neq. minuentibus, nec augentibus malitiam peccati. *Ibid. sect. 3. §. Circunstantiæ.*

Vide Nau c. 6. nu. 4. & in cap. Consideret num. 105.

7 Si quis oblitus est in cõfessione alicuius circunstantiæ mutantis speciẽ, vel aliquid necessariũ ex legitima causa omisit, tenetur in alia cõfessione aperire, vel confiteri; quia non expleuit obligationem suam, sed tantum excusatus est, & ideo semper manet eadẽ obligatio. *Tom. 4. disp. 22. sect. 2. §. Sequitur secundo.* Itẽ qui cum alio peccauit, & illum induxit; tenetur id cõfiteri. Ratio est: quia ibi intercedit malitia scandali; quia, vel est noua malitia, saltẽ numero distincta, vel saltẽ notabiliter aggrauans: secus dicendum si non induxit illum ad peccandum: tũc enim non concurrit ratio facta. *Ibidẽ sect. 4. §. Quinta circunstantia est.*

8 Nimia duratio, & extraordinaria actus peccaminosi exterioris, necesse est vt explicetur in confessione, præsertim si ex ea crescit quantitas, seu nocumentum illatum. Idem dicendũ de duratione actus pure interioris, si sit notabilis, non tam propter delicti grauitatem, quam propter multitudinem actuum, qui regulariter loquendo, eo tẽpore multiplicantur, & cum nõ possint declarari per modũ plurium, saltem eo modo confitendi sunt. *Tom. 4. disp. 22. sect. 4. §. Ultima circunstantia est.*

9 Circunstantia diei festi nõ est confitẽda. Ratio est: quia finis præcepti non cadit sub præceptũ, sed materia eius. *Tom. 4. disp. 22 sect. 4. §. Secũdo dubitari.* Tamen quãdo eodem die concurrunt duo præcepta diuersæ rationis, v. g. si quis teneatur ieiunare ex voto, & præcepto Ecclesiæ, tenetur cõfiteri talem circũstantiã: quia ibi reperiuntur malitiæ specie distinctæ contra religionẽ, & temperantiã: secus dicendũ, si præcepta concurrẽtia sunt eiusdem rationis; v. g. si in Dominica die concurrat Sanctus de guardar aut in vna die duo ieiunia Ecclesiastica, v. g. ratione Sancti, & temporum, quia constat non differre specie. *Ibidem. §. Tertio inquiri solet.*

D. Tho. 2. 2. q. 122. Syl. cõfess. 1. q. 10. Cou. in c. Alm. p. 1. § 5. nu. 3. Nau. in c. Consider. n. 22. & in Summa c. 6. n. 9.

10 Circunstantia loci sacri non est de necessitate cõfessionis, nisi peccatum cedat in grauem loci irreuerentiam, v. g. peccatum furti in Ecclesia, vel deliberare furari in Ecclesia, licet sit extra illam, &c. secus dicendum de existente in Ecclesia volente furari extra illam, vel fornicari, & de murmurãte in Ecclesia, vel aliquid simile. *Tom. 4. disp. 22. sect. 4. §. Solet verò.*

11 Per se loquendo necesse est peccatorum numerum distinctè, ac definitè in cõfessione explicare, colligitur *ex Conc. Lateran. Florent. & Trid. sess. 14. c. 5. & can. 7.* quod etiam confirmat totius Ecclesiæ vsus, & omnium fidelium consensus antiquissimus.

Vide Aug de ver. & fals. pœnit. cap. 14. Sot. d. 18. q. 7. ar. 4. conclus. 2.

Petrus Sot. lect. 9 de confess. Nau. c. 6. num. 14.

mus. *Tom. 4. disp. 22. sect. 5. §. Nihilominus dicendum.* Et quando pœnitenti certo constat de numero peccatorũ illum debet cõfiteri, & non minorem, nec maiorem vt per se constat. Tamẽ nec oportet, nec semper expedit singula peccata per se, & quasi historicè narrare, sed satis est vno verbo numerum dicere, quia ad morale iudicium id satis est, & si in aliquo peccato aliqua concurrit circunstantia necessario confitenda, quoad eam partem oportebit factũ exponere quãtum fuerit necessarium. *Ibidem. §. Vltimo dicendum.*

12 Quando facta morali diligentia, tempori, & conscientiæ pœnitentis, & capacitati accommodata, non occurrerit numerus omnino certus, tamen se offert aliquis numerus, qui plus ac minus parum creditur à certo distare, eodem modo declarandum est, idque sufficit. Ratio est: quia fit moraliter quod est possibile, & licet post cõfessionem, aliqua in particulari occurrant, non est necesse ea iterum confiteri: quia in prædicto numero sufficienter inclusa fuere, nisi fortasse specialis circunstantia occurrat, quæ nullo modo declarata fuerit, vel nisi postea tanta multitudo peccatorũ occurrat, vt notabiliter excedat numerũ expressum. *Tom. 4. disp. 22. sect. 5. §. Deinde dicendum est.*

13 Quando facta diligentia, nullo modo potest cum probabilitate affirmari certus numerus peccatorum, tunc sufficit consuetudinem peccandi declarare, & tempus, quo pœnitens in illa perduravit, & per dies, modum frequentiæ, vel hebdomadas quoad fieri possit, in quo casu debet confessor pœnitentem cuitare prout potuerit, quod facilius erit in actibus externis, & interni debent declarari dicendo se fuisse paratũ ad committẽdum, vel ad desiderandũ tale peccatũ, quoties occasio, vel memoria illius occurrebat, vel aliquid simile. Ratio est: quia fit, ꝙ moraliter potest. *Tom. 4. disp. 22 sect. 5. §. Tandem dicendum est.*

14 Qui dicit absolute se velle facere confessionẽ generalem, licet aliquod peccatũ graue iam rite confessũ omittat, nõ peccat mortaliter. Ratio est: quia vel illa nõ est propria deceptio, vel licet sit, non est grauis, quia mẽdacium illud non est contra sacramentum, cum nihil omittat, quod sit simpliciter de necessitate sacramenti. *Tom. 4. disp. 22. sect. 7. §. Rursus etiamsi absolutè.*

Medin. de confess. q. 14. not. penult. Nauar. in Sum. c. 21 num. 38.

15 Ecclesia non potest præcipere fidelibus, vt confiteantur peccata venialia ad integritatẽ sacramenti. Ratio est: quia non potest mutare materiam sacramenti: ergo nec facere materiã sacramẽti necessariã, quæ iuxta Christi institutionem necessaria non est, quod intellige non solum de omnibus venialibus, sed etiã de aliquibus, vt verius iudi-

Vide Paulud. d. 17. q. 2. ar. 4. Syl. cõfess. 1. q. 13. Sot. d 18. p. 1. ar. 3.

cat Doctor noster: quia talis cõfessio nec ad remissionẽ peccati venialis est necessaria, cum aliis modis sufficiẽter tolli possit, neque etiã præcipi potest propter correptionem, vel emendationẽ talis peccati: quia est materia leuis. *Tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 8. §. *Dico ergo primo, & seqq.*

16 Confessio potest, & aliquando debet fieri tacendo aliquod peccatum ex iusta causa, qualis est graue nocumentũ, articulus mortis, præceptũ annuæ confessionis, necessitas recipiẽdi Eucharistiam, aut faciendi sacrũ, quando sine graui scãdalo, aut incõmodo prætermitti non potest deniq; infamia propria, aut scandalum vitandum. *To.* 4. *disp.* 22. *sect.* 2. §. *Statim vero occurrit, & seq.* Non est tamen necesse confiteri peccatum omissum ex iusta causa in confessione, cum primum illa cessat, præsertim ad implendum præceptum annuæ confessionis. Ratio est: quia illud præceptũ Ecclesiasticum iam tunc impletũ fuit, poterit ergò illa materia, qua ex causa honesta relicta est, in aliud legitimum tempus reseruari. ff. in quo obliget aliàs præceptum confessionis. *Tom.* 4. *disp.* 23 *sect.* 2. §. *Hæc verò doctrina.*

Sot. d. 18. *q.* 2. *ar.* 5. *ad* 3. *Alẽs.* 3. *p. q.* 77. *Paludan. d.* 17. *q.* 5. *Nauar. c.* 7. *n.* 3. & 4.

17 Quando pœnitens in sua confessione inchoata agnoscit suam culpabilem negligentiam in examinanda conscientia, si detur aliqua necessitas mortis, vel scandali vitãdi, aut quid simile ad perficiendum sacramẽtum; tunc si fiat, & potest iuxta oportunitatem præsentem, tam ex parte pœnitentis, quam Cõfessoris: Ignorãtia quæ erat culpabilis, incipit esse inuincibilis, & rite perficietur sacramẽtum: & si nulla detur necessitas, differenda est absolutio, donec pœnitens faciat examen sufficiens: nisi confessor moraliter iudicet, se posse in præsenti negligentiã illam supplere. *Tom.* 4. *disp.* 23. *sect.* 4. §. *Sed quid.*

18 Mutilatio cõfessionis inculpabilis, nec valorẽ, nec effectum sacraméti impedit. Ratio est: quia cõfessio exterior seclusa necessitate proueniente ex institutione, & præcepto huius sacramenti; nõ est per se dispositio, aut medium necessarium ad remissionẽ peccati, & ideo quacunq; ratione præceptũ confessionis sufficienter impletur, quãtum necesse est ad substantiam sacramenti, ex ea parte sufficit etiam ad effectum. *Tom.* 4. *disp.* 20. *sect.* 5 §. *Ad tertium.*

19 Circunstãtiæ notabiliter aggrauãtes necessariò sunt confitendæ. Ita tenẽt multi, & grauissimi Doctores, & est opinio probabilior. Probaturque *ex* 6. *Synodo can.* 102. & expresse *ex Conc. Vormatiensi can.* 25. *& ex cap. Cum consideret. de pœnit. d.* 3. Quamuis etiam multi, & etiam graues Doctores sentiant contrarium. *Tom.* 4. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Præcipua ergò difficultas. & seq.*

Victor in Sum. 4. *n.* 136. *de pœnit. Sot. d.* 18. *q.* 2. *ar.* 4. *Sylues. verb. confess.* 1. *q.* 9.

20 Cir-

20 Circunstãtiæ minuentes intra eãdem speciẽ peccati; nec oportet, nec expedit per se loquendo, vt declarẽtur in confessione. Rat. est: quia nõ seruiũt ad accusationem, sed ad excusationem, quæ nõ incumbit ipsi Reo. Itẽ quia quãdo diminutio tãta non est, vt impediat malitiã moralem, in tali specie non est circunstãtia notabiliter minuens, aut sufficiens ad variandũ multũ morale iudiciũ. *To. 4. disp. 22. sect. 3. § At vero de circũstantiis.*

21 Peccata venialia, non est necesse vt confiteantur, vt confessio integra sit. Ita definit *Cõc. Trid sess. 14. cap. 5. & can. 7.* Ratio est: quia hæc peccata sunt leuiora, & non causant naufragiũ animæ. Pœnitentia verò solũ est necessaria post naufragium. *Tom. 4. disp. 22 sect. 8. §. Veritas certa, & catholica est.* *Conc. Tri.*

22 In tribus casibus potest quis in articulo mortis non cõfiteri omnia peccata: primo, ex defectu vitæ propriæ: secundo, ex consortio aliorum existentiũ in simili periculo, vt v. g. in naufragio: tertio, ex parte ipsius sacerdotis, quia vel eius mors etiã imminet, & non est alius minister, vel certè, quia timet graue cõtagium, & mortis periculum, si longo tempore talem ægrotũ audiat. Ratio est: quia præceptum morale non obligat ad impossibile. *Tom. 4. disp. 23. sect. 1. §. Ex tribus capitibus.* Et qui sic cõfitetur, debet, quoad fieri potest materiam certam, & necessariam dare: quia religio sacramenti id postulat: & si pœnitẽs absoluatur propter periculum mortis ante perfectã confessionem, & non statim mors sequatur, continuetur cõfessio, donec perfectè fiat, nam hoc semper est per se necessarium, & finita confessione iterum danda alia absolutio. *Tom. 4. disp. 23. sect. 1 §. Illud tamen.*

23 In articulo mortis, quãdo pœnitens iam loqui nõ potest, vt det materiam certam, sufficiunt signa contritionis in ordine ad confessionem. Quam sententiã tenẽt multi Doctores, vt probabiliorem & practicè securã: & cõstat ex capitibus citatis supra concluſ. 8. §. 1. quam conclusionem vide. *Tom. 4. disp. 23. sect. 1. §. Nihilominus contrariã, & seq.* *Syl. verb. Confessor. 3. q. 13. & Ang. ver. Confessor. 4. num. 8. Cordu. li. 5. de indul. q. 39.*

24 Vehementia affectus ad finẽ prauum mortaliter in confessione declaranda est: quia nõ solum auget notabiliter sed etiã regulariter loquendo confert malitiam specie distinctam & grauem. Exemplum sit, quando quis expressa, & declarata volũtate proponit cõsequi, vel tueri talem finem, per quæcunq; media, siue licita, siue illicita, v. g. quando mercator auarus proponit sibi hoc modo augmentũ diuitiarum. Item experimẽtum sæpius transgrediendi præceptum ex vehemẽtia talis affectus, tunc enim est signum quod in tali affectu est modus valde in

ordinatus, & ad minimũ, quod quamdiu talis est, constituit hominẽ in mortali occasione peccandi mortaliter, & sic est necessarium talem statum cõscientiæ cõfessori explicare. *Tom. 4. disp. 22. sect. 4. §. Cẽseo esse distinctione.*

25 Intentio actus, quando se prodit per signa omnino interius manentia in corde, non est necesse de illa esse solicitos in ordine ad confessionem, quia humano modo cognosci non potest. Tamen si manifestatur per signa aliqua, vel effectus externos, tunc pet illas circũstantias declaranda est in confessione, & in illis sufficienter explicatur intentio, vt si quis vehementi odio prosequatur inimicum, satis indicat intẽtionem affectus, si dicat desiderare illi graue malum, & sæpe de hoc cogitare, & illud procurare explicando numerum, si necessarium fuerit. Idem dicendum de eo qui occidit inimicum, & non contentus homicidio, postea illum infrusta secat, & multiplicat vulnera. *Tom. 4. disp. 22. sect. 5. §. Quarta circunstantia, & seqq.*

Vide S. Tho. 2. 2. q. 159. ar. 2.

26 Potest quis sequi iudiciũ probabile ad omittendũ peccatum aliquod in confessione, tamẽ sine illo omittere nõ potest. Ratio est: qui tale iudicium est sufficiens ad regulandam humanam actionẽ, siue ex altera parte non habeat iudicium probabile, siue pro vtraque parte, cum æquali aut maiori probabilitate, v.g. si homo iudicat probabiliter se non peccasse mortaliter, vel iam esse confessum tale peccatum, etiam si in contrarium habeat coniecturas, etiam probabiles, potest conformari priori iudicio, vt non teneatur tale peccatum confiteri. Ratio est: quia homo in rebus practicis, potest sequi opinionem probabilem, non obstante contraria etiam probabili, vel etiam probabiliori, cum in hoc non immineat aliquod periculum. *To. 4. disp. 22. sect. 9. §. Respondeo tres gradus, & seqq.*

Syl. verb. confess. 2. q. 2.

27 Peccata mortalia dubia sunt confitẽda, vt est communis doctrina. Ratio est: quia in dubiis tuta pars est eligẽda, sed vt dubia, & non vt certa sunt confitenda, ne decipiatur confessor in re graui; quia moraliter loquendo dicere dubium pro certo, mẽdacium est. Item quando materia est dubia adiungenda est materia certa, ne sub conditione tantum perficiatur sacramentum: hoc enim euitandum est quoties fieri potuerit. *Tom. 4. disp. 22. sect. 9. §. Per totam.*

D. Thom. d. 17. q. 3. art. 1. & d. 21. q. 2. ar. 3. ad 3 Nau. c. 9. num. 14. Sylvest. cõfess. 2. q. 2. Vict. num. 130.

28 Quãdo homo habet probabiles rationes dubitandi, & non potest determinari ad ferẽdum iudiciũ probabile pro altera parte, tunc etiam habet locum doctrina communis posita in conclusione præcedẽti. Illud vero principiũ, quod in dubiis melior est conditio possidentis, non est applicandũ in hoc casu: quia

quia nõ obligatur homo ad aliquid quod excedat dubium, sed solum ad dicendum sub dubio, id quod dubium est; de quo proprie loquendo nullum est dubium, quia & ipsum dubium certum est, & certum est etiam integritatem huius iudicij postulare cognitionem huiusmodi dubiæ conscientiæ pœnitentis. *Tom. 4. disp. 22 sect. 9. §. Tertius igitur gradus.*

§. III.

Confessio quoad iterationẽ.

1 CONfessio potest iterari. Est de fide iuxta illa verba, Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, &c.* Et iuuant illa, Matth. 18. *Non dico tibi vsq; septies, sed vsque ad septuages septies.* Non tantum semel sed sæpius, & in omni tempore, quia semper homo peccare potest, & consequi remissionem peccatorum in quantũ viuit, tã de peccatis in confessione omissis, quatenus tenemur omnia peccata subjicere clauibus, sed etiam de peccatis iã rite confessis ex cõmuni vsu, & approbatione Ecclesiæ. *Tom. 4. disp. 18 sect. 4. §. Primus itaq; & seqq.*

2 Quoties confessio inualida fuit necesse est ad integritatem sequentis confessionis illa peccata iterum confiteri. Ratio est: quia illa confessio est nulla; ergo nihil amplius operatur, quam si facta non fuisset. *Tom. 4. disp. 22. sect. 6. §. Aliquando peccatorum.* Secus dicendum per se loquẽdo si confessio fuit valida, licet informis vt constat, *Ex Extrauag. inter cunctas de priuileg. & ex Extrauag. vas electionis de hæreticis, & ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. Ibidem §. Posterior regula est.*

Extraua. Cõc. Trid.

3 Cõfessio potest iterari clauibus, omnia vno verbo subjicere, & supplẽdo defectũ, si fiat eidẽ sacerdoti, qui adhuc retinet memoriam sufficientẽ peccatorum. Ratio est: quia supposita priori narratione illud vnicum verbum æquiualet distinctæ cõfessioni: secus vero dicendum si alteri sacerdoti fiat, tunc enim distinctè faciendа est, quia ex priori confessione nullam notitiam habet. *Tom. 4. disp. 22. sect. 6. §. Iam vero.*

4 Quando confessio fuit sufficiens, & solum defuit forma rite prolata, tunc ad perficiendum sacramentum non est per se, necessaria iteratio cõfessionis sed sufficit petere in illo foro absolutionem quæ defuit; & vt sacerdos recte suo monere fungatur aduertat, si iam imposuit pœnitentiam nõ indiget memoria peccatorum, imo nec pœnitentiæ impositæ, sed sufficit, vt recordetur hunc pœnitentem fuisse rite confessum, & bene dispositum, & quod postea nihil graue commiserit; si vero pœnitentiam non imposuit,

Vid. Cord. in sum. q. 6. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. §. 4. Sylvest. confessio 1. q 3. Nau. c. 9. n. 19.

posuit,& neq; in particulari,neque secundum confusam aliquã rationem moralem recordatur grauitatis peccatorũ, seu status conscientiæ pænitentis oportet iteratam notitiam postulare. Tamẽ si de facto absoluat sine tali iteratione, licet male faciat, sacramentũ est validũ: quia habet omnia essentialia. *To.4.disp.22. sect.6.§.Mihi vero,iuxta paulo.*

5 Excõmunicatus, qui bona fide prius à peccatis,quã à censura absoluitur, non tenetur illa peccata cõfiteri. Ratio est: quia absolutio est valida secundũ veriorem opinionẽ, sola enim censura,suscipientis non irritat sacrametũ per se loquendo,sed solum prohibet vsum eius: secus dicendum si absolutus sit mala fide, sciens se grauiter peccare recipiendo absolutionem. *To.4. disp.22.sect.7.§.Circa posteriorem regulam,& seqq.*

6 Qui peccatum ex iusta causa in confessione omittit, per se loquendo, debet illud solum in alia cõfessione subjicere,ita omnes. Idem dicendum si pænitens bona fide confessus est peccatũ, & confessor non audiuit, quia confessio valida fuit, & quantum ad illa peccata absolutio tenuit. *Tom.4. disp.22.sect.7.§. Tertia exceptio,& seqq.* Quando vero pænitenti constiterit confessorem aliquid non audiuisse, illud repetendo satisfacit; quia materia sacramenti non est solum confessio facta à pœnitente sed audita, & percepta à confessore. *Ibidem.*

7 Quando pænitens discretus, & prudens in ipsa confessione intellexit confessorem nõ percepisse grauitatem mortalẽ suæ culpæ,quod sæpe coniectare poterit ex pænitentia iuncta, aut ex aliis signis, & verbis clarioribus, tunc debet declarare suam culpam fuisse mortalem, quia tenetur facere, quod in se est,vt sacerdos hoc intelligat,& iustè iudicet. *Tom.4.disp.28.sect. 2.§.Solum aduerto.*

Nauar. in sum. cap. 9.num. 6. Caiet. in sum verbo confessio iterunda. Stto dist. 20.q.2.ar 2.ad 3.

8 Qui oblitus est pœnitentiæ impositæ,etiam si in dilatione illius adimplendæ, mortaliter peccauerit, non tenetur iterum confiteri. Ratio est clara: quia prior confessio, & absolutio valida fuit, & per se ac simpliciter effectum habuit, quantum ad remissionem culpæ sine dependẽtia à futura satisfactione,ergo,&c. *Tom.4.disp.22.sect. 7.§.Quarta exceptio.*

9 Non potest ab Ecclesia poni præceptum per se de iteranda confessione: quia materia non pertinens ad essentiam sacramenti ex Christi institutione,non potest per alterius hominis præceptum fieri de substantia, vel perfectione sacramenti: tamen ex supppositione includente voluntarium pœnitentis consensum potest quis obligari ad illam iterandum,v.g.aut ratione voti; aut ratione status voluntarie assumpti, quasi sub hac con-

conditione. *To. 4. disp. 22. sect. 7. §. Ego breuiter censeo, & seqq.*

10 Quamuis confessio fuerit nulla ex ignorantia culpabili, & ideo per se repetēda; nihilominus de facto sæpe excusantur homines ab obligatione repetendi confessionem; quia in posteriori confessione inuincibiliter obliuiscuntur prioris defectus, & ideo validam confessionem faciunt sine illa repetitione, & priora illa peccata per accidens tolluntur; si autem contingat postea per aliquam occasionem recordari illius defectus, est iteranda illa confessio, non tamen omnes posteriores factæ bona fide. *Tom. 4. disp. 23. sect. 4. §. Tandem ad liniendum.*

Vid. Nau. in cap. fratres n. 82.

11 Qui in articulo mortis confitetur simplici sacerdoti; nō tenetur iterum confiteri illa peccata proprio sacerdoti. Rat. est: quia simplex sacerdos in tali articulo habet iurisdictionē ad absoluendum, ideoq; valide hoc sacramentum, & licite potest administrare: colligitur *ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 7.* & constat ex antiqua traditione Ecclesiæ, vt sumitur *ex multis decretis 26. q. 6. cap. De his & seqq. Tom. 4. disp. 26. sect. 4. §. Responsio certa.*

Theologi in 4. vbi D. Tho. di. 19. q. 1. ar. 3. q. 1.

12 Qui confitetur habenti dubium proprium circa iurisdictionem, tenetur illa peccata iterum confiteri. Ratio est: quia semper manet dubium practicum ac morale ff. An peccata illa vere, & in re ipsa fuerint subiecta clauibus. *Tom. 4. disp. 26. sect. 6. §. Respondeo hoc.*

13 Qui confitetur habēti iurisdictionem delegatam, nō tenetur illa peccata iterū proprio sacerdoti cōfiteri. Ita diffinitur, *à Ioan. 22, in Extrau. vas electionis de hæret. & Benedicto 11. in Extrau. inter cunctas de priuileg.* Rat. est: quia hæc priuilegia cōcedūt iurisdictionem in hoc foro simpliciter, & sine vlla restrictione. *Tom. 4. disp. 26. sect. 2. §. Dicendum nihilominus.* *Ioan. 23. Bene dict. 11.*

14 Pœnitens tenetur confessionem iterare ob ignorantiam confessoris in duobus, casibus. 1. quando ille cognouit, ita esse imperitum, vt suam conscientiam diiudicare non sufficeret, & nihilominus illi confessus est; 2. quando in ipsa confessione intellexit sufficienter confessorem non percipere grauitatem delicti, & nihilominus simpliciter, & sine ampliori instructione confessus est. *Tom. 4. disp. 28. sect. 2. §. Solum aduerto, vide etiam hic supra conclusione 7.* *Nauar. c. 9. n. 12.*

§. IIII.

Confessio quoad præceptum diuinum.

1 A Christo Domino fuit latum diuinū præceptum obligans fideles, qui post baptismi sacramentum susceptum, mortaliter peccauerunt, ad vsum sacramen- *Mag. in 4. dist. 16. & 17. vbi D. Tho. q. 2. art. 1. Rich. art. 3. q. 1.*

cramentalis confessionis, seu q̃ idem est ad sacramentum pœnitentiæ suscipiendum in remedium, seu remissionẽ talium peccatorum, quæ cõclusio absolute est de fide vt constat ex variis testimoniis Scripturæ, quibus cõfirmat noster Doctor hanc veritatem. ſ. *ex Iacob. 5. confitemini alterutrũ peccata vestra,* & multis aliis, quæ omitto ratione brevitatis, ex traditione, & vsu Ecclesiæ. *To. 4. disp. 35 sect. 1. §. Nihilominus, & seq.* Quod præceptum non potest Ecclesia tollere, vel mutare, quatenus diuinum est, in quo omnes Theologi conueniunt. *Ibidem. §. Vnde obiter.*

2 Nemo tenetur ex vi præcepti diuini anticipare cõfessionem, etiamsi timeat periculum obliuionis peccatorũ (licet aliqui oppositum sentiant.) Ratio est: quia nemo tenetur de iure diuino præuenire, & diligẽtiam facere, vt peccata conseruet in memoria, sed tantũ tenetur quãdo tẽpus obligationis occurrit diligentiã moralẽ facere, vt omnium recordetur, & intergre cõfiteatur. *Tom. 4. disp. 36. sect. 5. §. Nihilominus communis.*

Sylu. confes. 1. q. Nau. c. 21 nu. 35. & alij.

3 Præceptum hoc, vt obliget, requiritur in subiecto peccatum actuale, vnde non obligãtur illo infantes ante vsum rationis, & adulti innocentes, vt Beata Virgo, & Beatus Ioannes Baptista; cum non habeant peccatum actuale, quod est materia huius Sacramẽti: item non obligantur fideles non Baptizati (licet multi graues Doctores teneant oppositum) quia peccata commissa ante Baptismum nullo modo possunt esse materia huius sacramenti, & confessionis. *Tom. 4. disp. 35 sect. 2. §. Primum ac per se, & seqq.*

Sot. d. 18. q. 1. ar. 2. Medin. tract. 2. q. 7.

4 Hoc præceptũ obligat omnes, qui post Baptismũ mortaliter peccauerũt, etiam hęreticos, apostatas, &c. & pueros cuiuscunq. ætatis, dummodo capaces sint peccati mortalis, ad q̃ non potest designari certa ætas, sed viri prudentis iudicio opus est, colligitur aperte, *ex Conc. Trid. sess. 14. c. 1.* Ratio est: quia peccatum mortale cõmissum post Baptismum, est materia necessaria huius Sacramenti, vnde non obligat eos, qui tãtum peccata venialia cõmisserunt, cum non sint materia necesseria, sed volũtaria. *Tom. 4. disp. 35. sect. 2. §. Tertio ex dictis, & seq.* *Conc. Tri.*

5 Qui habet dubiam conscientiam de mortali peccato obliga tur hoc præcepto, eo modo, quo tenemur confiteri talia peccata dubia ad integritatẽ confessionis; est enim eadẽ ratio, illa enim materia, quæ est necessaria, vt pars cõfessionis, si cum alia cõiuncta sit, erit etiã si sola adsit, q̃ se necessaria. Vide supra hic. §. 2. *concl. 27. & 28. Tom. 4. disp. 35. sect. 2. §. Quarto addendum.*

6 Hoc præceptum per se nõ obligat hominẽ, qui mortaliter peccat, statim confiteri peccatũ, etiam *Hoc est certũ contra aliquos*

etiam si commodissime possit (quamuis aliqui contrariũ censeãt.) Ratio est: quia natura præcepti affirmatiui, non est statim obligare, sed determinatis, ac necessariis tẽporibus. *To. 4. disp. 35. sect. 3. §. Primum ergo.*

Adrian. q. 3. de cõfess. cũ D. Thom. & Palud.

7 Hoc præceptum per se obligat in articulo mortis, si ante completum non sit. In hoc conueniunt omnes Theologi. Ratio est: quia hoc præceptum affirmatiuũ debet obligare saltem in extremo periculo, seu potius articulo necessitatis, qualis maxime est articulus mortis; excipe tamen vnum casum in quo secundum omnes, tenetur præuenire, verbi gratia, si quis habeat copiam confessoris, & sit in eo statu, in quo si tunc non confiteatur probabiliter timeat fore, vt ante mortem non possit habere copiam confessoris, vt accidere potest in India, vel aliqua captiuitate, quia alias exponitur periculo moriendi sine confessione. *Tom. 4. disputat. 35. sectione. 3. §. Secundo certum est.* Item obligat iuxta Ecclesiæ determinationem ante articulum mortis ad quod relicta est illi potestas â Christo, nam sicut potestatem habet iudicandi de peccatis, ita, & diffiniendi tempus, in quo debet fieri tale iudicium, & si Ecclesia per impossibile non determinaret tempus, tunc nullum poterat designari, nisi articulus mortis. *To. 4. disp. 35. sect. 3. §. Addit vero.*

8 Obligatur homo ad confessionem quando est medium necessarium ad superandum tẽtationẽ. Ratio est: quia qui obligatur ad finẽ, obligatur etiã ad media necessaria ad talem finẽ. *Tom. 4. disput. 35. sect. 3. §. Circa aliam.* Item obligatur quando est sumenda Eucharistia, cum teneatur ante illã, si habet conscientiam peccati mortalis, iure diuino confessionẽ præmittere iuxta *Conc. Trid. sect. 13. Ibidẽ. §. Aliud tempus.* At vero obligatio est per accidens ad propriũ confessionis præceptum, quia præcipitur solum vt dispositio, si sumenda est Eucharistia, quæ obligatio non datur circa alia sacramenta sumenda: quia contritio potest esse dispositio sufficiẽs. *Ibidem. §. Vltimo tandem.*

Caieta. in Sum. ver. sacramentalis cõfes Syl. verb. confessio, §. 2.

9 Hoc præceptum non impletur per confessionem, quolibet modo nullã; quia tunc non solum finis præcepti non obtinebitur, sed neq. actus præceptus perficitur; tamen per confessionem validam impletur, vt patet non solum per formatam per gratiã, sed etiam informem; quia per talem confessionẽ impletur actus præceptus, per hanc legem quoad substantiam eius; quia verum sacramentum recipitur, & hoc est quod præcipitur, quod autem finis non obtineatur, non obstat, quia finis præcepti non cadit sub præceptum. *Tom. 4. disp. 35. sect. 4. per totam.* Item potest impleri etiam peccan-

Soto d. 18 ar. 3. q. 3. Petr. Sot. lect. 8. de confess.

peccando venialiter in confessione, quia peccatū veniale, per se effectum non impedit sacramentalem. *Ibidem §. difficultas.*

§. V.

Confessio quoad præceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis.

Sot. d. 18. q. 1. ar. 4.

1 PRæceptum Ecclesiasticum annuæ confessionis obligat semel in anno, non tamen pro determinata parte anni per se, & ex vi sua, sicut præceptum audiēdi missam die Dominica obligat tempore matutino, non tamen pro determinata hora illius, sed hoc relinquitur hominis arbitrio, licet aliqui oppositum teneāt. Ratio est: quia *c. Omnes vtriusq. sexus de pœnit. & remiss.* Non limitauit tempus hoc ad certum anni tempus, sed tantum dixit semel in anno. *Tom. 4. disp. 36. sect. 3. §. Secunda sentētia est.* Nec Episcopus per synodalia præcepta potest aliam determinationem adhibere, quia postquā ab Ecclesia facta est talis determinatio, vel non possunt Episcopi aliam adiungere, vel certe ipsi hoc non intendunt, sed solum procurant, vt Ecclesiasticū præceptum impleatur. *Ibidem. §. Quantū ergo.*

Victoria in Sum. de sacramēt. num. 137. Nauar. in Sum. c. 2. num. 9.

2 Ecclesia potest per se statuere tempus confessionis. Ratio est: quia licet Christus instituerit sacramenta, & vsum eorū præceperit, tēpus autem & omnes circūstantias non præscripsit, & reliquit hanc potestatem Ecclesiæ, vt constat ex vsu antiquissimo Ecclesiæ, *ex c. Et si non frequētius de consecrat. dist. 2. & ex Conc. Turonens. 3 c. 50.* Vbi ter in anno obligabantur fideles ad confessionem, nunc vero semel in anno vt cōstat, *ex cap. Omnis vtriusq. Tom. 4. disp. 36. sect. 1. §. Solus Durandus.* Idem dicēdum est si cōfessio non fuisset à Christo præcepta; quia receptio huius sacramēti confessionis non est materia excedēs facultatem Ecclesiæ, & alioqui vsus eius valde idoneus est Ecclesiæ: ergo nō est cur Ecclesia nō possit ponere hoc præceptū. *Ibidem disp. 35 sect. 1. §. Quo circa supposita.*

Vigerius in Sum. c. 16. §. 4. vers. 14.

3 Ex præcepto Ecclesiæ tenentur fideles ad confessionem semel in anno faciēdam per se, & ex vi proprij præcepti distincti à præcepto communicationis, & non tātum per accidens. Constat, *ex cap. Omnis vtriusque sexus de penit. & remiss. & ex Conc. Trid. sect. 14. cap. 8. & canone. Tom. 4. disp. 36. sect. 1. §. Vnde dicendum est.*

Sot. d. 18. q. 1. ar. 1. Petr. Soto lect. 5. de confessio. Theologi in. 4. d. 17 Bona. 2. q. d. 15. ar. 2.

4 Ex vi huius præcepti tenētur fideles ad anticipādam cōfessionem in quacunque parte anni, si præuidēt fore, vt amissa illa occasione, non possint in toto anno confiteri, v. g. ex penuria cōfessorum, vel ex longa nauigatione, vel peregrinatione per terras infidelium. Ratio est: quia

quia hoc præceptum non limitatur ad finem anni, sed obligat ad confitendum semel in anno peccata commissa, & non confessa, sed si homo positus in illa occasione, non cõfiteatur statim, non implebit præceptũ in anno, imò reddit se impotentem ad implendũ illud, ergo tenetur tũc confiteri. *Tom. 4. disp. 36. sect. 5. §. Quoad primam partem.*

5 Omnes homines baptizati habentes conscientiam peccati mortalis obligantur hoc præcepto Ecclesiastico, saltem semel in anno confiteri, vt constat ex c. cit. Omnis vtriusque, cuius verba sunt hæc; *Omnes vtriusq. sexus fideles, postquã ad annos discretionis peruenerint omnia peccata saltem semel in anno confiteantur.* Et est cõmunis sententia omnium Doctorum: & idem dicendum est de habentibus peccata tantum interna, vt constat ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ, quæ hoc modo præceptum hoc intelligit, & idem dicẽdum de pueris, qui ad annos pubertatis non venerunt, & sciunt peccare mortaliter. *Tom. 4. disp. 36. sect. 2. §. Verba capituli, & sequentibus.*

S. Anton. 2. p. tit. 9. cap. 8. §. 2. Nauar. in Sum. c. 21 num. 33. Cordub. in Sum. q. 60

6 Summus Pontifex obligatur hoc præcepto quoad vim directiuam, & non quoad coactiuam, id est, peccabit mortaliter non implendo legem, sed non incurrit pœnas transgressoribus impositas. Ratio est: quia naturalis ratio postulat, vt caput cõformetur corpori suo. *Tom. 4. disp. 36. sect. 2. §. Tertiũ dubium.*

7 Qui sola peccata venialia habet, aut mortalia iam confessa, non tenetur hoc præcepto confiteri, licet aliqui cõtrarium censeant. Ratio est: quia cap. Omnes solũ intelligitur de peccatis mortalibus nondum confessis. Debet tamen suum Parochum de hoc certiorem facere, dicens se non habere conscientiam peccati mortalis, cui Parochus debet credere, quando contrarium euidenter nõ constet: quia in hoc foro vnicuique credendum est tã pro se, quã cõtra se loquenti. *Tom. 4. disp. 36. se. 2. §. Secũda sentẽtia est, & seq.* Sot. d. 18. q. 1. ar. 3. Syl. cõfess. 1. §. 13. Angel. cõfes. 2. n. 4. & alij.

8 Præceptum hoc non impletur nisi per veram susceptionẽ sacramenti pœnitentiæ, quod sequitur manifestè *ex Con. Triden. sess. 14. cap. 5. can. 8.* Vnde qui de facto non absoluitur, nõ implet illud; quia non suscepit sacramentum, quamuis aliqui contradicant. *Tom. 4. disp. 36. sect 7. §. Dicendũ tamen censeo, & seqq.* Tamen impletur per confessionem validam, & informẽ: quia præceptũ hoc directè, ac formaliter solũ est de hoc sacramento suscipiendo; tũ etiã, quia per talem actum impletur præceptũ diuinum: ergo à fortiori & Ecclesiasticum. *Tom. 4. disp. 36. sect. 7. §. Circa alteram partem.* Sot. d. 18. q. 3. ar. 5. Petr. Sot. lect. 8. Nau. c. 10. num. 4. Medina q. 24.

9 Qui ante Quadragesimam confessus est, non tenetur in illa iterum cõfiteri ex vi huius præ-

cepti Ecclesiastici. Ratio est: quia vt diximus hic in prima cõclusione (quæ circa hoc videatur) hoc præceptum non obligat pro determinata parte anni per se; caput enim, omnes vtriusq; non limitauit tempus, sed absolutè loquutum fuit: vnde si hoc præceptum aliquando obligat in tempore Quadragesimæ, solum est in eo casu, in quo præceptum non est antea integrè impletum. *Tom. 4. disp. 36. sect. 3 §. Et iuxta hanc dilationem.*

10 Qui intra annum sæpius est confessus, & tempore Quadragesimæ habet conscientiam noui peccati mortalis nunquã confessi, tenetur ad iterum cõfitendum tempore Quadragesimæ, per se ex vi huius præcepti: quamuis alij contrarium teneant. Ratio est: quia caput omnis vtriusque, præcipit hominem omnia peccata semel in anno confiteri illo anno commissa: sed in hoc casu ille nõ est confessus omnia peccata illo anno commissa, ergò tenetur intra illum annũ confiteri ea, quæ non fuit cõfessus. *Tom. 4. disp. 36 sect. 3. §. Pro cuius solutione.* Secus dicendum est, si peccatum fuit iustè omissum in priori cõfessione, verbi gratia, ex ocasione, vel obliuione, &c. quia peccata oblita aliquo modo continentur in illa confessione saltem ex confuso, & per illam tolluntur saltem indirecte, & per accidens, etiam si homo tãtum attritus sit. *Tom. 4. disp. 36. sect. 4 §. Ad confirmationem.*

11 Qui vno anno non impleuit hoc præceptum, tenetur statim cõfiteri, & quo minus ac magis volũtariè differt confessionem eo minus, ac magis peccat (quamuis contrarium censeant aliqui) constat ex vsu, & praxi Ecclesiæ; excommunicantur enim fideles, qui hoc præceptum intra annũ non seruant nec possunt ab excommunicatione absolui, donec confiteantur: ergo signum manifestum est, teneri statim ac continuo ad confessionem. *Tom. 4. disp. 46. sect. 4. §. Nihilominus dicendum.* Idem dicendum de eo, qui non impleuit præceptum, ex iusta ac rationabili causa, quia licet excusatus fuerit, reuera tamen non impleuit præceptum; & ideò tenetur illud implere, postea statim cum primum potuerit. *Ibidem. §. Oritur enim, & §. Ex hac vero decisione.* *Sot. d. 18. q. 1. ar. 4. Nauar. c. 21. n. 45. Victo. nu. 137. & alij.*

12 Qui non habet copiã confessoris excusatur ab hoc præcepto; quia nemo tenetur ad impossibile: & non solum physica & absoluta impotentia, sed extraordinaria difficultas, potest interdum excusare, ver. g. si quis non possit habere confessorem, nisi iter longum conficiat: non enim est ad hoc cogendus, præsertim quando non vrget periculum salutis. Quanta verò debeat esse hæc difficultas, relinquitur arbitrio prudentis. Item excu- *Hæc supponitur.*

excusatur ab hoc præcepto ille qui non potest confiteri sine morali periculo infamationis, vel alterius grauis nocumenti, vnde si totam confessionem comprehendit, à tota illa excusabit, quia non obligat cum tanto rigore. *Tom. 4. disp. 36. sect. 6. §. Diximus de obligatione.*

13 Hoc præceptum non obligat ad confitendum per interpretem: quia præcepta Ecclesiastica non obligant cũ tanto onere, & constat ex citato cap. Omnis. Quamuis aliquis sit in articulo mortis, habens probabilem existimationem de sua vera contritione, secus si dubius sit de illa, ne se exponat æternæ salutis periculo, confitendo illa peccata, quæ cum minori infamia explicare posset. Vide *Tom. 4. disput. 36 sect. 6. §. In hac censeo, & sequenti.*

Cap. Omnes.

14 Ille, qui aliter non potest, nisi per scripturam confiteri in præsentia confessoris, tenetur non solum de præcepto Ecclesiastico, sed etiam diuino, ita cõfiteri, vt quia, vel ipse mutus est, vel confessor surdus, & non potest se aliis nutibus explicare (quamuis aliqui contrariũ probabiliter teneant.) Ratio est: quia præceptum confessionis obligat, quando commodè, & sine damno aliquo impleri potest. *Tom. 4. disp. 36. sect. 6. §. Vnde contraria sententia.*

Sylvest. confes. 1. q. 15. D. Thom. 17. q. 3. ar. 4. quæs. 3. ad 2. Caiet. ver. Confessio cõdit. 11.

15 Summus Pontifex potest tollere hoc præceptum, & dispensare in illo cum aliqua persona, manente præcepto in communi. Ita omnes. Ratio est: quia huiusmodi præceptum semper pendet à voluntate legislatoris, aut eius successoris habentis æqualem potestatem. Talis autem dispensatio vt licitè fiat, requiritur causa proportionata actui, quia data est hæc potestas in ædificationem, & non in destructionem: quamuis dispẽsatio sine illa semper sit valida cũ pendeat à voluntate eius, quam uis non rectè fiat: nulla tamen potest dari moraliter loquẽdo rationabilis causa, vt fiat dispẽsatio, aut abrogatio, licèt possit esse ad coarctandum, vel extendendum tempus. *Tom. 4. disp. 36. sect. 1. §. Secundo dicendũ & seq.*

Caietan. in 1. opusc. tit. 5 q. 1. Sot. d. 18. q. 1. Petr. Sot lect. 5 de confes.

16 Annus huius præcepti Ecclesiastici cõputatur de Quadragesima ad Quadragesimam vt constat ex communi consuetudine Ecclesiæ, omnes enim existimant hanc obligationem eo tempore finiri, non solum in obligatione per accidens, ratione cõmunionis, sed per se. Nam etiam illi, qui non sunt communicaturi eo tempore confitentur. Itẽ denique Prælati Ecclesię eo tempore cogunt ad obseruationem huiusmodi præcepti, & excommunicant trãsgressores. *Tom. 4. disp. 36. sect. 3. §. Quartus modus conuenit.*

17 Transgressio huius præcepti non habet pœnam ipso iure impositam, sed imponendam

iuxta cap. Omnes vtriusque sexus. Vbi solũ dicitur, vt arceantur ab ingressu Ecclesiæ, & priuentur sepultura. Tamen per Constitutiones synodales, seu ex consuetudine Episcopatuum solet apponi pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, vt patet in omnibus Hispaniæ fere Episcopatibus, quam incurrit omnis qui non implet, aut vtrumq. præceptum. ff. communionis, & cõfessionis, aut vnum tantum ex istis duobus. De quo vnusquisq. consulat consuetudini sui Episcopatus, & obseruet eam. Item incurrit eam, qui vel integrè non confitetur, vel non ita integre, vt absolui possit. *Tom. 4. disp. 36. sect. 8. §. Circa secundam partem, & seqq.*

Cordub. in sum. Hisp. q. 15.

18 Qui nõ validè absoluitur, ex defectu mere interno, nõ excusatur ab excommunicatione synodali, si sciens, ac videns, eo modo absoluatur, & cõfiteatur: secus dicendum, si ex aliqua ignorantia, aut inaduertentia hoc faciat, putans se suscipere sacramentum, quia non datur contumacia contra obedientiam Ecclesiæ, quam excommunicatio requirit. *Tom. 4. disp. 36. sect. 8. §. Dubium in secundo potest.* Deniq. pueri nondum habẽtes tam perfectum rationis vsum, vt ad cõmunionem obligentur, non incurrunt hãc pœnam excommunicationis, vt constat ex vsu. Et probatur argumento textus in cap. 1. de delictis puerorum, vbi dicitur, huiusmodi pueros grãdiusculos agentes contra præcepta non excusari quidẽ à peccatis, quamuis in illis talia peccata non ita, vt in maioribus punienda videantur. Et idem puto esse dicendum de Ethiopibus nouo venientibus, licet sint cuiuscũque ætatis, donec sciant doctrinam Christianam, & dispositionem requisitam ad sumẽdum verũ corpus altissimi Christi existentis verè ac realiter in hostia consecrata post verba cõsecrationis prolata ab ore sacerdotis: est enim eadẽ ratio quasi de illis, & de pueris, licet in ætate discrepent, semper tamẽ huiusmodi negotium obseruatis omnibus circunstantiis relinquitur prudentis Parochi arbitrio. *Tom. 4. disp. 36. sect. 8. §. Tertio dubitari potest.*

Vide Cordubam in sum. Hisp. q. 60.

§. 1.

Confessor in communi.

1 SOlus sacerdos est minister sacramenti pœnitẽtię, est de fide definita *in Conc. Trid. sess. 14. cap 6. & can. 9. & 10. in Florentin. in litteris vnionis*, & ex aliis multis constat. Item habetur *in cap. Quidam dicunt. de pœnit. dist. 1.* Quamuis sit malus & iniquus, vt definitur *à Trid. can. 10.* quia hoc ministeriũ non fundatur in sanctitate, sed in potestate à Christo concessa, quæ propter peccatũ nõ amittitur.

Chrysost. ho. 85. in Ioan. Aug tract. 5. in Ioann. & alij.

tur. *Tom. 4. disp. 24. sect. 1. §. Dico primo, & dico secũdo.* Et ita est solus sacerdos minister, vt ob nullã necessitatẽ, aut dispẽsationẽ alius non sacerdos esse possit, vt constat *ex Cõc. Trid. loco cit. cã. 10. Ibid. § Dicendum tamen est.*

2 Sacerdos nõ vt auctor principalis, sed vt minister Christi absoluit. Ratio est: quia Christus non tribuit sacerdotibus diuinam auctoritatem, nec potestatem excellentiæ, sed ministralẽ. Tamen sententia eius est diffiniti ua, quia vere est simul sentẽtia Dei, vt principalis iudicis, ipsius vero sacerdotis, vt ministri. *Tom. 4. disp. 19. sect. 1. §. Neque inde fit.*

3 Confessor non potest licite absoluere pœnitentem, quem scit non habere vniuersalem attritionem, de omnibus peccatis etiam oblitis. Ratio est: quia nõ potest dari sacramentum ei, qui obicem ponit, seu ei, qui non est simpliciter dispositus ad effectũ. *Tom. 4. disp. 20. sect. 5. §. Ad secundum eodem modo.*

4 Confessor præter ordinem sacerdotis requirit iurisdictionem, vt valide administret sacramentum pœnitentiæ, quæ nõ est omnibus simplicibus sacerdotibus data circa mortalia, sed pendet ex cõcessione Ecclesiæ, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & cap. Omnes vtriusq. sexus sæpe repetito, & c. Si Episcopus de pœnit. & remiss.* Vnde qui nõ habet iurisdictionem ordinariã vt pastor animarum, aut delegata tam ex commissione non potest absolutionem validam dare. *Tom. 4. disp. 24. sect. 2. §. Dicendum ergò, & c.*

Nauar. in Sum. c. 27 num. 259 Angel. verb. confessio. 3. nu. 4.

5 In casu necessitatis, extra articulũ mortis, non potest simplex sacerdos absoluere indirecte à peccatis mortalibus, & in casu quo absoluat, sacramẽtum erit nullũ non tam propter defectũ iurisdictionis ex parte ministri, quam propter indispositionem, quæ in pœnitente inde resultat per se loquendo, & secluſa ignorantia, nam si hæc interueniat plane concedimus illud sacramentum non esse omnino nullum. Ratio conclusionis est: quia consuetudo, ac traditio Ecclesiæ, quæ cõcedit omnibus sacerdotibus, vt possint absoluere ab omnibus peccatis venialibus, non est extendenda vltra id, quod consuetudine receptum est: consuetudine autẽ solum videtur introductum, vt fideles habeant hanc licentiam, quando non habent conscientiam peccati mortalis, ideoque quando illam habent, iam non licet eis confiteri simplici sacerdoti extra articulum mortis. *Tom. 4. dis. 31. sect. 3. §. Solum ergo potest.*

6 Non est in præcepto, in necessitate cõfiteri non sacerdoti: quia præceptum confessionis coniunctum est cum potestate clauium, estque idem cum præcepto recipiendi hoc sacramen

tūm: confessio autem facta non sacerdoti, neq. in potestate clauium fundatur, neque ad sacramentum conficiendum ordinari potest, cum non sit accusatio coram legitimo iudice. *Tom.* 4. *disp.* 24. *sc.* 1. §. *Hinc vero colligit.*

Vide Cōc. Constant. in Bulla Martini V.

7 Sacerdos decipiens pœnitentem, dicendo se habere iurisdictionem, cum non habeat, nō validè absoluit: quia oportet, vt sicut confessio, ita & absolutio sit integra saltem formaliter. ff. ex bona fide, & intētione absoluendi. Posita autem illa deceptione, non potest absolutio esse formaliter integra. *Tom.* 4. *disp.* 26. *sect.* 6. §. *Solum video.*

8 In ministro de venialibus etiā requiritur iurisdictio, quæ omnibus simplicibus sacerdotibus toleratis cōmunicata est nō tantū quoad venialia, sed etiam quoad mortalia iā rite cōfessa. Ratio est: quia Caput omnis vtriusq. intelligitur de cōfessione mortalium nunquā confessorum. *Tom.* 4. *disp.* 24. *sect.* 2. §. *Vltimo aduertēdū, & disp.* 26. *sec.* 5. §. *Nihilominus antiqui Doctores.* Quæ iurisdictio non est à pœnitēte, vt vult *Caiet. verb. Absolut.* 2. Nec iure diuino (vt alij volūt) sed est ab Ecclesia delegata: quia non est ordinaria, cum non competat simplicibus sacerdotibus ex vi alicuius muneris, seu pastoralis officii: ergo est delegata. *Ibid.* §. *Secūda opinio, & seq.*

Caietan.

9 Cum Episcopali munere, intrinsecè, & quasi ex natura rei est coniuncta iurisdictio ordinaria in foro sacramenti. Rat. est: quia Episcopus ex vi sui officij est pastor animarum, & gubernator in spiritualibus, & magis in pertinentibus ad bonum animæ quam ad externum. Tamen Episcopus illam habet per Summum Pontificem, seu dependenter ab illo; quia omnes recipiūt media authoritate, & consensu Pontificis, vt habetur *in cap. Ita Dominus dist.* 19. *& in cap. Quoties* 24. *q.* 1. Et consequenter nō habent illam ex iure diuino, sed humano, quia non habent illam ex vi cōsecrationis, sed ex vi sui muneris, munus autem habent à Summo Pōtifice: ergò. *Tom.* 4. *disp.* 25. *sect.* 1. §. *Quarto est certum, & seqq.*

Leo Papa epist. 87. *alias* 89.

10 Quidquid potest Papa in toto mundo, & vniuersa Ecclesia potest Episcopus in sua diœcesi, exceptis iis, quæ specialiter sunt prohibita, aut reseruata Pōtifici: quia iurisdictio concessa Episcopo circa oues ex sua natura est vniuersalis, nisi limitetur. Idem dicendum de quocūque habente iurisdictionem ordinariam. Archiepiscopus autē in Episcopatibus suffraganeorū solum cum actu visitat, & non amplius habet iurisdictionem: iure tamen ordinario, vt probabilius est: quia competit Archiepiscopo ratione proprij muneris. *Tom.* 4. *disp.* 25. *sect.* 1. §. *Addendum vero, & sequenti.*

11 Proprius sacerdos tribus modis

modis dici potest: primo, ille est, qui habet iurisdictionem in foro pœnitentiæ, siue ordinariã, siue delegatam, vt aliqui volunt. Secundo, quicunque pastor animarum habens iurisdictionem ordinariam siue proximam, & immediatã, vt in Parocho, siue vniuersalem, & quasi remotam vt in Episcopo, aut Summo Pontifice, vt alij admittunt. Deniq; tertio, propriꝰ sacerdos de quo agimus, est ille, qui habet proximam curam, & obligationem ex officio ministrandi fidelibus sacramentum pœnitentiæ. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2. §. Principio declarandum, & seqq.*

Bona. in 4. d. 17. p. 3. ar. 1. q. 2. Syl. verb. Confes. 1. quæst. 1. Medin. Cod. de cõfessione. Sot. d. 18. q. 4. ar. 2.

12 Parochus est proprius sacerdos omnium, qui intra terminos illius Parochiæ degunt, siue laici, siue sacerdotes sint seclusis priuilegiis. Ita omnes: quia ille Parochus est proprius rector, & pastor immediatus, illarum animarum etiã vagabundorum dum in sua Parochia cõmorantur, & iter agentium transeuntiũ per suas Parochias, secundum consensum & consuetudinem Parochiarum nisi ad hoc peregrinentur, vt illi confiteantur; quia iam nõ datur bona fides, & ex consequenti non necessitas, sed voluntas. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2. §. Circa priorem partem.*

13 Plura habens domicilia in diuersis Parochiis, in quibus per distincta anni tempora habitat, potest cuicunque Parocho illarum confiteri, vt proprio sacerdoti. Ratio est: quia vterque illorum est proprius sacerdos, & ita potest esse iudex: quia hæc iurisdictio non sequitur actualẽ habitationem, sed domicilium. *Tom. 4. disp. 25. sec. 2. §. Primũ est.*

Nau. in c. Placuit à pœn. n. 77.

14 Habens in vno loco domiciliũ, in alio verò quasi domiciliũ. ff. habitationem diuturnã pro aliquo tempore anni, quãuis non fixam, vt sunt precipuè Scholastici, milites, litigantes, ac mercatores, quando in alienis opidis diu morantur, subjicitur ordinariis pastoribus illorum locorum, in quibus habitat, vt colligitur *ex Gloss. in Clement. 1. de priuileg.* & vsus etiam probat. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2. §. Secundum dubium est.*

Nauar. in c. Placuit de pœnit.

15 Proprius sacerdos Parochorum est Episcopus, vel iurisdictionem quasi Episcopalẽ participans, vt sunt aliqui Abbates, vel Archidiaconi in plures Ecclesias Parochiales: quia cũ ipsi Parochi inter se non sint subordinati; neque vnus sit alteri superior, non potest vnus esse sacerdos proprius alterius. Episcopus autẽ est ille immediatus superior, & ideò solus est pastor eorum. Et eadem est ratio de habẽtibus iurisdictionem quasi Episcopalem. Item proprius sacerdos Episcoporum est solus Papa, vt patet ex ratione facta proportionabiliter applicata. *Tom. 4. disp. 35. sect. 2 §. Quinto dubitari potest.*

Vide Sotũ in 4. d. 18. q. 4. ar. 2.

16 Proprius sacerdos Cardinalium est solus Papa, quia sicut ratione dignitatis propinquissimi sunt Pontificij, ita illum solũ habent vt proprium sacerdotẽ, ac pastorẽ. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2 §. Sed quærens quid.* Item Papa, vel Summus Pœnitentiarius eius est proprius sacerdos familiæ Summi Pontificis, cõstat ex vsu & relatione omnium Doctorũ, quod intellige de his, qui actu sunt Romæ, nam si inde discedant non vtuntur hoc priuilegio, sed communi iure. *Ibidem §. Supereſt, vt nonnullas.*

17 Aliqui in dignitate constituti, solum Episcopum habẽt, vt proprio Sacerdotem, vt Decani Ecclesiarum, & interdum Archidiaconi, vel aliæ similes personæ: in qua re consulenda est consuetudo, & specialia priuilegia. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2. §. Tertio excipiuntur.*

18 Quamuis vt validè fiat sacramentum suppositа potestate, nõ requiratur bonitas in ministro, vt patet. Tamen necessaria est, vt sanctè, ac licitè ministretur, nõ solum dum absoluit, sed etiam dum confessionẽ audit, non habere conscientiam peccati mortalis: quia totum illud est sacramenti opus. *Tom. 4 disp. 28. sect. 1. §. Circa bonitatẽ.*

19 Per se, ac regulariter loquẽdo necessaria est aliqua bonitas, seu sanctitas ex parte sacerdotis, vt sit minister sacramenti pœnitentiæ ita idoneus, vt honestè, & sine culpa eligi valeat, aut ei iurisdictio delegari possit, quia conditio necessaria in ministro, vt licitè exerceat ministerium, est etiam per se necessaria, vt ab alio inducatur, aut eligatur licitè ad tale ministerium quia eligere indignum ad ministerium aliquod præsertim sacrum, valde inordinatũ est. Tamen vt valeat electio, & iurisdictio detur per se nulla specialis bonitas requiritur in confessore, vt sit ideoneus ad hoc, vt eligi possit, seu delegatam iurisdictionem accipere valeat. Quia quod non est necessarium ad valorem Sacramenti in vsu eius, nõ est etiam necessarium ad aptitudinem, vt sic dicam, seu ad capacitatem huius ministerij: sed bonitas ministri, non est ita necessaria ad actuale ministerium huius sacramenti pœnitentiæ, vel iurisdictionis eius, vt pertineat ad substantiam, & valorem eius: ergo neq. erit necessaria ad substantialem idoneitatẽ sacerdotis eligendi. *To. 4. disp. 28. sect. 1. §. Ex his ergo, & seq.* At verò requiritur, vt nõ sit ligatus aliqua censura, aut ab ordinario suspẽsus ab officio, aut ordine sacerdotali; nominatim denũtiatus, propter Extrauag. ad euitanda; quia censura omnino hominẽ priuat vsu iurisdictionis necessariæ in sacramẽto pœnitentiæ, & consequenter reddit illum inhabilem ad nouã iurisdictionẽ recipiendam. *Ibid. §. Secus verò.*

20 Ali-

20 Aliqua scientia est necessaria in sacerdote, vt sit dignus minister sacramenti pœnitentiæ. Ratio est: quia nullus potest licitè iudiciũ exercere in aliqua causa graui, neque eligi ad tale munus, nisi habeat scientiam proportionatã ad ferendum æquũ iudiciũ, quia aliàs exponit se manifesto periculo errandi. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sec.* 2. §. *Superest dicendũ.*

Sylvester. verb. Confessor. 3. *Navar. in Sum. c.* 4.

21 In confessore, vt sit idoneus, octo requiruntur: primò, vt sciat discernere peccatum, an veniale sit, an mortale, & species peccatorum, & circunstantias necessarias, & omnia spectantia ad integritatem cõfessionis, quia sine eorum notitia non potest vti, prout debet clave scientiæ. Secundo, vt sciat quid necessarium sit, vt pœnitẽs sit sufficienter dispositus ad absolutionem, tam ex parte doloris, quã ex parte propositi: quia aliàs non potest scire an iustè absoluat nec ne. Tertiò, vt sciat quando ex peccato oriatur obligatio restituendi, vel alia similia, quia oportet vt moneat pœnitentem, & ab illo debitam satisfactionem, vel saltem propositum eius requirat. Quarto, scire casus debet reseruatos, vt sciat quid possit absoluere, quid vero non. Quinto, scire oportet excõmunicationes quæ ipso facto incurrũtur, quia non potest absolui pœnitens à peccatis, priusquã ab excõmunicatione. Sexto, non semper oportet, vt cõfessor per se ipsum possit hæc omnia discernere, sed sufficit, vt intelligat, ea, quæ frequẽtius accidũt, & de aliis dubitare sciat, quia hoc satis est, vt iustè, & dignè suo munere fungatur, ad quẽ finẽ rota hæc obligatio ordinatur. Septimo, habenda est ratio locorum, & personarum, multo enim maior scientia requiritur in vno loco quam in alio, & respectu vnius personæ quam alterius. Octauo, denique requiritur in confessore prudentia, & quatenus iudex est, & quatenus maxime est medicus, qui conueniẽtem medicinã peccatis adhibere debet, vt expresse traditur in Cap. Omnis vtriusq. tamẽ in rigore illa prudentia sufficit, per quam debito modo applicẽtur principia sciẽtiæ, & ad disponẽdũ pœnitẽtem, vt pro præsentibus peccatis satisfaciat, & ad remediũ adhibendũ, ne in similia iterum incidat. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 2. §. *Primo, vt sciat, & seq.*

22 Sacerdos, qui sciẽter se ingerit ad confessiones audiẽdas absq. sufficienti & proportionata scientia, grauiter peccat. Rat. est: quia est intrinsecè malum, suscipere aliquod iustitiæ munus, sine sufficienti scientia, ad illud iuste ministrãdum. Ab hac culpa excusat mortis periculũ, aut articulus: quia sicut quælibet confessio & dispositio, & materia sufficit, ita sufficit quacunq. sacerdos, etiam ignorãs, dũmodo sciat absoluere: secus

dicendū de eo, qui ex obediētia superioris cōfessiones audit sine sufficienti scientia: quia nō potest charitas, vel obedientia efficere, vt aliquis licite cōfessiones audiat, sine sufficiēti scientia, ad iuste, & digne, exercendum hoc munus. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 2. §. *Ex his sequitur, & seqq.*

23 Scientia proportionata muneri audiendi confessiones necessaria est in sacerdote, vt sit idoneus, saltem vt delegatio huius iurisdictionis licite fiat, quando autem ignorātia tanta sit, vt nesciat etiam absolutionem proferre, vel cognoscere regulariter moralem actū, etiā sub communi ratione peccati mortalis, vel venialis, secundum generalem eorum rationem, ac distinctionem, reddit actum nullum, quia talis homo nō potest humano modo exercere hoc ministerium: secus dicendum, quādo ignorantia est de distinctione peccatorum in ratione venialis, vel mortalis, aut aliis circunstantiis, aut rebus omnino necessariis; quamuis aliqui probabiliter oppositum habeant. Ratio est: quia ibi ex parte pœnitentis interuenit integra confessio, & ex parte Sacerdotis aliqua cognitio, & perceptio illius, quæ licet non sit exacta, tamen, est sufficiens, vt cognoscat illam, & sufficientem materiam huius sacramenti: ergo si supra talem materiam cadat vera forma, cum intētione perficiendi sacramentum erit validum. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 2. §. *Tandem ex dictis, & seq.*

24 Triplici ex capite potest oriri obligatio audiendi confessiones, 1. ex charitate, 2. ex obedientia, voto, aut alio præcepto positiuo, 3. ex officio, seu iustitia, quæ obligatio est præcipua per se, & quasi intrinseca ex officio, quæ residet in pastoribus ex officio, & præcipue, in illis, qui vocātur proprij sacerdotes, vt Parochi; Episcopi tamen nō tenentur: quia habent vniuersale regimen, & plures alias actiones, quibus intenti esse debent, nisi grauitas necessitatis subditi postularet, quia etiam est proprius Parochus animæ eius, licet non ordinarie. *Tom.* 4. *disp.* 2. *sect.* 1. §. *Diximus superiori, & sequenti, & Tom.* 3. *disp.* 16. *sect.* 1. *Vide etiam hic verb. Parochus.*

25 Confessor nō potest absoluere pœnitentem, nisi bene dispositum ad absolutionē suscipiendam: quia tenētur ministri sacramentorū non dare illa indignis. *Tom.* 4. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Sine confessor, &c.* Tamen erit bene dispositus, quando habuerit displicentiam peccatorum præteritorum, & propositum in futurum amplius non peccādi: at vero displicentia facile constabit confessori, si pœnitens in ipso modo cōfessionis, & accusationis præbeat signa doloris, vel cum non sit homo rudis valde

valde, appareat timoratus; & licet tunc confessor nullam diligẽtiam teneatur adhibere, bene tamen faciet semper proponendo, & consulendo detestationem peccati: idem dicendũ est de proposito non peccandi in futurum, quando oritur aliqua specialis obligatio restituẽdi, vel relinquendi aliquam occasionem proximam, sed solum obligatio generalis non peccandi, in quo non debet confessor proponere pœnitenti omnes difficultates, quæ in vitandis peccatis occurrere possunt, quia constituet illum in manifesto periculo, nõ solũ nõ habendi propositum efficax non peccandi, sed etiam denuo peccandi; vnde satis est, vt illi proponat in genere fœditatem peccati, Dei bonitatem, & periculum damnationis, &c. *Tom. 4. disp. 32 sect. 2. §. In quo est secundo.*

26 Confessor quando ex cõfessione resultat obligatio restituendi, vel relinquendi occasionem in futurum, non debet semper pœnitentem cogere vt restituat, priusquam illum absoluat; quia hæc obligatio non obligat semper pro statim, præsertim si non est inuentus infidelis, vel inconstans in similibus propositis, nec oportet à pœnitente iuramentum, aut aliam cautionem exigere, nisi in casibus in iure expressis: aliquando vero oportet remittere pœnitentem, & illum non absoluere, donec

Caie. ver. restitutio, cap. 6. Nau. c. 17. nu. 54. & c. 26. n. 5. Sylu. ver. confess. 3. q. 2.

suam obligationẽ impleat, præsertim, quando iterum atque iterum, illam confessus est, & implere promisit, neque impleuit; quia alias relinquitur in morali occasione peccandi, & eius propositũ moraliter nõ potest iudicare efficax; quapropter oportet confessores in hoc esse cautos, & constãtes, ne grauentur peccatis alienis. *Tom. 4. dispnt. 32. sect. 2. §. Tota ergo difficultas.*

27 Quando pœnitens non potest statim implere obligationem restituendi: poterit confessor eum absoluere, proponendo restituere, ad pinguiorem furtunam deueniendo, vt patet; moralis autem perplexitas esse solet in proximis occasionibus peccandi, quæ sæpe sine scandalo, vel infamia, vel alio graui incomodo relinqui non possunt; vnde non potest dari certa regula circa quid faciet confessor: quia tota hęc res pendet ex eius prudentia; ad quod requiritur vt sit magna, vt scandalum semper vitetur, & vt examinentur omnes circunstantiæ occasiones, &c. Solum aduerte quod quando occasio moraliter non potest vitari, non est pœnitenti deneganda absolutio, etiamsi iterum, atque iterum reincidat, maxime si aliquantulum se contineat, & numerum peccatorum paulatim diminuat, & interdum potest differri absolutio, & aliqua maior pœnitentia,

De hoc vide Naua. c. 3. n. 14. & 15.

vel

vel cautio adhiberi, quod si tãdem experimento constet, hæc non sufficere, cogendus erit interdum pænitens ad tollendam occasionem, etiam cum graui temporali nocumento; semper tamen necessaria est magna prudẽtia, vt scandalũ vitetur. *To.4. disp.32. sect.2.§. Sed est specialis.*

28 Quando pænitens inuincibiliter errat, possidens bona aliena putans bona fide esse sua, vel si inter virum, & vxorem intercedat impedimentũ irritans matrimonium, quod ipsi inuincibiliter ignorãt, debet confessor in primis nullo modo falsũ dicere, vel pænitentem nulla ratione in suo errore confirmare, quia hoc est intrinsece malum, vnde interrogans pænitens, debet illi aperire veritatem. 2. Si confessor probabiliter credat suam admonitionem profuturam sine vllo scãdalo, vel graui incomodo, debet admonere pænitentem, vt relinquat statum, qui materialiter est status peccati, quamuis excusetur per ignorantiam. Ratio est: quia tenemur ex charitate admonere proximum, etiam ignoranter facientẽ, id quod est peccatum, quando est spes fructus. Vt constat ex materia de correctione fraterna: secus si admonitio nõ est profutura, aut probabiliter timet pænitentem non effecturũ, vel certe non posse sine graui incomodo id efficere, de quo admonendus est, iuxta cap. *Si quis autem de pœnit. distinct.* 15. ibi *Si scirem non tibi prodesse, non te admonerem, non te tenerem, & in cap. Quia circa de consanguinitate, affinit.* Vbi Innocẽt. 3. propter vitandum scandalum, mandat dissimulare cum quibusdã, qui bona fide matrimoniũ contraxerunt, cum tamen impedimentum vt diximus, occultum haberent. *Tom.4. disp.32. sect.4. Per totam.*

Nau. in c. Si quis autem de pœnit. dist.7. num.66.

29 Si confessor sciat, pænitentem esse rite confessum, & dispositum, tenetur sub graui peccato illum absoluere, vt omnes Theologi docent: quia hoc postulat ratio iusti iudicij, & æquitas inter pænitentẽ, & confessorem, tamen poterit absolutionem differre ex rationabili causa, in bonum, & comodum ipsius pænitentis, quod iudicio prudentis confessoris relinquitur; qui hoc sine graui causa, & magna cõsideratione facere nõ debet. *Tom.4. disp.32. sect.5.§. Secundum certum est.*

30 Confessor non solum potest, sed tenetur absoluere pænitentem, iuxta eius probabilem opinionem ex qua sequi possit damnum tertio; quamuis opinio sacerdotis sit probabilior. Ratio est: quia in eo casu pænitens integre confessus est, & est bene dispositus, & nihil agit cõtra conscientiam, & hoc totum est euidens confessori, ergo nullum habet ius, nec rationem aliquam, vt illum sine absolutione remittat.

Nau. c.27 n 280. & 288. & in c. Si quis autẽ n.66 de pœnit. dist. 7.

remittat. *Tom. 4. disp. 32. sect. 5. §. Dico igitur.*

31 Sacerdos dans absolutionem inualidam, tenetur si potest sine scandalo, & graui incomodo, pœnitentem monere de defectu, quia tunc potest prodesse monitio confessoris, & non infert nocumentum alicui. *Tom. 4. disp. 32. sect. 6. §. Propter hoc ergo, & seq.* Quando autem absolutio fuit valida, licet iniq. data, ad nihil tenetur cófessor, nisi fortasse deceperit pœnitentẽ in re pertinẽte ad salutem animæ eius, túc enim tenebitur monere illum, vel illuminare iuxta regulas charitatis, & prudentiæ. *Ibidem. §. Superest dicendum.*

Nauar. in cap. 1. de pœn. dist. 7 num. 60.

32 Quando confessor, siue proprius, siue delegatus, fuit causa, vt pœnitẽs non restituat, alienum positiue consulẽdo, aut inducẽdo, tenetur restituere illud damnum proximo; quia reuera committit iniustitiam cõtra alterum, siue id faciat cum malitia, vt est euidens, siue ex graui negligentia, quia ex iustitia tenetur, non ita temere vti munere suo cum detrimento alterius: secus dicendum, si tantum fuit negligens confessor in non monendo pœnitentem, vt restitueret, quia tunc non est contra iustitiam respectu proximi, quãuis aliqui oppositum teneant. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. Superest dicẽdum, & seqq.*

Vide de hac concluſ. Nau. c. 17. num. 22.

33 Nulla Ecclesiastica pœna est imposita iure communi sacerdoti, qui ex defectu iurisdictionis, scientiæ, aut diligentiæ vel quacunq. alia ratione, peccat ministrando sacramentum pœnitentiæ; vt probat noster Doctor. *Tom. 4. disp. 32. sect. 7. §. Explicuimus omnia.* Tamen clericus nõ sacerdos, aut laicus ministrans sacramentum pœnitentiæ manet irregularis, quamuis quidam absolutè negent, alij vero affirment de clerico nõ sacerdote, & de laico negẽt, quæ opinio est cõmunis canonistarum. *Ibidem. §. Dixi etiam sacerdoti, & sequenti.*

Nau. c. 27 nu. 142. Syl. verb. irregularitas. §. 12.

34 Qui nullum habent domicilium, & semper vagantur, habẽt proprium sacerdotem, vbi vagantur, & in huiusmodi hominibus actualis habitatio succedit loco domicilij; quãdoquidem aliud non habent, & ideo Ordinarius Parochus illorũ est ille, in cuius Parochia habitant, & mutata mutantur, vt probat satis consuetudo, itẽ iter agentes, seu perigrinantes, qui alibi habent suum domicilium, attẽta consuetudine, & tacito consensu Parochorum, possunt, vt probabile est, confiteri, vel Parocho illius loci ad quem perueniunt, vel sacerdotibus, ibi habentibus iurisdictionem delegatam ab Episcopo loci; si autem ibi fuerint alij habentes potestatem delegatam à Papa securius erit illis cõfiteri, quia est res magis certa. *Tom. 4. disp. 25. sect. 2. §. Tertium dubium, & seq.*

§. II.

§. II.
Confessor, quoad approbationem.

1 APprobatio Episcopi iure antiquo non erat necessaria, vt sacerdos idoneus posset eligi, vel iurisdictionem delegatã à Parocho accipere, quia in delegante erat potestas, & in delegato capacitas, vnde per facultatem datam generaliter ad eligendum cõfessorem, eligi poterat quilibet sacerdos iure diuino idoneus, absque alia cõditione, aut approbatione. Tamẽ modo post *Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de reform.* Secus dicendũ est, cuius verba sunt hæc: *Quamuis Presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatẽ accipiant, tamẽ sancta Synodus discernit nullum etiam regularem, posse confessiones etiam secularium sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, nisi, aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis obtineat, priuilegiis, & consuetudine quacunque, etiam immemorabili nõ obstantibus.* Vnde huiusmodi approbatio, non solum est de necessitate præcepti, sed etiam sacramenti, cum Concilium possit talem legem statuere. *Tom. 4. disp. 28. sect. 3. §. Dico ergò primo, & seqq. & sect. 4. §. Certum est, & §. Quarto principaliter.*

Caieta. in sum. verb. absolutio. Sylvest. verb. confes. 1. q. 5. Victor. in sum. n. 150 Nau. in c. placuit de pœnit. dist. 6. n. 49.

2 Sacerdos auditurus confessiones regularium non indiget approbatione Episcopi, vt patet in loco Concilij citat. ibi. *Confessiones secularium, & sacerdotum*: vbi nihil loquitur de regularibus, & circa illos nihil innouauit Concilium Triden. sub nomine autem regularium etiã fœminæ religiosæ comprehenduntur; quia illæ etiam secundũ iura seculares non sunt. *Tom. 4. disp. 28 sect. 4. §. Secundo adnotandum est, & seqq.*

Conc. Tri. sess. 23. c. 15. de reform.

3 Regularis nunc habens facultatem eligendi confessorem, potest eligere, quem inuenerit, sibi idoneum, quamuis ab Episcopo approbatus non sit, quia Conc. Trid. nihil in hoc innouauit. *Tom. 4. disp. 28. sect. 4 §. Hinc colligitur primo.* Secus verò dicendum, quando in facultate aliud exprimitur, vt in Bulla Cruciatæ; vnde per illam nõ possunt regulares eligere cõfessorem, nisi approbatum ab Ordinario, quam cõditionem debet omnino seruare, vt possint frui priuilegio Bullæ. Nomine verò Ordinarij non venit Prælatus aliquis religionis, sed solus Episcopus. *Ibidem sect. 6. §. Primum dubium euidens est.*

Nauar. in sum. ca. 4. nu. 7.

4 Prælati inferiores Episcopis, non habentes iurisdictionẽ Episcopalem, non possunt eligere, nisi confessorem approbatum

tum ab Episcopis; quia hi Prælati manifeste comprehenduntur sub decreto Conc. Trident. Episcopi vero si velint eligere, sibi subditum, illum possunt approbare, at vero si velint eligere sibi non subditum, debent eligere approbatum ab Episcopo, cui est subiectus, ita habetur in declaratione Cardinaliũ 1558. & 1160. *Tom.4. disp.28. sect. 4. §. De hac ergò.* Et omnis facultas secularibus data à quocunque Prælato, inteligẽda est de confessore approbato; quia concessio etiam Papæ semper intelligitur secundum ius commune, vnde licet in Bullis non adderetur particula, ab Ordinario, ita intelligendum erat, quia non censetur derogare ius nisi quando sufficienter id declararet. *Ibidem §. Atque eãdẽ proportionem.*

5 Approbatio Episcopi est distincta a delegatione iurisdictionis, vnde possunt separari, quia potest Episcopus recte, ac iuridice aliquem approbare, & nihilominus non delegare suam iurisdictionem, sic approbato. Itẽ potest simpliciter approbare, & tamen iurisdictionem ad tempus concedere, vel durante sua vita, & tunc licet per mortẽ cesset iurisdictio, nõ tamen approbatio. *Tom.4.disp.28.sect.4. §.Sexto circa aliud membrum.*

6 Per ius antiquum ante Conc.Trident.erat statutum de approbatione religiosorum, one sequens Alexander IIII.concessit Mendicantibus facultatẽ audiendi confessiones, quã postea Vrbanus IIII. & Clemens IIII.confirmauit, licet non respectu omnium, sed eorum, qui ad audiendas eorum conciones conueniebant, postea vero Bonifacius VIII.*in Extrauag. supra Cathedram de sepult.* concessit hanc facultatem respectu omnium, ea tamen conditione, vt superiores tenerentur prius facultatem petere ab Episcopo ad eligendos confessores, deinde electos præsentare ipsi Episcopo, vt eos admitteret, quod si facere nolit, illa præsentatio sufficiebat, & Põtifex ex tunc illos admittebat. Deinde Benedictus XI.*in Extrauag. inter cunctas de priuileg.* confirmauit eadem priuilegia, & abstulit necessitatem illius solemnitatis, sed solum voluit, vt dicti Superiores, verbo, vel scripto significarẽt Episcopis, se designasse religiosos, non explicando eorum numerũ, nec nomina, nec expectato consensu Episcoporum. Tandem vero Clemens V. cum Conc. Vienẽs. *in Clement. dudum de sepult.* reuocauit hanc Extrauag. Benedict. XI. & reduxit rem ad statum, in quo per Bonifacium erat constituta, & in eo durauit vsque ad Conc. Trid. *To.4.disp.28.sect.5. §. Quamuis autem.*

Alens. 4. p.q. 78. mem. 1. ar.3.ad 1

7 Religiosus apprpbatus simpliciter ab aliquo Episcopo, in cuius diœcesi habitat quamdiu

diu ibi comoratur eligi potest per bullam à quolibet vtente priuilegio eius, quia ille est absolute approbatus à suo Ordinario; idem dicendum si peregrinetur talis religiosus extra diœcesim, quia ille non mutat habitationem, nec Ordinarium Episcopum suum: ergo semper manet approbatus ab Episcopo suo, vbicunque existat; si vero religiosus debet eligi virtute priuilegiorum religionis, nõ potest eligi extra diœcesim, licet non mutet permanentem habitationem, sed tantum per alias diœceses discurrat, vt probat noster Doctor latè. *Tom. 4. disp. 28. sect. 7. §. Secũdo dicẽdum, & §. Maior difficultas, & sequenti.*

Vide Syl. cõfessor. 2 Adriã. q. 5. de confessione. Sot. d. 18. q. 4. ar. 2. & 3.

8 Papa delegans alicui sacerdoti particulari, iurisdictionem ad audiendas cõfessiones in suo Romano Episcopatu, censetur illum approbare, quod est in dubitatum, idem dicendum de Episcopis respectu suorum Episcopatuum. *Tom. 4. disp. 28. sect. 4. §. Tertio principaliter.* Parochi vero tantum possunt delegare iurisdictionem suam aliis Parochis, aut aliis sacerdotibus ab Episcopo approbatis, quia hæc est mens Conc. Trid. *Ibidem Dicendum ergo est.*

9 Solus Episcopus saltem electus, & confirmatus, licet non consecratus, aut eius vicarius potest dare approbationem: de Episcopo patet, quia iam est verus Episcopus; de vicario item non dubitatur, quia vnus cum Episcopo censetur. Idem dicendum de capitulo Sede vacante, vt constat ex vsu, idem de Abbatibus exemptis habentibus iurisdictionem Episcopalem, q̃ etiam vsus confirmat: secus dicendum de prouincialibus, & generalibus religionum, respectu secularium, quia non habent iurisdictionem Episcopalem, & ordinariam in populum fidelium, quæ nomine Episcopi proprie indicatur. *Tom. 4. disp. 28. sect. 5. §. Duo petuntur, & seqq.*

10 Dans hanc approbationem debet esse Episcopus confessoris, qui approbatur. Ratio est: quia hæc approbatio est actus iurisdictionis, ergo per se pertinet ad superiorem, qui iurisdictionem habeat in eum, qui approbatur, ergo dari debet ab Ordinario eius. *Tom. 4. disp. 28. sect. 6. §. Veruntamen hæc exacta.* Non autem debet esse Episcopus materialis loci, in quo fit confessio, quia accidentarium est huic sacramento, q̃ in hoc, vel illo loco fiat, dummodo iurisdictio confessoris in pœnitentem retineatur; declaratur exẽplo, v. g. si subditus Episcopi Conibricẽsis, Olisipone existẽs, & habens bullam Cruciatæ, & ibi inueniat sacerdotem approbatum ab Episcopo Conibricẽsi, poterit ibi eum eligere, sicut posset etiam confiteri suo Parocho, si ibi esset. *Ibidem. §. Hæc ergo sententia.*

11 Epis-

12 Episcopus duobus modis potest approbare sacerdotē extraneū pro suis subditis, primo manēte non subdito, in quo sensu Episcopus nō potest absolutè approbare aliquem Sacerdotē, qui ei aliquo modo nō subjiciatur; vnde approbatio Episcopi data alieno ad tempus sibi subdito solum durat, quamdiu illa subiectio durat: secus dicendum si approbatio fuerit ad tempus, hoc enim vsu obseruare videmus. Secundo, potest Episcopus approbare illū, qui non erat subditus; vnde certū est posse Episcopū approbare in suo Episcopatu clericum alterius diœcesis, qui ei subdatur, tunc ad examē, tum etiā ad ministeriū, vel Ecclesiæ alicuius seruitiū, vel si mutet domicilium, aut habitationē pro aliquo tēpore, nam pro illo poterit illum approbare, vt probat vsus. *Tom. 4. disp. 28. sect. 6. §. Respondeo breuiter.*

12 Religiosi exempti fiunt subiecti Episcopis quoad approbationem ratione domicilij, vt *iuxta Conc. Trid. sess. 23. c. 15. de reform.* idonei reputentur. Quia Episcopus approbans debet esse Episcopus Confessoris (vt in cō clu. 10. hic). ss. Ordinarius illius: ergo necesse est, idem cum proportione intelligi de regula, vt patet ex eodem Conc. nam eodē modo loquitur de approbatione religiosorū, quā clericorū secularium ab Episcopo faciēda. *To. 4. dis. 28. se. 6. §. Tertiū dubiū.* *Conc. Tri.*

13 Episcopus potest subdito licentiam dare, vt cōfiteatur sacerdoti approbato ab alio Episcopo. Ratio est: quia si approbatio Confessoris facta à proprio ipsius Episcopo est sufficiens, vt iuxta formam Concilij Tridentini ille sit capax iurisdictionis delegatæ in hoc foro: ita erit sufficiens, vt quilibet alius Episcopus committat tali sacerdoti ouem suam, dando illi iurisdictionem, media tali facultate, cū nihil impediat talē delegationem, aut facultatem, supposita proxima capacitate iuris in tali sacerdote. Item poterit Episcopus dare hanc licētiam limitatam ad eligendum confessorem tantum sibi subditum, & à se approbatum cum sit gratia pendens ab eius voluntate. Et per hanc facultatem non approbat sacerdotem eligēdum, quando neq. à se, neq. ab alio Episcopo approbatus sit, cū videatur repugnare intentioni Concilij. Denique Parochus item potest facultatem dare suis Parochianis eligendi cōfessorem approbatum ab Episcopo. Itē potest, si velit, restringere facultatem, vt sacerdos eligēdus debeat esse approbatus à proprio Episcopo suæ diœcesis: quia amplitudo, & restrictio facultatis voluntaria illi est; & magis cōstat ex vsu. *Tom. 4. disp. 28. sect. 7. §. Quarto ex his facile, & sequentibus.*

14 Per facultatem concessam à Pontifice eligēdi cōfessorem

rem approbatum ab Episcopo, potest eligi sacerdos alteri⁹ diæcesis, ibique approbatus. Ratio est: quia Summus Pontifex quãdo dicit in Bullis, presbyterum approbatum ab Ordinario, nihil aliud intendit, nisi, iuxta formam Conc. Trident. fiat electio Confessoris. Ergo si tãtum Pontifex loquitur de sacerdote approbato ab Ordinario confessoris, de eodem loquitur Concil. ergò eligẽdo illũ satisfacit Cõcilio. Ergo poterit eligi ex vi Concilij vbicunq. & à quocunque pœnitente habente tale priuilegium. *Tom. 4. disp. 28. sect. 7. §. Primo ergo, & sequenti.*

15 Sacerdos regularis approbatus ab Episcopo, in cuius diæcesi habitat, si habitationem, & quasi domicilium mutet in locũ alterius diæcesis, indiget noua approbatione Episcopi illius diæcesis, vt eligi possit per bullam: quia debet esse approbatus à suo ordinario, iam autem aliũ Ordinariũ habet; ergò alia approbatione indiget. *To. 4. dis. 28. sect. 7. §. Hinc verò.*

16 Non est necesse, vt approbatio detur in scriptis ad modũ authenticæ sentẽtiæ: quia Con. non postulat illam in scriptis, consultius tamen erit eam in scriptis recipere, vt certius de illa constet. Item nõ est de substantia eius, vt gratis detur: quia ex Concil. id sufficienter colligi non potest, nam illud verbum, gratis detur, exponitur optimè præceptiuè. *Tom. 4. disput. 28. sect. 5. §. Inquiret verò aliquis, & sequenti.*

17 Sacerdos habens Parochiale beneficium censetur approbatus, nõ solũ pro suo Episcopatu, sed pro tota Ecclesia, ita, vt vtriusque sit proxime capax iurisdictionis, si aliunde conferatur ab eo, qui potest delegare, vel mediatè Bulla, aut simili priuilegio eligẽdi confessorem: hęc conclusio fuit grauissimorum quorundam Prælatorum, qui interfuerũt Concilio: & est omnium Theologorum, & iuris peritorum Salmãticensium: non sufficit tamẽ beneficium Parochiale habuisse, si iam illud dimisit: quia Concil. expressè dicit, nisi Parochiale beneficium habeat. *Tom. 4. disput. 28. sect. 4. §. Nihilominus censeo, & sequentibus.*

18 Sacerdos simpliciter approbatus ab Episcopo, est capax iurisdictionis delegatæ à potente eam delegare in sacramentali foro, in tota Ecclesia: quia Concil. vnam tantum requirit approbationem, nisi limitetur ex intentione concedentis iurisdictionem, aut approbationem: quia clarum est liberũ esse concedenti iurisdictionem dare sub cõditione, vt sit approbatus ab Episcopo diæcesis, in qua cõfessiones audit, seu ab Episcopo pœnitẽtis, & non aliàs. *To. 4. dis. 28 sect. 1. § Quartũ dubiũ, & seq. & sect. 7. §. Supponimus, & seqq.*

19 Re-

19 Religiosi Mendicātes indigent approbatione Episcopi obtenta, vt possint audire confessiones sæcularium, vt constat ex illis verbis Conc. Tri. *Nullus Sacerdos sæcularis, vel regularis*, quam approbationem tenētur Episcopi ex iustitia illā non negare sine iusta causa, & grauiter peccarent aliter faciendo. Ibid. §. Dicendū ergo est. *Tom. 4. disp. 28 sect. 5. §. Sed hæc sententia.*

20 Approbatio semper durat, quamdiu nō reuocatur, ita, vt nec per mortem concedentis extinguatur; sicut de præsentatione mendicātium facta Episcopo. Ratio est: quia nō solum est gratia, sed iuridica declaratio, quæ suam vim retinet, quādiu non reuocatur, potest tamē reuocari ex iusta causa, cum nullum sit ius prohibens hanc approbationem reuocari. *Tom. 4. disp. 28. sect 8. §. Primum ergo, & sequenti.*

Nau. c. 27 n. 266. & in c. Placuit de pæni. n. 263. d. 6.

21 Approbatio non sufficit petita, & non obtenta, etiamsi iniuste negetur; vt colligitur ex Concil. iuxta illam conditionalem: *Nisi quis sit approbatus ab Episcopo, non potest confessiones audire.* Sed huiusmodi conditionalis habet hanc vim, vt si in re ipsa non ponatur requisita conditio, effectus sequi non possit, ergo, &c. Neq. ad hoc refert quod talis conditio iustè, vel iniustè apposita sit, vt ex quamplurimis exemplis patebit. At duo tantum afferam. ff. per hanc cō-

Est cōmunis omniū.

ditionalem, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* Etiam si ex iniquitate alterius paruulus priuetur Baptismo, non assequitur illius effectum. Idem dicendum de illa conditionali. *Nisi quis per sententiam fuerit declaratus, non priuetur bonis suis*, quia in quantum non declaratur, non priuatur bonis suis; ergò similiter. *Tom. 4. disp. 28. sect. 5. §. Nihilominus dicendum.*

22 Episcopus potest religiosos Mendicantes sine examine à se approbatos, in examen vocare, vt supponi videtur in Motu proprio Pij Quinti anni 71. qui est 1281. & incipit Romani Pontificis, cuius verba sunt hæc. *Volumus tamen eos, qui ab Episcopo, semel in ciuitate, & diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo, iterum non examinari.* Igitur qui, sine præuio examine approbati fuerint, postea examinari poterunt, & consequenter, si per illud constiterit priorem approbationem non fuisse rectè factā, poterit reuocari. *Tom. 4. dis. 28. sect. 8. §. Hic autem modus.*

Motus proprius Pij V.

23 Episcopus potest absque speciali causa iterum examinare approbatos à suo antecessore, & indignos reprobare. Ratio est: quia est nouus pastor, & propriā obligationem induit, vt supponi videtur in Motu proprio Pij V. citat in superiori conclusione. *Tom. 4. disp. 28. sect. 8. §. Potest autem*

Itē motus supra citatus.

24 Episcopus non potest sine iusta causa approbationem subditis, etiam semel datã, reuocare. Ratio est: quia vt diximus in conclusione 20. approbatio non est solũ gratia, sed iuridica declaratio, quæ se habet tanquã iusta sententia ex iustitia debita: ergò non potest iustè reuocari sine causa. Imò probabile est talem reuocationẽ sine causa esse nullam, quãuis res sit dubia, & timenda; quia talis reuocatio sine causa facta, est quasi ablatio iuris iam acquisiti, vel quasi reuocatio sententiæ iustæ sine causa: ergò non tãtum iniusta, sed etiã nulla. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 8. §. *Addo verò.*

25 Regulares approbati semel non possunt vti vbique suis priuilegiis, & iurisdictione, quæ per illa eis conceditur, sed in vnoquoque Episcopatu, in quo habitant, debent ab illius Episcopo approbari. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 7. §. *Tertium ergò.*

26 Episcopus nõ potest dare facultatem eligendi confessorem subdito, per illammet approbando sacerdotẽ eligendũ, etiãsi aliàs neq. à se, neq. ab alio Episcopo approbatus sit; quia videtur apertè repugnare intẽtioni Concilij Tridentini, nam postulat approbationem in particulari factam in tali persona, quæ idonea iudicari valeat, quæ dici non potest de illa approbatione confusa. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 7. §. *Solum potest, & seq.*

27 Parochus potest dare suis Parochianis facultatem eligendi Confessorem, qui debet esse approbatus ab Episcopo, vt patet. Item potest, si velit, restringere facultatem, vt sacerdos eligendus debeat esse approbatus à proprio Episcopo suæ diœcesis: quia amplitudo, vel restrictio facultatis, volũtaria illi est. Item potest dare suo Parochiano facultatem eligendi quemcunq; sacerdotem approbatũ à proprio Episcopo ipsius sacerdotis, etiãsi nõ sit subditus Episcopi Parochi delegati, neque ab illo approbatus, nam talis sacerdos est capax cuiuscumque iurisdictionis delegatæ, nisi adsit prohibitio specialis proprij Ordinarij: quia, vt verius existimat noster Doctor, vnusquisque Episcopus potest prohibere omnibus Parochis sibi subditis, ne Sacerdotem aliquem vllo modo in coadiutorem assumant, neque illi delegent iurisdictionem suam, nisi per se fuerit prius approbatus, quam non solum possunt prohibere, sed irritare. Vnde Parochi debent obseruare in hoc speciales Ordinationes suorum Episcoporum, siue scripto, siue consuetudine, siue alio modo de illis constet. *Tom.* 4. *disp.* 28. *sect.* 7. §. *Quinto ex his.*

28 Episcopi possunt concedere approbationẽ cum limitatione personarum, vel locorum, v. g. ad audiendas confessiones *Nau. c.* 4. *num.* 10. *&* 11. viro-

virorum, & non fœminatum, seu in hoc opido, & non in illo, si ex iusta causa, & debito modo id faciant, vt consuetudo, & vsus tenet. *Tom. 3. disp. 28. sect. 7. §. Sexto explicandum est.*

29 Parochus excommunicatus non potest alteri sacerdoti dare facultatem ad audiendas confessiones. Ratio est: quia cõcedere facultatẽ audiendi confessiones est actus iurisdictionis, à qua est priuatus excommunicatus: quomodo autem poterit dare, quod non habet? *Tom. 5. disp. 11. sect. 2. §. Alia vero difficultas.* Item Episcopus excõmunicatus non potest aliquem in confessorem approbare, vel exponere, etiamsi, iurisdictionem non conferat, quia illamet approbatio est actus iurisdictionis *Ibidem, & tom. 4. disp. 27. sect. 1. §. Ex quo obiter, & sequenti.*

Sylvest. verb. confes. 2.

30 Sacramentum pœnitentiæ administrãs excommunicatus, fit irregularis secũdum ius: quia censura priuat excommunicatum ab administratione sacramẽtum, quod intellige si administret cum intentione absoluendi, etiamsi sacramentum sit nullum; quia quantum potest fungitur sua potestate ordinis, & iurisdictionis, vt patet in illo casu rebaptizandi, quãtumcunque quis rebaptizare intendat, nullum conficit sacramentum, & nihilominus contrahit irregularitatem, & hoc iudicat probabiliter noster Doctor: secus dicendum si non habuit intentionem absoluendi, sed decipiendi, quia actio illa non est vsus ordinis, sed fictio eius, vt patet in hæretico tantum exteriori, quia nõ incurrit censuras. Item patet in illo, qui exterius rebaptizat sine intentione rebaptizandi, quia non incurrit irregularitatem. *Tom. 5. disp. 11. sect. 3. §. Secundo dicendum est, & seqq.*

§. III.

Confessor quoad peccata reseruata.

1 REligiosi mendicantes non possunt ex vi iuris communis absoluere à peccatis reseruatis Episcopo, quamuis alij oppositum teneant. Ratio est: quia in *Clement. dudum de priuileg.* declaratur religiosos ex vi illius concessionis non habere maiorem facultatem absoluendi à peccatis quam parochos ordinarios, illi autem non habent facultatem absoluendi à peccatis reseruatis Episcopis; ergo. *Tom. 4. disp. 30. sect. 2. §. Secundum punctum* Non possunt temen Episcopi reseruare peccata respectu religiosorũ, quæ non essent reseruata respectu Parochorum; & si de facto reseruent, reseruatio erit nulla. Ratio est: quia ex vi Clement. allegatæ non habent minorem potestatem Religiosi, quam

Ant. 3. p. tit. 17. Soto dist. 18. q. 4. art. 3.

Parochi, & sic erit contra ius istud. *Ibidem.*

2 In nullo casu etiam in articulo mortis, potest inferior absoluere à peccatis reseruatis si superior adiri potest, sine graui periculo. Ratio est: quia quamuis *Cõc. Trid. sess.* 14 *cap.* 7. dicat in articulo mortis nullam esse reseruationem, intelligitur in absentia reseruantis, quia aliàs nulla est vera necessitas, ob quã alii censeantur, iurisdictionem recipere, quæ illis per se loquendo sublata fuerat. *Tom* 4. *dis.* 30. *sect.* 3. §. *Inferior sacerdos.*

3 In articulo mortis potest absolutio à reseruatis Papæ dari ab inferiori, cum onere comparendi; quando nõ patet aditus ad Summum Pontificem, vel legatum, aut delegatum eius nisi cum magna difficultate, & mora. *To.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. §. *Secundo infertur.* Quæ regula non habet locum in reseruatis ab inferioribus Prælatis, præsertim quę non habent censuram annexam, de quo vide *Ibidem* §. *Difficultas vero superest, & sequenti.*

4 In mortis articulo omnes sacerdotes possunt absoluere ab *Cõc. Trid.* omnibus peccatis reseruatis, nõ solum indirectè, & per accidens sed per se, & directam iurisdictionem, quam pro tali articulo habent circa talia peccata. Hoc probant verba *Conc. Trident. sess.* 14 *cap.* 7. Ibi: *In Ecclesia Dei semper custoditum fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis.* Vnde nullus ordo est necessarius inter sacerdotes habentes iurisdictionem in mortalia peccata, id est, non necessarium adire Episcopum prius, aut facultatem ab illo petere, etiamsi commode fieri possit: nec prius vocari Parochum, quam alium sacerdotem expositum habentem iurisdictionem ex commissione. Ratio est: quia in illo articulo nulla est reseruatio: ergò eadem est ratio de his peccatis, quã de aliis *Tom.* 4 *disp.* 30. *sect.* 3. §. *His ergo suppositis, & seqq.*

5 Qui peccata reseruauit, & qui in hoc foro est illi iurisdictione superior, habet potestatẽ ordinariam ad absoluendum à peccatis reseruatis. Hæc est communis & certa. Ratio est: quia, qui iurisdictionem abstulit reseruando, eam sibi retinuit; ergo per illam poterit absoluere, is autem qui est superior illo habet iurisdictionem vniuersalem respectu illius, quæ se extendit ad omnia, ad quæ iurisdictio inferioris: ergò ille etiam potest absoluere. *Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 1. §. *Suppono iurisdictionem.* Item delegatus, qui accipit iurisdictionẽ ab eo, qui reseruauit, aut ab eius superiore habet potestatem ordinariam circa peccata reseruata, quod est indubitatum & commune; vnde manifestum est, eum, qui reseruauit peccata posse delegare potestatem absoluendi ab illis. *Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 1. §. *Secunda regula.* *Est certa & communis.*

6 Episco-

6 Episcopi possunt per *Conc. Trid. sess. 24. c. 6.* absoluere suos subditos à peccatis Sedi Apostolicæ reseruatis, si occulta sint, & nullibi publica. In hac materia sumitur occultum prout distinguitur in iure à publico. Est autem publicum, quod in oppido, vel in vicinio, vel in collegio, aut cõmunitate aliqua omnibus notũ est, vel publicè diffamatum. Vnde licet sit notum aliquibus, potest dici occultum, quamdiu peccator non laborat publica infamia. Denique peccatum licet alicubi sit publicũ, ibi verò vbi absolutio petitur, sit occultum, non potest absolui per hanc cõcessionem Concilii: quia quod alicubi publicum est: simpliciter est publicum, & non occultum. *Tom. 4. disp. 30. sect. 2. §. Circa delegationem.*

Vid. Nau. in sum. ca. 27. n. 254 & n. 255.

7 Per subditos in Cõc. cit. intelliguntur non solum veri, sed etiam existentes in aliena diœcesi per aliquod tempus, v. g. vagabundi: cum nullibi habeant proprium Episcopum. Itẽ Scholastici, & mercatores, quia quodam modo habent domicilium in eo Episcopatu. Item solũ iter agentes, & facilè redeuntes ad suã diœcesim, quia protunc sunt subditi. Denique religiosi exẽpti, vt probat praxis seruata, licet alii oppositum tenent. *Tom. 4. disp. 36. sect. 2. §. Secundo est.*

8 Per Episcopum in decreto Conc. cit. intelligitur electus, & confirmatus, licet non consecratus: qui ea, quæ sunt iurisdictionis plenè habet iuxta cap. *Transmissam. cum ibi notatis, de elect.* Item, vt probabilius est. Capitulum sede vacante, quoad ea quæ fieri possunt per Vicariũ ad hoc specialiter deputatum: quia Capitulũ succedit in iurisdictione Episcopi, iuxta *cap. His quæ, & cap. Cum olim de maiorat. & obedient.* Itẽ Archiepiscopus in diœcesi suffraganei, saltem dũ visitat: quia tunc habet iurisdictionem, & videtur illã habere Episcopalẽ. Imo & quodammodo superiorẽ Episcopo: secus dicendum de inferioribº Prælatis vt Abbates exempti, & similes, &c. vt constat ex quadã declaratione Cardinaliũ quæ sic habet: *In hoc decreto non cõprehenduntur inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & Ordinariã sed tantũ Episcopi priuatiuè quoad omnes alios.* Itẽ deniq; non intelligũtur Prælati religionum, vt patet ex eadem declaratione. *Tom. 4. dis. 30. sect. 2. §. Tertio explicandum est, & seq.*

Cap. Transmissam. Cap. His quæ, Cap. Cum olim.

9 Episcopi non possunt virtute decreti Conc. Trid. absoluere à casibus Bullæ Cœnæ reseruatis, licèt sint occulti, vt cõstat ex verbis eiusdẽ Bullæ Cœnæ in fine. Ibi. *vt ab illis casibus nulla persona Ecclesiastica, etiam Episcopali, vel maiori dignitate prædicta, absoluere possit prætextu cuiuscunq; facultatis, etiam per cuiusuis Cõcilij decreta in genere, vel in specie concessa*, & expresse

Conc. Trid. Bullæ Cœnæ Declaratio Cardinal.

declaratum fuit per Cardinales quoad peccatum hæresis occultæ, quæ sic habet: *Episcopus non potest absoluere hominem hæreticum in foro conscientiæ, licet hæc facultas sit illi concessa in Concilio. Tom. 4. disp. 30. sect. 2. §. Hic verò, & sequenti.*

10 Delegatus non potest reseruationem peccati tollere, nisi ab illo sacramentaliter absoluēdo, vnde si velit casum reseruatum audire, & satisfactionē imponere, absolutionē autem alteri remittere: nihil faciet, sed illū relinquet sicut antea. Ratio est: quia non potest delegare iurisdictionem ad absoluēdum sicut superior. *Tom. 4. disp. 31. sect. 4. §. Secundo est in hoc.*

§. I.

Confirmatio quoad essentiã, institutionem, & diffinitionem.

1 CONFIRMATIO est quoddam sacramētum in lege gratiæ distinctum à reliquis sacramentis. Est de fide, constat ex multis auctoritatibus Scripturæ, auctoritate Pontificum, Patrum traditione. Denique ex auctoritate Conciliorum, præcipue *Florent. in decreto Eugenij, & Trid. sess. 7. & sess. 23. c. 4. Tom. 3. dis. 32. sect. 1. §. Dicendum vero est, & seq.* *Conc. Flo.* *Conc. Tri.*

2 Diffinitur confirmatio sic. *Est sacramentum nouæ legis, quo baptizati in gratia roborãtur, & speciali modo Spiritum sanctum accipiunt, seu est sacramentũ nouæ legis, speciale robur gratiæ spiritus sancti significans, & conferens.* Denique si velis magis physice diffinire, dic. *Est vnctio Chrismatis, in fronte signo Crucis facto, sub certa forma verborũ. To. 3. disp. 33. sec. 1. §. 1. ante sectionē primã.* *Diffinitiones confirmationis.*

3 Sacramentũ Confirmationis est viuorũ. Rat. est: quia non fuit institutum per se ad dãdam primam gratiã, neque ad tollendum peccatũ originale, aut mortale, sicut pœnitentia, & Baptismus, sed ad augendam, & roborandam Baptismi gratiam, vt constat ex *Conc. Florent. & Trid. sess. 7. & 14. Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Dico secundo.* *Conc. Flo.* *Conc. Tri.*

4 Actus confirmandi est Ordinis, & non iurisdictionis: cõstat per se, & intrinsecè non esse actum iurisdictionis, cum nõ sit actus iudicialis, sed solum consecratiuus, vt sic dicam, & ita â sola potestate Ordinis per se pẽdet, vt patet. *Tom. 3. disp. 36. sect. 6. §. Dicendum est ergo.*

5 Ratio, ob quam nulla figura fuit Confirmationis in lege veteri, est: quia cum in hoc sacramento detur plenitudo Spiritus sancti, & proximè præparetur homo hoc modo ad introitum gloriæ, & illa lex vetus erat egena, & gratia vacua, & non introducebat ad regnum, cuius ianua aperta non erat, &

sic

sic non fuit in illa figura huius sacramẽti, in quo datur dispositio proximè disponens ad introitum gloriæ. *Tom. 3. disp. 5. sect. 2. §. Posset autem.*

6 Sacramentum Confirmationis in eodem homine iterari nõ potest. Est de fide, *ex Concil. Tolet. 8 Florẽt. & Trid. sess 7. can. 9. de sacram. in gener.* & cõstat *ex cap. Datum est de Consecrat. d. 5. & c. de Consecr. eadẽ dist. Tom. 3. disp. 34. sect. 1. §. Vltimo ex dicto.*

Cõ. Tol. 8. Conc. Flo. Conc. Tri.

7 Sacramentum Confirmationis fuit institutum immediatè à Christo Domino, in nocte Cœnæ, quoad aliqua, nullũ enim tempus ad hoc aptius excogitari potest, præsertim cum in ea nocte totum Spiritum sanctum promiserit Ecclesiæ suæ, & nouum testamentum condiderit; perfectè tamen post resurrectionem, quãdo Christus dixit Apostolis Ioan. 20. *Accipite spiritũ sanctum, quorum remiseritis peccata, &c.* Vide *Conc. Florent. & Trid. de sacram. in genere. Tom. 3. disp. 32. sect. 2. §. Dicendum verò est, & sequenti.*

Ioann. 20. Conc. Flo. Conc. Tri.

8 Sacramentum Confirmationis, q̃ est veluti complementum Baptismi, institutum est primario ad conferendam plenitudinem Spiritus sancti, & abũdantiora auxilia, quibus homo constantior fiat ad confitẽdam fidẽ: consequenter verò ad imprimẽdum characterẽ, quo milites Christi designãtur. *To. 3. dis. 11. se. 1. §. Sed dubitabit aliquis.*

§. II.

Confirmatio quoad materiã proximã, & remotam.

1 MAteria remota, & omnino necessaria, est Chrisma ex oleo, & balsamo confectum Est de fide *ex Conc. Floren. in decreto Eugenij, & Trid. sess. 7. can. 2.* Quod etiã confirmat perpetuus vsus Ecclesiæ, q̃ non est ex institutione Ecclesiæ, sed ex Apostolica traditione, & Christi institutione. *To. 3. disp. 33. sec. 1. §. Dicendum est, ergo, & seq.*

Conc. Flo. Conc. Tri.

2 Balsamum ex India delatum, quamuis fortè differat specie à Siriaco, est sufficiens materia Cõfirmationis. Quia in fragrãtia boni odoris, & in effectibus, & aliis proprietatibus, habet sufficientem similitudinem, & proprietatem cum alio Balsamo Siriaco, & ideò simpliciter ac vniuocè Balsamum existimatur, ac nominatur. Vt diximus supra littera B. verb. Balsamum, cõclus. 1. *Tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. Ad tertium respondetur.*

3 Non est de essentia huius materiæ, quod singulæ partes eius, sint substantialiter mixtæ, ex oleo, & balsamo, sed solum quod ipsum vnguentum, sit cõpositum, & mixtum, nam hoc satis est, vt tota ipsa materia sit odorifica, quod maximè ad significationem sacramẽti desidera-

ratur. *Tom. 3. disp. 33. sect. 1. §. Atque in hunc modum.*

4 Chrisma si omnino amittit fragrantiam est materia huius sacramenti, aut omnino nulla, aut certe valde dubia. Ratio est: quia iam videtur omnino corrupta saltem quâtum ad mistionem ex oleo, & balsamo. *To. 3. disputat. 33. sect. 1. §. Idemque statuitur.*

5 De iure diuino requiritur materia, verbi gratia, Chrisma præconsecrata ob Episcopo de necessitate sacramenti colligitur ex Concil. Florent. dicente: *Materiam esse Chrisma, ex oleo & balsamo per Episcopum benedictum.* Quamuis ritus, & cæremoniæ talis consecrationis sint statuti ab Ecclesia: quia Christus non determinauit modum consecrationis, sed solum incõmuni statuit, vt hæc materia esset consecrata, modũ autem reliquit Ecclesiæ ordinationi: vide verb. Chrisma conclusione 6. præcipue. *Tom. 3. disputat. 33. sect. 2. §. In hac re dicendum est, & sequentibus.*

Conc. Flo.
Conc. Tri.

6 Chrisma confectum ab Episcopo hæretico, schismatico, vel excommunicato, verum est & sufficiens materia huius sacramenti. Ratio est: quia reuera illi conuenit totũ id, quod ex Christi institutione, est de essentia huius materiæ. *Tom. 3. disp. 33. sect. 2. §. Nihilominus in fine.*

7 Materia proxima huius sacramenti est vnctio chrismatis, vt constat ex Cone. Florentino. Ratio est: quia illa est materia proxima sacramenti, in quam proxime forma cadit, sed forma huius sacramenti proxime applicatur ipsi vnctioni: ergo vnctio, est proxima materia. *Tom. 3. disp. 33. sect. 3. §. Diximus de materia.*

8 De necessitate huius materiæ est, vt fiat hæc vnctio in figura, seu signo Crucis, vt cõstat ex verbis formæ. ſſ. *Cõsigno te signo Crucis, & cõfirmo te Chrismate salutis, &c.* Et debet fieri in quantitate Chrismatis, quod satis sit ad signum Crucis imprimendũ, item est de essentia fieri in fronte confirmati, vt docet vsus, & traditio Ecclesiæ, & rationem dat. Conc. Florent. dicens. Ideo in fronte, vbi verecũdiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipue cruce eius, quæ Iudæis est scandalũ, gentibus autem stultitia secundum Apostolum, propter quod signo Crucis signatur. *Tom. 3. disp. 33. sect. 3. §. Diximus de materia, & seqq.*

Theologi in 4. d. 17. vbi. Scot. quæst. 1. Durandus q. 2. n. 9. Gabr. ar. 1 Sot. ar. 4.

9 Vnctio Chrismatis de necessitate præcepti debet fieri pollice, siue dextro, siue sinistro Episcopi: lege. Pontificale Romanum. Ratio est: quia est res grauis, & semper in Ecclesia seruata, & præscripta in ritu tradendi hoc sacramentum, quamuis etiam probabile videatur nostro Doctori esse essentiale

fieri

fieri pollice Episcopi, de quo vide. *Tom. 3. disp. 33. sect. 3. §. Circa alteram, & sequenti.*

10 Probabile est Apostolos non vsos fuisse hac materia: oppositum tamen est probabilius. Ratio est: quia non videtur negandum Apostolos aliquando Chrismate vsos esse ad confirmandos fideles, tum propter auctoritatem antiquorum patrũ, tum quia per se decens fuit, & conueniens omnia sacramenta viuẽtibus Apostolis fuisse in vsu Ecclesię, & præsertim hoc, quod est proprium muneris Episcopalis. *Tom. 3. disp. 33. sect. 4. §. Quod si quis tandem.*

11 Non est de necessitate huius materiæ, vt Chrisma sit nouum recens illius anni, vt patet, at verò est de necessitate præcepti, vt constat, *ex Concil. Carthag. 4. & Valens. cap. 3. Tolet. 1. cap. 12.* & habetur *in cap. Omni tempore de consecra. dist. 4. & cap. Quoniam de sent. excom. in 6. Tom. 3. disput. 33 sect. 1. §. Hinc vero inquirit, & sequen.* Vnde vti veteri oleo sine vrgente necessitate, est peccatum graue. *Ibidem disp. 38. sec. 2. §. Tertiũ præceptũ.*

§. III.

Confirmatio quoad formam.

Forma cõfirmationis.

1 FOrma huius sacramẽti est. *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Est de fide ex Conc. Floren. & singula verba, & expressa inuocatio Trinitatis, sunt de essentia eius, qua vsi sunt Apostoli quoad substãtialem sensum, quæ non debet fieri verbis deprecatiuis, sed indicatiuis, aut imperatiuis. *Tom. 3. disp. 33. sec. 5. Per totam, quam vide.*

§. IIII.

Confirmatio quoad ministrum.

1 QVilibet Episcopus est sufficiens minister huius sacramẽti, quantum ad necessitatem sacramenti attinet, respectu cuiuslibet hominis baptizati, nam licet ex præcepto vnusquisque teneatur non confirmare alienas oues vsurpando iurisdictionem alienam, tamen valide confirmat, cum illa iurisdictio non sit de essentia sacramenti. *Tom. 3. disp. 36 sect. 1. §. Addimus in titulo.* Idem dicendum de Episcopo hæretico, excommunicato, aut degradato; quia semper manet verus Episcopus. *Ibidem sect. 3. §. Dicendum ergo est, & sequentibus.* *Suppomitur.*

2 Solus Episcopus est Ordinarius minister Confirmationis: est de fide diffinita *in Conc. Flor. in decreto Eugeny, & Conc. Trid. sess. 7. can. 3. de Confirm.* Non solum necessitate præcepti, sed etiam sacramenti, ita vt si sacerdos simplex propria autoritate illud *Conc. Flor. Conc. Trid. Acta. Apost.*

illud tentet conficere, nihil efficiet, vt constat *de Actibus Apostolorum* 8. & 19. Vbi solũ Apostoli leguntur cõfirmasse fideles, qui ab aliis fuerũt baptizati. *To. 3. dis. 36. sect. 1. §. Dicendum est tamen, & §. Dico secundo.*

3 Summus Pontifex, & non alius inferior, potest committere simplici sacerdoti, & nõ Diacono, aut alio inferiori, vt sacramẽtum Confirmationis, rite, & valide administret, ex rationabili causa, vt cõstat *ex Conc. Florent. in decret. Eugenij* dicente: *Legitur tamen aliquando, per se Apostolicam Sedis dispensationẽ, esse rationabili, vrgenti admodũ. causa, simplicem sacerdotẽ. Chrismate per Episcopum confecto hoc administrasse sacramentum Confirmationis.* Ita tenent multi, & graues Doctores. *Tom. 3. dis. 36. sec. 2. Per totam præcipue. §. Dicẽdum vero est, & §. Dico secundo.*

Theologi. in 4. dist. Anto. 3. p. tit. 14. c. 14. §. 6. Nau. c. 22 §. 8.

4 Papa electus, nondum cõsecratus Episcopus potest concedere facultatem ministrandi hoc sacramẽtum simplici sacerdoti. Ratio est: quia licet per se ipsum non possit cõfirmare ex defectu ordinis, tamen sæpe potest hoc modo vnus alteri committere, quod per se non potest facere, vt Episcopus nondum Ordinatus sacerdos, potest dare ius absoluẽdi, quamuis ipse per se absoluere non possit, quia huiusmodi concessio supponit in altero ordinem necessarium ex institutione Christi, vt possit ei hæc potestas delegari, at ipsa solum est veluti applicatio, ad quã sufficit potestas iurisdictionis: vnde Pontifex potest sibi ipsi hanc facultatem cõcedere si sit electus, non vero consecratus, si velit, & rationabilis causa interueniat, quia non est peioris conditionis. *Tom. 3. disp. 36. sect. 2. §. Solet vero hinc inquiri.*

5 Simplex sacerdos, qui habuit facultatem à Summo Pontifice ministrandi hoc sacramẽtum, potest mortuo Pontifice illud ministrare, quia facultas, cum sit gratia, non cessat morte concedentis; idem dicendum licet cesset ratio, vel necessitas mouens Pontificem ad hoc priuilegium concedendum, secus si datum fuit non absolute, sed sub conditione, vel tali limitatione. Tamen huiusmodi facultas reuocari potest semper, quia per illam non datur ordo, nec character, & ideo est reuocabilis. *Tom. 4. disp. 36. sect. 2. §. Rursus inquiri solet.*

§. V.

Confirmatio quoad subiectum.

1 OMnis homo baptizatus est capax huius sacramenti, vt constat ex vsu, & traditione Ecclesiæ, siue sit adultus, siue infãs, & sic olim omnibus statim post baptismum dabatur hoc sacramentum, vt constat *ex cap. 1. de consecrat.* *Cap. 1. de consecrat. dist. 5.*

consecrat. dist. 5. Ratio est: quia omnes hi sunt capaces effectus huius sacramēti. *Tom. 3. disp. 35. sect. 1. Per totam.*

2 Expedit non dari hoc sacramentum ante vsum rationis, regulariter vsq; ad septēnium, vt constat ex vsu Ecclesiæ (quanuis aliqui probabiliter iudicent magis expedire, vt confirmētur infantes statim tempore infantiæ ante vsum rationis) Ratio conclusionis est: quia non vrget necessitas, & maior reuerentia sacramenti est, vt cū propria fide, & dispositione hominis suscipiatur, tamen ob aliquam grauē causam potest esse conueniens interdum dare illud in infantiæ tempore, vt si diuturna absentia Episcopi timeretur, aut si infās esset in periculo mortis, tamē si Episcopus ex sola benevolentia, aut alia simili causa infantem cōfirmaret ante vsum rationis, non absque scandalo, non peccaret, quia non est tam vrgens Ecclesiæ cōsuetudo: vt præceptum inducat. *Tom. 3. disp. 35. sect. 2. §. De infantibus, & seqq.*

Bonau. in 4. dist. 7. ar. 3. q. 1. Richard. ar. 3. q. 2.

3 Qui aliquando ratione vsi sunt, debent confirmari; quia de illis iudicandum est, sicut de cæteris adultis, quandiu nō constiterit in statu peccati, in amentiā incidisse, præsumitur enim bonus, qui malus non probatur, itē sunt cōfirmandi perpetuo amētes, quia sunt capaces sacramenti, & effectus eius, & nulla est sacramenti irreuerētia, nec requiritur expressa petitio huius sacramenti, sufficit enim generalis voluntas, quam vnusquisq; fidelis habere censetur, circa suæ salutis remedia, ac beneficia. *Tom. 3. disp. 35. sect. 2. §. Secundo de amentibus, & seqq.*

4 Qui sunt in articulo mortis confirmandi sunt, licet eis, non sit simpliciter necessarium, quia nulla est ratio, vt per se cōstat, ob quam tanto augmento, tantaque perfectione gratiæ, & gloriæ iam morituri priuentur, est communis Theologorum. *Tom. 3. disp. 35. sect. 2. §. Circa tertium de his.*

Est cōmunis Theologorum.

§. VI.

Confirmatio quoad effectum.

1 SAcramentū Confirmationis imprimit characterē. Est de fide, *ex Cōc. Flo. in decre. Eugē. & Trid. sect. 7. can 9. de sacram. in gen.* quod est realiter distinctum, & specificere à baptismali, magisque accedentem ad potentiæ actiuę rationē, quam passiuæ, quod probat diffuse noster Doctor. *Tom. 3. disp. 34. sect. 1. §. De hoc charactere, & seqq.*

Lege D. Tho. 3. p. q. 72. & in 4. dist. 7.

2 In hoc sacramento character datur tamquam signum militare, quo consignamur ad pugnandum pro Christi fide. Ratio est: quia in hoc sacramento cōstituitur homo, veluti Christi miles

Vid. Scot. in 4. dist. 6. q. 10. §. Sed stat dubi.

miles ex officio destinatus ad profitendam publice Christi fidem, & ad pro illa pugnandum. *Tom. 3. disp. 11. sect. 1. §. Tertia ratio huius.*

3 Sacramentum confirmationis, vt satis probabile est, maiorem gratiam confert, quam baptismus, quia Patres dicunt hoc sacramentum conferre perfectionem homini Christiano, qui comparatur post Confirmationem ad se ipsum tantum baptizatum, sicut vir ad puerum, sentiũt ergo maiorem esse perfectionem, quam addit Confirmatio, quam quæ per Baptismum data erat. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Tertio dubitari solet, & seqq.*

Vid. Mag. in 4. dist. 7.

4 Sacramentum Confirmationis propriam gratiam sacramentalem, ideſt, specialem Spiritus sancti protectionem, & auxilium, ad fidem viuam constanter tenendam, & profitendam confert. Est communis Doctorum; necesse est enim vnũquodque speciale sacramentum, ad proprium finem ordinari, & gratiam specialem tali fini accomodatam conferre, quæ in hoc sacramento non potest esse alia nec excogitari. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Vltimo dicendum est, & disp. 7. sect. 3. §. Dico secundo in fine.*

5 Gratia propria huius sacramenti in ipsa susceptione sacramenti, si non apponatur obex peccati, quasi in ipsa radice confertur, vel vt sic dicam datur ius ad huiusmodi auxilium, re tamen ipsa datur temporibus opportunis, iuxta diuinæ prouidentiæ dispositionem, consentaneam fini huius sacramenti, sed vt tunc infallibiliter detur, necesse est hominem non apponere obicem peccati, quia si apponatur manet homo indignus hoc auxilio; at vero licet hic effectus impediatur, redit, recedente fictione; vt dictum est de Baptismo. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Potest autem.*

6 Sacramentum Confirmationis per se primo non dat primam gratiam, sed auget, & roborat illam. Ratio est: quia illa sola sacramenta sunt per se instituta ad dandam primam gratiam, quæ sunt per se instituta ad tollendum peccatum originale, aut mortale, vt baptismus, & pœnitentia iuxta doctrinam *Concil. Trid sess. 7. & 14. Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Dico secundo. Vide etiam supra §. 1. concl. 3.* *Cõc. Trid.*

7 Sacramentum Confirmationis per se, & ex vi sua potest conferre aliquam gratiam sanctificantem, præter eam, quam confert Baptismus. Est de fide; probaturque ex generali principio, ff. quod omnia sacramenta nouæ legis cõferunt gratiam sanctificantem. Vide *Conc Trid. sess. 7. Can. 2. de Confirmatione. Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Dicendum est ergo.*

§ VII.

§. VII.

Confirmatio quoad dispositionem.

1 AD recipiendū effectus huius sacramenti ex natura rei prærequiritur prima gratia. Ratio est: quia ad gratiæ augmentum per se requiritur, & supponitur prima gratia, quomodo enim augebitur quod non est. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Hinc sequitur.* Vnde qui baptismalem gratiam non amisit, sufficienter dispositus est ad recipiēdum effectum huius sacramenti, siue paruulus, siue adultus, sit: nota vero quod effectus gratię per peccatum potest impediri, effectus autem characteris minime, si sacramentum sit validū. *Ibidem.*

Cap. Vt ieiuni.

2 Existens in peccato mortali, vt recipiat effectū huius sacramenti, indiget contritione, quia indiget prima gratia, non autem confessione, nisi ex consilio iuxta *cap. Vt ieiuni de consecrat. distinct. 5.* quia non extat tale præceptum de confessione, at vero tenebitur ad illam prius faciendam, si nolit conari ad habendam veram contritionem. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Hinc sequitur, & §. Sed quæret aliquis primo.*

3 Qui habet attritionem cognitam, non consequitur effectum huius sacramenti, nisi adiungatur confessio. Ratio est: quia cum careat spirituali vita, non est recte dispositus ad augmentum eius recipiendum. *To. 3. disput. 34. sect. 2. §. Hinc sequitur in fine.*

4 Qui existimat se esse contritum, & reuera non est, cum ignorantia inuincibili, recipit gratiam per hoc sacramentum, quia per attritionē disponitur ad remissionem peccati actualis, & ad gratiam ex opere operato recipiendam, & per bonā fidē tollitur obex peccati actualis, at vero ille qui putat se esse vere attritum, & non est non recipit gratiam: quia sola ignorātia quantumuis inuincibilis, licet sufficiat ad tollendum obicē peccati actualis, non tamen est dispositio ad remissionem peccati prius commissi, cum non possit remitti sine aliqua attritione, & dispositione peccatoris. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Occurrit vero statim.*

Vide. D. Tho. 3. p. art. 7. ad 2.

§. VIII.

Confirmatio quoad præceptum.

1 NVllum præceptū est obligans sub mortali per se ad accipiēdum hoc sacramentum: est communis doctorum, quia neq; ex scriptura, neque ex traditione constat tale præceptum existere, poterit tamen omissio esse

Ang. ver. confir. n. 1. Victor. in sum. n. 37. Nau. c. 22 num. 9.

esse mortalis, aut ratione contemptus, scandali, aut cõscientiæ, charitatis propriæ aut denique ratione intrinsecæ necessitatis. De quo vide. *Tom. 3. disp. 38. sect. 1. §. Quarta itaque opinio, & seqq.*

2 Episcopi tenẽtur sub mortali administrare rite hoc sacramentum in suis diœcesibus, aliquoties opportunis tẽporibus, ratione sui muneris, & officij, vn de grauiter peccant, si omittant huiusmodi administrationẽ negligenter, quia cum sint pastores, tenentur pascere oues, non solum in his, quæ sunt simpliciter necessaria ad salutem, sed etiam in his, quæ ad Ecclesiæ, & membrorum eius, singularem vtilitatem, à Christo sunt instituta. *Tom. 3. disp 38. sect. 2. §. Eadem fere triplex.*

Ang. ver. confirm. num. 1. Sylvest. verb. confir. nu. 2.

3 Grauiter peccat Episcopus Chrismate veteri vtendo sine graui necessitate, in administratione huius sacramenti, vt constat *ex cap. Siquis de alio de consecrat. dist. 4.* vbi est sermo de vnctione Chrismatis, quæ fit in Baptismo, est autem maior ratio de confirmationis vnctione: ergo à fortiori. Item colligitur. *ex. cap Quoniam de sent. excom. in 6.* vt ibi glos. notant. *Tom. 3. dis. 38 sect. 2. §. Tertium præceptum.*

Fabianus epist. 2.

4 Episcopus bis dans hoc sacramentum eidem homini, peccat grauiter, quia iterando illud, nullum est, tamen non manet irregularis, similiter, & qui recipit, quia talis irregularitas non est in iure expressa; imo quod ego legerim, nulla censura, vel pena est in iure data ratione huius delicti; idem dicendũ de iterante sacramẽtum ordinis idẽ de irregulari celebrante, idem de celebrante sine vestibus sacris, aut sine altari consecrato, aut nimium confracto idem de violãte Ecclesiam per voluntariam seminis, aut sanguinis effusionem. *Tom. 3. disp. 38. sect. 2. §. Secundum præceptum est, & Tom. 5 disp. 40 sect. 4. §. Ex hoc principio.*

Ricard. in 4. dist. 1. ar. 4. q. 1. 2. & 3. cõtra Castrũ de lege p. nal. lib. c. 7. docum. 3.

§. IX.

Confirmatio quoad cæremonias.

1 PRIMA cæremonia est benedictio balsami, quæ ab Episcopo partim orationibus, & deprecationibus, partim signo, & benedictione Crucis perficitur. Secunda, est benedictio olei Chrismalis, quæ eodem verbo, & oratione, ac signo Crucis perficitur. Et Pontifex, & duodecim sacerdotes illi assistẽtes halant in modum Crucis, super os ampullæ, habentis oleum Chrismale, quæ fit ad insufflationem, qua Christus vsus fuit, quando Apostolis dedit Spiritum sanctum, Ioã. 20. *Tom. 3. disp. 37 sect. 1. §. Omissis hæreticis. & sequenti.*

2 Ter-

2 Tertia cæremonia est mixtio balsami, & olei, quam facit Episcopus immittēdo balsamū in ampullā Chrismalis olei. Quarta, est veneratio quædā, seu salutatio eius: nam Pontifex capite inclinato salutat Chrisma dicēs. *Salue Sanctum Chrisma*, quod secundo, & tertio facit, & hæc postea imitantur duodecim sacerdotes, qui ipsum comitantur, quæ veneratio est respectiua; quia licèt vere ac propriè ad rē ipsam inanem terminetur, non tamen propter ipsam, sed propter id ad q̄ refertur, seu, quod significat. Quinta est, q̄ Chrisma conficiatur in feria quinta Cœnæ Domini: illo enim die Christus Dominus docuit Chrisma conficere, vt colligitur ex Patribus, & *Conc. Meldensi cap. 46. & ex cap. Quoniam de senten. excom. in 6.* vbi dicitur. *Chrisma esse conficiendum in die Cœnæ Domini etiamsi terra interdicta existat. Tom 3. disp. 37. sect. 1. §. Tertia cæremonia, & seq.*

Conc. Meldense. cap. Quoniam.

3 Vltima cæremonia est, quod Chrisma cōficiatur in Ecclesia, & in loco Presbyterij, vt notatur in Pontificali Rom. & non nisi solemni ritu, & inter Missarū solemnia, imò ab Episcopo Pontificali ritu celebrante vnde vbi hoc modo confici non potest, vel, quia Ecclesia vacat, vel Episcopus est impeditus, prætermittenda est eius cōfectio, & aliunde nouum Chrisma est deportandum: item requiritur, quod cōficiatur in proprio, ac determinato vasculo, quod ad hoc munus sacrum habeatur: vt colligitur ex Pontificali Rom. non tamen inuenio esse ab Ecclesia institutam specialem aliquam benedictionem talis vasculi, sed ipsomet vsu videtur sacrari: neq. etiam ab Ecclesia definitam inuenio materiam, ex qua conficiendū sit, sed relinquitur prudentis pastoris arbitrio; semper tamen quoad fieri potest, seruanda est Ecclesię consuetudo. *Tom. 3. disp. 37. sect. 1. §. Vltimo adiungere possumus.*

Pōtificale Romanum

4 Nullum tempus est designatum administrandum hoc sacramentū, vt tenet consuetudo: quia eius minister est solus Episcopus, qui non potest quolibet tempore adesse ad cōfirmādos baptizatos. Potest ergo conferri quolibet tempore. Item non est determinatus locus, in quo administretur sub præcepto, licet in Ecclesia quoad fieri possit, fiat, & statuitur in *cap. Responso, de sent. excom.* Posse hoc sacramentum conferri in locis interdictis, vt potest Baptismus. *To. 3. disp 37. sect. 2. §. Hinc nihil, & sequenti.*

5 Episcopus vestibus sacris indui debet ad hoc sacramentum ministrādum; id enim pertinet ad ornatum, & decentiam huiusmodi sacramenti. Item ex decentia tantum debet tam cōfirmans, quam confirmādus accedere ieiunus, vt habetur *in cap*

Vid. Rom. Pōtifical.

Vt ieiuni. & cap. Vt Episcopi. de consecrat. distinct. 5. Tom. 3. disp. 37. sect. 2. §. Tertio ad hunc ritum, & seqq.

6 Item in hoc sacramento adhibetur susceptor, qui confirmandum teneat, vt est antiqua Ecclesiæ traditio, iuxta cap. *In Cathechismo. de consecrat. dist. 4.* Qui non potest esse ille qui sit in Baptismo, nisi necessitate. Item debet esse vnus, vel vna, & tenetur, vt probabile est, instruere filiolum spiritualem in militia spirituali, quæ obligatio poterit habere locum in aliquo casu necessitatis. Itē contrahitur cognatio spiritualis iuxta cap. *Quāuis. de cognat. spirit. in 6.* hoc autem, & alia, quæ pertinēt ad hanc cognationem, limitanda sunt iuxta statuta *in Concil. Trid. sess. 24. c. 2. de reformat. matrimony.* Et iuxta dicta *hic ver. Baptismus §. 11 Quoad ritus, & Cæremonias.* Item susceptor debet esse iam confirmatus, iuxta *Concil. Magunt.* Quia non confirmatus non contrahit cognationem, si de facto sit susceptor iuxta probabiliorem sententiam (licet aliqui oppositum teneant probabiliter) quia non habet conditiones requisitas ad tale munus. Vnde peccat mortaliter ex suo genere non confirmatus si sit susceptor, cum hæc cæremonia sit grauis, sicut ille, qui omittit illam. ſſ. confirmationem omnino. *Tom. 3 q. 72. art. 10. §. In comment. per totum.*

Victor. in sum. n. 51. Tabi. 57. Syl. verb. Matri. 8. q. 7. n. 12.

7 Episcopus antequam conferat hoc sacramentum, fundit quasdam orationes, deprecationes, ac benedictiones, & peracto sacramento, alias similiter subiungit, quæ piæ sunt. Item post factam vnctionem substantialem in fronte, vitta linea caput confirmati ligatur: quam aliqui, vno, alij tribus, alij septem diebus gestare consueuerunt, quod fit propter Chrismatis reuerentiam, vt non abluatur sed exsiccetur, quæ cæremonia omnino seruanda est, licet in temporis, seu dierum determinatione, nulla sit obligatio, sed obseruanda est vbique consuetudo. Item, vt ait *Hug. Victor. lib. 2. de sacram. cap. 6. p. 7.* non est abluendum caput per septem dies, seu frons hominis confirmati, propter decentiam. Denique Pōtifex post peractum sacramentum leuiter dat confirmato alapam super genam dicens, *Pax tecum*; vt confirmatus intelligat se armari ad iniurias pro Christo ferendas. Alij dicūt dari propter memoriam sacramenti susceptī: quæ cæremonia non obligat sub mortali illam non omittere secluso contemptu. Item alia cæremonia fit cerei oblati; sed hanc non inuenio in Pontificali poni, nec in antiquis autoribus *Tom. 3. disp. 37. sect. 7. §. Sexta antequam, & seqq.*

D. Tho. in 4. d. 7. q. vlt. art. vlt.

Coniunx.

1 VNus coniugum siue ille, siue illa debet exhibere alteri excommunicato, omne genus communicationis, quod vinculũ matrimonij primario, ac secundario postulat, iuxta *c. Quoniam multos.* 11. *q.* 3. Vnde possunt etiã reddere, & petere debitum, vt est communis sententia, quando excommunicatio subsequuta est matrimoniũ, vel saltem bona fide intercessit in contrahendo matrimonio, quod verum est, licet vterque excommunicatus sit, quia excõmunicatio non plus operatur in singulis, eo quod insit vtrique, quam si sit tantum in altero extremorum, seu coniugum, nam effectus excommunicationis nõ crescit in marito, eo quod vxor excommunicata sit, vel è contrario. Ergo si maritus excommunicatus potest communicare cũ vxore non excommunicata, etiã poterit cum excommunicata, quantum ex vi suæ excommunicationis; dummodo per communicationem non indurescãt: quia tunc erit communicatio in crimine, quę intrinsece mala est, & ideò nec inter coniuges est licita, vel si essent excommunicati vitandi tempore coniugij. *Tom. 3. disp. 15. sect. 4. Per totam quam vide.*

D. Tho. in 4. d. 18. q. 2. art. 4. Caieta. in sum. c. de particip. Ang. ver. Excõmunicatio 8. n. 8. Nau. cap. 27. n. 27.

2 Maritus excommunicatus potest in iudicio petere, vt vxor secum cohabitet, & non potest repelli exceptione excõmunicationis, iuxta. *Hostiens. in sum. tit. de restit. spoliat. Quando facienda, &c.* iuxta quam sententiam limitatur *c. decernimus, de sent. excom. in 6.* vt non procedat in causa matrimonij propter fauorem eius. At verò oppositum tenuit Abbas *in cap. Inter alia. de sent. excom.* alios referens: qui addunt iudicem debere ex officio suo vxorem marito restituere propter periculum fornicationis. *Tom. 5. disp. 15. sect. 4. §. Altera vero quæstio.*

Hostiens. c. Decernimus. Abbas in cap. Inter alia.

Conscientia.

1 HAbere conscientiam peccati mortalis, est existimare, seu recognoscere hominem nondum sibi esse remissum peccatum. *Tom. 3. disp. 28. sect. 2. §. Dico secundo.*

2 Habens conscientiam peccati mortalis, debet moralẽ facere diligentiam, vt integrè confiteri possit, colligitur aperte ex *Conc. Trid. sess. 14. cap. 5.* dicente. *Constat autem in Ecclesia nihil aliud à pœnitentibus exigi, quam postquam quis diligentius se excussérit, & conscientiæ suæ omnes sinus, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum offendisse meminerit.* Quæ diligentia non potest aliqua certa mensura definiri, sed illa tantum adhibeatur quod moraliter sufficiat, considerata capacitate pœnitentis, consuetudine peccandi, diuturnitate

Hoc est certum.

temporis, & aliis circunstãtiis. *Tom.4.disp.22. sect.10.§.Primũ ergo,& sequenti.*

3 Nemo tenetur extraordinariam diligentiã facere, vt v.g. scribere peccata, vel quando ea recogitat, vel quando ea cõmittit, etiamsi probabiliter credat ei obliuioni esse tradẽda nisi scribantur: quia scriptura est de se publicum instrumẽtum, & subiacet periculis. *Tom.4. disp.22. sect. 10. §. Solet verò.*

Caietan. verb Confessio. Conclit.11.cũ Soto.

4 Discussio conscientiæ potest impleri industria cõfessoris, quando speratur interrogationibus confessoris iuuandum esse pœnitentem. Item quando pœnitens non est tãtæ capacitatis, vt solus per se possit suam conscientiã sufficiẽter discutere, potest iuuari industria confessoris: sed semper prærequiritur aliqua moralis diligentia pro captu pœnitentis, quod est valde notandum. *Tom.4.disp.22.sect.10. §.Secundo inquiri.*

5 Dubiũ, aliud est iuris, aliud facti: Dubium iuris est quando aliquis dubitat, v. g. an irregularitas sit lata in iure? Dubium verò facti est quando constat latã esse irregularitatem pro tali delicto, v.g. homicidio: dubitatur tamẽ, an hoc fuerit homicidium necne? Rursus aliud est dubitare, aliud assentire cũ formidine. Dubitare est quando post diligentem iuquisitionem, intellectus anceps & suspensus manet. Assensus verò licet sit cum formidine est determinatus ad alteram partem, & tollitur dubium. Denique dubium aliquando potest consistere in re ipsa, aliquando tantum in persona. *Tom.5. disp.40. sect.5.§. Vt autem rem totam,& sequenti.*

Hac supponuntur.

6 Quoties in iure est dubiũ an sit lata irregularitas? iudicandum est non esse tam pro foro interiori, quam exteriori. Probatur *ex c. Is qui de sent. excom. in 6.* Secus vero si fuerint variæ opiniones de sensu iuris, & opinio asserens talem irregularitatem esse in iure latam, adeò est probabilis, vt contrariã probabilitate carere iudicetur: quia in rebus humanis, nõ potest maior certitudo adhiberi: si verò contingat haberi dubium nõ de certitudine, sed de existẽtia, iuris talis casus nõ habet locum, nec in his quæ continẽtur in corpore iuris; nam de his potest haberi certitudo, sed in Extrauagantibus, aut Bullis Pontificiis, quæ interdum non extant, nec de illis plena certitudo habetur: quia extra corpus iuris non solent nouæ irregularitates introduci. *Tom.5.disp.40.sect.5.§.Primò ergo dicendum,& seqq.*

Cap. Is qui de sent. excom. in 6.

7 Persona, quæ ex ignorantia de iure irregularitatis dubitat, non potest contra talem irregularitatem prudenter operari, donec aliquomodo dubiũ sufficiẽter expellat, colligitur ex ratione *cap. Ad audiendam, & c. significasti de homici.* Nam ille qui

qui sic operatur exponit se periculo errandi. *Tom. 5. disp. 40. sec. 5. §. Secundo principaliter.*

8 Dubium seu ignorantia irregularitatis quantumcunq; inuincibilis sit nō impedit, quin irregularitas contrahatur. Rat. est: quia ignorantia solius pœnæ non excusat illā, quia non excusat culpam & consequenter nec reatū pœnæ. *Tom. 5. disp. 40. sect. 5. §. Altera pars.* Imo nec ignorantia præcepti Ecclesiastici, si alias est contra legem diuinam, aut naturalem, v. g. quando lex Ecclesiastica prohibet homicidium, non excusat homicidā, ab irregularitate quamuis sit inuincibilis. *Ibidem §. Maior difficultas. Vide etiam disp. 4. sect. 6.*

Couar. c. alma. 1. p. §. 10. n. 9. cū alijs.

Consecratio.

1 COnsecratio Eucharistiæ facta à sacerdote hæretico, vel quacunque ratione prohibito, est valida, quia constat, per se, & intrinsece non esse actū iurisdictionis, cum non sit actus iudicialis, sed solum consecrativus, vt sic dicam. *Tom. 3. disp. 35. sect. 3. §. Dicendum ergo.*

2 Consecratio, vt accipitur pro actione illa mirabili, qua panis in Corpus Christi conuertitur, est via ad constituendū hoc sacramentum, non tamen pertinet ad rationem ipsam sacramēti intrinsece, quia non est forma sensibilis, sed potius inuisibilis actio eius, sicut spiritualis actio qua per formam, v. g. Baptismi efficitur gratia in anima, non est sacramentum sed prius res sacramenti, seu via ad illum. *Tom. 4. disp. 42. sect. 2. §. Consecratio duobus modis.*

Vid. Aug. lib. 5. de Baptismo cap. 20. Suponitur.

3 Prolatio verborum consecrationis, nō est cōuersiua actio panis in Corpus Christi, quod est per se notum, quia prolatio illorum verborum, est actio per se sensibilis, & naturalis, actio autem conuersiua est supernaturalis, & insensibilis. *Tom. 3. disp. 50. sect. 3. §. Hinc tandem infertur.*

4 Sola consecratio est sufficiens & de se apta, vt ponsit imponi, vt ex ea tota essentia alicuius sacrificij constitat, quia in consecratione potest fundari tota significatio, tā mystica, quam moralis ad sacrificium sufficiēs: ergo illa per se est apta, vt in ea ponatur tota essentia sacrificij; antecedens patet: quia per illam repræsentatur passio Christi. *To. 3. disput. 75. sect. 5 §. Dico ergo primo.*

5 Deus potest instituere vel vnam, vel duplicem cōsecrationem in ratione sacrificij, idque, ratione mutationis panis, in honorem eius factæ, vel ratione termini sub speciebus panis cōstituti, vel præcisè propter repræsentationem alterius realis mutationis, nihil enim horum per se repugnat, vt curioso Theologo discurrenti patebit. *Tom. 3. disp. 75. sect. 6. §. In vtraque harum opinionum.*

Conseruatio.

1 COnseruatio rei, & eius productio potest aliquã do esse diuersa actio. Potest enim res per vnam actionem fieri, & per aliam conseruari, quod semper accidit quandocunque effectus ab vna causa fit, & ab alia conseruatur, quia variata causa necesse est actionẽ variari, quia per se ipsam, & non per aliam actionem dependet à causa. Vnde calor factus ab igne, qui posteà à solo Deo conseruatur, alia actione conseruatur, quam productus sit. *Tom. 3. disp. 9. sect. 2. §. Ad quartum qui admittunt.* Item aliqua res saltem supernaturaliter, potest conseruari noua actione, absque cessatione prioris qua conseruabatur. De quo *Ibidem disp. 49. sect. 1. §. Dico ergò tertio in fine.*

2 Vnaquæque res, vt conseruetur sine suo naturali modo maiorem influxũ à causa agẽte requirit: quare necesse est, vt causa efficiens suppleat efficacia sua defectum naturalis modi; si autẽ mutatur influxus causæ agentis, mutatur actio, exemplo declaratur. Nam quando accidés existit extra subiectum, necesse est, vt distincta actione conseruetur ab illa, qua cõseruabatur in subiecto, quia ex diuerso modo existendi, necessariò sequitur diuersitas actionis, quæ suppleat defectum subiecti. *Tom. 3. disp. 50. sect. 4. §. Secundò potest.*

Constantinus.

1 IMperator Constãtinus multis annis ante mortem suã Romæ à Syluerio Papa baptizatus fuit, & diuinitus à lepra mundatus, quam historiam etiã Pius V. in Breuiario Romano, in vita Sylueſtri recepit: licet Caietanus existimet non esse certam, nec adeò fide dignam, *Tom. 3. q. 69. art. 8. in comment. per totum.* *Vid. Greg. Turonens. li. 2. sacræ hist. c. 31.*

Contactus.

1 PRoprius contactus solũ reperitur inter res extensas in ordine ad locũ, quarum extrema sunt simul, vnde non potest in sacramento Eucharistiæ esse verus ac proprius contactus circa Corpus Christi, quia potius neque ipsæ species ipsum proprium tangunt; quia species tãtum assistunt Corpori Christi, & velant ipsum. *Tom. 3. dis. 47. sect. 4. §. Secundum exemplum.* *Henriq. quodlib. 1. q. 5. Rich. d. 10. art. 4. q. 2.*

Contractus.

1 NOn licet per se loquẽdo contractum vllum cum excõmunicato vitando facere, cũ non possit fieri, nisi communicando cum illo, quod generaliter prohibitum est, exceptis casibus necessitatis de quibus alibi. Tamen contractus erit validus, vt tenet communis opinio Canonistarum, in *cap. Si verè de sent. excom. & in cap. Veritatis.* *Couar. ca. alma. p. 1. §. 1. nu. 9. Castr. li. 2 de*

de Potest. leg. pæn. cap. vlt.

de dolo, & contumac. Vnde matrimonium contractum cum excommunicato est validum *cap. Significasti. de eo qui duxit.* Item professio facta in religione, *ex cap. Cum illorum de sent. excom.* Item donatio ex *cap. Inter dilectos de donat.* Nisi contractus fiat in virtute alicuius rescripti ab excõmunicato impetrati, ad supplendam aliquam conditionẽ, sine qua contractus non valeret: quia rescriptum impetratum ab excõmunicato est nullum iuxta *cap. 1. de rescript. in 6.* Item erit nullus contractus factus ab excõmunicato, vt à persona publica, & Ecclesię ministro, per potestatem, quã habeat ex vi sui muneris, vel beneficij: quia tunc habet per excommunicationem potestatem suspensam ex vi excõmunicationis ad contrahendum. *Tom. 5. disp. 15. sect. 18. §. Dicendum superest, & seqq.*

2 Contractus factus ab excõmunicato, licet sit validus; & firmus, tamen est suspensus quoad executionem, durante excommunicatione quoad eos vsus, qui communicationem includunt: quia durante alterius excommunicatione, prohibita est talis cõmunicatio secluſa ignorantiæ excusatione. *Tom. 5. disp. 15. sect. 8. §. Quapropter dicendum. & sequenti.*

Contritio.

Psal. 50. Dan. 3.

1 COntritio iuxta communẽ Ecclesiæ conceptionẽ significat perfectam auersionẽ voluntatis à peccato cõmisso, qua homo se præparat ad reconciliandã amicitiã cum Deo, si illa careat. Constat ex cõmuni Theologorũ vsu, *& ex Trid. sess. 14. c. 4.* Sumitur autẽ metaphora huius nominis à verbo, *Cõtero*, quia conterere significat rem aliquã duram in minutissimas partes diuidere, cõminuere, peccatum autem solet cor peccatoris obdurare, & ideò perfecta diuisio cordis, & auersio à peccato, cõtritio nominata est. *Tom. 4. disp. 4. sect. 1. §. Contritio iuxta.* *Psal. 146.*

2 Actus amoris, vt præscinditur à formali pœnitentia, non est formalis cõtritio, quia iuxta receptum vsum illius vocis, *contritio*, significat aut perfectũ dolorẽ de peccato, aut perfectam detestationem cũ dolore. Vnde cõtritio formaliter est actus pœnitentiæ, quãuis virtualiter contineri possit in superiori actu, qui non sit formaliter pœnitẽtię. *To. 4. disp. 4. sect. 1. §. Sed in hac re.*

3 Contritio formaliter est ipsa detestatio peccati, ex communi Theologorum sententia: quia contritio est perfectissimus ex propriissimus actus pœnitentiæ, sed talis actus in detestatione cõsistit, Ergo. &c. *Tom. 4 disp. 4. sect. 1. §. Statim verò.* *D. Thom. in 4. d. 17. Vega lib. 13. in Trid. cap. 25.*

4 Sola voluntas destruendi peccatum, aut resarciendi diuinam iniuriam, si præcisè sumatur, vt condistinguitur à detestatione, non satis est ad verã con-

tritionem, seu detestationē. Ratio est: quia illa sola non sufficienter dispōnit ad gratiam; neque est de eius substantia: quia sicut velle amare, vt esse potest actus distinctus ab ipso amore, non est de substantia amoris. Ita velle destruere peccatum, per actum distinctū, non est de essentia detestationis, & cōsequenter nec de substantia perfectæ pœnitentiæ, seu cōtritionis. *To.4. disp. 4. se. 1. §. Vltimo declarari potest.*

5 Odium peccati proprie, nō est contritio. Ratio est: quia odium per se nō parit tristitiam, nec vindictam: item dolor de peccato propriè sumptus non est contritio. Ratio est: quia est quid consequens ad illam, tamē comitatur eam secundum essentiam eius, non verò illam intrinsecè constituit: vnde quādo *Conc. Trid sess. 14. c. 4.* dicit contritionem esse detestationem, & dolorē. Intellige. sī. detestatio essentialiter dolor autem causaliter. *To. 4. disp. 4. sect. 1. §. Rursus odium, & §. Tandem de dolore.*

6 Contritio debet esse ex amore Dei super omnia: & detestatio peccati super omne detestabile. Est communis, colligitur *ex Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte, & 1. ad Corint. 13. Sine charitate nihil sum*, & aliis multis locis. *Tom. 4. disp. 4 sect. 2 §. Quod igitur contritio.*

Vega li. 6. in Tridēt. c. 30. & lib. 13. c. 21. & alij

7 In contritione saltem debet includi votū formalis amoris Dei super omnia. Ratio est: quia si amor per se loquendo nē cessarius, & actu non adhibetur, quando homo cōuertitur, quod potest accidere sine culpa ex animi inconsideratione necesse est, vt homo habeat propositum eliciendi illum debito tempore, in quo alias esset necessarium ex præcepto illum elicere, per se loquēdo ad iustitiam obtinendā. *To. 4. disp. 4. sect. 2. §. Propter hoc ergo.* Amor autem Dei formalis, non est de essentia contritionis, quia id sine quo res potest aliquando existere, non est de essentia eius, vt notū est ex Metaphysica, sed potest in re ipsa aliquādo esse contritio sine formali amore; quia potest esse pœnitentia, quæ sufficienter disponat ad gratiam, & remissionē peccati, sine formali amore re ipsa exhibito, & hanc pœnitētiam vocamus contritionē; ergò formalis amor non est de essentia contritionis. *Ibi. §. Ex quibus omnibus.*

8 Contritio quæ sufficit ad implendum præceptum sufficit ad iustificationē. Ratio est: quia præceptum est homini, vt tantā pœnitentiam agat, quanta sufficiat ad remissionē peccati consequendam, & ideo cuilibet implenti præceptum contritionis, promissa est remissio peccati, vt patet ex Ezechielis 8. 18. & 33. & sæpè aliàs. *Tom. 4. disp. 4. sect. 4. §. Ratio etiam in eodem in fine.*

Ezec. 18. & 33.

9 Contritio sufficiens ad remissionē cuiuslibet peccati mortalis,

talis, sufficit ad remissionē omniū. Ratio est : quia illa remissio est quasi indiuisibilis,& eadē forma gratiæ ad illam necessaria est,& sufficit, licet quo feruētior fuerit, eo melior sit, quāuis appretiatiuè sit maior de maiori peccato. *Tom.4.disp.4.sect.4.§.Solum potest,& sequenti.*

Vide Aug lib de vera,& falsa pœnit. cap.9.

10 Contritio debet esse de omnibus peccatis , constat ex Scriptura requirente dolorē de omnibus peccatis. Ezech. 18. & 33. tum ex Patribus quorum testimonia legi possunt *in Decret. de pœnit.& dist.5.cap Sūt plures, & cap.Considerer,& dist.6. cap. Qui vult. Tom.4.disp.4 sect.6.§. Supponimus nonnulla, & disp. 22. sect.4.§.Quinto loco.*

Vide D. Tho. in 4. d.17.q.2. art.3. Ibi. Durand. Sot. & alios.

11 Contritio non potest esse nimia per se loquendo ; quia ex obiecto debet esse super omnia, ex parte verò subiecti , quo feruentior,eo per se melior erit,tamen per accidens poterit esse nimia,de quo. *Tom.4.disp.4.sect. 4.Solet verò.*

12 Ex vi præcepti annuæ cōfessionis, non tenetur, qui confiteri non potest , ad habendam contritionem. Ratio est : quia tale præceptum illam non requirit , sed solam attritionem : ergò etiam si fingamus hominē teneri ad faciendam illam partem præcepti: quam potest,non tenebitur ad contritionem, sed ad attritionem tantum ; quod verum est,licet timuerit obliuionem peccatorum ; quia ex vi cōtritionis non tenetur homo cēteri de singulis peccatis distincte recogitatis,& in memoriam reuocatis. *Tom.4. disp. 15.sect. 6.§. Secundus modus. & §.Vnde etiam colligo.*

13 Non requiruntur singulę cōtritiones de singulis peccatis ad iustificationem. In hoc concurrunt omnes Theologi.Ratio est: quia hic motus simplex sufficit , & aliud esset intolerabile onus,& sine fundamēto. *Tom. 3. dis.4.sect.6.§.Secundo est certum.* *Est certū.*

14 Ad veram contritionem non est necessaria distincta peccatorum recogitatio. Ratio est: quia quod attinet ad actualē repræsentationem omnium peccatorū in eodē instanti: per distinctā cogitationē: sæpe est humano modo impossibile, propter varietatem & multitudinē peccatorū: & est cōtra illud *Ezech. 18. In quacunq. hora ingemuerit & peccator,ego exaudiam eum.* Nec vt contenta in voto in ipsa cōtritione , cū sufficiat vniuersalis detestatio peccatorū solū confuse recogitatorū : licet in aliquibus casib⁹ possit esse necessaria, v.g.si instituendū aliquid sit,vel si sit aliqua occasio peccati tollenda, vel aliquod remediū adhibendū ad præcauenda similia peccata,vel deniq; propter satisfactionem condignā peccatorū quoad reatū pœnæ,ad hæc enim tenetur homo ex vi cōtritionis, & non potest illa præstare sine consideratione specifica peccatorum *D. Tho. q. 28.de verit.art. 5. ad 3.& 4. Sylvest. verb.Contritio. Ang. n.4. verb. Pœni. n.8.*

torum. *Tom.4. disp. 4. sect.6.§. Dico ergo primo,& seqq.*

15 Cogitans de pluribus peccatis, vnum solum detestari per veram contritionem non potest. Ratio est: quia formali pœnitentiæ de omnibus peccatis,est necessarium medium per se loquendo ad iustificationem: ergo quoties homo potest habere hanc formalem pœnitentiam, & est quasi in proxima præparatione ad habendam illam, non erit satis in virtute, vel in voto illam habere, quia solum per accidens ex impotentia sufficere solet. *Tom. 4. disp 4. sect.6.§. Hic dubitant.*

16 Contritio non debet esse solum de malitia actus, sed de ipso actu intrinsece malo, nam ab illis moraliter factis inseparabilis est malitia, tamen si actus de se sit indifferens, & peccaminosus,ex praua intentione, aut bonus,ex conscientia autem erronea malus,tunc non erit necessarium detestari actum, sed modum operandi illum. *Tom. 4.disp.4.sect.6.§.Vltimo dubitari hic potest.*

Vid.Vegã lib. 13.in Trid.cap. 25.

17 Contritio semper est formata gratia.Rat. est: quia nullo tempore,vel momẽto ab illa separatur;non vero per se,& essentialiter,sed per gratiam habitualem,quia ille actus nunquam est condigna satisfactio pro peccato,& ideo non expellit illud, donec Deus conuertatur ad hominẽ infundendo illi gratiam sanctificantem, quamuis ab ea non procedat actiue,vt tenẽt omnes moderni, & aliqui antiqui, sed propter infallibilem concomitantiam cum illa, quia nullus actus meritorius procedit effectiue a termino meriti, seu à forma,quam meretur. *Tom.4.disp. 4. sect.7.§. Postquam dictum est, & seqq.*

Cordub. lib 1.q.2. dub.4.

18 Actus contritionis prius natura intelligitur informis quã formatus,constat *ex Conc. Trid. sess.6.cap.7.*dicente.*Hãc dispositionem iustificatio ipsa cõsequitur,* & similiter,*can. 3.* ait *neminem sine gratia pœnitere posse,sicut oportet,vt iustificationis gratiam consequatur.* Est ergo ibi cõsecutio, & causalitas atque adeo ordo naturæ.*Tom.4. disp. 4.sect.7.§. Hinc vero intelligitur.* Tamẽ etiã quatenus ordine naturæ antecedit,& est dispositio ad gratiam, est vera contritio,sic enim verũ est illud Psalmi.*Cor contritum,& humiliatum Deus non despicies, Ibidem.§.Dicunt vero aliqui.*

D. Bonau. dist.18.p. 1.art.2.q. 2. Durãd. q.1.

19 Contritio cum merito condigni præmij valere potest ad condignam satisfactionem: quia secundum diuersas conditiones comparantur ad hos effectus, & est quasi condignum prætium, nam ad meritum ex parte actus præcipue consideratur bonitas,ad satisfactionem vero pœnalitas,& dolor,& afflictio peccatoris, vnde ille, qui magis affligitur maiorem satisfactionem consequitur, & non sem-

Vide D. Tho. in 4. dist.14.q. 2.art.1. quæst.2.

semper totam; quia afflictio non æquiualet illi. *Tom. 4. disp. 10. sect. 3. §. Ad hæc omnia.*

20 Contritio est valde proportionata ad satisfaciendum Deo. Ratio est: quia ille actus est proportionatus ad satisfaciendum pro iniuria, qui est etiam aptus ad obtinendam veniam, sed nullus est actus aptior ad obtinendam veniam, quam detestatio, & dolor de iniuria illata maxime si procedat ex vero affectu ad Deū, qui iniuriā passus est, ergo, &c. Non tamen est per se necessaria absque ordinatione diuina, quia nullum est principium simpliciter necessarium ex vi æquitatis iustitiæ etiā infusæ, & supernaturalis, ex quo necessaria cōsecutione inferri possit, iustitiam ipsam per se obligare ad satisfaciendum per hunc actum. *To. 4. dis. 15. sect. 3. §. Ad huc vero superest.* Vnde constat hoc præceptum contritionis in particulari, nō ita esse naturale, vt excludat omnem Dei determinationem, aut ordinationem sed esse naturale formaliter, vt sic dicam, quoad rationē satisfactionis, at vero materialiter, quoad talē modum satisfactionis esse ex diuina ordinatione. *Ibidem §. Idem hinc fit.*

21 Actus contritionis, vt sit contritio, nulla indiget tēporali duratione, sed simul ac fit, est vera contritio. Probatur ex scriptura promittente homini iustitiam, & remissionem peccati ratione suæ conuersionis, absque vlla mora, vel dilatatione quod declarant illa verba *Ezech. 18. & 33. In quacunq; hora, ingemuerit peccator, ego exaudiam eum.* *Tom. 4. disp. 4. sect. 5. Per totam.* *Soto dist. 17. q. 2. art. 4.* *Vega lib. 15. in Tri. cap. 23.*

22 Ad veram contritionem non est necessaria absolute suma intētio, quia imponitur homini grauissimū onus, & difficillima fit contritio sine scripturæ, aut Conciliorum fundamento, nec maxima intensio comparatiue, idest, vt homo maiori intēsione doleat de peccato quā de quolibet alio malo, & quam diligat quodlibet creatum bonū, quia non solum difficillima, sed obscura, & perplexa cōstitutur via salutis, imo nec certa, ac diffinita intēsio, sed sufficit substantia actus in quocumque gradu fiat, vt sumitur ex modo loquendi Patrum, & sanctorum, ex quibus referam vnicum Leonem, Epistola 91. dicentem: *Nec misericordiæ mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur moras vera conuersio. Tom. 4. disp. 4. sect. 4. §. Explicauimus essentiam, & seqq.* *Nauar. in sum. c. 1. num. 9.*

23 Homo in peccato existēs, & à Deo excitatus, potest directe nolle pro tunc conteri, quia illa omissio non est contra præceptum pro tali tempore, item quia licet contritio sit intrinsece bona, tamen carentia eius, non est intrinsece mala, nisi quando debita est ratione præcepti, quod supponimus non esse,

esse, nec peccat peccatum veniale, quia nolitio boni obiecti per se & intrinsece non est peccatum veniale, nisi quando tale bonū necessarium est, alias nolle dare eleemosynam, aut nolle religiosum esse, vel perpetuam castitatem nolle seruare, semper esset peccatum veniale quod falsum est. *Tom.4 disp.15 sect.5.§. Addo vero, & seqq.*

24 Qui vult non conteri, non vult virtute permanere in peccato, sed permittit. Ratio est: quia non censetur quis velle virtualiter effectum, nisi quando tenetur applicare talem causam, & non vult, alioqui solum censetur permittere effectum, & quanuis velle statum peccati intrinsece malum sit, tamen velle permittere aliquam permanentiam in illo statu non est, intrinsece malum. *Tom.4.disp.15. sect.5.§. Sed dicet aliquis.*

25 Contritio secundum totam suam essentiam est pars sacramenti pœnitentiæ, vt constat ex Conc. Florent. & Trid. & ex aliis multis. Ratio est: quia confessio, quæ est pars huius sacramenti, debet esse accusatio sui ordinata ad remissionem culpæ consequendam, ergo postulat vt sit dolorosa confessio, & cum pœnitudine, & quamuis cōtritio in se, nec per se non sit sensibilis, tamen per confessionem, & signa externa, est aliquo modo sensibilis. *Tom.4.disp.18. sect.3. §. De contritione equæ. Vide. Tom. 3.disput.2.sect.1.§. Sed occurrit.*

Leo 10. in Bulla cōt. Luterum ar.15. Catechismus Pij 5.

26 Contritio si simul concurrat cum absolutione ipsa, habet sacramentalem efficaciam ex opere operato, vt probabile iudicat noster Doctor. *Tom.4. disp.18.sect.2.§.Solum ergo potest.* Item contritio non est necessaria semper, vt sacramenta conferant suum effectum, quia in aliquibus, vt Baptismo, & pœnitentia, &c. Sufficit sola attritio, vt in propriis locis, dicitur. *To. 3.disp.7.sect.2.§.Nihilominus dicendum.*

Contumacia.

1 COntumacia formalis cō tra præceptum Ecclesiasticum, non est necessaria ad incurrēdam excommunicationem vt patet ex vsu Ecclesiæ, ex communicantur enim concubinarii, percussores clericorum, etiam si non ex contemptu, sed ex passione peccent, tamen sufficit cōtumacia materialis, non quæcumque, sed illa, quæ est contra præceptum ita latum, vt includat, vel adinnētam habeat monitionem sub hac censura, *Tom. 5. disp. 18. sect. 3.§. Tertio loco explicanda est.*

Vide Cou. cap.alma 1.p. §.9. nu.3.

2 Excōmunicatus in excommunicatione per annum existēs fit suspectus de hæresi, ita affirmāt communiter Canonistæ, *Vgo. Tab. cum Gloss. in cap. Contingit. de dolo, & contum* lege *cap. Cum contumacia de hæret. in 6, & Trid.*

Couar. c. alma 1.p. §.7.n.10. Vgo. Tab. 1.de cens. cap.14.§. Conc. 3.n.3.

Trid. sess. 25. c. 3. de reform. Tom. 5. disp. 17. sect. 1. §. Alius, & præcipuus effectus.

3 Contumacia legis præcipientis aliquid fieri sub certo numero dierum sub excommunicatione ipso facto incurrēda, cōsummatur ipso elapso. Ratio est: quia quamdiu ille terminus elapsus non est, non potest talis persona vere dici cōtumax, quę obligatio obediēdi edicto, elapso termino, per se non extinguitur: quia ille terminus non est ad extinguendam, sed tantū ad differendam obligationem, tamen si intercedat ratio aliqua ob quā mādatum extinguatur, aliud erit, vt si mandans moriatur, aut amoneatur, aut suspendatur ab officio, vnde ille, qui per ignorantiā, aut aliud impedimentum, intra terminū non respondit, postea tenetur ad cōparendum, quando illi de mandato constiterit, quia illa obligatio durat, non tamen, vt probabile est, tenetur ad comparendum statim ac edictum nouit, sed intra terminum æquale, min edicto concessum, quia non debet esse peioris conditionis. *Tom. 5. disp. 20. sect. 3. §. Vltimo est, & seqq.*

Vid. Nau. in c. Cum contingat de rescript. & cōs. 13. de cler. ex com. min.

Conuersio.

1 COnuersio significat trāsitum vnius rei in aliam, vt constat ex communi conceptione hominum ad quā necessarium est vt sit inter duas res positiuas, quarum altera habeat rationem termini, à quo, & altera ad quē, quia ab vna fit transitus in aliam, q̄ videre licet in omni cōuersione, si inductio fiat, vnde necesse est, vt vnus terminus desinat, cum illud quod conuertitur transeat in aliud, & alter aliquomodo incipiat, quia conuersio non est pura corruptio, sed includit positiuum transitum, vel effectionem aliquam positiuam: ergo necesse est, vt per eam aliquid fiat in re, ad quam conuersio tendit. *Tom. 3. disp. 50. sect. 2. §. Hæc quæstio, & §. Secunda conditio.*

2 Conuersiones naturales, & supernaturales differunt tantū in modo, & non in substantia, quia istæ supernaturales fiunt subito, & sine alteratione, vt quando Christus cōuertit aquā in vinum, vel Deus fœminam in statuā salis. *Tom. 3. disp. 50. sect. 2. §. Sed potest rursus.*

D. Thom. in 2. dist. 18. q. 1. ar 3. ad 4.

3 In omni reali conuersione necessaria est, vt minimum, vna realis actio, & duæ partiales mutationes, vel quasi mutationes. Probatur prima pars, quia conuersio differt à mera desitione, vel corruptione, ergo conuersio no fit per solam conuersionem influxus causæ agentis: ergo requirit conuersio positiuum influxum causæ agentis: ergo requirit actionem. Altera pars cōstat: quia in conuersione sunt duo termini, & vnus transit

sit aliquomodo de esse, ad non esse, fit ergo in illo mutatio priuatiua, quia, quod conuertitur, quatenus conuertitur, non manet, alter vero terminus ad quē aliquomodo fit, seu transit de non esse ad esse: ergo ex parte illius est mutatio positiua. *Tom. 3. disp. 50. sect. 2. §. Tertio ex prædictis, & §. Altera pars.*

4 Ad veram conuersionem substantialem requiritur, vt ex parte vtriusque termini, fiat ali qua mutatio, vel desitio, aut inceptio, aut denique noua aliqua dependentia substātialis, id est, ad ipsum ad esse substātiale aliquo modo terminata. *Tom. 3. disp. 50. sect. 2. §. Dicēdū est ergo.* Item requiritur, vt terminus à quo, & ad quem, seu mutatio vnius, & alterius habeant inter se aliquam connexionem, seu ordinem, ita vt vna ex altera aliquo modo sequatur. Ratio est: quia nisi sit habitudo inter res illas, inter quas dicitur esse conuersio, non habebunt rationem termini à quo, & ad quem; illa autem habitudo debet in aliqua connexione fundari, alias solum quasi ex accidenti contingeret, vt quando vnum desinit alter incipiat quod non satis est ad actionem conuersionis. *Ibidem §. Quarta principalis.* Qui ordo non semper fundatur in formali repugnantia terminorum, sed etiam in intentione, vel in limitata vi agentis: quia nulla est ratio probās aliud esse de ratione conuersionis, nam, licet in omnibus cōuersionibus formalibus id fortasse reperiatur propter specialem rationem talis conuersionis, quæ sit circa idem subiectum, non est tamen cur attribuamus omni conuersioni, vt sic. *Ibidem sect. 8. §. Primo igitur, & seq.*

D. Thom. 3. p. q. 75. Bonauē. in 4. dist. 10. ar. 1. q. 1.

5 Præter terminos à quo, & ad quem, est aliquod tertium commune vtrique termino circa quod, & termini formales sibi succedāt, & aliquo modo repugnent, ac denique fiat tota conuersio. Ratio est: quia connexio, aut repugnātia, aut ordo per se inter terminos conuersionis, non potest conuenienter intelligi, nisi ratione alicuius, rei communis vtrique, in qua, vel sub qua vnus introducitur, & expellitur alius: nota tamen quod in conuersione formali, id quod est commune vtrique termino, est subiectum, seu receptaculum formæ, & pars integri termini, quem cum forma componit, at vero in conuersione sacramentali id quod est commune, est accidētia, nec sunt subiectum talis conuersionis, nec pars integri termini, quia conuersio propria non fit ex composito accidentali ad compositum accidentale, sed ex substantia ad substantiam, vt Concil. Trident. loquitur. *Tom. 3. disp. 50. sect. 2. §. Quinta conditio.*

D. Thom. 3. p. q. 75. ar. 5. et 4. cōtra gen. cap. 63. Sot. dist. 9. q. 2. ar. 2. ad 3.

6 Conuersio formalis, vel materialis proprie esse non potest

test inter res simplices, nec inter rem simplicem, & compositum, probatur ex definitione conuersionis formalis, est enim illa, quæ fit inter duas res, ratione formarum manente eodem subiecto, vel materia communi vtrique: ergo hæc conuersio essentialiter postulat, aut in vtroque extremo compositionē ex materia, seu subiecto, & forma, proportionatam conuersioni. *Tom. 3. disp. 50. sect. 10. §. Dico ergo primo.*

7 Vt fieri possit conuersio formalis inter res aliquas compositas, etiam de potentia Dei absoluta duas conditiones concurrere necesse est, 1. vt vna forma cum alia, ita pugnet aliquo modo, vt ad introductionem vnius, altera excludatur: vt patet, 2. vt subiectum sit capax vtriusque formæ saltem capacitate obedientali: probatur exēplis, nam licet cælū constet materia, & forma, si tamen materia non est capax formæ ignis, aut è cōtrario, si forma ignis nullo modo potest conferre, in illa materia suum effectum formalem nō posset cælum cōuerti in ignem. Et idem est de cōpositionibus accidentalibus, nam album non potest conuerti in sapiens, aut in iustum, quia subiectum albedinis non est capax sapientiæ, aut iustitiæ. *Tom. 3. disp. 50. sect. 10. §. Dico secundo.*

8 Item, vt conuersio materialis, seu ex parte subiecti fieri possit, duæ etiam conditiones necessariæ sunt, 1. vt, fiat inter composita ex subiecto, & forma realiter distincta, quia si forma non sit res distincta, sed tantum modus, non poterit conseruato tali modo, seu forma, destrui subiectum, quia essentialis ratio illius entitatis est, ipsa ratio subiecti, & ideo non potest conseruari illa entitas destructa ratione subiecti: non conseruata autem illa entitate non potest cōseruari modus eius, quia per se non habet propriam entitatem in qua conseruetur, & hac ratione nō potest illud subiectum conuerti in aliud sub eadem numero substantia, vna naturaalteri succedenti, quia destructa natura, non potest conseruari substantia, quæ est tantum modus eius, 2. est, vt forma sub qua fit conuersio apta sit afficere subiectum vtrumque, & consequenter, vt vtrumque subiectum sit capax talis formæ, quia terminus istius conuersionis est compositum ex forma manente, & subiecto illi succedente ergo necesse est vt forma possit vniri vtriq. subiecto, & vtrumq. subiectū sit capax formæ. *Tom. 4. disp. 50. sect. 10. §. Dico tertio.*

9 Quælibet res existens sub accidentibus realiter à se distinctis, si ab illis in suo esse pendeat, potest conuerti in aliam, quæ loco illius sub eisdem accidentibus constituatur, ac fiat. Probatur exemplo misterij Euchari-

charistiæ, quia nulla maior repugnantia, in qualibet alia re ostendi potest, siue substantias materiales inter se comparemus, siue spirituales inter se, siue materialem, & spiritualem, siue spiritualem, & materialem, quod omnium difficillimũ est. *Tom.3. disp. 50. sect.10. §. Dico ergo quarto.*

10 Res quæ omnino etiam destruitur quoad accidentia, proprie non potest in aliam cõuerti. Ratio est: quia tunc est annihilatio vnius substantiæ, & creatio alterius, & non è conuerso, v.g. si Deus destruat aliquam substantiam cum omnibus accidentibus, & loco illius aliam constituat. *Tom.3. disp. 50. sect. 10. §. Dico quinto.*

11 Quælibet creatura potest in aliam conuerti, non quidem omni genere conuersionis, sed vno, aut altero, vnicuique rei accomodato pro earum diuersitate, quæ colligitur ex doctrina nostri Doctoris. *Tom.3. disp.50. sect. 10.§ Ex his dico sexto.* Item Deus nõ potest conuerti in creaturam, nec creatura potest conuerti in Deum, vt communior Theologorum sententia docet. Ratio est: quia in termino ad quem conuersionis, necessario fit aliquis modus mutationis, inceptionis, aut nouæ dependẽtiæ, quæ omnia repugnant Deo. *Ibidem §. Vltimo addo.*

12 Conuersio licet relationẽ fundare possit, tamen non est relatio si proprie loquamur; quia conuersio actiua est actio, conuersio autem passiua, prout se tenet, ex parte termini, non potest esse sola actio prædicamẽtalis sed necessario esse debet dependentia, vel fieri vnius, termini, cum desitione alterius, quod probat late noster Doctor. *Tom.4. disp.50. sect.2. §. Altera pars.*

Corpus.

1 DVo corpora quanta nequeunt naturaliter penetrari. Ratio est: quia corpus quãtum naturali modo existens in loco, ita occupat spatium, quod replet, vt ab illo necessario excludat omnem aliam quantitatem naturali modo extẽsam, & existentem in loco. *Tom.3. disp. 48. sect.1. §. Differunt autem.* Item nullum corpus potest ex natura rei simul occupare, nisi vnum locum sibi adæquatum, & vnica præsentia connaturali, quia per finitam quantitatem ad vnum finitur, ac terminatur locũ, eiq; commensuratur. *Ibidem sect. 4. §. Prima autem.*

2 Idem corpus potest simul esse præsens locis distantibus, præsentia sacramentali indiuisibili. Est de fide. Probatur ex mysterio Fucharistiæ, credimus enim Christum realiter præsentem in omnibus hostiis, quæ in variis & distantibus Ecclesiæ locis consecrantur. Item non est impos-

Aug. de S. Vict. li. 2. de sacra. d.8. c.11. Carm. li.3 de Euch. cap.3. & 4. & alij.

impossibile idem corpus esse simul in diuersis locis distãtibus: in vno, verbi gratia, naturali, & quantitatiuo modo, & in alio, vel aliis sacramentaliter. Est etiam de fide, & constat ex mysterio Eucharistiæ: quia de fide est, Christum nocte Cœnæ, propter sacramentalem præsentiã, quam sub speciebus panis habere cæpit, non amisisse visibilem, nec naturalem modum existendi in loco, per quem erat præsens in propria specie discipulis suis. Et eodem modo de fide est, Christum existere, nunc in cælo in propria specie, quamuis sit in terra in sacramento. Denique non est impossibile idem corpus simul constitui in duobus locis distinctis, & in vtroque, modo naturali, & quantitatiuo, per Dei omnipotentiã, vt tenent multi, & grauissimi Doctores, quos sequitur noster Doctor. *Tom. 3. disp. 48. sect. 4. §. Dico primo, & seq.*

3 Quando corpora penetrãtur, non amittunt propriã quantitatem, nec localem extensionẽ, vt constat de corpore Christi & Virgineo, quãdo in partu esse penetrarunt, & de eodem corpore Christi, & de lapide sepulchri in Resurrectione. *To. 3. disp. 48. sect. 4. §. Tertio arguenturi possumus.* Item Deus potest pluries idem corpus constituere in eodem spatio, multiplicando in illo modos præsentiæ numero distinctos, non aliunde, quam ex ipsis, seu ex suis modalibus entitatibus, quod iudicat probabilius noster Doctor. *Tom. 3. disp. 48. sect. 4. §. Quinta ratio.* Item potest ponere corpus quantum sub indiuisibili. *Ibidem disp. 52. sect. 3. §. Ad primam ergo.*

4 Corpus idem existens in duobus locis, est æquale singulis, per singulas extẽsiones, quas in illis habet, & vtrique simul, per ambas etiã simul: quia hæc æqualitas nihil aliud est, quã relatio fundata in hoc, quod idem corpus tantum spatij occupet, quãtum duo: sicut è cõtrario, si duo corpora penetratiue ponãtur in eodẽ loco, est similis æqualitas, quia non plus spatij occupant, quam vnum. *Tom. 3. disp. 48. sect. 4. §. Septima ratio.*

5 Corpus existens in duobus locis, debet necessariò habere varietatem in accidentibus importantibus habitudinem ad locum: vt stare, sedere localiter moueri, aut quiescere, &c. Quia hoc ipso q̃ corpus in diuersis locis constituitur, habet aliquam varietatem in ipsis proprietatibus, vt probat noster Doctor. *To. 3. disp. 48. sec. 5. § Dico primo.*

6 Similiter de potentia absoluta, idem corpus potest habere aliquã proprietatẽ, vel formam in vno loco, quã nõ habet in alio, dummodo talis forma, vel proprietas à parte rei distinguatur à tali corpore, & alioquĩ sit ab ipso separabilis: nulla enim datur repugnantia, nec cõ-

traditio, vt probat late noster Doctor. *Tom. 3. disp. 48. sect. 5. §. Dico primo.*

7 Proprietates intrinsecæ, & connaturales tali rei, seu corpori: de potentia ordinaria, seu iuxta naturam suam, necessariò insunt rei, vbicunque existant. Ratio est: quia istæ proprietates consequuntur rem, necessaria quadam connexione, seu dimanatione: ergò sine nouo miraculo non potest res alicubi esse sine illis. *Tom. 3. disp. 48. sect. 5. §. Dico secundo.*

8 Si corpus prius existens alicubi, postea ponatur simul in alio loco, solum per actionē adductiuā, ex natura rei affert secum omnes suas proprietates, quas in priori loco habebat, atq; ita secundū potentiam ordinariā, necessariò habebit easdē proprietates in vtroque loco. Rat. est: quia hæ proprietates, etiam si accidentariæ sint, tamē supponuntur realiter inhærentes, & vnitæ, & alioqui sunt independentes in suo esse à tali loco. *Tom. 3. disp. 48. sect. 5. §. Dico tertio.*

9 Si idem corpus simul ponatur in pluribus locis, aut si per actiones substantiales diuersas in eis constituatur, etiam si altera earum prius existat quā alia, ferè ex voluntate Dei pendet, quod in vtroq; loco habeat, vel non habeat easdem qualitates, seu proprietates extrinsecas seu accidentales. Magis tamen congruum, & naturis rerum consentaneum, esse videtur, vt easdem vtrobique accipiat. Probatur: quia hæ proprietates, neque ex re ipsa intrinsèce sequūtur, neque ei sunt debitæ ex natura rei, vt supponitur: ergò, quando res fit, vt aliquam habeat ex his proprietatibus, necessaria est noua actio, quæ non solum est distincta ab actione qua fit subiectum, sed etiam nullam habet connexionem cum illa: ergo quod de facto coniungantur ex voluntate & concursu extrinseci agentis pendet: ergo similiter, quod coniungitur in vno loco, & non in alijs, vel quod actio accidentalis coniungatur cum vna actione substantiali, & nō cum alia, pendet ex voluntate Dei, qui hæc operatur supernaturaliter. *Tom. 3. disp. 48. sect. 5. §. Dico quarto.*

10 Ex sola virtute agentis naturalis, mutatio facta in vno loco, nō fit in alijs locis distātibus, in quibus idē corpus existit, quod latè & doctè probat noster Doctor. *Tom. 3. disp. 48. sect. 6. per totā.* vbi de alijs mutationibus agit. Item corpus mortuū suam etiā partium integritatē exigit alioqui enim trūcum esset, vel mutilum. *Ibidem disp. 51. sect. 3. §. Hæc explicata.* Item idē corpus non potest se ipsum contingere secundum se totū: quia contactus supponit distinctionem, vel saltem existentiam quātitatiuam in loco, & multiplicatio-

Vide D. Thom. q. 76. art. 1. & q. 81. art. 4. Innoc. lib. 4. de hoc mist. c. 6.

cationem illius. *Ibidem. disp. 52. sect. 1. Dico tertio.*

Correctio fraterna.

1 NOn tenemur Corripere proximum de peccato curato, & iam emendato. Ratio est: quia misericordia non obligat ad subueniẽdum proximo, nisi existenti in miseria, & necessitate: & cessante illa, cessat etiam obligatio. Item non tenemur statim sed pro loco, & tempore: quia hoc præceptum affirmatiuum est: sed quando hic, & nunc indiget proximus tali correctione fraterna, v.g. quando instabit talis necessitas spiritualis. *Tom. 4. disp. 15. sect. 5. §. Huius autem responsionis. & sequenti. & §. Hanc ergo.*

Vide Angel. & Sylu. verb. Correctio. Caieta. in sum. verb. Correctio fraterna.

2 Correctio fraterna, quæ ordinatur ad continuationem actualis peccati impediendam, obligat pro quolibet opportuno tempore. Ratio est: quia in isto casu semper indigentia proximi est præsentanea & actualis: intellige etiam respectu sui; quia etiã tenetur statim ac semper interrũpere, vitare actuale peccatum, & tollere mortale periculum eius: est autẽ hæc obligatio respectu proximi specialis charitatis fraternæ, respectu vero sui, non est obligatio propria charitatis, sed remotè tantum. *To. 4. disp. 15. sect. 5. §. Hanc ergo.*

3 Correctio fraterna propter solum remedium peccati commissi, obligat, quãdo est necessitas vitandi peccatum impœnitentiæ, aut mortem æternam: quia si nihil horum interueniat, nulla est vera indigentia ex parte proximi, quæ obligat ad subueniendũ illi hic, & nunc. *Tom. 4. disp. 15. sect. 5. §. At vero.* Item non tenemur corripere proximum, quando ille non tenetur correctionem acceptare, vt patet: tamen ad summum erit consilium *Ibidem. §. Dices nomine correctionis.*

Creditor.

1 CReditor potest habere cum excommunicato etiam præciso omnem communicationẽ ad debitum ante excommunicationem cõtractum exigendum, iuxta *cap. Intellexi-mus. de iudic.* Imo excommunicatus creditor potest extra iudicium à debitore non excommunicato debitũ petere, iuxta *Caiet. in summa verb. Excommunicatio c. 6. de his quæ illicita sunt excõmunicato. in fine.* Et tunc creditor potest, & debet soluere debitum excommunicato creditori, iuxta probabiliorem sententiam. Ratio est: quia huiusmodi debitor remanet obligatus ad soluendum cum aliter nõ sit priuatus, aut impeditus, vel quasi suspensus iure suo: ergò non est ei prohibita communicatio necessaria ad hanc obligationem explendam. *Tom. 5. disput.*

Innocent. in cap. Veritatis. de dol. & cõtum. Sylu. verb. Excom. 5. nu. 21.

15. *sect.* 8. §. *In priori quæstione, & sequentibus.*

Curialis.

1 CVriales dicuntur illi, qui in quacunque sęculari curia ministri sunt in causa sanguinis, quomodocũque ad illas cooperentur: vt Tabelliones, Procuratores, Sollicitatores, & inferiores etiam ministri, qui vel denuntiant, vel scribunt sententiam, vel aliquod simile munus exhibent, vt aperte habetur *in cap.* 1. 2. *&* 3. *distinct.* 51. & constat ex omnibus scribentibus. *Tom.* 5. *disp.* 47. *sect.* 4. §. *Innocentius.*

Cap. 1. 2. *&* 3. 551.

2 Curiales, & ministri iustitiæ in causis criminalibus, sunt irregulares, quamdiu in officio versantur. Ratio est: quia sicut clerici immiscerì non debẽt his officiis sæcularibus, ita etiam maiori ratione, qui actu sunt illis officiis destinati, inepti sunt, vt ad clericatũ assumantur: non verò posteaquam deponant officium, nisi ad causam sanguinis sint cooperati; secuto effectu deformationis hominis, iuxta *cap.* 1. *distinct.* 51. *& cap. Ossius, eadem distinct.* Et quod dictum est de curialibus, in aduocato, procedit in totum. *Tom.* 5. *disp.* 47. *sect.* 4. §. *Innocentius, & seqq.*

Cap. 1. *& cap. Ossius distinct.* 51.

Vid. Hostiens. in c. 1. *de postulando. n.* 1. *&* 2.

3 Aduocatus, qui suscipit patrocinium rei iustè accusati; etiamsi ille occidatur, non fit irregularis per se loquendo, siue sit laicus, siue Clericus: quia siue det operam rei illicitæ, siue licitæ, mors non sequitur ex actione eius, melius enim, & citius sine tali patrocinio sequuta fuisset. Tamen aduocatus actoris accusantis iniustè, si ipse accusator occidatur, fit irregularis. Ratio est: quia ille dat operam rei illicitæ, ex qua probabile, & moraliter est sequi tale nocumentum: non autem aduocatus rei, si in progressu causæ tantum egit pertinentia ad defensionem, non vero quæ ad calumniam, vel ad punitionem actoris: quia tunc aduocatus nullo modo concurrit ad punitionem accusatoris, sed ad solam innocentis defensionem: secus vero, si defendendo simul agat contra accusatorem: quia tunc talis aduocatus est causa moralis repassionis secutæ in accusatore: nisi innocens esset in extrema necessitate, & non posset aliter defendi: nec tunc facta protestatione existimat noster Doctor excusari. *Tom.* 5. *disp.* 47. *sect.* 4. §. *Igitur, vt generalius, & sequentibus.*

D.

Defensio.

1 DEfensio moderata relinquitur prudentis arbitrio dū non venit ad forū contentiosum, postea tamen arbitrio Episcopi *ex Conc. Trid. sess. 14. c. 7. de reform.* Indicia generalia ad iudicandum defensionem moderatam, sunt aliqua (nam particularia infinita sūt) 1. & præcipuum est, vt qui occidit sit aggressus ab alio, alioqui nō esset defensio, sed aggressio. Tamen non est necessarium semper, vt quis expectet ictum, vel impetum alterius, aliquando enim necessarium est præuenire, vt si quis desperet se posse resistere inimico propinquius accedenti, quia tunc illa præuentio non est aggressio. 2. vt defensio non possit fieri cum minori læsione proximi, nam si sufficiet mutilare, aut alias vulnus infligere, occisio esset immoderata defensio. Denique 3. & generalis conditio est, vt defensio non fiat cum graui culpa, quæ transeat in aggressionem, vt v. g. si quis iam fugientem insequatur, aut iam desistētem à pugna excitet ad illam, &c. Nisi excessus sit venialis, tantum, quia tunc nō sufficiet ad imoderatam defensionem. *Tom. 5. disp. 46 sect. 1 §. Secundo dubitari potest, & sequentibus.*

Nau. Consil. 31. de homicid. & in sum. cap. 15. n. 2. Sylvest. homicid. 3. q. 4. Armilla verb. irregularitas nu. 4.

2 Vtrum ex iniuria proxime antecedente reddatur inculpata tutela, v. g. quando quis inchoat iniuriam actualē, & alius eum insultat, estq. vulgare exemplum de adultero, qui in fraganti delicto inuentus, à marito inuasus, eum occidit, vt se defendat, quidam affirmāt, & alij negāt, omnes probabiliter, & doctori nostro, res videtur dubia, nam, vt ille affirmat vtraque est probabilis, & habet graues Doctores, & apparentia fundamenta, tamen defendit affirmatiuā, vt probabilem practice, & tutam, quia ius simpliciter excipit, se defendentem, & ille casus est propriæ defensionis. *Tom. 5. disp. 56. sect. 1. §. Sed difficultas est, & sequentibus.*

Sylvest. ver. homi. 3. q. 4. Armilla ver. irreg. n. 42 Tabiena verb. 2. n. 24. Nau. cons. 32. 33. 34. & 35. de homicid. & in sum. c. 15. nu. 7. & ca. 27. n. 238.

Dæmon.

1 DAEmones nullo modo torquent animas in purgatorio. Ratio est: quia nec hoc eis imperatur, nec ex sola permissione faciunt, ne illis occasionem alicuius boni, vel celeriores liberationis afferant, an vero illæ animæ videant deformitatem dæmonum; incertum est tamen licet videant, non videntur inde torqueri, sed potius gratias agere Deo, quod se ab eo statu liberauit, nec de malo illorum compatiētur, quia illos vident iam esse omnino extra

ſtatum ſalutis. *Tom.* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 3. §. *In hac re.*

Deus.

1 DEVS naturali ſua immenſitate eſt preſens rebus omnibus, quaſi continuè, & omnibus imaginariis ſpatiis, nec poteſt habere hanc præſentiam quaſi diſcretam, ita vt ſit in rebus intra ſe diſtantibus, & non in locis, ſeu ſpatiis interiectis. Hæc non indiget probatione, vide *Tom.* 3. *diſp.* 48. *ſect.* 4. §. *Ex his ergo.*

2 Sicut Deus poteſt efficere eundem effectum per duas cauſas ſecundas totales, ita poteſt ſe ſolo eundem effectum facere per duas actiones totales. Ratio eſt: quia quod poteſt facere per cauſas ſecundas efficientes, poteſt ſe ſolo præſtare. *Tom.* 4. *diſp.* 49. *ſect.* 1. §. *Ad confirmationem.*

3 Deus poteſt creare rem vnam, vna actione, & annihilare illam, ac poſtea eam reproducere alia actione diſtincta, quia ad agendum hac, vel illa actione, non determinatur a loco, tempore, vel circunſtantiis, ſed à ſua libera voluntate. *Tom.* 3. *diſp.* 49. *ſect.* 1. §. *Ad confirmationem.*

4 In Deo, circa negationes, quæ in tempore ſunt, non eſt neceſſaria poſitiua volũtas Dei, ſed ſufficit negatio voluntatis: ſic enim multi dicunt alium mũdum non eſſe creatum, non quia Deus poſitiuè voluerit illum nõ creare, ſed ſolum, quia non habuit voluntatem creandi. Tamen noſter Doctor admittit in Deo voluntatem poſitiuam, & dicit, non eſſe antecedẽtem, ſed conſequentem, præſentiam futuri effectus, ſeu repugnantiæ liberi arbitrij. Vnde Deus voluntate antecedente, quantum eſt ex ſe voluit concurrere, non tamen omnino efficaciter, & abſolutè, ſed includens conditionem, *ſi voluntas humana cooperaretur*, præuidens autem non cooperaturam, voluit, & conſenſit, vt in re non reciperet talem concurſum in actu ſecundo. Hęc autem voluntas non ſatis eſt, vt Deus dicatur denegare concurſum, cum ex ſe paratus ſit ad illum dandum. *Tom.* 4. *diſ.* 8. *ſect.* 2 §. *Ad rationem poteſt dici primo.*

Degradatio.

1 HAEC vox, *Degradatio*, propria eſt iuris Pontificij, ſignificat quandam pœnam priuatiuam clericorum, quãdo ſuis ordinibus, quantum per Eccleſiam fieri poteſt, priuantur; ſunt enim ordines, velut gradus quidã perſonarũ Eccleſiaſticarum, & ideò earum deordinatio appellatur Degradatio. *Tom.* 5. *diſ.* 30. *ſe.* 2. §. *Degradationis vox.*

2 Degradatio, ſeu depoſitio realis definitur ſic. *Eſt perpetua priuatio clericalis muneris, & priuilegij, effecta poſt ſimilem ſententiam,*

tiam, adiuncta reali actione, & cæremonia per canones instituta. Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Atque ex his tandem.

3 Pæna degradationis de iure ordinario à nemine potest tolli: Summus tamen Pontifex de absoluta potestate, poterit illam auferre, raro tamen, aut nũquam id facit. Imò iuxta præsentem consuetudinẽ Ecclesiæ non datur huic remissioni locus: nullus enim degradatur, nisi brachio sæculari statim tradatur, à quo pæna mortis mulctatur. *To. 5. dipſ. 30. sect. 2. §. De huius autem pœnæ solutione.*

4 Degradatio realis conuenit cum depositione absoluta. Primo, comparatur sicut sententia, & sententiæ executio, vt cõstat *ex cap. 2. de pœnis in 6.* quia per verbalem depositionẽ profertur sententia: per degradationem verò mandatur executioni, quoad aliquos effectus. Item hæc pæna Ecclesiastica est priuãs Ecclesiasticis functionibus: primo ordinibus, secundo, beneficiis, & ideo clericorum propria est. Sed non priuat charactere clericali: vnde non impedit, quin actus solius Ordinis facti à degradato sint validi: licet peccet faciendo. Item non priuat illis oneribus, quæ propria sunt, seu ex ordinatione Ecclesiæ ratione ordinis, vt obligatio seruandi castitatem cum inhabilitate contrahendi matrimonium, obligatio ad horas Canonicas recitandas: hæc enim pæna non ponitur ad tollẽda grauamina, sed ad tollendos honores. Denique degradatio etiam perpetua pæna est, nõ minus, imò quodammodo magis, quam depositio: quamuis enim vtrumque per Summum Pontificem possit dispensari: difficilius tamen degradatio, tũ propter maiorem infamiam, tum etiam propter maiores effectus. *Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Comparatur ergò.*

5 Secundo, conueniunt, scilicet degradatio realis, & depositio verbalis, in hoc, quod neutra fertur à iure ipso facto incurrenda, sed per hominis sententiam. Tertio, quod pro eisdẽ criminibus imponuntur, sicut sententia, & executio illius. In quibus autem ferantur: non potest certa regula dari, nisi in illis, qui à iure sunt expressi, iuxta *cap. Tuæ de pœnis. Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Atque hæc ferè.* *Vid. Angel. Sylu. & alios verb. Degradatio.*

6 Tres casus præcipuè solent numerari, in quibus clericus degradatur, & brachio sæculari traditur, iuxta *Glossam in cap. Ad abolendam, de hæreticis.* Primus est hæresis, iuxta idem cap. ad abolendam, quod habet locum in hæretico relapso. Secundo, crimen falsificandi literas Apostolicas, *ex cap. Ad falsariorum de crimine falsi.* Tertius, est calumnia, & contumelia grauis proprio Episcopo illata, *ex c. Si quis Sacerdotum 11. q. 1.* *Vid. Abb. cap. At si Clerici, de*

De quo multa videri possunt in Abbate *cap. At si Clerici. de iudic. nu. 37. & in cap. Nouimus. de verb signif. Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. At verò degradatio.*

iudi. n. 37. & seqq. & in cap. Nouimus, de ver. sig nif. Sylvest. verb. Degradatio. q. 3. & 4.

7 Vltimo conueniunt degradatio & depositio, in eo quod vtraque reddit hominem infamiem, licèt ex degradatione maior infamia creatur; vt sumitur *ex Abbate in cap. Cum de re iudic. nu.* 10. & latè probat noster Doctor. *Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Propter hæc.*

8 Degradatio realis differt à depositione, primo in solemnitate, iuxta *cap. 2. de pœn. in 6.* vbi specialis solemnitas degradationis describitur. Secundo, quia priuat priuilegio clericali, quod non facit sola depositio, vnde percutiens clericum degradatum, non incurrit censuram Canonis. *Si quis suadente.* At verò depositus non perdit huiusmodi priuilegium Canonis iuxta *Gloss. in cap. 2. de pœn. in 6.* Terrio differunt, quia depositus non priuatur priuilegio fori: secus de degradato. *Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Differt autem actualis. & seqq.*

Vide Angel. Sylu. verb. Degradatio. Bernard. Diaz in pract. cri. c. 3. nu. 7.

Delegatus.

1 DElegatus potest intra annum à quo munere functus est, à se excommunicatum absoluere: non verò post transactum annum, iuxta *cap. Quæsti. de offic. delegati.* Cuius ratio nō est alia, nisi voluntas Pontificis delegantis, qui hoc ius commune seruari voluit in suis delegatis. *Tom. 5. disp. 7. sect. 2. §. Tempus autem.*

Cap. Quæsti. de offic. delegat.

Delictum.

1 ECclesia potest per legem punire, & vindicare debita omnino occulta per accidēs. Ratio est: quia licet Ecclesia de occultis per se, id est, de mere internis, non iudicet cum sint extra forum Ecclesiæ, tamen hęc occulta per accidens vindicat, & punit per ipsam legem, quia non sunt extra forum Ecclesiæ. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Hanc vero doctrinam.*

2 Delictum ibi censetur cōmitti in ordine ad censurā, vbi exterius consumatur, licet alibi inchoetur: vnde si quis inchoet delictum in proprio territorio, consumet verò extra illud, non incurret censuram statui proprij territorij. Ratio est: quia illa non contrahitur propter inchoationem delicti, donec consummatum sit. Tamē in ordine ad alias pœnas, vel effectus. Cōmunis doctrina est Canonistarū & Iuristarū, quod quando delictum in vno loco inchoatur, & in alio consumatur, delinquens fit subiectus in vtroque loco ratione delicti, iuxta *L. 1. C. vbi de crimine agi oportet.* Ibi: *Vbi commissa vel inchoata sunt.* quia in vtroque loco verè deliquit.

Bartholus in leg. Dominum. ff. de furtis. Abbas in cap. Postulasti de for. cōcep.

Tom.5.disp.5.sect. §. *Atq hinc.* Nota: quod si subditus lethaliter vulnerauit alium in propria diœcesi: vbi censura est annexa homicidio, & vulneratus non ibi moriatur, sed in alia diœcesi ad quam discesit, probabilius est in eo incurri censuram: quia licet delictum, quoad effectum vltimum, consumetur extra territorium, tamen quoad actionem etiam externam, intra territorium consummatum fuit. *Ibidem.* §. *Dices ergo.*

Depositio.

1 HAEc vox, *depositio*, quæ nic verbalis tantum est, equiuoca est, & habet multas significationes, sicut & verbum *deponere*, à quo deducitur: vnde significat in præsenti materia illam actionem, per quam aliquis, vel deponit, vel deponitur ab officio, vel à qualibet dignitate. Et quatenus quis inuitus ab alio deponitur, habet rationem pœnæ, & si versetur circa dignitatem aut munus Ecclesiasticum, erit Ecclesiastita, de quo vide. *Tom.* 5. *disp.* 30. §. *Quamuis depositio ante sect.* 1. §. *Quamuis depositio.*

2 Depositio verbalis definitur sic. *Est priuatio perpetua cleri calis muneris, per Canonicam sententiam, cum debita solemnitate prolata*, sic communiter omnes; quæ potest fieri, iuxta Concil. Trid. ab Episcopo, vel per Vicarium suum, realis verò solum per Episcopum. *Tom.*5.*disp.*30. *sect.*2.§.*Atque ex his.*

3 Depositio conuenit cum suspensione. Primo, quia vtraq; est Ecclesiastica pœna, vt per se notum est. Secũdo, quia depositio ité priuat Ecclesiasticis functionibus. Tertio, quia depositio item est pœna Clericorum, quod summitur *ex cap. Qui semel dist.* 50. *& cap.*2.*de pœnis in* 6. Quarto, quod sicut suspensio potest esse ab officio & beneficio, ita etiam & depositio. *To.*5.*disp.* 30. *sect.* 1.§.*Et rationem.& seqq.* *Vid. Nau. c.* 27. *nu.* 151. *Bernard. Diaz in pract. ca.* 153.

4 Depositio ab Ordine, licet priuet vsu Ordini s, nihilominus actus validi sunt, nisi iurisdictionem includant, est certa & communis Theologorum doctrina, & in hoc conuenit cũ suspensione. Vnde sacerdos depositus vere consecrat, vere vngit: & si est Episcopus vere ordinat aut confirmat. *Tom.*5.*disp.* 30.*sect.*1.§. *Depositio ab officio.*

5 Depositio à beneficio priuat illo, vt patet ex proprietate ipsius vocis, & in hoc differt maximè à suspensione à beneficio: quia depositio à beneficio priuat tantum à perceptione fructuum beneficij: Depositio verò ab ipso beneficio. *Tom.*5.*disp.* 30.*sect.*1.§.*Depositio itaque.*

6 Depositio à beneficio, reddit inhabilem ad illud proportionabiliter. Vnde; si est generalis reddit inhabilem ad omnia beneficia perpetuo, si ve- *Vide Panormit. in*

ro particularis sit ab vno tantũ beneficio, respectu illius tantum manet depositus inhabilis, quæ inhabilitas est dispensabilis, solum per Summum Pontificem, cum sit iuris humani, licet difficilius, quam suspensio perpetua: Episcopus vero non potest, nisi in casibus iure expressis. *Tom. 5. disp. 30. sect. 1. §. Vnde obiter. expenditur, & seqq.*

c. post trãslationẽ de elec. & in c. infinuatum, & in c. de simoniace. de simon. & ibi Felin. n. 3.

7 Depositio, & suspensio à iurisdictione differunt. Ratio est: quia depositio priuat ab ipsa iurisdictione, suspensio vero tantum vsu illius. *Tom. 5. disp. 30. sect. 2. §. Depositio ab officio.*

8 Nec depositio, nec suspensio priuant per se, & ex vi sua, priuilegio clericali, ff. canonis, vel fori, nisi hoc in specialem pœnam adiungatur, item nec priuant obligatione recitandi, quotidie officium diuinum, aut seruandi castitatem cum inhabilitate ad matrimonium contrahendum. *Tom. 5. disp. 30. sect. 1. §. Vnde alterius, & sect. §. Secundo ergo principaliter, & seqq.*

Summistæ omnes verb. de gradatio Coua. lib. 3. var. c. 13. n. 8.

9 Depositio significat priuationem perpetuam, & irremissibilem; suspensio vero minime: sumitur, *ex cap. 1. 2. distinct. 50.* Quando vero suspensio est positiue perpetua, & cũ hoc addito lata, vix potest distingui à depositione, quia habẽt eosdem effectus, neutra enim priuat ipso ordine, & vtraque priuat vsu tali. *Vide Tom. 5. disp. 30. sect. 1. §. Nihilominus depositio. & seqq.*

10 Depositio perpetua, seu absoluta differt à respectiua, quæ ordinatur ad degradationem in eo, quod ordinatur ad degradationem, altera vero minime consistit autem moraliter hic respectus, seu differentia in hoc, quod depositus tantum absolute non potest sine noua sententia degradari, & si cum eo respectu depositus est, potest statim ad executionem degradationis pertanstiri: ita colligitur. *ex cap. 2. de pœnit. in 6. Tom. 5. disput. 30. sect 1. §. Alio item modo.*

Sylvest. verb. degradatio Nau. c. 27 nu. 151. Vid. Iuliũ Clarum in pract. Crim. q. 74. n. 4. Ber. Dias in pract. crim. can. c. 3. n 7.

11 Depositio, aut suspensio perpetua iure lata, non priuat ipso facto beneficijs iam possessis, quia id nullo iure cautum est, tamen priuat si est lata ab homine, vt sentit *Sylvest. verb. degradatio Panormit. in c. veritatis nu. 13. de dol. & contum. Tom. 5. disp. 30. sect. 1. §. Hic vero, & seqq.*

Sylvest. Panorm.

12 Depositio respectiua requirit certam solemnitatem, vt constat *ex cap. 2. de pœn. in 6.* quã tamen non requirit absoluta depositio, vt tenet *Iulius Clarus in pract. crim. quæst. 74. & Bernar. in pract. cap. 3. num. 7.* Prima solemnitas est, quod debet fieri ab Episcopo consecrato iuxta *Glos. vlt. in cap. Transmissam de elect.* quod intellige de actuali degradatione, non vero de verbali ad quam sufficit Episcopus tantum electus: 2. est, quod quando depositio est tantum à minoribus ordinibus sufficit Episcopus cum

Vide Panormit. in cap. non potest de sent. & re iudicat.

cum suo clero, seu capitulo, vel aliquibus personis, quæ eius nomine adsint, alioqui enim sententia est irrita iuxta *cap. penult.* 15. *quæst.* 7. *& c.* 1. *de excess. Prælat.* Nisi aliud teneat consuetudo. Tamen quando depositio est ab ordinibus maioribus requiritur certus numerus Episcoporum. ff. ad deponendum Episcopū requiritur præsentia duodecim Episcoporum qui assistant vt iudices assessores, ad Presbyterum sex, ad Diaconum vel subdiaconum tres, *ex cap. Felix cum cap. Siquis* 15. *q.* 7. Et quoad hæreticos standum est limitationi, *cap.* 1. *de hæret. in* 6. Generatim vero definitioni *Concily Trident. sess.* 13. *cap.* 4. *de reform.* Vbi statuit Episcopum per se, vel per Vicarium suum posse verbalem depositionem exequi adhibitis Abbatibus vsum Mitræ, & Baculi ex priuilegio Sedis Apostolicæ habentibus, si cōmodo possit, vel si non possit alijs personis grauibus, & in dignitate constitutis loco Episcoporum, & eodem numero. De quo vide. *Tom.* 5. *disput.* 30. *sect.* 1. §. *Quia ergò, & seqq.*

13 Depositio absoluta ferri potest à iure iuxta *cap.* 1. *de homicid. in* 6. *& cap.* 2. 50 *dist.* Respectiua vero solum ab homine fertur propter solemnitates requisitas de quibus egimus in conclusione superiori. *Tom.* 5. *disput.* 30. *sect.* 1. §. *Vltimo colligitur.*

14 Episcopus irregularis de positionem verbalem licite ac valide potest excercere, quia ille actus est reuera iurisdictionis, & non ordinis, secus dicendum de actuali degradatione quæ requirit Episcopum consecratum, in quo Canonistæ conueniunt, vnde Episcopus irregularis non potest valide exercere eam, cum sit actus ordinis, & non iurisdictionis. *Tom.* 5. *disp.* 40. *sect.* 2. §. *Secundo colligi. & seqq.*

Dies.

1 DIes Hæbreorum cæremoniales incipiebāt à vespera vsque ad vesperam, & consequenter in quolibet die duæ vesperæ, ff. prior, & posterior numerari possunt, quamquam non omnino eiusdem rationis; Hæbrei enim duas vesperas diei naturalis numerant: Vna quæ est pomeridiana, maxime à tertia, vel quarta hora post meridiem, vsque ad occasum solis, & hæc erat proprie posterior vespera, & finis diei cæremonialis. Alia vespera post dici nocturna ab occasu solis vsque ad perfectas tenebras, in crepusculo. ff. noctis, & hæc erat proprie initium sequentis feriæ, seu festiuitatis, & proprie non pertinebat ad præcedentem, nisi ratione cursus, seu naturalis eiusdem diei. *Tom.* 3. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Secundo principaliter.*

2 Dies

2 Dies festi peculiares tribus modis possunt introduci, 1. antiqua, & recepta consuetudine, 2. præcepto Episcopi, habet enim Episcopus hanc potestatẽ in sua diœcesi cum concilio cap. pituli, 3. voto populi, iuxta *cap. 1. de consecrat. dist. 3. & cap. vlt. de feriis.* quanuis vsus obtinuit iam, vt in his rebus iudicium populi non expectetur, deniq; possunt introduci voto populi, de quo vide 2. 2. *D. Thom. quæst. 88. in materia de voto.* Nota vero quod in ratione voti non transit ad successores, est enim actio personalis. *Tom. 3. disp. 88. sect. 5. §. Dico secundo in fine.*

Angelus verb. feriæ n. 7. Innocent. in c. licet de feriis. Conc. Tolet. 10.

Dignitas.

1 PEr pœnitẽtiam semper restituitur homo ad pristinã dignitatem Ecclesiasticam, vt constat ex multis decretis relatis à Gratiano dist. 50. Non tamen semper, quia nomine dignitatis comprehenduntur beneficia Ecclesiastica, quæ post semel priuationem illorum factã homo non restituitur ad illa per pœnitentiam quãtunuis perfectam, quia priuatio est pœna quædam, quæ semel imposita omnino transit in rem iudicatam, & homo amittit domini talis rei, sicut quando priuatur fructu beneficiorum, non restituitur illi, etiamsi pœnitentiam agat. *Tom. 4. q. 89. art. 3. §. Superest dicendum, & §. Vlterius vero.*

Dispensatio.

1 QVoties dispensatio ab inferiori datur in iure Superioris, est de substãtia eius, vt fiat ex iusta causa: est consensus omniũ Theologorum. Ratio est: quia nõ potest irrationabilis voluntas inferioris irritare rationabilem volũtatem Superioris, nec est verisimile Superiorẽ talem dedisse potestatem. *Tom. 3. disp. 54. sect. 2. §. Addendum est ergo.*

2 Ratio cur dispensatio absque causa, in humano iure, est valida, non autem in diuino, est, quia quando dispensatur in iure diuino, dispensatur, vt ita dicã, in alienis bonis, seu in aliena voluntate, & ideo vt valide fiat, requiritur causa, quia sine illa non consentit Superior, & sine eius consensu in tali negotio, nihil fit; at vero per dispensationem legis humanæ, dispensat homo in re propria, seu in suamet voluntate, & ideo factum tenet, quia etiam si talis voluntas illicite, & sine causa mutetur, tamen vere mutatur, & consequenter tollitur obligatio, quę ab illa pendebat. *Tom. 4. disp. 54. sect. 2. §. Ad tertium exemplum.*

3 Dispensare in diuino iure & agere contra illud, non sunt idem: patet exemplo, verbi gratia, si quis habens superfluas diuitias eas distribuat inter homines diuites, omissis pauperibus gra-

grauiter indigentibus, sine dubio agit contra ius diuinum, & naturale, & nihilominus dispensatio valida est : quia per eam nō tollitur obligatio illius iuris diuini, sed violatur : secus vero esset, si aliquis posset dispensare in illo iure diuino obligante ad dandam eleemosynam indigentibus ex superfluis, nam si id faceret sine legitima causa, nihil faciet. *Tom.4. disp.54. sect.2. §. Vt ergo rem.*

Doctoratus.

Decius in c. Intelleximus de iudicis n. 2.

1 DOctoratus gradus excōmunicato collatus validus est, & ratus : quia non est proprie beneficium, aut Ecclesiastica dignitas, & de eo est aliquod ius expressum. *Tom.5. dis. 16. sect.2. §. Sed neq. hoc, & seq.*

2 Princeps excommunicatus non perdit dominium quod habet in subditos ; quia non est ius, in quo de excommunicatione hoc specialiter disponatur, sicut enim non priuat dominio aliarum rerum tēporalium, nec vsu earum, sic non priuat hoc dominio, cum nō sit de illo maior ratio. *Tom.5. disp.15. sect.6. §. Quod vt declaretur.*

Dolor.

Differētia inter dolorē, & satisfactionem

1 DOlor, & satisfactio, vt sūt partes sacramenti pœnitentiæ differunt in hoc, quod satisfactio solum est necessaria ad quandam perfectionē huius iudicij, quæ est punitio, seu compensatio delicti, quoad reatum pœnæ temporalis ; dolor vero requiritur ad substantiam ipsius iudicij, & ad primarium finem eius, qui est absolutio à culpa. *Tom.4. disp.2. sect.3. §. Vnde est magnum.*

2 Dolor peccatorum ad cōfessionem necessarius debet esse vniuersalis de omnibus peccatis confessis : quia huiusmodi formalis pœnitentia est per se necessaria de peccatis cōmissis, & ad eorum veram accusationem. Tamen non est necesse, vt ad singula peccata specialiter terminetur per receptionē plurium actuum, quia hoc nec ad veram pœnitentiam, nec ad veram accusationem necessarium est. *Tom.3. disp.20. sect.4. §. Non nulla vero super sunt.*

3 Dolor de peccatis potest tempore antecedere confessionem, quia iuxta communē vsum confessionē antecedit cogitatio peccatorū, quæ optime fit, si cū vero dolore fiat, & postea fit, confessio in virtute talis recogitationis, & doloris. Non tamen est necessarium, sed aliquando, potest comitari confessionem, ipsam, quia non est de necessitate Sacramenti pœnitentiæ, vt recogitatio illa tempore antecedat, potest enim in rigore fieri in ipsa confessione, si non timetur periculū obliuionis alicuius materiæ necessariæ, debet tamē

Hæc conclusio est certa.

for-

formaliter vel virtualiter ad cõfessionem fieri, quod fit quoties quis peccatum recogitat & de eis dolet, vt ea confiteatur &c. *Tom. 4. disp. 20. sect. 4. §. Secundo est certum, & seqq.*

4 Non requiritur minor dolor de peccatis ad valorem Sacramenti pœnitentiæ, quam ad effectum: contrarium enim dicere est falsum, & videtur repugnare Conc. Florent. & Trident. quæ indistincte vnum, & eundem dolorem constituunt, vt partem Sacramenti, & vt dispositionem ad effectum eius. *Tom. 4. disp. 20. sect. 5. §. Est ergo tertius modus.*

Dominus.

Supponitur.

1 DOminus potest suo arbitrio separare filium seruum à patre etiam seruo absque vlla iniustitia, ex vi potestatis, & iuris quod habet ratione dominij, quia seruitus iure gentium hoc modo introducta est, vt dominus, v.g. possit seruum vendere, donare, aut mittere quo voluerit. *Tom. 3. disp. 25. sect. §. Primo igitur.*

2 Imo potest dominus vendere patrem seruum cum intentione baptizandi filium suum à parte separatum, quamquam hoc Caietanus neget, & Soto, sed hoc quod affirmamus verius videtur per se, & ablatis intrinsecis incõmodis: quia dominus habet potestatem libere vẽdendi seruum, & asportandi in longissimas regiones, vt patet, ergo ob quẽcumque finem, vel causã id faciat, non erit iniustus, ex hoc præcise capite, quod separet filium à patre, quia vtitur iure suo, quam sententiam latissime, & doctissime (vt solet) probat noster Doctor. *Tom. 3. disput. 25. sect. 4. §. Tertio ex duobus.*

Dubium.

1 DVplex est dubium, proprium, quod est pure negatiuum, quia in neutram partem potest intellectus determinari, per iudicium positiuum, & probabile, sed suspensus est, & anceps; aliud est improprium, solum ratione formidinis, quãuis determinate possit ferre iudicium probabile licet incertum. *Tom. 4. disp. 26. sect. 6. §. De hac dubitatione.* *Supponitur.*

2 Cum dubio proprio circa iurisdictionem, nunquam licet ministrare sacramentum pœnitentiæ, nisi duplici concurrente conditione, vna est, vt occurrat euidens necessitas, alia, vt absolutio detur sub conditione, & cum onere iterum confitendi illa peccata habenti iurisdictionem certam nacta opportunitate. Ratio est: quia aliàs exponit se periculo sacrilegij, efficiendo sacramentum nullum, quia, vt patet iurisdictio est de necessitate Sacramenti,

crameti. *Tom.4.disp.26.sect.6. §.In casu ergo,*

3 Cum dubio improprio circa iurisdictionem licet sacramentum ministrare. Ratio est: quia hoc ipso, quod minister iuxta probabilem Doctorum sententiam censetur habere iurisdictionem administrandum sacramentum, quandocumque illa vtitur reuera illam habet ex tacita Ecclesiæ cõcessione, quia hoc principium est iure receptum, vt qui, verbi gratia, communi existimatione, & opinione Magistratum gerit, licet in re ipsa munus, vero titulo non obtineat, nihilominus eius gesta valeant propter commune bonum, iuxta *L.Barbarius.ff.de offic. Prætoris.* Quam sententiam probat latè notter Doctor. *Tom. 4.disp.26.sect..6.§. Primus ergo modus, & sequenti: quem vide.*

Vide legẽ Barbarus ff.de offic. pract.

4 Aliquando inducitur irregularitas, licet factum sit dubium, ita vt teneatur qui dubitat abstinere, donec dispensetur. Habetur *in cap. Ad audientiam, & cap. significasti 2. de homicid.* Tamen prædicti textus non obligant, nisi in casibus in illis expressis, vt tenent graues Doctores vt Nauar. Sylvest. & alij. *Tom.5. disp. 40. sect.6. Per totam.*

Nau.in c. Siquis autem n,41. Sylvest. verb.iciu. n.27.

Duellum.

1 CLericus alium ad duellum prouocans, vel ab alio illud acceptans, antiquo iure per suspensionem ab homine puniendus mandabatur iuxta *cap. 1.de cleric. pugnat. in duellum.* Per nouum vero *Conc.Trid. sess.25.cap.19.de reform.* manet excommunicatus ipso iure, eaque ratione ab officio, & beneficio suspensus. *Tom.5. disp.3. sect.4.§. Sextus casus.*

Vid.Nau. c. 27. nu. 156.

Ecclesia.

1 ECclesia non accepit à Christo potestatem excellentiæ supra sacramenta, sed ministerialem tantum, vnde nõ potest mutare, aut impedire institutionem Sacramentorum à Christo factam. *Tom. 3. disp. 2. sect.6. §. Altera vero pars.*

2 Ecclesia specialem potestatem habet cõtra dæmones à Christo Domino ad imperãdos illos, seu ad illos coercendos, vt constat ex vsu, & traditione Ecclesiæ, & *ex Conc.Carthag.4.cap. 7.Tom.3.disp.15.sect.4. §.Circa quintum effectum.*

Augus. de ciui. c.22. Cyprian. lib.4.epist. 7.alias epist.76.

3 Ecclesia non potest dispensare in his, quæ proprie sunt de iure diuino, vt sentiunt, *Vrbanus, & Zosimus in cap. Sunt quidam & cap. Contra statuta 25. quæst.1.* Ratio est: quia inferior non potest dispensare in lege lata à superiore. *Tom.3. disp. 43. sect.4. §.Quinto potest.*

4 Ecclesia potest licite priuare aliquem viatico in articulo mortis ex iusta causa: Ratio est:

est: quia in hoc non violat ius diuinum, licet ius diuinum obliget ad Eucharistiam recipiendam, tamen non obligat Ecclesiam semper vt det, sed non expedit, vt Ecclesia vtatur tanto rigore potest enim esse nociuus animarum saluti; vnde *in cap. super eo de hæret. in 6.* præcipitur dari viaticum hæreticis relapsis ante vltimũ supplicium dantibus sufficientia signa fidei, & pœnitentiæ, & *cap Quæsitum* 13. *q.* 2. Idem seruandum præcepit cum aliis, qui propter grauia delicta morte plectuntur, & idem nuper præcepit Pius V. in motu proprio edito, anno 1569. qui receptus est in Hispania. *Tom. 3. disput. 9. sect. 3. §. Ad vltimam confirmationem.*

cap. Super eo. c. quæsitum. Pius V.

5 Ecclesia non interdicitur eo quod polluta sit per sanguinis, aut seminis effusionem, nec quãdo est consecrata per simoniam, nec quando pro deuotione fidei, sed pro quæstu cupiditatis ædificata fuerit, nec quando Ecclesia non fuerit dicata cum authoritate Episcopi, seu Pontificis, nec quando in ea sepeliũtur corpora hæreticorum, &c. De quo vide. *Tom. 5. disp. 37 sect. 1. §. Vltimo numerant hoc loco, & sequenti.* Vbi explicãtur varia cap. iuris canonici.

6 Ecclesia potest dispensare in actibus ex censura vetitis. Ratio est: quia Ecclesia, vel Summus Pontifex potestatem habet dispensandi supra ius canonicũ, vt dicitur *in cap. Proposuit de consecrat. præb.* Vsuque ipsius Ecclesiæ confirmatur. *Tom. 5. disp. 2. sect. 1. Atque hinc infertur.*

Effectus.

1 IDem effectus à duabus causis totalibus, simul potest produci supernaturaliter, quia non repugnat, vna enim non destruit aliam, neque aliunde est specialis repugnantia, aut implicatio cõtradictionis. Item idem effectus potest duplici actione totali conseruari, nam si duæ illæ actiones possunt simul fieri, & durare, cur non poterit vna post aliam incipere, & post eam simul durare? *Tom. 3. disp. 49. sect. 1. §. Quoniam vero, & sequentibus.*

Electio.

1 EXcommunicatus qui eligitur ad beneficium, si potest se excusare, quocunque alio honesto, vel apparenti titulo, debet id facere, vt per se constat. Deinde si excommunicatio talis sit, vt eius manifestatione non creetur scandalum, vel infamia, tunc etiam tenebitur se excusare, siue impedimentum declarãdo, si aliter non potest. Tamen ad se infamandum nunquã tenetur, & ideo potest tunc acceptare, & occultè procurare dispensationem. *Tom. 5. disp. 13. sect. 1. §. Hic vero occurrebat.*

2 Ele-

2 Elector, qui eligendi ad beneficium excommunicationem occultè nouit, non tenetur ad non eligendum huiusmodi excommunicatum, ex vi prohibitionis censuræ, quod est valde probabile. Ratio est: quia non peccat communicãdo cum excommunicato tolerato, sed solũ eligendo indignum, vel incapacẽ, sicut peccaret si eligeret irregularem, vel publicũ concubinarium, &c. *Tom.* 5. *disp.* 13. *sect.* 1. §. *Est autem valde probabile.*

3 Electio facta ab excommunicato irrita est, quanquam talis electio, non sit semper ipsius beneficij collatio, vt per se notũ est: cõstat, *ex cap. Cum inter* 1. *de elect. & cap. Cum dilectus de consuetud. & cap. Constitutis.* 1. *de Appellat.* Conueniunt item Glossæ. & Doctores. *Tom.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. §. *Circa tertium punctum.*

Couar. ca. Alma. p. 1 §. 7. *nu.* 9. *Sylu. verb. Elect. n.* 5.

4 Electio requirens ad suum valorem, certum suffragantium numerum, si vnus sit excommunicatus, est nulla. Ratio est: quia eius valor pendet à singulis necessarium numerum complentibus: ergo oportet omnes, & singulos esse habiles: secus dicendum si nullus certus numerus, sed omnium consensus tantum requiratur: quia inde solũ fit, vt veri, & habiles electores, numero pauciores sint, quando vnus est excommunicatus, non tamen, vt non sint concordes, & ideo sicut si vnus abesset, nihilominus electio esset valida, ita etiam si vnus sit excommunicatus, non est cur ex hoc præciso capite sit inualida, nisi alio speciali iure irritetur. *Tom.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. §. *Primo igitur, & sequenti.*

Vide cap. Ad approbandũ de re iudicata.

5 Quando ad valorem electionis requiritur tantum omnium consensus, & aliquis eorum est excommunicatus, si electio est publica, erit nulla, quando dissentit alius ab excommunicato, propter defectum requisitæ conditionis, ex parte habilium eligentium. ſ. consensionis omnium, si verò qui dissentit, est idem qui excommunicatus est, nõ oberit excommunicato, sed proderit potius, vt valida sit: nam cum ille reuera non sit verè elector, quod dissentiat, nihil ad valorẽ electionis refert, quod tamen secus fuisset, si ille excõmunicatus non esset. At verò si talis electio secreto facta fuisset, necessario fuisset inualida propter incertitudinem, an is, qui dissenserit fuerit ex veris electoribus necne: & moraliter præsumitur ex illis esse, quia plures sunt. *Tom.* 5. *disp.* 14. *sect.* 2. §. *Atque hinc.*

6 Electio, quæ requirit maiorem partem suffragiorum, erit valida, si excessus suffragiorum excedat numerũ excommunicatorum: nã si ipsi abfuissent excõmunicati, cæteris eodẽ modo suffragantibus, electio fuisset valida: ergò quãuis ipsi adfuerint, cum ad valorem electionis

nihil conferant, nec necessarij sint, non possunt reddere illam inualidam, siue secreta, siue publica sit. Sed quādo excessus, aut numerus suffragiorum tantus non est, sed talis, vt Abbate vno, vel altero, iuxta numerum excommunicatorum, reliqui ad electionem faciendam non sufficiant, tunc si electio est publica, & suffragia ab excommunicatis fuerunt data electo, nulla est electio ex defectu sufficientis numeri suffragiorum habilium: secus si non dederunt vota excommunicati electo, quando quidem sine illis est sufficiens numerus: si verò electio est secreta semper iudicanda est nulla propter incertitudinem sufficientis numeri eligentium habilium. Denique aduerte, quod numerus suffragiorum computandus est, seclusis excommunicatis, solum habito respectu ad eligentes habiles, vt v. g. si fuerint viginti ad eligendum, & vnus, vel duo fuerint excommunicati, numerus sufficiens, vt electio censeatur a maiori, erit denarius numerus: quia seclusō excommunicato, vel excommunicatis, illa est maior pars suffragiorum habilium, vt patet. *Tom. 5. disput 14. sect. 2. §. In electionibus verò, & seqq.*

Richard. in 4. d. 18. ar. 7. q. 1. ad 3.

Vide Innocent. in c. Illa. de elect. n. 3. & Abba

7 Electio est nulla si electores aliquem excommunicatum vitandum volūtariè admittunt ad coeligendum, est communis Canonistarum: & sumi potest *ex c. vlt. de procurat.* quod vide. Secus dicendum si non sit vitandus: quia non tenētur eum vitare propter Extrauag. ad euitanda. Tamen ante electionem potest obijci illi exceptio excommunicationis, vel ab alijs electoribus, vel ab illis qui eligi cupiunt: quia Extrauag. ad euitanda nullum fauorem concessit excommunicatis. Nihilominus, si nihil ei obijciatur, nec repellitur suffragium eius validū est, vt existimat noster Doctor: quia se habet tunc sicut excommunicatus occultus, cuius acta valida sunt. *Tom. 5. disp. 14. sect. 2. §. At vero nonnulli. & seqq.*

temnu. 7. & in cap. fin. de procurat. n. 6.

8 Electio ad Summum Pontificatum ab excommunicato, etiā vitando facta, est valida: illa enim dignitas talis est, vt nō ab homine puro, sed ab ipso Christo immediate conferatur. Imo etiam si electus excommunicatus sit: quia nulla exceptio admittitur, ne detur occasio fraudibus, aut schismatibus. Vide *Clement. Ne Romani. §. Cæterum. de elect. Tom. 5. disp. 14. sect. 2. §. Vltimo loco, & sequenti.*

9 Habens beneficium coniunctum cum iure eligendi, vel confirmandi electionē, non priuatur iure, vel vsu eius, per solā irregularitatem superuenientē, donec beneficio priuetur. Ratio est: quia hoc ius, vel est iurisdictio, vel ad illam reducitur, & ipsa electio est veluti administratio quædam pertinens ad tale bene-

Nau. cap. 27. num. 244.

beneficiū, imò inter fructus beneficij cōputari potest, sicut collatio beneficiorum numeratur inter fructus Episcopatus: ergò, sicut irregularis non priuatur iurisdictione, administratione, & fructibus beneficij, ita neque iure eligendi. *Tom. 4. disp. 40. sect 2. §. Quarto infertur.*

10 Ligatus minori excommunicatione nō potest eligi ad gradus, dignitates, & beneficia Ecclesiastica, iuxta *c. vlt. de cleric. excom. minist.* licet beneficiū ad Sacramenta recipienda non ordinetur. Tamen electio non est irrita ipso iure, vt (probabilius est (potest tamen irritari, licet excommunicatus eligatur ipsomet suam excommunicationem ignorante; quia nihil conducit ignorantia excommunicationis. At vero eligentes scienter huiusmodi excommunicatum, non incurrunt pœnam iuris. ff. quod maneant priuati facultate eligendi pro ea vice, quia non est expressa in iure, & non est extendenda vltra casus expressos. *Tom. 5. disp. 24. sect. 2. §. Secunda difficultas, & seqq.*

Episcopus.

1 PRiuati Episcopi possunt in suis diœcesibus nonnullos ritus, & cæremonias instituere, quæ non sint contra vniuersalem Ecclesiæ consuetudinem, traditionem, aut legē: quia omnes sunt ordinarij Pastores, & Principes suarum Ecclesiarum, & ideo sufficientem habent iurisdictionem ad similes actus. *Tom. 3. disp. 15. sect. 3. §. Dico ergò secundo.*

Ita fecit Ambrosius Chry. & alij & est in vsu.

2 Episcopus ordinans in aliena diœcesi, absq; licētia proprij Episcopi, peccat. Ratio est: quia fit ei iniuria. Idem dicendum de sacerdote ministrante sacramenta propria autoritate alienis ouibus. *Tom. 3. disp. 16. sec. §. 1. Secundo obseruandum est.* *D. Thom. 2. 2. q. 33. ar. 5. & q. 60. art. 2. ad 3.*

3 Episcopus existēs in peccato mortali, non peccat mortaliter corrigēdo subditū nec prædicādo. Rat. est: quia exercet tantū actum iurisdictionis. Idem dicendū de iudice in peccato mortali iudiciū dicēte, vel alios actus iurisdictionis exercente, qui non sint speciali cōsecratione sanctificati. *Tom. 3. disp. 16. sect. 3. §. Hinc vero expediri.* *Cōc. Trid.*

4 Dignitas & potestas Episcopi, & Sacerdotis, iure diuino est distincta, siue olim semper fuerint coniunctæ, siue non, vt sumitur ex *Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 6. & 7. Tom. 3. disp. 36. sect. 1. §. Sed quidquid sit.*

5 Episcopi nū succedunt Apostolis, quatenus Apostoli, sed quatenus primi Episcopi fuere, tam in potestate ordinis, seu consecrationis, quam in speciali, & ordinaria iurisdictione aliquarum Ecclesiarum. Vt Iacobus fuit Episcopus Ierosolymis, & Ioannes Ephesi: quia post Pontificem sunt ordinarij Principes *Vid. Cypr. epist. 69. Cōc. Flor. Cōc. Trid. sess. 23. c. 4.*

Ecclesiæ, sicut Apostoli fuere sub Petro, & ita alij sacerdotes succedunt 70. discipulis, vt notauit *D. Thom. 2. 2. q. 188. art. 4. ad 5. Tom. 4 disp. 25. sect. 1. §. Sed obijciunt, quia.*

6 Non male faciet Episcopus, si à ciuitate, vbi pestis seuit, corporaliter discedat, dummodo debitam sui gregis prouidentiam non relinquat: quia in primis non tenetur Episcopus per se ipsum sacramenta ministrare, etiam cum præsens est, nisi vbi alius sacerdos nō adesset. Item, quia ministrare Sacramenta est proprium officiū Parochorum, qui sunt proximi ministri horum munerum. Videāt Episcopi de hac re multa egregiè tradita in Concil. Mediolano quinto sub Carolo Borrhomeo. *Tom. 4. disp. 44. sect. 3. §. Hinc verò colligitur.*

Aug. lib. 1 cōtra epist. Gaudent. cap. 16.

7 Episcopalis dignitas ab ipso Christo fuit instituta, atque adeò diuino iure introducta, & non ab hominibus: pro ratione sufficiat definitio *Concil. Tridenti. sess. 23. cano. 6. & 7. Tom. 4. disp. 25. sect. 1. §. Quinque autem.* Item fuit instituta ab ipso Christo, vt ordinaria, & ex officio saltem in communi: id est, instituit Christus Dominus, vt Petrus, & successores eius Ecclesiam per Episcopos gubernarēt, vt consuetudo, & traditio Ecclesiæ confirmat. *Ibidem §. Tertium certum est, & sequentibus.* Vbi probat noster Doctor hanc conclusionēm magnis testimoniis & auctoritatibus.

Innoc. 3. in cap. 2. extra de trāsl. Episc. Bern. li. 3. de consid. ad Eugen.

8 Episcopus potest concedere facultatem cōfitendi alieno sacerdoti sine licentia proprij Parochi: est de fide: ita tenet vsus, & traditio Ecclesiæ. Ratio est: quia Episcopus potest audire confessionem per se cuiuscunq. subditi sine licentia alterius Pastoris inferioris, per potestatē ordinariam: ergo multo magis poterit hanc potestatē delegare, ita vt operari possit sine licentia Parochi. Imo quā do conceditur absolutè ita est intelligēda, vt tenet communis doctrina Theologorum, sumiturq. ex declaratione *Ioan. 22. in Extrauag. Vas electionis, de hæret. & Extrauag. Benedicti XI. & Martini V. To. 4. disp. 25. sect. 1. §. Hæc tamen sententia, & seq.*

Sot. d. 18. q. 4. art. 5. Anton. 3. p. tit. 17. c. 9. Sylue. verb. confess. 2. & cæteri Summistæ.

9 Episcopus electus, & confirmatus, etiam si consecratus, & ordinatus non sit, potest concedere indulgentias. Est communis Doctorū. Ratio est: quia non est actus ordinis, sed iurisdictionis, quos actus huiusmodi Episcopus potest validè exercere, iuxta *cap. Transmissam de elect.* Nisi sit impeditus aliqua censura, & quamuis sit in peccato mortali non peccat remoto scandalo: quia nō est adeò grauis, aut sacra, nec interuenit absolutio sacramentalis obligans administrare in gratia de quo alibi agendum est. *To. 4. disp 55. sect. 3. §. Vltimo dub. potest, & seq.*

Hostiens. in c. Accidētibus de excessibus Prælatorū cum Nauarro cap. 31. nu. 3.

10 Epis-

10 Episcopus alicuius, dicitur Episcopus illius diœcesis in qua talis persona habet suum domicilium. Ratio est: quia domicilium est quasi fundamentum fori, seu iurisdictionis: quod est vtriusque iuris principium. *L. vlt. ff. de iurisdict. omn. iudic. & cap. vlt. de constit. in 6. & cap. A nobis de sent. excom.* Vnde vnusquisque absolui potest à censura iure communi lata, & non reseruata ab Episcopo illius diœcesis, in qua habet suum domicilium, non solum si delictum in eadem diœcesi commisit, sed vbicumque deliquerit, & censuram contraxerit, quia talis non ponitur à particulari Episcopo, sed à Summo Pontifice. *Tom. 3. disp. 7. sect. 3. §. Ex his ergo satis.*

Abbas in cap. 1. de foro compet. n. 23.

11 Vicarius generalis Episcopi, cui ipse vices suas generaliter committit, potest absoluere à censuris iure latis, à quibus potest Episcopus: quia quando isti casus Episcopis committuntur, & non exprimitur, vt per se ipsum facere possit, per Vicarium eius id præstare valet. *Tom 3. dis. 7. sect. 3. §. Rursus vero.* Item nomine Episcopi venit capitulum sede Vacante, & Vicarius ab illo constitutus, item Abbates iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, & Vicarius eius, & capitulum eius Ecclesiæ, tempore quo vocat, item prælati religionum, etiam ex vi huiusmodi iuris respectu suorum subditorum. Denique cõprehenduntur etiam aliqui prælati inferiores habentes Episcopum Superiorem, verbi gratia, Archipresbyteri. *Tom. 5. disputat. 7. sect. 3. §. Rursus vero, & sequenti.*

Vide cap. vlt. de offic. ordin. Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de refor.

12 Vbi est populus diuersarum linguarum, si Episcopus vnius partis se intromittit ad docendum, vel regendum partem alterius linguæ ad se non pertinentẽ, sine alterius consensu, ipso iure excommunicatur, habentur *in cap. Quoniam de offic. ord.* quæ excommunicatio est necessaria in confinibus aliquorũ regnorum, vt Galliæ, Nauarræ, aut Castellæ. *Tom. 5. disp. 23. sect. 3. §. Rursus sunt alia.*

13 Episcopus potest subditum suspendere ab omnibus beneficiis, quæ alicubi in aliquibus diœcesibus habet, si qualitas delicti id mereatur, est communis. Ratio est: quia ille actus nõ excedit iurisdictionem Episcopi particularis, quia sententia fertur in personam, & non in beneficium, item eadem ratione potest suspendere ab officio, ne in aliquo loco illud exerceat, intra, vel extra diœcesim. *To. 5. disputatio. 27. sect. 1. §. Tertio principaliter, & §. Simileque est de suspensione.*

Abbas in c. Pastoralis. §. Verum de appell. n. 20.

14 Qui suscepit per saltũ cõsecrationem Episcopalem, non incurrit suspensionem latam cõtra ordinatos per saltum. Rat. est: quia appellatione ordinum

non venit in his legibus consecratio Episcopalis. *Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Dubitari tandem.*

15 Quando in *Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de reform.* conceditur Episcopis, vt possint dispensare in omnibus irregularitatibus, suspensionibus, &c. ex delicto occulto, excepta irregularitate orta ex homicidio voluntario: nomine Episcopi venit etiam electus, & confirmatus, licet non consecratus, cum in ordine ad actus iurisdictionis non requirat consecrationem: secus dicendum de Episcopo non habente Episcopatum, & de Prælato habēte iurisdictionem quasi Episcopalem, vt declaratum fuit in congregatione Cardinalium. Vtrum autem Episcopi possint committere suas vices alteri circa res contentas in dicto cap. Concil. Affirmat noster Doctor: quia nulla occurrit sufficiens causa, ob quam Concilium adeò limitauerit hanc facultatem, & sæpe expediat illam concedere viro docto, qui possit in conscientia melius causam dispensationis examinare. *Tom. 5. disp. 41. sect. 2. §. Dubitari verò potest, & sequenti.*

Ita declarauit congregatio Cardinalium.

16 Nemo fit irregularis etiam ad Episcopatum, eo quod filios habeat. Ratio est: quia in parente nulla datur indecentia, sed redundat tantum in filium, & ideò manet solus irregularis; actio enim non est in agente sed in passo. Debet tamen circunstantia hæc filiorum, siue sint legitimi, siue illegitimi declarari ne gratia sit subreptitia: quia valde mouere potest, & difficilem reddere Pontificis voluntatem *cap. Sirucusana. distinct. 8. Tom. 5. disp. 50. sect. 4. §. Sed obijcies, & sequenti.*

Vide Abbatem in c. testam. nu. 2.

17 Si in Episcopi consecratione, sacerdotalis ordo prætermissus sit, consecratio est nulla. Ratio est: quia character Episcopalis, si quis est, essentialiter requirit characterem sacerdotalē; tamen si desit alius inferior ordo, erit valida consecratio, quā uis ordinem, quem non habet alijs conferre non possit, iuxta sententiam *Gloss. vlt. in c. vnic. de cleric. per salt. prim. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Dubitari tandem.*

18 Episcopi non recipiunt immediatè à Christo Domino iurisdictionem coerciuam. Ratio est: quia potestas illa data Apostolis in communi, non fuit ordinaria, sed delegata, & ideo illa, vt sic, nō deriuatur ad Episcopos. *Tom. 5. dis. 1. sect. 2. §. Nec verò ex hoc.*

Contra Sot. in 4. d. 22. q. 2. art. 1. & alios.

19 Episcopus excōmunicatus per viam benedicens populum, non fit irregularis. Rat. est: quia illa actio sine solemnitate fit, & non est magni momenti, nisi fortasse tanta sit frequentia, vt ea ratione, & materia grauis censeatur, & inducat quendam virtualem cōtemptum censuræ. *Tom. 5. disp. 12. sect. 2. §. Atque idem censendum est.*

Vide Abbatem in cap. vlt. de excess. Prælat. n. 5.

Episcopus

20 Episcopus potest in suo Episcopatu, quidquid potest Sūmus Pontifex in toto mundo ni si prohibeatur. Est axioma à multis Doctoribus admissum, quod absolutè loquendo verum non est: multa enim non potest Episcopus in suo Episcopatu, quæ potest Papa, vt patet in irritatione matrimoniorum clandestinorum, in inhabilitate personarum ad matrimonium, vt ratione voti, vel talis delicti; & in institutione censurarum, quæ omnia sunt tantum Summi Pontificis: non quia illa prohibeat Episcopis: sed quia non est concessum: vnde axioma debet intelligi de his solum, quæ ad ordinariam & communem animarum gubernationem pertinent, ac moraliter necessaria sunt. *Tom. 5. disp. 7. sect. 4. §. Quapropter axioma.*

21 Omnes Episcopi Ecclesiæ habentes Episcopale, & pastorale munus, & iurisdictionē, habent illud per Summum Pontificem, seu dependenter ab illo. Ratio est: quia omnes recipiunt hoc munus media auctoritate, & consensu Pontificis, vt habetur *in cap. Ita Dominus. d. 19. & cap. Quoties* 24. *q.* 1. & ex vsu Ecclesiæ satis constat. *Tom. 4. disp. 25. sect. 1. §. Quinto nihilominus. & seqq.*

Vide Leo Pap. epist. 87. alias 89. Calix. Pap. epist. 2. c. 23.

§. I.

Eucharistia quoad nomen.

1 NOmē Eucharistiæ, Sacramentum nouæ legis sub speciebus panis & vini significat, in quo secundum veram fidē Christus continetur, & à fidelibus sumitur, quæ vocis significatio necessario supponenda est. *Tom. 3. disp. 39. sect. 1. §. Eucharistiæ nomine.*

2 Eucharistia propriè supponit pro toto Corpore Christi posito sub speciebus, seu cibo Sacramētali & sensibili. Ratio est: quia quodlibet Sacramentum supponit pro toto cōposito ad quod significandum est impositum. At vero interdum supponit pro speciebus tantum, vel corpore tantum. *Tom. 3. disp. 41. sect. 4. §. Secundo colligitur.*

§. II.

Eucharistia quoad institutionem.

1 COnueniēs fuit in noua lege institui Sacramentū aliquod sensibile vt esset spiritualis cibus animarū. Est de fide, constat ex *Ioan. 6. Math. 26. Marc. 14. Luc. 22. & ex Cōc. Trid. sess. 7. c. 5. & sess. 13. c. 1. & 2.* At verò huiusmodi Sacramentum est Eucharistia, q̄ est verum Sacramentum à Christo

Aug. epist. 23. & 18. Ambr. li. 5. de Sacram. Damasc. li. 4. cap. 14.

institutum, vt diffinitur in *Conc. Florent. in litt. vnion. Trid. sess. 7. cap. 13. & 21. Later. in cap. Firmiter. Carthag. 3. cap. 28. & 29. c. Cū Martha. de celebrat. Miss. c. In sacrorū. c. In sacram. de consec. dist. 2. Tom. 3. disp. 39. sect. 1. §. Dicendum ergo est, & seq.*

2 Eucharistia non est per se Sacramētum institutum, ad remissionem peccati originalis, vel mortalis, atque adeò nec ad primam gratiam conferēdam, colligitur ex *Conc. Trid. sess. 13. can. 5. & ex Conc. Florent.* & est cōmunis opinio Theologorum *in 4. dist. 9. Tom. 3. disp. 40. sect. 1. §. Est autem rei veritas, & disp. 6 sect. 1. §. Dico secundo.*

3 Oportuit hoc Sacramentū institui ante passionem. Primo, quia decuit vt Christus Dñs maximum amoris signū, adhuc in mortali corpore existens nobis exhiberet. Secūdo, vt institutio, & oblatio sacrificij incruēti esset meritoria, & satisfactoria. Tertio, quia decuit, vt memoriale mortis suæ ante eādem mortem nobis relinqueret. *Tom. 3. disp. 41. sect. 5. §. Dico secundo.*

4 Itē maximè oportuit hoc Sacramentum fuisse institutū in ipso passionis ingressu, & nō antea. Primo, vt more amantissimi Patris in fine vitę prætiosiorem hæreditatē filiis relinqueret, eamq. maximè commendaret, tanquam rem sibi charissimam. Secūdo, decuit inuisibiliter hominibus dari tunc, quādo ab eis visibiliter recedebat. *To. 3. disp. 45. sect. 5. §. Dico tertio.*

Theologi in 4. d. 8.

5 Item non oportuit Eucharistiam institui ante Incarnationem, quia hoc sacramentum est efficacissima causa, & veluti vberrimus fons gratiæ, legi gratiæ reseruari debuit. Item, quia est certissimum pignus gloriæ, cuius ianua nondum erat hominibus patefacta. *Tom. 3. disp. 41. sect. 5. §. Quamuis ex instituentis.*

6 Hoc Sacramentum fuit institutum in nocte Cœnæ, inchoato vltimo anno vitæ Christi, qui fuit (vt opinatur noster Doctor) 34. licet alij dicāt probabiliter 33. primo mense lunari, qui iuxta computationem Iudæorum incipiebat in prima luna post æquinoctium vernale, qui est apud nos mensis qui dicitur Martius 14. illius mensis luna. Nam in illa iuxta legem Moysis, cænā dus erat Agnus Paschalis, in qua Cœna institutio facta est. Vide *Concil. Trident. sess. 13. can. 1. & 2. Et Clement. vnic. de reliq. & vener. Sanct.* Item fuit institutum 14. luna illius mensis ad vltimam vesperam, prima, vel secūda hora noctis. Dicitur enim *Deuteron. 16. Immolabis Phase vespere, ad Solis occasum.* Cœna autem legalis ad summum, & lotio pedum, per duas horas perdurare poterant, & statim instituta est Eucharistia: ergo, &c. *Tom. 3. disp. 41. sect. 1. §. Ante titulum sectionis, & sect. 4. §. Ex quibus omnibus.*

Vide Cōc. Trid. sess. 22. c. 2.

7 Christus.

7 Christus post finitam Cœnam legalē, lauit pedes discipulorum, & nondū incepta vsuali, consuetudo enim erat illius tēporis, aut regionis, ante cōuiuiū commune omnibus hospitibus lauari pedes, quod non fiebat in Cœna legali, & tunc post lotionem pedum instituit, præsente Iuda, hoc Sacramentū sub vtraque specie, & ille cum aliis cōmunicauit. Est communis sententia Scholasticorum, de quo vide. *Tom. 3. dis. 41. sect. 2. §. Restat igitur, & sect. 3. §. Dicendum vero primò est, & §. Dico tertio, & sect. 4. §. Sextus ergo modus.*

Leo Papa serm. 3. & 7. de pass. Dom.

8 Potest ratione naturali ostendi hoc mysterium fuisse valde conueniens, & diuinæ bonitati, ac hominum vtilitati maximè consentaneū: ad cuius confirmationem possunt afferri omnes rationes, quibus probatur conuenientia de mysterio Incarnationis. Ratio est: quia ad diuinam bonitatem pertinet omnibus modis sese communicare: ergò sicut fuit per se conueniēs, vt totam diuinitatem humanæ naturæ communicaret, ita fuit conueniēs illam humanitatem, & totum illud beneficiū, ac mysteriū alio admirabili modo, reliquis hominibus cōmunicari, vt sicut humana Christi natura, ineffabili modo in verbo existit, & verbū in ipsa: ita qui suscipit hoc Sacramentum singulari etiam modo in Christo maneat, & Christus in illo, sicut ipse Christus testatur Ioan. *6. Tom. 3. disp. 46. sect. 7. per totam. quam vide. affert enim 12. conuenientias valde scitu dignas, quas omitto ratione breuitatis.*

9 Christus Dominus non cōmunicauit Iudam, quando buccellā panis intinctam dedit. Ita docuit *Iulius Papa I. in suis decretis cap. 7.* & habetur *in cap. Cum omne crimē. de consecr. d. 2.* & idē docuit *Conc. Brachar. 3. c. 1. Tom. 3. disp. 31. sect. 3. §. Dico secundo.*

Vid. Aug. tract. 62. in Ioan.

§. III.

Eucharistia quoad dignitatem & cultum.

1 HOc Sacramentū est longe perfectius & excellentiꝰ reliquis. Est de fide, sumi posse ex *Conc. Trid. sess. 13.* vbi propter hanc causam sæpe vocat hoc Sacramentū diuinum, mirabile, sacrosanctum, ac sanctissimum. Ratio est: quia cōtinet in se realiter, ac substantialiter, & verè ipsum Corpus Christi Domini. *Tom. 3. disp. 34. sect. 2. §. Dico secundo. & q. 45. art. 3. §. Circa hunc articulum. in comment.*

D. Tho. q. 65. art. 3. Marsilius in 4. q. 3. art. 3.

2 Semper huic Sacramento summa veneratio, ac religio exhibita fuit. Constat ex antiqua praxi Ecclesiæ, & ex multis Patribus, & varijs consuetudinibus ac sanctionibus, quibus Ecclesia semper vsa fuit, propter reuerentiam corporis Christi con-

Clemens lib. 2. constit. c. 61. Greg. Nazianzen. orat. 17.

tenti in hoc Sacramento : ideò enim sacerdos in Ecclesia consecrantur, vt sanctè, ac religiosè tractetur hæc diuina Eucharistia; & ideò consecrantur Ecclesiæ, altaria, vestis, & benedictio vasorū, & denique omnis alius religiosus cultus, qui in Ecclesia ordinatus est. *Tom. 4. disput. 46. sect. 6. §. Dicendum vero est, & §. Tertio hoc constat.*

3 Non solū Christus sub speciebus existēs, sed etiam totum Sacramentū visibile, vt ex Christo, & speciebus constat, vnico latriæ actu adorandum est. Certissimū est, & constat ex vsu Ecclesiæ absolute adorantis totum Sacramentum, canentis. *Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui* : & constat etiam *ex Conc. Vienens. Clement. vnic. de reliq. & venerat. sanct.* Quo vnico actu latriæ absoluto, & perfecto adorādus est Christus per se, & coadorandæ species : quia hoc sacramentum in re est vnum, cōstans ex Christo, & speciebus: ergo eadem adoratione est adorandū, quia ipsemet Christus, & ipsæ species sunt coadorādæ, sicut vestis, & thronus Christi *To. 3. disp. 65. sect. 1. §. Dico secundo, & sect. 2. §. In Priori ergo.*

Aug. epis. 118. ser. 28. de verb. Apost.

4 Hoc Sacramentum nō tantum interiori, sed etiā exteriori, & visibili cultu, est adorandum, constat ex traditione, & vsu Ecclesiæ. Lege *Chrysost. hom. 7. 19. & 52. Matth. & 21. in Acta, & 24. in 1. ad Corinth. Cyril. Hieroso. Catechism. 5. Mistag. & Dionis. cap. 3. de cæsti Hierarch.* & quæ satis piè ordinat. *Honor. 3. in c. Sane de celeb. miss. Tom. 3. disp. 5. sect. 1. §. Dico tertio.*

5 Hoc Sacramentū sine conditione est adorandum : ita tenent communiter Doctores, & Sumistæ *verb. Adoratio.* Probatur : quia vt homo operetur sim pliciter, & absolute sufficit moralis certitudo, non autem debet maior exigi ab homine: ergo. Quod intellige nisi sit vehemens suspicio hostiam non esse consecratam, quia operatio humana, vt prudens sit debet excludere morale dubium, & niti morali certitudini, quoad fieri possit; in prædicto autem casu non potest haberi moralis certitudo, ad exhibendam absolutam adorationem, posita autem cōditione, practice tollitur omne periculum, & omne dubium: ergo in eo casu, v.g. quando datur vehemens suspicio, &c. adhibenda est conditio. *Tom. 3. disp. 65. sect. 2. § Dicendum vero, & sequentibus.*

D. Thom. in 3. dist. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. ad 2.

6 Eximia laude est digna cōsuetudo Ecclesiæ, quæ hoc diuinum sacramentum publice interdum proponit, circūfert per vias, & per loca publica cum solemni pompa, cultu, ac veneratione; ita docet ac definit *Conc. Trid. sect. 13. cap. 5. & can. 6.* Vbi huius consuetudinis valde scitu dignas rationes insinuat, præcipua est, *vt Christiani homi-*

Ioſue. 6. 3. Reg. c. 8.

nes

nes ſingulari, ac rara quadam ſignificatione, gratos, ac memores teſtentur animos erga Dominum communem, cuius rei, & figura, & exemplũ habemus 2. *Reg. 6. & 7* Vbi Dauid ludebat corã Arca Domini quando totus populus ſolemni pompa illam circũducebat. Vide Conc. Tri. loco cit. *Tom. 3. diſp. 45. ſect. 1. §. Ex hac concluſione.*

7 Omnes tenentur præcepto negatiuo ad non tractandam Euchariſtiam irreuerẽter, quod præceptum eſt naturale, & diuinum, nam intrinſece malum eſt rem honore dignam, irreuerenter tractare, item tenentur præcepto poſitiuo, affirmatiuo, interdum aliquem honorem huic ſacramento exhibere, de quo non eſt dubium, quin ſit nobis impoſitum, conſequenter etiam ex natura rei, & inſtitutione huius ſacramenti, quod nobis datum eſt, vt illud tractemus, & illo vtamur; hinc enim fit, vt pro illius dignitate, & maieſtate tractãdum ſit, cuius obligatio præcepti non obligat pro ſemper, ſed tẽpore opportuno, & ſeclu-ſo contemptu non eſt mortale eius tranſgreſsio, imo interdum poſſet nulla eſſe culpa, v. g. ſi ob naturalem inaduertentiam, vel ob vrgentem neceſsitantem in voluntaria cenſeatur. *Tom. 3. diſ. 6. ſe. 1. §. Secundo ex dictis, & ſeq.*

Vide. D. Thom. q. 83. ar. 6. ad 3.

8 In peccato mortali tangere Euchariſtiam ſecluſõ contemptu non eſt per ſe mortale. Eſt communis ſententia, quamuis ſi peccator aduertat ſtatum ſuum, nonnulla irreuerentia videatur, ſic tangere hoc ſacramẽtum, ex illo principio quod ſãcta ſancte tractanda ſunt. *Tom. 3. q. 80. art. 4. §. In hac difficultate in comment.*

§. IIII.

Euchariſtia quoad eſſentiã, & partes integrantes.

1 EVchariſtia eſt verum Sacramentum vnũque vnitate ſpecifica vltima, & à reliquis diſtinctum: eſt certiſsima conſtans ex omnium conſenſu, & ex Conciliis definientibus eſſe ſeptem Sacramenta. Vide *Conc. Trid. ſect. 7. & 13.* & multa quæ referuntur, *de cõſecrat. diſt. 2. Tom. 3. diſputat. 7. ſect. 2. §. Hæc quæſtio facilis, & ſect. 3. §. Dicendum vero eſt, & ſequentibus.*

Theologi in 4. d. 8.

2 In toto Sacramento, eſt vno totalis ſignificatio, quæ à ſignificationibus ſingulariũ partium diſtinguitur; non enim poteſt Sacramentum eſſe vnum, niſi ſit vnum ſignum, nec poteſt eſſe vnum ſignum, niſi ſit aliquo modo etiam vna ſignificatio, vt videre eſt in propoſitione, & terminis ex quibus cõponitur; habet enim ſuum proprium ſignificatum diſtinctum à ſignificatis terminorum ex quibus

quibus cõponitur. *Tom. 3. disp. 49. sect. 3. §. Dubitant tamen hic.*

3 Constat formas huius Sacramenti multiplicari numero, quando verba consecrationis Hostiæ, vel Calicis multiplicantur, item constat species panis, seu vini, quãdiu continuæ sunt, habere quandam physicam vnitatem, quã per discontinuationem amittunt, & physice multiplicãtur. Denique constat sub omnibus speciebus consecratis eundem numero Christum contineri, ex quibus constat tunc propriissime esse vnum numero hoc Sacramentum, quando species consecratæ habẽt physicam vnitatem per partium cõtinuationem, siue vna forma, siue pluribus simul prolatis consecratæ sint, hoc enim non obstat vnitati, Sacramenti, præsertim in hoc, in quo forma magis ad effectionem, quam ad cõstitutionem ipsius Sacramenti requiritur. *Tom. 3. disp. 39 sect. 4. §. Quoniam de vnitate, & seqq.*

4 Nec solum Corpus, & Sanguis Christi, nec verba consecrationis, sunt integre hoc Sacramentũ, sicut nec species consecratæ, quamuis eius essentiam intrent, sed compositum ex his, & Christi corpore. Est communis sententia Theologorum, & probatur ex communi modo loquẽdi Sanctorum, & Conciliorum. Vide *c. cum Marthæ de celeb. Miss. & cap. Hoc est de consecrat. dist. 2. & Conc. Trid. sect. 13. cap. 1. & 3. Tom. 3. disp. 42. sect. 1. per totam, & sect. 3. §. Dicendum vero est, & seqq.*

Hugo de S. Vict. li. 2. de sacr. p. 8. ca. 7. Vig. in su. c. 16. §. 3.

5 Sumptio, seu vsus Eucharistiæ, nec est Sacramentum, nec est pars illius. Probatur; quia per consecrationem conficitur Sacramentum Eucharistiæ, sed consecratio perfecta est ante vsum, & independenter ab illo: ergo, vnde sumptio Sacramenti est tantum applicatio Sacramẽti, seu conditio necessaria, vt Sacramentũ operetur; propria enim, & per se actio Sacramenti est internum, ac spirituale charitatis augmentum, ad hanc vero actionem necesse est vt homini applicetur, cumque Sacramentaliter contingat, hoc autẽ fit per manducationem, ergo, vnde denique, vsus seu sumptio Eucharistiæ non est Sacramẽtum ab alijs distinctum, quia non distinguitur ab Eucharistia; ergo non potest esse distinctum Sacramentum. *Tom. 3. disp. 42. sect. 4. §. Dicendum vero est, & sequenti.*

Theolo. in 4. dist. 8. vbi Capreolus, Soto, & Ledesma.

6 Eucharistiæ triplex datur definitio. 1. *Est species consecratæ Corpus, & Sanguinem Christi continentes.* 2. *Est Corpus, & Sanguis Christi. vt contenta sub speciebus consecratis.* 3. Denique, *est Sacramentalis cibus, & potus ex Corpore, & Sãguine Christi, & speciebus cõstans.* De quo vide. *Tom. 3. disp. 42. sect. 4. §. Dico ergo tertio.*

Datur triplex definitio Euch.

7 In Eucharistia, res tantum est effectus, res est Sacramẽtum, simul

simul est Corpus Christi quod est in ipsa materia, in quo differt ab aliis Sacramentis, deniq; Sacramentum tantum, si præcidatur, ita vt rē Sacramenti nullo modo includat, sunt solæ species sensibiles, sed hic præcisus conceptus non est de ratione Sacramenti, vt in Sacramento pœnitētiæ videre licet, vnde in præsenti Sacramentum tantum completum, & integrum dici potest Eucharistia, quatenus est panis cælestis, & perfectū ad cōpletum gratiæ spiritualis signum. *Tom. 3. disp. 44. sect. 2. §. Tertio constat.*

Caiet. 3. p. q. 73. art. 1. Bonau. dis. 8. 2. p. ar. 2. q. 2.

8 Hoc Sacramentum ita cōtinet Christum inuisibiliter sub specie visibili, vt simul sit signum eius, & representet ipsum, vel pro nobis crucifixum, vel prout in cælo existit, quatenus hoc Sacramentum pignus est gloriæ, vel prout vnitur corpori suo mistico: sicut ergo priori ratione hoc Sacramentum vere dicitur Corpus Christi, & veritas; ita posteriori ratione dici potest esse signū, & figura; nam hoc ipso quod Sacramentum est, sacrum signum esse necesse est vt notauit *Damas. lib. 4. de fide cap. 14. in multis verbis. Tom. 3. disp. 45. sect. 4. §. Secundo notandum est.*

Vide Damas. li. 4. de fide c. 14.

Ambr. li. 4. de Sacram. c. 5. S. Cypria. de Jerm. & Cœn. Dom.

9 Hoc Sacramentum perficitur per veram conuersionem, seu transubstantiationem panis, & vini in Corpus, & Sanguinē Christi, nec aliter fieri potest supposita Christi institutione, est de fide hæc cōclusio ab Apostolis edocta. Lege *Conc. Florent. & Trid. sess. 13. cap. 4.* Quæ conuersio conuenienter, & proprie transubstantiatio ab Ecclesia est appellata, vt confirmat idem Conc. loco cit. can. 4. *Tom. 3. dis. 50. sect. 1. §. Dico primo, & dico secundo.*

§. V.

Eucharistia quoad materiam.

1 MAteria Eucharistiæ nō est quoad maximum terminata, sed in quacumq; quantitate simpliciter loquendo, potest cōfici hoc Sacramentum. Rat. est: quia hæc materia est propter vsum, & hic vsus non est determinatus, sed potest maiorem, & minorem quantitatem requirere: ergo nec materia debuit esse determinata quoad terminū magnitudinis. *Tom. 3. q. 74. art. 2. §. Videtur D. Thom. in comment.*

2 Veritas Catholica est materiam simpliciter necessariam ad conficiendum Corpus Domini esse panem, vinum vero ad Sanguinem, q̄ colligitur ex facto Christi, *Math. 26.* Lege. *Cōc. Florent. in decret. Eug. Lateran. in cap. Firmiter. Trid sect. 13. 21. & 22. c. Marthæ de celebra. Miss.* Et alia quæ habentur *de consecrat. dist. 2.* Vide. *To. 3. disp. 43 sect. 1.*

Per

Per totam. Vbi inuenies autoritates plurimas valde scitu dignas in confirmationem.

D. Tho. in 4. dist. 8. q. 2. ar. 2.

Innocent. lib. 4. de mist. altar cap. 23.

3 Vna ex his materijs prius tempore consecratur quã alia, statim enim, ac sacerdos absoluit verba consecrationis panis, adest ibi Corpus Christi, antequam sanguis cõficiatur. Aperte colligitur ex consuetudine Ecclesiæ, statim enim, ac perficitur corporis consecratio proponitur populo adorandum, vt habetur *in c. Sane de celeb. Miss.* Tamen nullus ordo concomitantiæ, aut dependentiæ inter earum cõsecrationes de essentia Sacramenti est, quia panis cõsecratur prius tempore quam vinũ: ergo quacumq; ratione vna materia, sine alia consecretur, manebit materia consecrata, ergo non est necessaria connexio inter has duas cõsecrationes de essentia Sacramenti, quamuis sit necessaria necessitate præcepti, vt vna materia non conficiatur sine alia, vt habetur *in cap. Comperimus de consecr. dist. 2.* Et vsus Ecclesiæ satis confirmat, quod præceptum est diuinum, vt constat ex facto Christi cum verbis adiunctis; *Hoc facite in meam cõ memorationẽ.* Vide *Trid. sess. 22. c. 1. & sect. 22. cap. 1. Tom. 3. disp. 43. sect. 2. Per totam. sect. 3. §. Dico primo. & §. Tertio ex his concludo.*

4 Interdum accidere potest, vt sine vllo peccato in vna tantum specie conficiatur hoc Sacramentum, non propter dispensationem, vel interpretationem præcepti, sed propter impotentiam physicam, vel moralem implendi illud, quod per se patet, & ex inaduertentia præcipue; potest enim sacerdos non ponere vinum in calice, sed aquam, & ita potest accidere, vt consecret solam materiam panis: item si postquam sacerdos aduertat non esse vinum in calice, non reperiatur aliud vinũ. vel non possit quæri sine magno scandalo, &c. *Tom. 3. disp. 43. sec. 4. §. Dico ergo primo.*

5 Licet probabile sit, posse Pontificem ex publica, & communi causa, dispensare, vt sacerdos celebret sub vna tantum specie, vt tenent multi, & graues Doctores. Tamen tutius, & verius est non esse dispensabile. Ratio est: quia etiam si necessitatem alicuius regionis admittamus, tamen hoc Sacramentũ non est necessitatis, sed vtilitatis, & ideo simpliciter maius bonum Ecclesiæ est, vt ritus sacrificandi Deo in tota Ecclesia sit vnus, & idem perfectus integer, quã vt mutari possit, pro vnius, vel alterius prouinciæ vtilitate, vnde etiam per modum interpretationis, non potest Pontifex declarare licitũ esse aliquando per se conficere vnam speciem sine alia, cum non possit occurrere necessitas sufficiens ad talem interpretationem sicut nec hactenus occurrit. *Tom. 3. disp.*

3. disp. 43. sect. 4. §. *Dico ergo tertio, & §. Dico quarto.*

D. Tho. in 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. Soto dist. 9. q. 1. ar. 2. in sum. n. 8. Sylu. ver. Euch. 2.

6 Materia Eucharistiæ necesse est, vt habeat sensibilé præsentiam practice, & moraliter. Ratio est: quia illa pronomina *hoc, vel, hic,* ex vi suę significationis designant rem præsentē aliquo modo sensibus. *Tom. 3. disp. 43. sect. 5. §. Primum igitur omnium, & §. Tertio quæri potest.* Item requiritur, vt sit aliquo modo coram ministro, & non à tergo, quia aliter non potest designari pronomine, *hoc*, at vero nō est necesse, vt materia manibus tangatur, vt probat vsus Ecclesiæ, consecramus enim formulas super altare positas, quāuis in manibus non habeantur. *Ibidem. §. Prima ergo, & §. Sed quæres.* Denique requiritur, vt materia sit definita in particulari per intentionem consecrantis, ita omnes docent, quia actiones circa particularia versantur, vn de nisi in particulari definiatur materia, nihil est quod consecrari possit. *Tom. 3. disp. 43. sect. 6. per totam quam vide.*

Supponitur.

7 Panis factus ex legumi-nibus, vel ex fructibus, non est materia consecrationis, omnes conueniunt, quia non est panis simpliciter, sed secundum quid. *Tom. 3. disp. 44. sect. 1. §. Secundo suspondendum est.* Item massa cruda non est sufficiens materia, quia non est panis, nec cibus, nec alimentum hominum. *Ibidem. sect. 2. §. Dico secundo,*

8 Solus panis triticeus est sufficiens materia, ita vt in alio non perficiatur consecratio, quod sine temeritate non potest negari Conueniunt omnes, constat enim ex Concil. Florent. in decret. Eugen. dicente. *Materiam huius Sacramenti esse panum triticeum, & vinum de vite. Tom. 3. disp. 44. sect. 1. §. Dicendum vero est.* Secus dicendum de pane confecto ex alio grano, seu frumento, quando cō itat nō esse triticeum, vt hordeū millium, &c. vt patet ex vsu, & appellatione hominum; nunquā enim hæc grana vocantur triticum. *Ibidem. §. Ex hoc ergo principio.* Quid vero dicendum sit de pane confecto ex siligine, alicastro, spelta centeno, &c. Vide Doctorem. *Ibidem § Secundo sequitur, & sequentibus.* Quæ omitto, panis enim confectus ex similibus, aut est materia insufficiens, aut dubia, in qua non est in vsu consecrari.

D. Thom. in 4. cont. gēt. c. 69. & in 4. dist. 141. 7. art. 2.

9 Tam panis azimus, quam fermentatus sufficiet ad substantiā huius Sacramenti, est de fide *ex Conc. Florent. in Decret. Eug. & Trid. sess. 13. & ex c. Ad abolendam de heret.* Tamen Ecclesia Latina vsa est pane azimo, habet enim maiores rationes congruentiæ, q confirmat continua traditio, & Romanæ Ecclesiæ authoritas. At verò tam Græcis, quam Latinis licet, & tenentur Ecclesiæ suæ consuetudinem obseruare, vt est communis, & certa

Innocent. lib. distin. hoc mis. c. 3. Omnes scholast. in 4. dist. 11.

& certa opinio. *Tom. 3. disputatione. 44. sect. 3. §. Dico primo, & sequenti.*

10 De necessitate huius Sacramenti est, vt panis sit in farina triticea, & sola naturali aqua coagmentatus. Ratio est: quia panis communis & vsualis, quo vtuntur homines, vt sit veluti comes aliorum ciborum, solum fit ex materia triticea, & aqua naturali, & vtraque est æque necessaria, vt huiusmodi, panis coalescat, sed materia huius Sacramenti est panis triticeus, vt diximus in conclusione 8. ergo. Item requiritur vt panis sit solo calore ignis concoctus, omnes cõueniunt. Item necesse est, vt huiusmodi panis maneat in sua substantia, & natura sua perseueret, & quod farina non sit corrupta, si enim datur corruptio iam non est panis. *Tom. 3. dis. 44. sect. 2. Per totam.*

Angel. ver. Euch. 1. nu. 7. q. 2.

11 Potest in panis confectione misceri non nihil salis, alterius vero rei, aut farinæ, aut liquoris mistio illicita est, si tamen sit in parua quantitate non vitiat materiam. Ratio est: quia illa maior pars adiuncta contũtione, aut coctione, censetur aliam minorẽ trahere ad suam speciem, & ita conficitur mistio eiusdem rationis. *Tom. 3. disput. 44. sect. 1. §. Quarto sequitur.*

Vid. Bona uent. dist. 11. ar. 4. q 4. ad 3.

12 Panis male coctus, & digito quasi in massam redactus indecens materia est, in rigore tamen est sufficiens. Ratio est: quia nulla interuenit actio sufficiens ad corruptionem. *Tom. 3. disp. 44. sect. 2. §. Dico quarto.* Ité panis iam coctus, qui præ duritie comedi non potest, nisi mollis fiat aliquomodo, est materia sufficiens consecrationis, quia retinet panis substantiam, & per se manducabilis est. *Ibidem disp. 45. sect. 1. §. Vnde tertio.*

13 Materia huius Sacramẽti, sine qua sanguis confici non potest, est vinum vitis, cõstat ex facto Christi adiuncta Ecclesiæ traditione. At vero vt succus, seu liquor vuarum sit sufficiens materia requiritur vt sit maturus ex vuis expressus, atque in sua substantia permanens, quia hæc sunt necessaria vt sit vinum simpliciter; vnde agresta, sapa, & succus vuarum antequam exprimatur, non est materia sufficiens. Idem dicendum de vino amittente propriam speciẽ, quia non est vinum. *Tom. 3. disp. 45. sect. 1. §. Omissis erroribus, & seqq.*

Vide Cõc. Aurelianũ 4. c. 4. Missale Roman. in defectibus Missæ.

14 Item acetum non est materia huius Sacramenti; quia fit ex corruptione substantiali vini: secus dicendum de musto ex vuis maturis expresso, licet non sit conueniens, donec sit purum, & satis concoctum, iuxta *cap. Cum omne crimen de consecrat. dist. 2.* Quia in substantia est vinum. Item vinum acescens, siue acidum, quod non amisit formã substantialem, est materia huius sacramenti; licet grauiter

grauiter peccet in eo conficiens Sacramentum pro ratione dubij & irreuerentiæ. Debora, Hispane, Aguapis, & Lusitane Agua pe, iudicandum est de illa iuxta maiorē vel minorem expressionē Vuarum, & quantitatē aquę, ex quarum rerum mistione hic liquor sit semper tamen erit grave sacrilegium in hac materia conficere, propter dubium & irreuerentiā: quod idem dicendē de omni materia dubia ex quacunque causa. *To. 3. disp. 45. sect. 1. Per totam.*

Syl. verb. Euch. q. 10 Ang. ver. Miss. n. 23 Sot. d. 9. q. 1. ar. 5.

15 Vinum consecratū si congeletur, retinet consecrationem & Sanguinē Christi: quia reuera non est substātialiter corruptū. Item vinum congelatū si liquefiat potest consecrari, licèt consultius esset oppositū, vnde si in Missa Sacerdos inueniat vinum congelatū ante cōsecrationem, etiam post oblationem: optimum consilium erit mutare, & iterum offerre & cōsecrare. Tandem huiusmodi vinum congelatum, est sufficiens materia: quia est vinum vitis. Accidentarium est, quod sub illa forma nō possit potari. *Tom. 3. disp. 45. sec. 1. §. Solum dicendum & seqq.*

Ang. ver. Euch. nu. 27. Na. c. 21. n. 91.

16 Si Sacerdos putans se habere vnam hostiam, cōsecret, & postea inueniet duas, ambæ manebunt consecratæ; quia illa deceptio priuata non tollit intentionem debitam: Secus dicendum, si præcisè vellet minister consecrare hostiam, quam oculis videt, sed hoc nec fit, nec fieri debet. Imo si Sacerdos plures hostias attulerit intentione cōsecrandi: quarū postea in actuali consecratione fuit oblitus, & recordatur tantum illius, quā habet in manibus, manent omnes consecratæ, quia sufficit intentio virtualis. *Tom. 3. disp. 43. sect. 6. §. Sed objiciet.*

17 Sacerdos consecrans dimidiam partem hostiæ, si illam designat, verè consecrat, licet grauiter peccet. Ratio est: quia illa materia est certa, ac definita: secus dicendum si non designet, quia tunc non determinat materiā. Item non consecrabit, si velit conficere per partes proportionales, v. g. primum quartā partem, & non aliam: quia illa intētio est insufficiens, & repugnans. *To. 3. disp. 43. sect. 6. §. Secundo colligunt, & sequenti.*

Angel. Exech. 1. n. 26. Syl. ver. Euch. 2.

18 Panis consecrari potest in quacunque quantitate minima, quæ humanis sensibus objici potest. Est ferè omniū Theologorū. Ratio est: quia licet quātitas sit minima, panis tamē est verus Itē quia si potest objici sensibus, potest per formam designari, & potest esse signum sensibile: vnde si pars panis in toto existēs, si per se sola cōsecretur, confici potest in quacunq; minima quātitate, quæ sensibiliter designari possit. *Tom. 3. disp. 43. sect. 8. Per totam.*

D. Tho. 3. p. n. 73. ar 2. & in 4. d. 11. q. 2. ar. 1. q. 3.

19 Per se, & ex vi formę ac potestatis, quæ existit in minis-

Victor. in sum. n. 57.

stro, potest consecrari quæcunq; materia absque vllo termino magnitudinis. Ratio est: quia ex fide habemus dedisse Christũ Sacerdotibus potestatẽ consecrandi panẽ: & nulla auctoritate, traditione, aut alio principio, constat limitasse hanc potestatẽ ad certum terminum. Ergo. *Tom. 3. disp. 43. sect. 8. §. Dicendũ est ergo.* Tamẽ si magnitudo materiæ tãta esse fingatur, vt non possit tota simul fieri moraliter præsens, non poterit vnica forma consecrari: quia hęc præsentia est conditio necessaria, vt forma consecrationis locum habere possit. *Ibidem. §. Dico secundo.*

Sot. dist. 9. art. 2. Viger. ca. 26. §. 3.

20 Partes materiæ consecratæ possunt continuari non consecratis: quia per consecrationẽ non fit: alia immutatio in accidentibus, nisi quod separentur à subiecto, & per se existãt, ex qua non sequitur necessario discontinuatio, nec Corpus Christi de se magis illã continuationẽ impedit, quam si substantia panis adesset *Tom. 3. disp. 43. sect. 7. §. Dico ergo secundo, & sequenti.*

21 Mistio aquæ non est ita de necessitate Sacramenti, quin si aliquis tentet consecrare in solo vino, vere conficiat. Est certa & communis Theolog. & colligitur ex *Conc. Trid. sess. 13.* Nihilominus tamen fuit conuenięs illam misceri vino ante consecrationem: quod est de fide, vt constat ex multis Concilijs, præcipue Trid. & vsu & traditione Ecclesiæ, quæ mistio non solum est conueniens, sed necessitate pręcepti humani, vt tenet cõmunis Theolog. opinio, & cõfirmat Conc. Trid. loco cit. Vide etiam *c. Cum Marthæ. de celeb. Miss. & cap. Cum omne crimen. dist. 2. de consecrat. To. 3. dis. 45. sect. per totam.* Quod præceptum manauit à tempore Apostolorum, licet Alexander I. priu scriptum tradiderit, vt verior tenet sentẽtia. & ante ipsum traditione, & vsu habebatur: *Ibidem. §. ecundum dubium.* Vbi videri possunt plures congruentiæ huius mistionis valde scitu dignæ.

Omnes Theol. cũ Mag. in 4. d. 11. Innocent. lib. 4. cap. 32. Sot. d. 9. q. 1. art. 6.

22 Mistio aquæ in vino in nulla necessitate sine dispẽsatione omitti potest: quia res est grauior multo, quam consecrare cũ vestibus sacris. At verò dispensatio vix potest accidere, licet simpliciter non sit impossibilis Papæ, vt probabilius est. Ratio est: quia hęc mistio est res facillima, & quæ vbiq; semper sine inconuenienti fieri potest. *Tom. 4. disp. 45. sec. 2. §. Nihilominus cõtraria.*

23 Aqua miscenda in vino debet esse naturalis seu elementaris, vt obseruat Ecclesiæ traditio, & consuetudo. Et in minore quantitate, quam vinum, vt constat ex Concilio Florentino dicente miscendum esse paululum aquæ, & aquam modicissimam; vnde multo minor quãtitas requiritur, vt obtinet Ecclesiæ consuetudo. *To. 3. disp. 45. sec 3. §. Quatuor inquiri, & sequenti.*

D. Tho. q. 74. ar. 7. ad 3. & omnes Theologi in 4. d. 11.

24 Qui

24 Qui miſcet paruam quãtitatem aquæ nõ naturalis cum naturali, licet Sacramentũ conficiat, peccat graviter contra præceptum negatiuum nõ miſcendi aliquid in materiis Sacramentorum præter Chriſti inſtitutionem, & Eccleſiæ conſuetudinem. *Tom.3.diſp.45.ſect.3.§. Primum igitur certum eſt.*

25 Miſtio aquæ debet fieri in ipſo ſacrificio Miſſæ ante cõſecrationem. Ita obſeruat vniuerſalis Eccleſiæ vſus: & graviter peccaret, qui voluntariè hoc omitteret in initio Miſſæ, vel poſt Euangelium ante oblationem: & ſi tunc ob negligẽtiam mittatur, ſtatim adhibenda dũmodo non ſit facta conſecratio. *Tom.3.diſp.45.ſect.3. §. Tertio quoad tempus.*

D. Thom. q.74. art. 8. ad 3. Syl. verb. Eucha. 1.

26 Miſtionẽ aquæ in Miſſis priuatis debet facere ſolus ſacerdos: quia ſolus ipſe Chriſtum repræſentat, qui ſuo ſanguine redemit. In Miſſis vero ſolemnibus Subdiaconus infundit aquam à Sacerdote benedictam in calicem, vt tenet Miſſale Romanum. Obſeruet tamen vnuſquiſque conſuetudinem ſui Epiſcopatus, vel quod tenuerit vſus fieri ſine culpa. *Tom.3. diſp.45. ſect.3. §.Circa quartum.*

Lege Miſſale Rom.

27 Aqua non conuertitur in ſanguinem, niſi prius in vinum trãſmutetur, vt annuit Catechiſmus Pij V. Et eſt opinio omniũ ſcriptorum. Nota primo, quod ſi poſt conſecrationem contingat ſpecies conſecratas corrumpere aquam, illam conuerti in ſolum vinum, & non in ſanguinem Chriſti: quia hæc conuerſio non fit niſi per formam, quæ iam habuit totũ ſuum effectum: ſpecies autem conſecratæ virtutem habent ad generãdum vinum, ac ſi ſubſtãtia adeſſet. Nota ſecundo, quod ſi contingat aquam cõuerti in vinum, in eodem momẽto in quo perficitur forma conſecrationis, & conuertitur vinum in ſanguinem, in eo caſu aqua cõuertitur in vinum, & non in ſanguinem: quia aqua nõ poteſt immediatè tranſire in ſanguinẽ: in eo autem caſu nec immediate poſſet, quia in eodẽ momẽto nõ poteſt fieri duplex conuerſio. Deniq; nota, q̃ ſi cõtingat cõuerſionẽ aquæ in vinũ fieri ante finitã formam, tamen poſt illam inchoatam, & poſt dictũ pronomẽ, *hic*, nõ cõuertitur in ſanguinẽ: quia vt cõſecratio fiat, oportet materiã eſſe præſentẽ, quãdo illo pronomine deſignatur: ergo multo magis requiritur, vt iã exiſtat. *To.3.diſ.45.ſe.4.§.Nihilominus dicẽdũ, & ſeqq.*

D. Tho.q. 74.ar.8. Inno.li.4. de hoc myſter. c.32.

28 Abſque diſpenſatione Pontificis, etiamſi quæuis cauſa grauiſsima interueniat, formaliter, & directe nunquã licet ſacerdoti conficere vnam ſpeciem ſine alia. Ratio eſt: quia hæc res eſt grauiſsima, & ad debitum Dei cultum, & Sacramẽti reuerentiam ſpectans: & ideo non eſt facile immutãda, cum maio-

ris momenti sit reuerentia huius Sacramenti: quam indigentia personę particularis, aut causæ publicæ. *Tom. 3. disp. 43. sect. 4. §. Dico secundo.*

§. VI.

Eucharistia quoad formam.

1 HOc Sacramentũ solis verbis à Sacerdote prolatis cõficitur, ita vt verba in omni proprietate & rigore sumpta, sint ad hũc effectum necessaria: est definitio Conc. Flor. & traditio antiqua Sanctorum Patrum: quæ verba sunt certa & prescripta. Est de fide ex eodem Conc. Flor. & indicatur etiam *in Trid. sess. 13. Tom. 3. disp. 58. sect. 3. §. Dicẽdum verò est, & sequenti.*

Vide Irenæũ lib. 5. cap. 2. Hiero. epi. 1. ad Heliod.

2 Verba sufficientia, & necessaria ad hoc Sacramẽtũ sunt illa, quibus illud Christus confecit. ſſ. *Hoc est enim Corpus meum.* Est de fide *ex Conc. Flor. Trident. sess. 13. c. 3. & cap. Cũ Marthæ de celebrat. Miss.* Vnde totum Canon. nec omnia verba, nec orationes in Missa prolatæ ante, & post verba quibus Christus consecrauit, non sunt simpliciter necessaria, siue sint verba Ecclesiæ, illa *Communicantes, & numerum venerantes, &c.* siue Euangelistarum. Vt illa, *Simili modo post quã cænatum est. &c.* cum Ecclesia nihil possit instituere necessarium. *Tom. 3. disp. 58. sect. 3. §. Dico tertio, & seqq.*

Dion. c. 3. Eccle. Hierarch. Clemẽt. li. 8. cõsti. c. 12. & 17.

3 Forma huius Sacramenti non est deprecatiua. Ratio est: quia in eo speciali modo operatur minister in persona Christi, & vtitur verbis eius repræsentãs illum. Item quia aliàs valde ambigua, & indeterminata esset hæc forma, & efficacia eius. *To. 3 disp. 58. se. 3. §. Cæterũ hęc Græcorũ*

4 Hæc forma melius significatur in facto esse, quam in fieri: quia nõ debuit significari, vt in fieri, sed vt iam facta, quoniam fit in instanti: & non prius fit quã sit facta. Quod intellige de ordine temporis, & non naturę: & nõ est sic de alijs: quia solum hæc forma cadit in rem permanentem, & eam consecrat cõsecratione durabili, & permanente. *Tom. 3. q. 78. art. 2. §. Declarat D. Tho. in comment.*

5 Verba antecedentia illud pronomẽ *hoc*, etiã si sint à Christo prolata, non sunt de necessitate huius Sacramenti, vt est cõmunis Theo. sententia. Idem dicendũ de subsequentibus illud verbum *meum*, est de fide ex vsu Ecclesię Romanę & cõstat *ex c. Ad abolendã. de haret.* Denique nec particula *enim*, est de essentia: quia licet dicta fuerit à Christo Domino, iuxta *Cõc. Trid. sess. 22. c. 4. & can. 6. & c. Cum Marthæ de celebra. Miss.* Tamen cum Euangelistæ, & Paulus illam prætermiserint, non est tenue indicium non esse necessariam.

Chrysost. homil. de Proditione Iudæ. Damas. li. 4. c. 14.

Tamen

Tamen eam omittens peccabit mortaliter si adsit contẽptus, v. g. si sciens & aduertẽs illa, prætermitteret, vnde sola illa quatuor verba, *Hoc est Corpus meum*, sunt de essentia formę huius Sacramenti, ita vt si quis illa sola cum debita intẽtione proferat, supra debitam materiam, sine dubio perficiet Sacramentum, licet peccet ex alio cap. *Tom. 3. disp. 59. sect. 1. Per totam.*

6 Quamuis sacerdos referat ac recitet, quod Christus dixerit, vt colligitur ex ipso cõtextu canonis. *Benedixit, fregit, deditque discipulis suis dicens, &c.* Tamen verba consecrationis, non tantũ recitando, sed formaliter etiam significando proferuntur à sacerdote, est communis sentẽtia, quia si verba non proferrentur formaliter non applicarentur ad materiam præsentem, & ita non perficeretur Sacramentum, quæ significatio formalis, est de necessitate Sacramenti. *Tom. 3. dis. 58. sect. 4. Per totam.* *Alens. 4. p. q. 33. mẽb. 3. ar 2. §. 1.*

7 Sacerdos in hoc Sacramẽto profert formam in persona Christi; in alijs vero minime: quia in hoc Sacramento ministet, ita profert verba quæ Christus protulit, vt illud ipsum, tantum significet, quod Christus significauit; in alijs vero profert verba tanquam proprio significans actionem propriam, quam ipse exercet. *Tomo. 3. quæst. 78. artic. 1. §. Addit deinde in commentar.*

8 Verba formæ, vt probabilius est, proprie per se, ac physice concurrunt ad hũc consecrationis effectũ: quia si in alijs Sacramẽtis verba sunt operatiua, cur nõ in hoc, quod est omniũ maximũ, ac nobilissimum? item physice efficiunt Corpus Christi, seu præsentiã eius in hoc Sacramento. Ratio est: quia verba efficiũt totum, quod significant, significant autẽ præsentiam Corporis Christi, ergo, &c. *Tom. 3. disp. 61. sect. 1. Per totam.* Quamuis probabile sit verba virtute sua efficere consecrationem, & conuersionem. *Ibidem. §. Dico primo.* *D. Tho. q. 78. art. 6. Conc. Florent. & Trid. sess. 13. c. 13.*

9 Verba effectiue expellunt substantiam panis: quia verba efficiunt conuersionem, sed conuersio includit vtriusq; termini mutationẽ, & transitum ab vno in aliũ: ergo, non per aliã actionẽ, nisi per illam, per quam talia accidentia, per se constituuntur; illa enim est sufficiens, vt late probat noster Doctor. *Tom. 3. disp. 61. sect. 2. Per totam.* *Albert. in 4. dist. 8. cum alijs.*

10 Quamuis hæc virtus effectiua formaliter sit in verbis; radicaliter tamen residet in ministro, quia ipse est, qui operatur per verba, tum etiam, quia ab intentione eius pendet virtus verborum. *Tom. 3. disp. 61. sect. 5. Per totam.*

11 Vt verba formæ sunt efficacia, requiritur, vt à sacerdote consecrato, & rite ordinato proferantur; est de fide, & constat ex vsu, & traditione Ecclesiæ, &

Conciliorũ consensu, præcipue *Nicen. 1. cap. 14. Lateran. in cap. Firmiter in decreto Eugenij. Trid. sess. 22. & 24.* quod intellige, etiam interueniente quacunque necessitate: quia Concilia non tantum definiunt sacerdotem, vt ministrum ordinarium, sed vt necessarium: tamen non requiritur, vt proferantur ab homine sancto, aut fideli, sed tantum habente sacerdotalem characterem, & debitam intentionem, reliquæ enim conditiones accidentariæ sunt, & characterem sacerdotalem non delent, est enim indelebilis *ex Conc. Trident. sess. 7. de fide. Tom. 3. disp. 61. sect. 3. Per totam.*

12 Aliud est aliquid poni in Sacramento ex vi verborum: aliud verò poni per efficientiã verborum: hæc enim latius patet, quam illud: nam ex vi verborum solum dicitur esse illud, quod præcise necessarium est ad veritatem verborũ: per efficientiam autẽ, est omne illud, quod à parte rei identicè coniunctũ est cum veritate verborum, seu cum eo, quod ad illa est necessariũ. *Tom. 3. disp. 48. sect. 4. §. Quartum argumentum.*

D. Tho. 3. p. q. 81. ar. 2. ad 3.

D. Tho. q. 78. art. 1. & in 4. d. 8. q. 2. ar. 1. quæst. 4. ad primũ Anton. 3. tit. 13. c. 5. §. 4.

13 Quãuis probabile sit pronomen *hoc*, Corpus Christi demõstrare, prout est sub accidẽti bꝰ panis in termino prolationis verborũ. Tamen probabilius est illo pronomine formaliter ac per se primo designari aliquid commune substantiæ panis, ac Corpori Christi (inquam) non secundũ rem, sed secundum rationem, seu denominationẽ, nimirum, sub ratione cõtenti, sub his accidentibus: ita, vt sensus sit id, q̃ sub his accidentibus cõtinetur, *est corpus meũ.* Quia iuxta hanc explicationẽ, & veritas illius propositionis est facillima & accommodatissima propriæ significationi verborum, & valde apta ad explicandum cõuersionem, quæ per hæc verba significatur, & efficitur, quod latè probat noster Doctor. *Tom. 3. disp. 58 sect. 7. Per totam.*

14 Si aliquis loco pronominis *hoc*, ponat, *illud*, vel *hic*, aduerbiũ locale, nihil efficiet: quia pronomen, *illud*, ex vi suæ significationis non demonstrat materiam præsentem, tũ etiam, quia aduerbiũ, *hic*, facit, vt forma nõ significet conuersionẽ substantialẽ. Secus dicẽdum, si ponatur in loco pronominis *hoc*, *istud*, quia interdum vsurpatur ad demonstrandum rem præsentem, vt constat ex vsu linguæ Latinæ. Idem de pronomine *hic*, si vt tale ponatur, v.g. vt pronomen, vt probabilius iudicat noster Doctor: quia potest substãtialiter sumi. Idem dicendũ, si loco pronominis, *hoc*, ponatur, *ecce*, vt probabile est: quia æquiualet pronomini, & verbo. *Tom. 3. disp. 59. sect. 2. §. Vnde infero, & seq.*

15 Aptissime positum est in hac forma verbum substantiuũ, *est*, nullum enim aliud poterat poni

poni salua proprietate, ac veritate verborum, vt discurrenti patebit: vnde si verbum *est*, mutetur in quodcunque aliud, graue peccatum esset: quia res est grauis valde, & nihil efficiet, quia variatur sensus substantialis formæ. *Tom. 3. disp. 59. sect. 2. §. Dico secundo.*

16 In forma Eucharistiæ recte positum est nomen *corpus*, quia ad representandã passionẽ voluit Christus Corpus, & sanguinẽ seorsum consecrare: vnde si mutetur nomen *corpus*, in nomẽ *carnis*, erit mutatio substantialis quia in rigore illæ voces non sunt synonymæ, ergo ex vi verborũ non reddunt eundem sensum. Itẽ erit mutatio substantialis si dicat aliquis, *hæc est substantia mea*, quia terminus ille non significat id, q̃ virtute verborũ conficitur. *Tom. 3. disp. 59. sect. 2. §. Dico tertio, & sequenti.*

17 Particula illa *meum*, quæ est determinatio prædicati, aptissimè adiuncta est: quia non potuit prædicatum illud *corpus*, indeterminatum relinqui. Aliàs neque ex vi verborum fieret præsentia Corporis Christi, neque alia conuersio. Si autem sacerdos dicat, *hoc est Corpus Christi*, grauissime peccat mutando verba Christi, & non est sufficiens forma: quia licet iudicetur eandem rem significare: tamen in modo significationis longè est diuersa. *Tom. 3. disp. 59. sect. 2. §. Dico quarto.*

18 Forma cõsecrationis Calicis sunt illa veba Canonis: *Hic est enim Calix Sanguinis mei, noui, & æterni testamenti mysterium fidei qui pro vobis, & pro multis effundetur. &c.* sola vero illa: *Hic est Calix Sãguinis mei*, vel æquiualentia, sunt de essentia, & de substatia formæ: cætera vero subsequentia. ſſ. *noui & æterni testamenti, &c.* sunt de præcepto Ecclesiastico, præsertim in Ecclesia Latina, & est communis Doctorum sententia. *Tom. 3. disp. 60. sect. 1. Per totam.* *Est de fide*

19 De pronomine *hic*, & *mei*, idem iudicium est ferendũ, quod de pronomine *hoc*, & *meũ*, in forma Corporis Christi, de quo egimus supra cõclusione 13. & sequentibus. Certũ tamen est loco horum verborum, *Calix Sanguinis*, posse poni verbum tãtum *Sanguis*, sicut Matthæus, & Marcus dixeunrt: quia in his verbis sufficienter significatur conuersio vini in Sãguinẽ Christi. Cur autem Ecclesia Latina vtatur pronomine *Calix*, præter missis verbis Matthei & Marci, quæ clariora erant. Sufficiat Ecclesiæ Romanæ authoritas, vt credam conuenientissime fuisse vti his verbis: deinde, quia Paulus, & Lucas nomen *Calix*, posuerunt, & verisimile est Petrum illa Romanæ Ecclesiæ tradidisse. *Tom. 3. disp. 60. sect. 2. §. Diximus, & sequenti.* *Vide D. Tho. q. 78 ar. 3. & in 4. d. 8. Anton. 3. par. tit. 15. c. 5. §. 4.*

20 In Ecclesia Latina graue peccatum est mutare verba

Hic est Calix, &c. in hæc, *Hic est sanguis meus*, propter Ecclesiæ consuetudinem, & traditionem: quamuis nulla sit substantialis mutatio. Vbi autem fuerit consuetudo vtendi illis, verbi gratia, *Hic est sanguis meus*, nulla erit culpa. Vtrũ autem Christus vsus fuit vno, vel alio modo? non constat: quia in Scriptura vtraque habetur. Denique si aliquis dicat, vt Lucas, *Hic est Calix nouum testamentũ in meo sanguine*, vel vt Paulus, *Hic Calix nouum testamentum in meo sanguine*. Mutatio non est substantialis, vt verius iudicat noster Doctor: quia est forma posita à Luca, & Paulo, & verisimilius est vnumquemque Euangelistam retulisse ritum essentialem. *Tom. 3. disp. 60 sect. 2. §. Sed quæres, & sequenti.*

21 Omnia verba prolata ab Ecclesia in consecratione calicis fuerunt etiam prolata prius à Christo Domino, quod est certum. An verò dicta fuerint eo ordine, quo in canone proferuntur, non est certum: quia nec scriptum, nec traditum est. *Tom. 5. disp 60. sect. 3. §. Dicendum verò est.*

Omnes Theologi in 4. d. 8.

22 Omnia verba prolata in consecratione Calicis, conuenienter sunt coniuncta in forma, vt approbat Ecclesiæ vsus omnia enim illa verba sunt Christi Domini, & magis explicant effectum, dignitatem, & excellentiam huius Sacramenti, & sacrificij: vt colligitur ex explicatione singulorum verborum, quam doctissimè (vt solet affert Doctor noster: quã curioso videndam committo. *Tom. 3. disp. 60. sect. 3. per totam, & disp. 58. sect. 4 §. Dico tertio, & sæpe alibi.* Tandem si velis explicationem illorum verborum. *Accipite, & manducate, hoc est enim Corpus meum*, & quid singula significent, consule Doctorem nostrum, & reperies multa quidẽ scitu digna mysteria: mihi enim desunt verba, quibus tibi possem manifestare tanta breuiter, quanta noster Doctor affert, quę ratione breuitatis omitto. *Tom. 3. disp. 46 sect. 3. per totam, quam vide.*

§. VII.

Eucharistia quoad necessitatem.

1 HOC Sacramentum solum fuit necessariũ ad melius esse: fuit enim post Incarnationis mysterium accomodatissimum medium ad fructum ipsius Incarnationis, Passionis, & mortis Christi percipiendum. *Tom. 3. disp. 40. §. Disputatio hæc, ante primam sectionem.*

2 Hoc Sacramentum, nec parvulis, nec adultis, est necessarium ad primã gratiam obtinendam, vt colligitur ex Concilio Florentino, & Tridentino, tri-

D. Thom. lec. 7. sup. 6. c. Ioan. & 3. p. q. 80.

tribuentibus effectum remissionis peccati, & primæ gratiæ solis sacramentis Baptismi, & Pœnitentiæ: ergo nullum aliud habet tale effectum. *Tom. 3. disp. 40 sect. 1. §. Dico secundo.*

3 Realis susceptio huius Sacramenti non est medium simpliciter necessarium, ad perseuerandum in gratia, vel obtinendam beatitudinem. Est de fide, vt colligitur apertè *ex Concil. Trident. sess. 21. cap. & can. 4.* Confirmant etiam illa verba *Matth. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. To. 3. d sp. 40. sect. 2. §. In hac re dicendum.*

Aug. epis. 23. & lib. 1. de pecc. merit cap. 20.

4 Sacramentum Eucharistiæ non est paruulis medium necessarium, ad perseuerandum in gratia vsque ad finem, neque in re, neque in voto propriè susceptum: quod non obscurè colligitur ex *Trid. sess. 21. cap. & can. 4.* dicente: *Si quis dixerit paruulis antequam ad annos discretionis peruenerint, necessariam esse Eucharistiæ communionem, anathema sit. Tom. 3. disput. 40. sect. 2. §. Dico secundo.*

Caiet. 3 p. q. 80. art. 12. & alij

5 Eucharistia in re, aut in voto proprio, non est medium necessarium adultis ad perseuerandum in gratia, ad consequēdam gloriam. Est *D. Thom. 3. p. quæst. 65. art. 4.* vbi ait: tria tantum Sacramenta esse necessaria necessitate finis, scilicet Baptismum absolutè, pœnitentiā supposito peccato post Baptismū, ordinem respectu corporis Ecclesiæ: de reliquis vero negat. Tamen huiusmodi Sacramentum quodammodo moraliter dici potest necessarium ad perseuerādum in gratia, id est, valde vtile & efficax, adeò, vt dicere possimus, eum, qui voluntariè diu abstinet ab huius Sacramēti perceptione, vix posse moraliter dici perseuerare in gratia sine nouo peccato mortali, vt ait idem D. Thom. loco cita. *Tom. 3. disp 40. sect. 2. §. Dico ergo tertio, & §. Dico quarto.*

D. Tho. in 4. d. 9. q. 1. ar. 1. q. 2. Sot. dist. 8. art. 3. & d. 12. q. 1. art. 11.

6 Quando *D. Thom. 3. p q. 79 art. 1. in solut. ad primum,* dicit hoc Sacramentum conferre primam gratiam, intelligendus est ratione rei contentæ, & inclusæ, nam hoc Sacramentum est Corpus Christi, ideo quæ conueniūt Corpori Christi, dicuntur de hoc Sacramento. Non tamē ratione propriæ institutionis, nec ratione vsus sacramētalis eius. *Tom. 3. disp. 79 art. 1. In solutione ad primum in comment.*

7 Ratio propria ob quam hoc Sacramentum, quantuis sit perfectissimum, non est mediū simpliciter necessarium ad salutem, est: nam quo est nobilius, eo magis accedit ad rationem finis, cuius natura est, vt habeatur in intentione, & deficit à ratione medij necessarij. *Tom. 3. disp. 40. sect. 2. §. Sed quaret aliquis.*

§. VIII.

Euchariſtia quoad miniſtrum.

1 PRimum ius, ſeu ordinaria poteſtas, & autoritas diſpenſandi hoc Sacramẽtum eſt penes ſacerdotes ex diuino iure, colligitur *ex Cõc. Trid. ſeſſ. 13. cap. 8.* Qui ſacerdotes ſecundum praxim Eccleſiæ poſſunt ſoli Diacono committere diſpenſationem talis Sacramenti in caſu neceſſitatis, ita ſentiunt Sumiſtæ *verb. Euchariſtia, & verb. Communio. Tom. 3. diſ. 72. ſe. 1. §. Dico primo, & ſeqq.*

D. Thom. q. 80. art. 3. & in 4. diſt. 13. q. 1. art. 3.

2 In caſu grauis neceſsitatis communicãdi infirmum, ſi nullus adeſt ſacerdos, poteſt Diaconus illud diſpẽſare; quia tũc præſumitur voluntas interpretatiua paſtoris. Idem dicendum de Diacono præſente parocho, & nolente ex malitia licentiam dare, quia præſentia ſacerdotis ſua poteſtate abutentis, ac ſi nulla eſſet reputanda eſt, & recurrendum eſt ad alium ſuperiorem. Idem dicendum denique de laico, quia nec iure diuino, nec Eccleſiaſtico cauetur. *Tom. 3. diſp. 72. ſect. 1. §. Difficultas vero, & ſeqq.*

3 Præter poteſtatem ordinis requiritur ordinaria, ſeu delegata, vt licita ſit diſpenſatio ſacramenti. Eſt certa hæc concluſio, & ab omnibus recepta; vnde non eſt liberum cuilibet ſacerdoti hoc ſacramentum miniſtrare, ſed ſolum habẽti iuriſdictionẽ reſpectu eius, cui illud adminiſtrat, & eſt iuriſdictio ordinaria, aut habenti facultatem ab eo, qui talem iuriſdictionem habet, & eſt delegata. *To. 3. diſp. 72. ſect. 2. § In præcedente ſectione, & §. Secundo dicendum.*

4 Qui adminiſtrat hoc ſacramentum ſine iuriſdictione, aut debita licentia, peccat mortaliter. Rat. eſt: quia vſurpat in re graui ius alienũ: & religioſus ad miniſtrãs clericis, aut laicis hoc ſacramentũ ſine licentia paſtoris, incurrit excommunicationẽ ipſo iure Papæ reſeruatã, ſi tranſgreſsio ex præſumptione, & nõ ex ignorãtia fiat iuxta Clemẽt. Religioſi, de priuileg. *Tom. 3. diſ. 72. ſect. 2. §. Hinc ſequitur, & ſeq.*

Vid. Nau. cap. 21. n. 52. Sylueſ. verbo excommu. 7. excom. 14.

5 Poteſtas adminiſtrandi ſacramentum pœnitẽtiæ, non infert facultatem adminiſtrandi Euchariſtiã; nec è conuerſo. Ratio eſt: quia hi actus ſunt diuerſi, & ſeparabiles, & ſimiliter poteſtas ad vtrumq; requiſita, vt per ſe eſt euidens; ergo cõceſſa vna, non conceditur alia. *Tom. 3. diſ. 72. ſect. 2. §. Addo tamen.*

6 Deficiente parocho quilibet ſacerdos, etiam religioſus poteſt miniſtrare hoc ſacramentum in articulo mortis. Ratio eſt: quia hoc eſt valde conſentaneum iuri naturali, quo tenemur, & tenetur Eccleſia proximis ſubuenire, præſertim in neceſsitatibus ſpiritualibus, & quã-

Archidia. verbo excõmu. c. 5. caſu 12. num. 5.

uis

uis necessitas huius Sacramenti non sit extrema, est tamen valde grauis. Tamen in aliis necessitatibus excepto articulo mortis, nemo potest illud ministrare, nisi delegatus à parocho, vt constat: ratio enim data non procedit extra articulum mortis. *Tom. 3 disp. 72. sect. 7. §. Sed quæres an deficiente.*

Paulus 3. in priuilegys Societatis Iesu, cõcessis in Bulla anni 1594.

7 Religiosi Mendicantes habentes priuilegia dispensandi hoc sacramentum, possunt illud ministrare quolibet anni die, excepta communione Paschali, vt constat ex suis priuilegiis, itē excepta communione per modum viatici, quia est tantum reseruata Parocho. Ratio autem ob quam hoc potius fecerit Ecclesia in præcepto communionis, quam confessionis, est, quia sacramentū confessionis est magis necessarium, & quandam habet difficultatem ex parte ministri, & ideo opportuit maiora priuilegia circa illud concedere. *Tom. 3. disp. 72. sect. 2. §. Censeo igitur, & seqq.*

8 Munus administrandi Eucharistiam nullus Diacono inferior obire potest, ita suadet consuetudo Ecclesiæ; nunquam enim legimus hoc Sacramētum fuisse ministratum per Subdiaconos, nec dum per inferiores, maxime laicos, quibus etiam sacra vasa tāgere prohibitum est, ergo multo magis Eucharistiā. Excipiendus tamen casus extremæ necessitatis, ne proximus sine viatico moriatur, quia tunc non est ex natura rei malum, vel contra reuerentiam sacramenti, vt à laico, v.g. ministretur, itē quia nec iure diuino, nec Ecclesiastico prohibetur, nullū enim extat, vt iam constat ex conclusione 2. & sequenti constabit. *Tom. 3. disp. 72. sect. 1. §. Vltimo dicendum.*

9 Aliquando ex vi idemtitatis, & distinctionis personarum, non est necesse distingui personam dantem à sumente hoc Sacramentum, etiam extra sacrificiū, nam de sacerdote sacrificante certa fides est non distingui, vt definit *Trid. sess. 13. can. 10.* Quia nulla est prohibitio ratione idemtitatis, licet ex vi iuris dispensandi aliud sit, vnde æger sacerdos, si non adsit nisi Diaconus, qui Sacramentum deferat, debet proprijs manibus se communicare. Imo idē potest laicus in mortis articulo, non habens sacerdotem, quia ex institutione præcise non sequitur contrarium, nec ostendi potest ius diuinum positiuum prohibens, exemplū præ manibus habemus in nostra ætate Reginæ Scotiæ, quæ ante martyriū prius Sacramentum, quod apud se habebat proprijs manibus sumpsit cum summa omnium laude, & quamuis fortasse amplā haberet circa hoc Pontificis concessionem, tamen etiam sine illa pie, & sancte fecisset. *Tom. 3. disp. 72. sect. 3. §. Tertio principaliter.*

Cõc. Trid. sess. 13. can. 10.

10 Duo

Est certũ. 10 Duo ministri diuidentes formam, vt causæ partiales, nullus consecrat. Ratio est: quia neuter profert formã: secus dicẽndum de diuidentibus materiam, designantibus certam partem hostiæ, quia vnusquisque suam consecrationem perficit. *Tom. 3. disp. 6. sect. 4. §. Prior pars definire.*

11 Duo sacerdotes super eandem materiam, & cum debita intentione proferentes formam, qui prius eam absoluerit, consecrat, item si simul vterq; cõsecrat per duas actiones totales in eodem temporis instanti absoluens formam, vterque efficit Sacramentum. 1. pars probatur: quia integra forma cõsecrandi cadens super debitam materiam, cum primum perficitur, constituit, seu conficit Sacramentum: ergo forma postea superueniens nihil potest efficere. 2. vt patet: quia si vtraque forma profertur à debito ministro cum debita intentione super debitam materiam, vel vtraq; efficit, vel neutra; quia nõ datur maior ratio de vna, quã de alia, neutra autem nõ potest dici, quia concurrunt omnia essentialia: ergo vtraque efficit. *Tom. 3. disp. 61. sect. 3. §. Dico secundo, & seqq.*

12 Minister huius Sacramẽti simpliciter, & absolute tenetur de iure naturali, ac diuino, non dare illud homini existenti in peccato mortali. Ratio est: quia tenetur non dare sanctum canibus, quod præceptum obligat, quando potest cõmode, & sine inconuenienti, tunc enim obligat lex diuina, & multo minus licet ministro peccatores inuitare, quia non solum esset cooperari, sed etiam inducere ad malum, quod præceptum licet videatur negatiuum, tamen reducitur ad affirmatiuam prudenter, & fideliter dispensandi hoc Sacramentum. *Tom. 3. disp. 67. sect. 1. §. Respondetur certum, & seqq.* *Bonauent. dist. 9. ar. 2. q. 5.* *Ant. 3. p. tit. 14. c. 12.* *Nau. in sum. c. 11. n. 5.*

13 Sacerdos, vel Diaconus, se ipsum cõmunicans, non satisfacit in confessione dicendo dispensasse Sacramentũ in peccato mortali, vt per se est notũ, nec etiam sufficiet dicere communicasse in peccato mortali, quia non explicatur tota materia, sed oportet dicere, vel celebrasse in peccato mortali, sic enim includit totum, vel si extra sacrificium se ipsum cõmunicauit, oportebit illud explicare. *Tom. 3. disp. 67. sect. 1. §. Nihilominum dicendum.*

14 Tenetur sacerdos publicos peccatores, vt vsurarios, meritrices, &c. ad communionem non admittere publice, nisi præcesserit pœnitentia publica. Conueniunt omnes iuxta *cap. Multi 2. quæst. 1. & cap. Tua nos. & cap. Quæsitũ de cohabit. Cleric. & mulier.* Vt vero admittas eos occulte sufficiet occulta penitentia, quia tunc iam coram Deo sunt *Vid. Chry. hom. 83. in Math.*

sunt dispositi, & apud homines non egent maiori satisfactione, quam ad tollendum scãdalum. *Tom. 3. disp. 67. sect. 2. Per totam.*

15 Sacerdos tenetur negare communionẽ peccatori occulto, occulte petenti, ita sentiunt omnes iuxta *cap. Si tamen 6. q. 2. Tom. 3. disp. 67. sect. 3. §. Respondetur.* Secus dicendum si publice petat, peccabit enim graviter illud denegando, quia est illum infamare, quod est intrinsece malum, vt colligitur *ex Conc. Valens. 1. cap. 8. Concil. African. cap. 99. & 100. quæ habentur in cap. Si tantum, & cap. Placuit. 6. quæst. 2. Ibidem sect. 4. §. Respondetur non posse.*

Alens. 4. p. q. 49. memb. 5. Vict. in Sum. n. 80

16 Vt Sacramẽtũ negari possit peccatori satis est, quod eius peccatũ sit publicũ respectiuè, quamuis alias respectu aliarum actionum, sit absolute occultũ, itaq. satis est, vt illi, in quorum præsentia petitur Sacramẽtum, norint delictum. Rat. est: quia hæc notitia sufficit, vt sine infamia, scandalo, vel alio incomodo, possit negari Sacramentũ: ergo non est cur ad hanc actionẽ maior facti euidentia, vel cognitio requiratur. *Tom. 3. disp. 67. sect. 5. §. Dico ergo primo.*

17 Quando vel omnes, vel aliqui eorum, qui adsunt petitioni Sacramenti ignorant delictum peccatoris, non potest negari Sacramentum, nisi aliàs delictum sit publicũ per euidentiã iuris, vel facti, quæ illi æquiualeat. Rat. est, quia tunc delictum est occultũ respectiuè, id est, respectu eorum videntium Sacramentum ab hoc homine postulari: ergo si etiã sit occultũ absolute, nullo modo est publicum, ergo nullũ est ius ad negandum Sacramentũ sine periculo scandali, aut infamiæ. *Tom. 3. disp. 67. sect. 1. §. Dico secundo.*

Richar. in 4. dist. 9. ar. 3. q. 1.

18 Si delictum sit absolute publicũ, aut euidentia iuris, aut facti, id satis est, vt Sacramentum negari debeat, etiamsi peccatũ non sit notum illis, in quorum præsentia sacramẽtum petitur. Rat. est: quia per illam publicã notitiã amisit peccator ius petendi hoc Sacramentũ publice, & in foro Ecclesiæ, quod autem hæ personæ, quæ huic facto adsunt, illud peccatũ ignorent est per accidens, & ideo peccatori inde nullum ius oritur. *Tom. 3. disp. 67. sect. 5. §. Dico tertio.*

19 Quãdo nulla est reseruata hostia consecrata, & infirmus indiget viatico, nullo modo licet infirmo dare hostiã non cõsecratã pro consecrata ad euitãdum scandalũ ignorante homine, qui cõmunicaturus est, quia datur occasio idolatriæ, nemo enim cõmunicat, nisi prius adoret, idẽ dicẽdũ quãuis detur cõuentio inter sacerdotẽ, & peccatorem, secundũ veriorem sententiam, vt colligitur, *ex Innocen. 3. in c. De homine de celeb. miss.* Ratio est: quia illa est pernicioſa fictio, vel enim verbis, vel gestu, vel

Bonauẽ. in 4. dist. 9. D. Tho. q. 80. art. 6. ad 1. & in 4. dist. 9. art. 5.

vel facto ipso affirmant sacerdotem esse Christum ac verum Deum, quod reuera nō est. *Tom. 3. disp. 67. sect. 4. §. Circa tertiam obiectionem.*

20 Sacerdos nō ministrans ex officio potest, & debet denegare Eucharistiā peccatori occulto petenti, antequam alteri sit publice expositus ad dispensandam illam; quia facile habet excusationem, cum non teneatur: secus dicendum si actu est dispensans Sacramentum accedentibus ad mēsam: satis enim cōfirmat Christi Domini exemplum. *Tom. 3. disp. 67. sect. 4. §. In quarta obiectione.*

21 Suspicio criminis temeraria non sufficit ad negandam Eucharistiam, quia talis suspicio est iniusta, cum nullo probabili fundamento nitatur, nec suspicio probabilis sufficit: quando enim intercedit sufficiens ratio ad generādum dubium, non vero ad iudicandum simpliciter de peccato alterius, tunc dicitur probabile, in casu autem dubij melior est conditio possidētis: ergo secus dicēdum de suspicione violenta, iuxta communem Theolog. sententiam, nititur enim talibus signis, & iudiciis, quæ licet non faciunt euidentiam in se, faciunt tamē probabilitatem moralem, & sufficiunt ad probabile iudicium ferendum, quando contrarium nihil est, quod excuset suspicionem, ergo est sufficiens, &c. *Tom. 3. disput 67. sect. 6. §. Posteriorem partem.*

Vide D. Tho. in 4. dist. 9. q. 1. ar. 3. q. 2. Ant. 3. p. tit. 14. cap. 12. §. 2.

22 Nunquam licet dare alicui Eucharistiam in probationem, seu purgationem criminis. Est communis doctrina. Ratio est: quia hoc fine dare, & sumere Eucharistiā, est tentare Deū, est enim petere ab eo, vt aliquo extraordinario signo manifestet hominis delictum, quod est superstitiosum. *Tomo. 3. disputatione 97. sectione. 6. §. Circa primum.* *D. Tho. q. 80. art. 6. ad 3. & in 4. d. 9.*

23 Vti hoc Sacramento, vt iuramento, licet in iure non sit prohibitum, nunquam tamen est consulendum, quia non est consentaneum reuerentiæ debitæ tanto Sacramento, vnde peccāt superiores volentes hoc modo inquirere peccata occulta. Tamen si quis voluntate sua hoc medio communicandi vtatur ad confirmandam suam innocentiam, nec est per se malum, nec invsitatum, sic enim fecisse legimus Gregor. 7. Pontific. coram Henric. 4. in probationem suæ innocentiæ, & inuitasse illud ad communicandum, & simile testimonium suæ conscientiæ reddendum, eum autem non fuisse ausum sumere, vt refert Lambertus in hist. rerum Germaniæ. *Tom. 3. disputatione 67. sectione. 6. §. Superest vero.* *D. Tho. in 4. d. 9. q. 1. ar. 5. q. 2. ad 1.*

24 Proprius pastor tenetur administrare hoc Sacramētum quoties oues rationabiliter, & opor-

oportune petunt, itaque si non nimis frequenter petant, neque vltra id, quod eorum statum, & reuerentiam decet, tenebitur Parochus per se loquendo Sacramentum concedere. Ratio est: quia Parochi non aluntur à fidelibus tantum, vt sibi ministrent necessaria ad implenda præcepta, sed etiam ad ea valde vtilia, & saluti animarum necessaria. Poterit tamen excusari Parochus, vel propter occurrentem rationabilem causam, vel quia habet coadiutores, ad quos potest sine dispendio remittere oues. Tamen caueant Parochi, ne se offendant difficiles in hoc ministerio, ne animos suorum subditorum remittant, sed ad piam potius frequentiam alliciant. *Tom. 3. disp. 72. sect. 3. §. Multa possunt.*

Soto in 4. d. 12. ar. 6 Nau. in c. Placuit & pœni. d. 6. num. 152.

25 Vt recte munus suum obeat Parochus circa administrationem huius Sacramenti, necesse est, vt ministretur sub specie panis ritè consecrati, itē vt neque sub vtraque specie, nec sub specie vini sola, nec sub vtraque dispensetur; item vt non det indigne accedentibus, vel irreuerenter tractando hoc Sacramentum, quando constat de indigna sumptione, non solum ratione peccati, ætatis, amentiæ, phreneſis, cum euidenti periculo expulsionis, sed etiam ratione ægritudinis, quia in his semper intercedit iniuria Sacramenti. *Tomo. 3. disputatione. 72. sectione. quarta §. Circa priorem.*

26 Grauiter peccat minister in loco non sacro, vel prohibito, vt in priuata domo sine facultate superioris, vel tempore interdicto, vel sine vestibus sacris, idem si ministret sine debito cultu apparatu, & cæremoniis vsitatis, verbi gratia, saltem sine superpellicio, & stola iuxta leges Ecclesiasticas, & receptas consuetudines, administrare tamen Eucharistiam sine lumine, & generali confessione præmissa, & aliquibus orationibus: est peccatum graue veniale, non enim videntur hæc tam grauia, tanque riguroſa præcepta, vt sine scandalo, aut contemptu eorum omissio sit mortalis, tamen omnino cauendum est, ne id fiat. *Tom. 3. disputatione 72. sectione 4. §. Tertio obseruari debet.*

Turrec. in Eccles. dist. 23. Iacobo de Graffis li. 2. c. 40.

27 Peccat grauiter sacerdos in peccato mortali dispensans Eucharistiam etiam in extrema necessitate, & priuatim. Ratio est: quia sacerdos semper est cōsecratus ad hoc ministerium, & semper administrat ex officio: secus dicendum de laico dante illam ob necessitatem, cū non sit ex officio minister, nec consecratus, & licet sit dispensatio Sacramenti, tamen non est solemniter facta, nec per ministrum consecratum ad tale munus, sed ob solam necessitatem, vt dictum est de laico baptizante in necessitate. *To 3. disp.*

Syl. verb. Eucha. 3. num. 4. D. Thom. in 4. d. 23 q. 1. ar. 3. q. 5. ad 4. Bonauen. in 1. d. 9. art. 2. q. vlt.

disp. 72. sect. 4. §. Sed objicies, & §. Quarto ex parte.

28 Non magis concurrit ad gratiam, quæ per Eucharistiam datur sacerdos dispensans Eucharistiam consecratam, quam Diaconus, vel etiam laicus. Ratio est: quia nullus horum ministrorum habet in illo effectu aliã actionem præter localem applicationem Sacramenti: vnde & sacerdos habet virtutem ad efficiendum tale Sacramentum, & non alius, poterit conferre quidem ad moralem dignitatem, & ad habendum ius dispẽsandi Sacramentum, non vero ad efficientiam de qua agitur. *Tom. 3. q. 64. art. 1. §. Ex quo intelligimus in commento.*

§. VIIII.

Eucharistia quood effectum, & efficaciam.

1 EVcharistia nec in re, nec in voto est causa physicè, vel moraliter effectus aliorum Sacramentorum. Probatur: quia vel ista causalitas sequitur ex præcisa institutione huius Sacramenti, aut ex promissione speciali. Primũ dici non potest, cur enim non posset Christus instituere hoc Sacramentum non conferẽdo illi hunc generalem effectum. Secũdum etiam negatur, quia oportet ostendere talem promissionem, in scriptura enim non habetur. *Tom. 3. disp. 40. sect. 1. §. Quarto argumentor, & sequentibus.* Tamen in suo effectu proprio, velut eminenter habet effectus aliorum sacramentorum vt discurrenti facile patebit vnde merito dicitur Eucharistia consummatio omnium Sacramẽtorum. *Ibidem §. Quapropter si in aliquo.*

2 Perfectio vnionis factæ per Baptismum cum Christo, est effectus huius Sacramenti: in quo sensu Innocen. 3. *cap. Cum Marthæ de celeb. miss.* dicit rem huius Sacramenti esse vnitatem, idest, perfectionem vnitatis, & charitatis; & clarius Conc. Lateran. in cap. Firmiter, ait hoc Sacramẽtum institutum esse ad perficiendum mysterium veritatis. *Tom. 3. disp. 40. sect. 1. §. Vt autem rei veritas.* *Innocent. 3. Concil. Lateran.*

3 Eucharistia per se ex propria institutione confert gratiæ augmentum, vt magis, ac magis hominem cum Christo vniat, est de fide, *ex Conc. Floren. in decret. Eug. & Trid. sess. 15. cap. 2. Clement. vnic. de reliq. & vener. sanct. c. Firmiter de Summa Trini.* & denique *ex c. Cum Marthæ de celeb. miss. Tom. 3. disp. 16. sect. 1. §. Dico primo.* *Innocent. lib. 4. de hoc myst. cap. 44. Ant. 3. p. tit. 14. c. 12.*

4 Eucharistia interdum confert gratiam primam, & peccatum mortale delet: est multorum grauium Doctorũ cum *D. Thom. 3. p. q. 79. art. 8. q. 80. ar. 4. ad 3.* Quamuis multi, & nõ minus

minus notæ Doctores oppositũ sentiant. Vide Doctorẽ. *Tom. 3. tit. 14. c. 12. § 6. Syl. verb. Eze. Vict. in sum. nu. 76. Vega lib. 9. in Tri. c. 34.* *Ant. 3. p. dis. 63. sect. 1. § Dico tertio, & sequenti.* Item Eucharistia nõ sem per remittit omnia peccata venialia: quia potest homo obicẽ ponere quorundam remissioni, & non aliorũ in, vt proprio loco dicitur. *Tom. 3. disp. 79. art. 4. §. In solutione in comment.*

5 Effectus totus simul confertur in sumptione Eucharistiæ: quia manducanti facta est promissio vitę æternæ: ergo in mãducatione datur. Item, quia omnis causa efficax simul producit totum effectum suum, quando nec in passo, nec ex parte effectus, est repugnantia: hoc autẽ Sacramẽtum est causa de se efficax, & gratia de se producibilis est in instanti in quocunque gradu, cum sit qualitas permanens & maximè, cũ non habeat propriũ contrarium positiuum: quod intellige, nisi dispositio successiue augeatur: tunc enim dabitur effectus successiue, & non totus simul: nam si ex parte subiecti sit aliqua varietas, non repugnabit (vt sentit Doctor noster) effectum Sacramenti successiue augeri, vel successione cõtinua vel discreta. *Tom. 3. disp. 63. sect. 4. §. Principio igitur, & seqq.* *Cõueniunt omnes.*

6 Quamuis hoc Sacramentum simul conferat totum effectum suum, tamen probabile est, non conferre illum in aliquo instanti primo nostri tẽporis, sed solum in intrinseca duratione indiuisibili coexistente alicui tẽpori nostro, & non alicui primo instãti. Declaratur: quia dictum est dari vnum terminum indiuisibilem diuidentem spatium, per quod fit manducatio ab alio, in quo non fit, & consequenter dari etiam vnum instans, in quo cibus peruenit ad illum terminum, quod est vltimum, non esse manducationis: ergò necesse est dicere in illo instanti non esse effectum Sacramenti: quia Sacramentum non agit do nec manducetur, sed tunc non manducatur: ergò neq; tũc agit, & eadem ratione cõcluditur acturũ esse immediatè post illud instans; quia immediatè post illud iam mãducatur, ergo in ordine ad nostrum tempus incipit agere hoc Sacramentum per vltimum nõ esse actionis, seu effectus. Tamen aduerte, quod etiã defendi potest probabiliter hũc effectum fieri in instanti etiã nostri temporis: vt suadet opinio Theolo. qui frequentius ita sentire videntur. *Tom. 3. dis. 63. sect. 4. §. Dico secundo, & seqq.*

7 Idem effectus consequitur per vnam communionem, siue sumatur hostia tota, siue per partes successiue, vt ait *D. Thom. 3. p. q. 79. art. 7. ad 3.* Item hic effectus non datur per partes in singulis sumptionibus, sed simul totus, per se loquendo: nam quando species sunt continuæ, effectus datur simul totus per se

lo quendo: ergo idem erit si species sint discontinuæ, vel, in ipsa sumptione discontinuentur: vt v.g. si quis vno hausti continuo bibat totum calice, in vel pluribus. Denique hic effectus datur in prima sumptione partiali, & in primo instanti eius per se loquendo, & quantum ex parte Sacramenti, existēteque eadem dispositione ex parte subiecti: nam si hæc varietur, fieri potest, vt aliqua gratia detur in posteriori sumptione partiali, quæ non est data in priori, v. g. sacerdos succesiuè sumens partes hostiæ, dum sumit priorem partem, habeat obicem, cum vero sumit posteriorem, iam sit dispositus, recipiet effectum gratiæ in secunda sumptione partiali, quem non sumpsit in prima, quia ille iam manducat Corpus Christi Domini dignè: ergo recipiet effectum. *Tom. 3. disp. 3. sect. 5. §. In hac re primo, & seqq.*

8 Sumptio cuiuscunque speciei Eucharistiæ per se sola sufficit ad dandam gratiam aliquam habitualem & Sacramentalem. Est certa & indubitata; nam de specie panis fides est: cōstans ex vsu, & consuetudine Ecclesiæ: & ex verbis Christi. *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Et de specie vini est eadem ratio, vt confitentur omnes Doctores Catholici, & fauet *Conc. Trid. sess. 21. c. 1.* Item per sumptionem vnius speciei, æqualis conferetur gratia habitualis, ac persumptionem alterius, cæteris paribus: quia nulla est ratio, cur vni tribuatur maior effectus gratiæ, quam alteri, promissio enim est eadem & eisdem verbis. Dignitas rei contentæ similiter eadē, significatio etiam eadem est: ergo. *Tom. 3. disp. 63. sect. 6. §. Dico ergo prim. & sequenti.*

9 Non datur per se loquēdo, ac cæteris paribus ex parte sumentis, maior gratia per sumptionem vtriusq; speciei, quam alterius tantum. Est *D. Tho. 3. p. q. 80. art. 12. ad 3.* vbi dicit laicos cōmunicantes in vna tantū specie nō pati aliquod detrimentu: quia totus Christus sub qeācunque specie continetur, & clarius *opusc. 58. c. 29.* dicit Sanguinem Christi à laicis sumptū sub specie panis, esse eis tam vtilē, tanque dulcem quam sacerdotibus sub specie vini. Item non confertur per vnam speciem gratia sacramētalis distincta formaliter ab ea, quæ per aliā datur, vt colligitur ex verbis Christi æqualem promissionē continentibus *Ioan. 6. Qui māducat meū carnē, & bibit meū sanguinē habet vitā æternā.* Itē statim datur effect⁹ in prima sūptione Corporis Christi, si subiectū est dispositū, licet consumetur sumptio Sacramēti post sumptū calicem: quia iam accipit dignè Corpus Christi. *To. 3. disp. 63. sect. 6. §. Dico ergo tertio, & §. Nihilominus dicendū, & §. Quartum argumentum.*

Bonau. in 4. d. 11. 2. p. ar. 1. q. 2 Sot. d. 12. q. 1 ar. 12 Bellarm. lib. 4. de Euch. c. 3.

10 Si

10 Si dum Christi præsentia durat, antequã transmutẽtur Sacramentales species, dispositio hominis non perficiatur, nullũ gratiæ augmentũ ei confertur: quia si in ipsismet sumptionibus partialibus non augetur gratia, non aucta dispositione sumẽtis, multo minus augebitur per solã durationem præsentię Sacramẽ talis; certius enim est gratiam conferri in manducatione, potius quam post eam. Tamen si dum Christus est realiter præsens intra hominẽ, ipse homo se magis ac magis disponit, valde probabile est augeri in illo Sacramentalem gratiæ effectum, iuxta illud. *Qui mãducat me, ipse viuet propter me.* Et secundũ illud, *Qui manducat meam carnem & bibit meũ, &c.* vbi *Aug. tract.* 26. inquit. Mãducare Christum est illum manentem in se habere. *Tom. 3. disp. 62. sect. 7. §. Dico secundo, & sequenti.*

11 Eucharistia nõ habet effectum recedente fictione, si iam omnino desit sumptio, & præsentia Christi in sumente, ita Doctores communiter. Ratio est: quia hoc Sacramentum frequẽtissimè iterari potest, & effectus eius non est simpliciter necessarius ad salutẽ: ergo nulla est necessitas ob quam habeat effectũ recedente fictione. *Tom. 3. disp. 63. sect 8. §. Dicendũ est ergo.*

12 Eucharistia de se efficax est ad excitandum animi deuotionem, & charitatis feruorem, cum speciali spiritus suauitate, ac dulcedine, & hæc est gratia quædam actualis, quam confert hoc Sacramentum, colligitur ex Scriptura, & Patribus in multis locis. Vnde colligit Conc. Flor. hunc cibum spiritualiter conferre eos effectus, quos corporalis cibus confert materialiter: quorum vnus est oblectare viuentẽ, & vires cõfortare. *Et in Clement. 5. de reliq. & venerat. sanct.* inquitur, quod in hoc Sacramento habetur omne delectamentum, & omnis saporis suauitas, ipsaque dulcedo Domini degustatur. *To. 3. dis. 63. sec. 9. § Nihilominus dico primo.* Itẽ cõfert ex opere operato auxilium actuale Dei, & fauorẽ ad peccata vitanda, & tentationes superandas, quod significat *Conc. Tri. sess. 13. c. 20.* dicẽs hoc Sacramentum esse institutum, vt antidotum, quo à peccatis mortalibus præseruamur, & à venialib⁹ liberamur. Ad quod potest accommodari illud Psal. 21. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulãt me. Ibidem. §. Dico secundo.*

13 Eucharistia remittit ex opere operato peccata venialia. Est communis, sumitur *ex Conc. Colonie. & Catechis. Pij V. & c. Vtrũ sua figura. & c. Quid sit sanguis de consecrat. dist. 2.* & fauet *Conc. Trid sess. 13. c. 1.* Tamẽ non remittit pœnas tẽporales ex opere operato, quia solũ tollũtur ratione valoris actus ipsius hominis, & ideo nec Concilia, nec

Innoc. li. 4 de hoc mis. cap. 44.

Bonau. ar. 2. q. 3. So. d. 6. q. 1. ar. 8. d. 11. q. 2. ar. 1. Syl. verb. Baptism. 4. n. 12.

D. Tho. 3. p. q. 79. ar 1. ad 2.

Bonau. 2. p. ar. 5. q. 2. Innoc. lib. 4. de hoc myst. cap. 44.

Patres meminerũt huius effect⁹. *To. 3. disp. 63. sec. 1. §. De peccatis venialibus. & §. Vnde vlterius.*

14 Eucharistia, vt Sacramentum est, non habet effectum aliquem ex opere operato, nisi in solis sumẽtibus: quia promissio gratiæ semper respicit solum recipientem, iuxta illud, *Qui mãducat me, viuet propter me & qui mãducat hunc panẽ viuet in æternũ.* Effectus autem nõ excedit promissio: ergo. Tamen, vt sacrificiũ est, potest offerri pro viuis, & defunctis, vt suo loco dicetur. *Tom. 3. disp. 63. sect. 10. §. Atque hinc tandem concluditur.*

15 Eucharistia non efficit in corpore qualitates aliquas supernaturales, per quas illud ad gloriam disponit, seu Corpori Christi cõforme efficiat. Est certa, ita, vt cõtraria sit noua temeritas, nulla enim extat de hoc effectu promissio: nec etiã est vtilitas, aut necessitas: quidquid sit de possibili. Tamẽ habet aliquã efficaciã in corpore digne suscipientium, moderando fomitẽ peccati, & alios bonos affectus, in sẽsitiuo apetitu excitando, vt prõptius, ac iucũdius homo virtutem operetur: q̃ colligitur ex cõmuni modo loquendi Theol. & Patrum dicentium hoc Sacramentũ ardorem concupiscentię extinguere, fomitẽ minuere, & dꝰuotionẽ augere. *Tom. 3 disp. 64. se. 1. §. Dico ergo primo, & seqq.*

Vide D. Tho. q. 79. ar. 1. ad 3. Sot. d. 11. q. 2. ar. 5.

16 Resurrectio, & gloria corporis sunt quodãmodo effectus Eucharistiæ: quia licet ratione illius non cõferatur corpori aliquod donum, q̃ ratione gratiæ, vel gloriæ animæ non debeatur: datur tamen proprio & speciali titulo. ff. per specialem coniunctionem cum Christo factã per hoc Sacramentũ, & hic modus est possibilis: nõ enim repugnat eandem rem pluribus titulis promitti & deberi: & fuit etiã congruus: quia ad augendam nostrã spem, deuotionem, ac reuerentiam ad hoc Sacramentum: decuit Christũ specialiter promittere immortalitatẽ corporibus, quę Corpori Christi per illud cõiunguntur. *Tom. 3. disp. 64. sect 2. §. Tertium ergo modum.*

17 Eucharistia nullã vnionẽ realem efficit inter Christum, & sumẽtis corpus: quia præter Sacramentalẽ receptionẽ Corporis Christi, & spirituales effectus ab illa manãtes, nihil aliud in toto hoc mysterio, & eius participatione interuenit. *Tom. 3. disp. 64 sect. 3. §. Ex quibus infero.*

§. X.

Eucharistia quoad dispositionem ad effectum.

1 VT hoc Sacramentũ cõferat primã gratiã, requiritur vera, & supernaturalis, attritio peccati cõmissi, & nõ satis est ignorãtia seu obliuio inculpabilis peccati, si reuera illud habet homo, & non

non detestatur illud, nec satis est detestari imperfecto actu mere naturali, & ex humano motiuo: quia pœnitentia infusa de peccato cõmisso, & in re ipsa habita, etiã in lege gratiæ, est medium necessarium simpliciter ad remissionẽ peccati mortalis, quæ necessitas non est ablata per Sacramentorũ institutionem, sed potius hęc dispositio necessaria est, vt obex tollatur. Item requiritur, vt prædicta attritio satis sit, vt accedat simul bona fides, quæ per se loquendo, in hoc consistit, vt quis ignoret statum suum, & existimet se in gratia accedere, ac denique non habeat conscientiam peccati mortalis, de quo nõ existimet sufficientem se egisse pœnitentiam. Hoc omnes fatẽtur, & docent, & confitetur noster Doctor minime legisse contrarium habentem. *Tom. 3. disp. 62. sect. 2. §. Dico primo, & seqq.*

Omnes cõ sentiunt.

2 Potest aliquis ita accedere ad Eucharistiam, vt non peccet, nec gratiã recipiat, potest enim homo existẽs in peccato mortali accedere ad hoc Sacramẽtum recipiẽdum, non solum sine contritione, sed etiam sine vera attritione, absq. noua culpa existimãdo se illã habere: ergo in illo dabitur prædictus medius status: excusatur à peccato, quia existimatione sua accedit digne, & nõ recipit gratiã, in se enim accedit indigne; quia requiritur ad consequendum effectũ, vt recipiat mediũ necessariũ ad illũ vere applicetur prout potest, & necessarium est. *Tom. 3. disp. 63. sect. 2. §. Ex his infero, & seqq.*

3 Attritio cognita nõ sufficit ad effectum Eucharistiæ, nisi per accidẽs ratione ignorantiæ excusantis peccatũ indignæ sumptionis, v. g. si aliquis putet probabili fide, & ignorãtia attritionem cognitã sufficere ad dignã sumptionem, consequitur primam gratiã, & effectus: ignorãtia enim illa etiã excusat à peccato, & obice indignæ sumptionis. *Tom. 3. disp. 63. sect. 2. §. Ad fundamentũ secundæ opinionis, & disp. 66. sect. 5. §. Ex hac vero.*

4 Sicut ad augmentum gratiæ, quilibet gradus gratiæ, etiã minimus, sufficienter disponit, & efficit hominem simpliciter iustũ, & augeri potest, ita quælibet ex hoc genere sufficit, vt hoc Sacramentum suum effectũ conferre possit, quamquam de facto, vt minimum, requiratur gratia baptismalis, vel qualis in principio infunditur, vel saltem qualis per pœnitentiam reparari potest. Totum hoc constat ex doctrina Doctoris nostri. *Tom. 3. disp. 6. sect. 3. §. Ex dictis.*

5 Nulla actualis dispositio necessaria est, etiam ex præcepto, vt hoc Sacramentũ cõferat augmentum gratiæ, & charitatis, cõueniunt omnes Theologi. Nã si homo sit prorsus incapax talis actualis dispositionis, vt contingit in infantibus, amẽtibus, aut

phræneticis, carentia talis dispositionis, nō potest in eis hunc effectum impedire; aliàs omnino rationabile esset eis dare hoc Sacramentum. *Tom. 3. disp. 63. sect. 3. §. Dico secundo, & disp. 6. sect. 1. §. Ex dictis in hac.*

Sot. d. 12. q. 2. ar. 8. Victor. in Sum. n. 66 Cordu. li. 1. q. Theolog. q. 8.

6 Peccatū veniale actu concomitans sumptionē huius Sacramenti non impedit gratiæ, & charitatis augmentū. Ita cōmuniter omnes, & confirmat *Conc. Tri. sess. 13. c. 2.* Vbi ad effectum huius Sacramenti solum requirit pœnitentiam, & confessionē peccati mortalis; & ita explicat verba. *Paul. 1. ad Corin. 11. Probet autē seipsum homo, &c. To. 3. disp. 63. sect. 3. §. Dico ergo primo.*

Orig. hom. 5. in diuer sos, & hom 2. in Psal. 37.

7 Accedere ad hoc Sacramētum, cum conscientia peccati mortalis, & sine dispositione sufficienti ad gratiam: est peccatum mortale: fides est, iuxta verba. *Paul. 1. ad Corin 11. Probet autem seipsum homo, & sic de illo pane edat, & de calice bibat: qui enim indigne māducat, & bibit, iudicium sibi māducat, & bibit, non diiudicans Corpus Domini*, iuncta expositione *Conc. Trid. sess. 13. cap. 7. Tom. 3. disput. 66. sect. 1. §. Dico primo.*

Hiero. ep. 22. ad Eustochium.

8 Suscipere Eucharistiam in peccato mortali, præter ipsum peccatum mortale, est etiā sacrilegiū virtuti religionis cōtrariū: quia hoc Sacramentū est res maximè sacra, cui ex virtute religionis proprius cultus, & reuerentia debetur: ergo iniuria facta illi cōtraria est religioni, atque adeò sacrilegiū. Quod est ex suo genere grauius iis, quæ sunt contra virtutes morales religioni inferiores: priuat enim perfectiori bonitate, & immediatius attingit Deū, & res diuinas. Tamen in suo genere non est tam graue sicut illa, quæ sunt contra virtutes Theologales: vt odium Dei, hæresis, desperatio: sunt enim illę virtutes perfectiores religione, dum immediatius Deū attingunt. *Tom. 3. disp 66. sect. 2. §. Dico primo & seqq.*

9 Accipere hoc Sacramentū in mortali, in specie sua non est peccatum maximum omnium, quæ religioni opponūtur, sed in tertio gradu, & ordine constitui potest. Primus enim gradus tenet illa, quæ sunt contra Deū secundū se, aut secūdum suā diuinitatē, vt blasfemia, periuriū, & peccata cōtra Spiritum sanctū. In secūdo gradu vero continentur pertinentia ad humanitatē. In tertio ergo gradu cōstituuntur peccata sacrilegij cōtra hoc Sacramētū: quia in ipso realiter Christus continetur, quamuis in aliena specie: vnde inter omnes alias res sacras, hoc Sacramentū maximè sacrū, ac diuinum est: ergo iniuria, ac sacrilegiū contra illud factum, est maximum, post alia adnumerata. *Tom. 3. disp. 66 sect. 2. §. Dico secundo.*

10 Grauius peccatū est, regulariter loquendo, homicidiū, quā indigna sumptio huius Sacramenti

Petrus So to sect. 12 de Ezech. Sot. d. 12. q. 1. ar. 5.

cramenti: nam homicidium infert magnum nocumentū proximo, & irreparabile: indigna vero cōmunicatio, quamuis sit Christo iniuriosa, re tamen ipsa non infert ei nocumētum: ergo licet Christus absolutè sit nobilius obiectū, quā alius proximꝰ, hæc eius iniuria nihilominus, potest ex specie sua esse leuius peccatū quam homicidiū. Nota vero, quod hoc peccatū indignæ sumptionis, in particulari grauius, & leuius esse potest, quam alia peccata; perfectioribus, vel minus perfectis virtutibus opposita, hoc enim est ferè cōmune omnibꝰ peccatis. *Tom. 3. dis. 66. sect. 2. §. Ex hac verò assertione, & §. Tertio de grauitate.*

11 Grauius peccatū est accedere ad Eucharistiā cū grauioribus peccatis: quā cū leuioribus per se loquendo, est enim vir indignior, & quia magis impedimētū ponit effectui huius Sacramenti. Ratione vero scādali, vel alterius circūstantiæ, potest esse grauius peccatū indigna sūptio Eucharistiæ accedēdo cū minoribus peccatis. Itē moraliter loquēdo, grauius peccat infidelis accedēdo ad Eucharistiā, quam fidelis cū peccato, quia status in fidelis est peior simpliciter, & indignior, tamen deniq; tanta potest esse malitia, tantaq; multitudo, & acerbitas hominis fidelis, vt simpliciter indignior sit, quā infidelis. *Tom. 3. disp. 66. sect. 2. §. Dico vero, & sequenti.*

Vide Palud. in 4. d. 9. q. 2. & Carth. q. 4.

12 Recipere hoc Sacramentū in peccato veniali, vel etiā peccādo venialiter in ipsa sumptione, non est ex eo capite peccatū mortale. Est cōmunis: quia nec circa hoc est speciale præceptū positiuum, nec ex natura rei potest colligi tale peccatū, cum nō sit grauis iniuria, aut irreuerentia. Tamen si peccatū veniale sit aliquo modo circūstantia ipsius actus cōmunicandi, peccatū erit veniale, sic cōmunicare, v. g. vt si quis cōmunicet propter ostētationem, seu vanā gloriā, vel certè si actū sit in ipso peccato veniali: vt in vana aliqua cogitatione, aut delectatione, acceedendo ea ratione distractus, & sine debita attentione: quia est aliquo modo indignus. Idē dicendum de habēte consuetudinem accedendi cū conscientia multorū venialiū, sine dolore aliquo, & proposito emēdæ: quia nō satis diiudicat Corpus Dñi. *To. 3. dis. 66. sect. 1. §. Dico secundo. & seq.*

Augd. de Eccle. dogmat. c. 53 & c. Quoniam de consecrat. q. 2.

13 Habens conscientiā peccati mortalis, quātumuis cōtritus sibi iudicetur, imo etiamsi sibi reueletur, tenetur confessionem præmittere, quod non potest reuocari in dubium, post *Con. Trid. sess. 13. c. 7. & can. 11.* Et certissimum est habere Conciliū potestatem ad huiusmodi præceptū imponēdū, etiamsi antea latum non fuisset. *Tom. 3. disp. 66. sect. 3. §. Post Decretum Concily.*

14 Hoc præceptū præmittēdi confessionem ante cōmunio

nem, interueniente conscientia peccati mortalis, post baptismū cōmissi semper fuit in Ecclesia: eritq; plusquam temerarium asserere à Tridētino denuo impositum fuisse, vt cōstat apertè ex verbis *Conc. sess. 13 c. 7.* ibi, *Ecclesiastica autem cōsuetudo declarat eam probationē necessariā esse, vt nullus sibi cōscius mortalis peccati, quātumuis sibi contritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione ad sacram Eucharistiā accedere debeat. Tom. 3. disp. 66. sect. 3. §. Dico primo, & §. Sed quæres.* Quod præceptum quamuis ex sola institutione vtriusq; Sacramenti. sl. Eucharistiæ, & confessionis non probetur de iure naturæ; est tamen diuinū positiuum à Christo Dño specialiter datum, & Apostolis, & per eos Ecclesiæ tradtiū, vt tenēt cōmuniter Doctores, & probat latè noster Doctor. *To. 3. disp. 66. sec. 3. §. Dico secūdo, & §. Dico tertio.*

Antonin. 3. p. tit. 14 c. 19 § 3. & alq. Sot. in 4. d. 15. q. 1. art. 4. Cordub. li. 1. quæst. 16. Couar. ca. Alma. p. 1 §. 1. n. 7.

15 Vrgēte necessitate, & deficiente copia confessoris, potest habēs conscientiā peccati mortalis, sine præuia confessione Eucharistiam accipere. Ratio est: quia hoc præceptū positiuū est: præcepta autē positiua nō obligant semper in omni casu, cum omni discrimine: secus dicēdū, si non concurrat vrgens necessitas, & desit confessoris copia: quia præceptum diuinū obligat vbi impleri potest: ergò vbi nulla est necessitas agendi aliter, quā præceptū est, omnino seruā dū est: quia seruari potest. *Tom. 3. disp. 66. sect. 4. §. Duo sunt certa*

16 Ille dicitur in hoc puncto nō habere copiā confessoris, qui non habet sacerdotē habentem iurisdictionē super peccata mortalia, vel super aliquod ex his, quorū conscientiā habet, qui cō municaturus est, vel certè, si habeat Sacerdotē: tamen nō potest cōfiteri illi sine graui damno, & periculo: quatum debet esse hoc periculum, dictū manet supra verb. Confess. Ite n quantū debeat distare confessor, vt non dicatur esse præsens: nō potest dari certa regula pro omnibus: nā vnus facile cōficit inter vni° leucæ, altet verò magna difficultate. Item vnus potest ire sine nota & scādalo, alter vero minime, & hoc dico prudenter considerādum, & iuxta diuersitatem locorum, ac personarum iudiciū ferendum est. *Tom. 3. disput. 66. sect. 4. §. Ex his igitur.*

17 Ille, qui habet præsentem Sacerdotem, cui potest integrè, & legitimè confiteri, & de propinquo alium expectat, cui solet deuotius cōfiteri, nō potest confessionē differre, si cōmunicare, aut facere sacrū necesse sit: quia nō potest dici in hoc casu deesse copiā cōfessoris; licet alij oppositum teneāt. Itē, quia nō habet propriū Sacerdotē præsentē, tenetur cōfiteri alieno si adsit ante cōmunionē aut celebrationē: quia tūc absolutè impleri potest præceptum diuinū: cur ergo nō adim-

Syl. verb. Confess. 1. §. 2. cum Sot. Couar. Ca uo. Naua. & Cordu.

adimplendum? Item de iiq; quã do peccator timet eum Sacerdotem, qui solus adest, post confessionem factam, non seruaturum sigillum, aut aliam grauem iniuriam sibi illaturũ; tũc excusatur à cõfessione ante communionẽ, si tantũ habeat illud peccatum mortale, ex cuius confessione timet illud graue damnũ: quia tunc nõ habet moraliter loquendo, copiã cõfessoris: timẽ si habeat alia peccata ex quorũ cõfessione nullũ timet detrimẽtum simul cũ alio, in quo est periculũ, tunc priusquã communicet, tenetur cõfessionem facere omnium peccatorũ mortaliũ, illud solũ tacendo. Q̃ sine graui incõmodo confiteri non potest: quia ex vi huius præcepti tenetur cõfiteri omnia peccata mortalia antequã Eucharistiam accipiat, ergò quamuis non possit omnia, tenetur ea confiteri quæ potest. Idem dicẽdum cum eadem distinctione de habẽte casum reseruatum Superiori, & nõ potest illum adire, aut facultatem petere. *Tom. 3. disp. 56. sect. 4. §. Circa primum, & seqq.*

Scot. in 4. d. 9. q. 1. Bonau. in 4. d. 13. Syl. verb. Euch. 2. q. 6. So. d. 13. q. 1. ar. 6. Victor. in

18 Quinta debet, & tam grauis necessitas cõmunicandi sine confessione præmissa, nõ potest definiri in particulari: pendet enim ex circunstantiis, & consequenti ex arbitrio prudẽtis, sed appositis aliquib⁹ casibus in particulari facile erit ferre iudiciũ in aliis. Primus, periculũ mortis eius, qui cõmunicaturus est, vt si ipse sit sacerdos, vel certe sit clericus, & hostia sit consecrata, & solũ adsit Diaconus. Secũdus, ne cessitas alteri⁹ in periculo mortis existẽtis, vt si oporteat facere sacrum ad communicandum illum. Tertius quando quis nõ potest communionem ommitere sine graui infamia, quæ mortaliter graue damnum existimetur: aut si omittendo Missam; vel cõmunionem sequatur scandalum: non autem sola admiratio vulgi, quæ differt ab scãdalo. Quartus, necessitas absoluẽdi inchoatũ sacrificium substantialiter, id est, post consecrationẽ, v.g. si recordetur tunc, se cõmisisse peccatum, & non esse confessũ, aut si in ipso actu cõmittit. Tamen ante inchoatum sacrificium substantialiter, si occurrat memoria peccati non confessi, vocare debet confessorẽ ad altare si sine incommodo possit: secus si non possit, aut si potest, nõ sine scãdalo, aut incõmodo: si vero recordetur antequã Missam inchoet, debet confiteri etiam si oporteat exui vestibus sacris. Quintus, quando aliquis recordatur peccati mortalis non confessi, postquam iam sedet admensam cõmunionis præcipue si cõmunio fit publice, & ad hunc finem consecrata est formula; secus si non dũ sedet ad mensam. Cõsule tamen pœnitenti, vt nunquam cõfiteatur Sacerdoti danti communionẽ, non est enim locus aptus. Sextus, & vltimus est, quãdo

Sum. n. 79. Na. c. 21. n. 49. c. 25. nu. 76. D. Tho. q. 83. ar. 6. ad 2.

sacerdos tenetur ex officio celebrare, vt alij audiãt, vt frequẽter accidit in Parochis plebiculis: secus si nõ tenetur ex officio, vt alij audiant, vt probabilius videtur Doctori nostro. Vtrum autẽ sit causa sufficiens excusans cõfessionem ante communionem, quando obligatio audiẽdi Missam cadit in ipsum sacerdotem, vel si occurrat obligatio cõmunicãdi in Paschate, & sit cõmoditas cõmunicandi, & non confitendi: alij probabiliter affirmant, alij vero probabilius per se loquendo negant. Deniq; alij sunt casus, qui videri possunt in summistis, quos omitto, nõ sunt enim in vsu. *Tom. 3. disp. 66 sect. 4. §. Priora ergo, & sequenti.*

Cordub li. 1. quæst. Theolog. q. 7.

19 Qui non potest confiteri, habẽs conscientiã peccati mortalis, tenetur antequam accedat ad Eucharistiã habere contritionem, de iure naturali, & diuino: est adeò certa, vt contraria, nec probabilis sit, nec sine temeritate defendi possit, colligitur ex cõmuni cõsensu Theologorum. *Tom. 3. disp. 66. sect. 5. §. Dicendum vero est, & seqq.*

20 Qui scienter communicauit sine confessione, non tenetur postea hoc titulo statim cõfiteri, sed solum tempore aliàs debito. Ratio est generalis: quia qui omisit actum ad quem tenebatur in tali occasione, vel opportunitate, licet tunc peccauerit omittendo, transacta illa occasione, non tenetur postea exercere actum. *Tom. 3. disp. 66. sect. 6. §. Dupliciter.*

Vide Nauar. in sũ. 82. n. 10.

21 Soli sacerdotes tenentur ex præcepto *Con. Tri. sess. 13. c. 7.* cum primum possint confiteri, quando accesserunt ad Eucharistiam, vt sacerdotes, & non vt laici, si ex iusta causa confessionem non præmiserũt, v. g. vrgẽte necessitate: secus de eo, qui oblitionẽ, vel ob malitiam ante Eucharistiã non præmisit confessionem: Cõcilium enim solũ loquitur de eo, qui vrgẽte necessitate non præmisit confessionem, lex autem positiua solum obligat prout lata est. *Tom. 3. disp. 66. sect. 8. Per totam.*

22 Per se loquendo nullum est peccatum cõmunicare præmissa confessione debita, paulo post peccatum mortale cõmissum, nulla enim est lex diuina, aut positiua tradita, aut scripta imponens hanc obligationem. Tamen ex accidenti potest esse peccatum graue ratione scandali aliorum, si peccatum est publicum, vel ratione proprij scandali, aut contemptus: vnde consule, vt post peccatum mortale, etiamsi videatur homo satis dispositus aliquo tempore abstineat à communione, saltem per diem, vt se magis colligat, animumque magis à suo peccato abstrahat, quod præcipue habet locum in peccatis carnalibus. *Tom. 3. disp. 66. sect. 8. per totam.*

Syl. verbo Euch. q. 10 Caiet. ver. Cõmunio cap. dub. lib. 2. q. 7.

23 Nulla corporalis dispositio ad hoc Sacramentum suscipien-

cipiendum de diuino iure, aut Ecclesiastico requiritur; nulla enim inuenitur tradita, aut scripta, solum *Concil. Triden. sess. 21. c. 2.* significat ea, quę ad modum dispensandi illud pertinét, sunt tamen extra substantiam eius, item *in Conc. Brachar. 3. & cap. Ecclesiastica dist. 23.* Præcipitur sacerdotibus communicãtibus more laicorum, vt stolam super vtrumque humerum impositam habeant quando communicãt, & pœna excommunicationis ferendæ imponitur eis, qui hoc non obseruant, tamẽ potest dici ex solo iure naturæ illo corporis habitu, & compositione accedendum esse, qui animi reuerentiam, ac deuotionem præseferat. *Tom. 3. disp. 68. sect. 1. per totam.*

Vid. Nau. in sum. c. 21. n. 54. cum Sylu. verb. Sacer. §. 4.

24 Grauiter peccat, qui accedit ad Eucharistiam sumendã cũ probabili periculo vomitus. Rat. est: quia est valde indecens, & reuerentiæ Christo debitæ contrarium. *Tom. 3. disp. 68. sect. 2. §. Postquam dictum est.*

25 Corporalis macula per se non impedit ex necessitate huius Sacraméti vsum. Est communis Ratio est: quia hic externus defectus corporis per se nõ refert ad honestatem morum, nec pertinet ad bonitatem, vel malitiam moralem: potest tamen impediri non ex necessitate, quia supponimus non interuenire culpam mortalem, seclusa contemptu, aut scandalo: sed ex cõgruitate, quia homo ita se debet præparare ad vsum huius Sacramenti, vt non solum habitu, sed etiam actu deuote, ac reuerenter accedat, sed interdum propter corporis defectum, aut maculam impeditur homo, vt non possit ita se disponere, vt cum debita reuerentia accedat: ergo, &c. *Tom. 3. disp. 68. sect. 2. §. Dico igitur primo, & seqq.*

Summistæ per. Euch. vel cõmunio. 26.

26 Pollutio involuntaria per se non impedit communicare, non enim potest impedire, nec ratione præcepti, nec ratione consilij, cum iam non sit. Tamẽ consultius est abstinere, si homo se sentit ineptum ad res spirituales tractandas, vel si magnam mẽtis distractionem, vel varias cogitationes patitur; quod frequentius accidit in vulgaribus: secus dicendum si nihil horum intercedat. *To. 3. dis. 68. sect. 2. §. Ex hac enim generali regula.*

D. Thom. q. 80. ar. 8

27 Copula coniugalis per se non impedit communionem, cum non sit actus malus; tamẽ quia multũ auocat mentẽ ab spiritualibus rebus, & præfert quãdam indecentiã, consule coniugibus, vt se abstineant, saltem ea nocte, quę cõmunionem antecedit. Aduerte etiam, q. quãdo alter coniugum operatur hunc actum non petẽdo, sed reddendo debitũ, ex se multo minus impedit, tunc enim copula processit ex obligatione iustitię: idem de copula ex intentione prolis, iuxta *cap. Verum propria 33. quæst. 4.*

Vide Alber. in 4. dist. 12. Thim. D. Tho. q. 80. art. 8. ad 7.

quæst. 4. Tamen si fuerit omnino copula, & ex nimia concupiscētia carnis, tunc consule vt abstineat eo die à communione; tamen regulariter erit peccatum veniale. *Tom. 3. disp. 68. sect. 2. §. Secundo intelligitur.*

28 Nullum est præceptū diuinum de ieiunio seruando ante Eucharistiæ sumptionem, quia nec scriptum, nec Apostolis datum post prādium, & post esum agni. Tamen à tempore Apostolorum seruata est in Ecclesia cōsuetudo non sumendi aliquem cibum, aut potum, antequam sumatur Eucharistia, vt sumitur à multis Conciliis, quod recte, ac conuenienter fiat ab Ecclesia præceptum. Est de fide, & nemo Catholicus dubitat de potestate Ecclesiæ in his. *Tom. 3. disp. 68 sect. 3. per totam.*

Nazianz. orat. 40. Chrysost. homil. 27. in 1. ad Corinth. Aug. epist. 118.

29 Ante communionem necessariū est ex Ecclesiastico præcepto ieiunium naturæ seruare, & contraria sententia est erronea, repugnat enim communi vsui, & cōsensui Ecclesiæ, ita sentiunt omnes Theologi, colligiturq. ex multis decretis, vbi hæc lex imposita est. *Tom. 3. disp. 68. sect. §. Dico primo.*

D. Tho. q. 80. art. 8. ad 3. Sco. dist. 8. q. 3 Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 8. & aliis.

30 Quicunque cibus, vel potus etiam in minima quantitate, & sub quacunque intentione medicinæ, vel salutis, si per modum cibi, vel potus sumatur, impedit ex præcepto communionem, ita omnes, sic enim interpretatur hoc præceptum Ecclesiastica consuetudo. Vide *Conc. Tolet. 7. cap. 2. & Brach. 2. cap. 10.* olligiturque *ex cap. Ex parte de celeb. Miss. Tom. 5. disp. 68. sect. 4. §. Dico secundo.*

Ita docēt Doctores in præced. concl. cit.

31 Post minimam quantitatem per modum cibi, aut potus sumptam, communicare, est peccatum mortale. Hoc declarat consuetudo Ecclesiæ, & consensus fidelium. Ratio est: quia hic non est leuitas materiæ in proprio actu, in quem cadit prohibitio; non enim hic prohibetur cibus, vel potus, sed prohibetur communio post cibum, vel potum. *Tom. 3. disp. 68. sect. 4. §. Sed quæres quando maxima.*

32 Qui accipit aliquid per modum salivæ, seu respirationis, quod possit nutrire, vel alterare, potest communicare, quia nō violat ieiunium naturale, cum non sit comedere, vel bibere. Dicitur autem aliquid per modū cibi, vel potus, quando aliquid sumitur ore, quod per se & propria actione vitali in stomachū trajicitur comedendo, vel bibēdo, vnde ille, qui deglutit sanguinem, vel alium humorem à capite in os descendentem, aut casu in ore manentem, non frangit hoc ieiuniū naturale, quia illud nec sumitur, nec trajicitur per modum cibi. Idē dicendū si quis abluendo os, quasi deglutiat guttam aquæ, aut vini, salivæ admistam, & idem de his, qui gustant ius, vel aliquod simile condimentum, solum, vt saporem per

D. Tho. in 4 dist. 8. q. 1. ar. 4 quæst. 2.

cipiat,

cipiant, & statim expuant, licet maneat aliquid saliuæ, quia non est comestio. Denique idem dicendũ de reliquijs cibi casu manentibus in ore ex præcedenti nocte, eadem ratione. *To. 3. disp. 68. se 4 §. Quæres rursus, & seqq.*

33 Hoc ieiunium naturale seruandũ est à media nocte, ante diem in quo fit cõmunio, vt constat ex communi vsu vniuersalis Ecclesiæ, tamẽ hoc præceptum non est nihil sumendi post communionem; cum lex solum requirat ieiunium antecedens, nec est præceptum non communicandi ob indigestionem, cum nullo iure sit prohibitum; finis enim præcepti nõ cadit sub præcepto, sed materia; vnde solum præcipitur, vt eo die, nihil cibi, vel potus ante communionem sumatur, & hoc seruat praxis Ecclesiæ. *Tom. 3. disp. 68. sect. 4. §. Dico tertio, & seqq.*

34 Solum in mortis articulo licet homini non ieiuno hoc Sacramentum accipere propter necessitatem; quando v.g. oportet viaticum accipere, & ægrotus, non potest sine graui detrimento, & periculo ieiunus expectare, quod detrimentũ, seu periculum iudicio medici expendẽdum est. Rario vero esse potest, vel quia in eo articulo obligat præceptum diuinum cõmunionis, vel certe quia in eo tempore maxime indiget homo auxilio, & ope huius Sacramenti; & ideo non erat expediens, vt Ecclesia, id prohiberet cum tanto dispendio. *Tom. 3. disp. 68. sect. 5. §. In præsente ergo.*

35 Idem ægrotus non ieiunus in eadem infirmitate, potest communicare post cibum, & potum, quando non potest comode ieiunus sæpius post octo, vel decẽ dies à prima cõmunione, siue varietur status ægritudinis quia videlicet homo prius fuit in periculo mortis, atq; illud euasit, & aliquantulũ conualuit, de quo tunc non est dubium, siue perseueret idem periculum, vel augeatur, & duret per aliquos dies. Ratio est: quia semper habet rationem viatici, & Ecclesia nõ limitat, vt semel fiat, sed quoties expedierit, dũmodo non sit extat periculum mortis, quæ sententia est pia, & satis probabilis, si tamen ægrotus post sumptum viaticum breui tempore viuat, non est illi dandum sæpius hoc Sacramentum post cibum, & potũ, tunc enim iam nulla est moralis necessitas. *Tom. 3. disp. 68. sect. 5. §. Duo vero dubia.* *Armilla. §. 18. Taverb. communio §. 54.*

26 Sacerdoti non ieiuno, ob alterius sumam necessitatẽ, non licet sumere Eucharistiã, ac proinde, nec illam conficere. Ratio vniuersalis est: quia hoc Sacramentum, sicut est maioris dignitatis, ita minoris necessitati; ergo simili euentu maior est habẽda ratio reuerentiæ debitæ Sacramento, quã necessitas proximi, hæc enim necessitas non est simpliciter, seu medij, & propter *Victor. in sum. 83. Na. c. 21. n. 53. Palac. in 4. dist. 9.*

ter hoc prouidit Ecclesia, vt semper seruetur Eucharistia pro infirmis, ne propter similes euentus priuentur Eucharistia, vt patet *ex Concil Niceno. cap. 14. & cap. Presbyter de consecrat. d. 2. Tom. 3. disp. 68. sect. 5. §. Nihilominus autores.*

D. Tho. q. 83. art. 6. ad 2.

37 Tres dantur casus, in quibus sacerdoti non ieiuno communicare licet; primus est, quando sacerdos loco vini aquâ calici infundit, & non aduertit nisi post illam sumptam, & consumptam hostiam, tunc enim debet iterum conficere, & sumere, vel vtramque speciem, vel saltē sanguinem, vt perficiat sacrificium. Idem si sacerdos post inchoatū sacrificium, præsertim post consecrationem alicuius speciei, recordetur se aliquid comedisse, vel bibisse, quia si recordetur antequam perueniat ad consecrationem, desistat à sacrificio si potest sine infamia, idem si sacerdos post inchoationem sacrificij ægritudine correptus, nō potest illud perficere, tunc enim ab alio sacerdote non ieiuno, si ieiunus absit, debet perficere, iuxta *Conc. Tolet. 7. in c. Nihil. 7. q. 1. Tom. 3. disp. 68 sect. 6. §. Tres videntur.*

Syl. verb. Euch. 3. 8. Soto in 4. dist. 12. q. 1. art. 8.

38 Secundus casus est, si necessariū sit sacerdoti sumere reliquias huius Sacramenti post sumptam calicis ablutionem; licet sacerdos post sacrum factū per horam fuerit in altari communicando populum, quia totū illud ordinatur, & moraliter est necessarium ad perficiendam suam actionem, & ministerium suum huic Sacramento debitū: quod intellige, quamuis reliquiæ sint minusculæ quantitatis, dūmodo ab altari non adhuc recedat, tunc enim iam expleuit ministerium suum, Denique hæ reliquiæ nō sunt dandæ laicis post ablutionem; non enim pertinet ad suum ministerium. *Tom. 3. disp. 68. sect. 6. §. Secundus casus, & seqq.*

39 Tertius casus est, si occurrat intrinseca necessitas consumandi hoc Sacramentum, propter vitandam aliquam grauem iniuriam eius, v. g. quia igne cōburendum est: aut quia deueniet in manus hæreticorum, vel infideliū, à quibus iniuriosè tractabitur, aut propter aliam similē causam. *Tomo. 3. disp. 68. sect. 6. §. Tertius principaliter.*

§. XI.

Eucharistia quoad subiectum.

1 IN primitiua Ecclesia reliquiæ Sacramenti Eucharistiæ infantibus dabantur quod non fuit profectū ex minori huius Sacramenti fide, sed quia fortasse existente, tunc minori numero, & maiori deuotione fidelium, poterat fieri cōmodius. *Vid. Aug. 3 de Trinit. c. 10. Tom. 3. disp. 46. sect. 6. §. Secundo hoc colligitur.*

2 Homo

hoc est certum.

2 Homo potest manducare Eucharistiam, non solum speciem, sed Corpus Christi, iuxta illud. *Nisi mãducaueritis carnem filij hominis. &c.* Secus dicẽdum de creaturis homine superioribus, vt Angeli, cum non habeãt corpus, vt possint manducare; idem de creaturis homine inferioribus, quia non viuunt, nullo modo possunt comedere. *To. 3. disp. 62. sect. 2. Per totam.*

3 Homines peccatores accipere possunt Eucharistiam Sacramentaliter, non vero spiritualiter, vt constat *ex 1. ad Corinth. 11. Qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicãs Corpus Domini;* & clarius constabit infra cum agemus de effectu huius Sacramenti *To. 3. disp. 62. sect. 3. §. Dico primo.*

Vid. Cast. ver. Euch. hæresi 11. Origines Math. 15.

4 Omnes homines adulti, baptizati, iusti possunt recipere hoc Sacramentum, Sacramentaliter, & spiritualiter, loquendo perse, & seclusis alijs impedimẽtis corporis, est certa, & clara sententia. *Tom. 3. disp. 62. sect. 3. §. Dico secundo.* Tamen non baptizati, etiam iusti, cathecumeni non possunt sumere hoc Sacramentum, nec Sacramentaliter, nec spiritualiter: contrarium enim est alienum ab omnibus Theologis. *Ibidem §. Sed hæc sententia.*

Sot. d. 2. q. 2. art. 9.

5 Infantes, & perpetuo amẽtes sunt capaces huius Sacramẽti proprie, ac spiritualiter; est probabilior sententia, licet alij oppositum teneant. Ratio est: quia Sacramẽtum confert gratiam non ponentibus obicem, sed hi paruuli nõ ponunt obicẽ, & corporaliter vere manducãt, aut saltem bibunt: ergo si manducãt, recipiunt gratiam, quod vero Ecclesia id non faciat nũc, non est, quia paruuli sint incapaces, sed quia hoc nunc magis expedit ad decentiam, & reuerentiam Sacramenti. *Tom. 3. dis. 62. sect. 4. Per totam.*

D. Thom. q. 80. ar. 9.

6 Amentibus, qui aliquando rationis vsu gauisi sunt, Eucharistiam dare illicitum non est *ex cap. Quod inte. de pœnit. & remiss. ex Conc. Tolet. 2. cap. 1.* Ratio est: quia nullum est ius positiuum prohibens; imo secluso irreuerẽtiæ periculo, in mortis articulo est eis danda, vt constat ex vsu Ecclesiæ. *Tom. 3. disp. 69. sect. 2. § Tertium dubium est.*

Vid. Dionys. cap. 3. de Eccles.

7 Energumenis, adest, qui sunt obsessi à dæmone non est deneganda Eucharistia, si rationis vsu potiuntur, quod manet arbitrio prudentis pastoris, si enim obsessus omnino priuatur vsu rationis, seruanda est regula de amentibus: si vero est compos sui, tantumque corporaliter vexatur, illa solum est corporalis ægritudo, & ideo per se non impedit, quo minus Eucharistiæ auxilium & solatium his hominibus conferatur, sæpius. *Tom. 3. disp. 69. sect. 2. §. Quarto loco dubium est.*

8 Non

8 Non peccat per ſe loquẽdo, ſuſcipiens Euchariſtiam ab indigno miniſtro in extrema neceſsitate; hoc enim per ſe, & intrinſece malum non eſt, vt dicit Nicolaus Papa in *cap. vlt.* 15. *q.* 8. quia hoc non eſt operari malum, ſed permittere vtendo iure ſuo, bene vtendo malitia alterius, in commodum proprium. Idem dicendum de accipiente in ſimili neceſsitate ab hæretico, aut præciſo, dũmodo in tali receptione non includatur cooperatio; cooperari enim intrinſece malum eſt: erit autem cooperatio, quando ſine cauſa, vel vtilitate inducit alterum non paratum ad tale miniſterium, aut quando facile euitare poteſt tale peccatum proximi, & nolet facere. Idem denique dicendũ de recipiente hoc Sacramẽtum à concubinario publico: quia antiqua prohibitio contenta, *in cap. Nullus, & cap. Propter hoc d.* 32. vel per contrariam conſuetudinem ceſſauit, vel quod ſolidius, reuocata eſt per per Conc. Conſtantien. *Tom.* 3. *diſp.* 72. *ſec.* 4. §. *Vltimo ex dictis.*

Soto in 4. diſt. 21. *q.* 1. *ar.* 4. *vide etiã cap. Quod inte de pæ nit. & remiſſ.*

§. XII.

Euchariſtiam quoad vſum, & ſumptionem.

1 INtegra ſumptio huius Sacramenti fit ſub vna tantum ſpecie. Ratio eſt: quia ſub ſingulis totus Chriſtus accipitur, quãuis ad rationem ſacrificij requiratur, vtriuſque ſpeciei ſumptio. *Tom.* 3. *diſp.* 43. *ſect.* 3. §. *Ad vltimam rationem.*

2 Spiritualis ſumptio huius Sacramenti fit per deſideriũ, vel per votum eius in ſe ipſo formaliter ex viua fide ortum, vt colligitur *ex Conc. Trid. ſeſſ.* 13. ex vſuque omnium Theologorum. *Tom.* 3. *diſp.* 62 *ſect.* 1. §. *Secundo ergo.* Sacramentalis vero ſumptio proprie, ac formaliter fit per realem manducationem Sacramenti Euchariſtiæ, cum aliqua intentione ſumendi illud in ſubiecto capaci, & proportionato: nam ſicut in alijs Sacramentis requiritur capacitas ſubiecti, & in adultis intentio ſaltẽ virtualis, ita, & in hoc Sacramẽto, & in paruulis ſufficit intentio Eccleſiæ. *Tom.* 3. *diſp.* 62. *ſect.* 1. §. *Secundo ergo, & ſeqq.* *D. Tho. q.* 80. *art.* 1.

3 Euchariſtia perfectius applicatur quam reliqua Sacramẽta, quæ in exteriori vſu alicuius alimenti conſiſtunt; in alijs enim applicatio fit per ſolum contactum externum: hic vero fit per veram, & internam ſumptionem, & vitalẽ actionẽ, & quodãmodo per guſtum, qui eſt ſenſus perfectior, quam tactus. *Tom.* 3. *diſp.* 62. *ſect.* 1. §. *Ex quibus vltimo.* *Vide Dua. diſt.* 9. *q.* 1.

4 In rigore poteſt ſumptio Euchariſtiæ antecedente Euchariſtiæ ſacrificium eſſentialiter perfectum, poteſt aliquis enim communicare, ſtatim poſt conſecra-

secrationem corporis, antequã sanguis conficiatur. *Tom. 3. disp. 76. sect. 3. §. Primo igitur.*

§. XIII.

Eucharistia quoad frequentiam.

1 NVlla frequẽtia in Eucharistiæ vsu, iure diuino est prohibita: quia frequentissimus vsus videtur quotidianus, & tamen hic nec de iure diuino, nec Ecclesiastico prohibitus est: nullibi enim est talis prohibitio: & Christus absolutè dixit: *Hoc facite, vel quotiescunque manducabitis panem hunc,* & fideles olim communicabant quotidie, vt constat *ex Actor. 2. Tom. 3. disp. 69. sect. 4. §. Dico primo.*

2 Generatim loquendo consultius est frequentius communicare, quam rarius, magisque est in frequentiam, quam in raritatem inclinandum, considerando actum ipsum absolute, seu in suo genere. Est cõmunis Theologorum, sumiturque *ex Concilio Tridentino sess. 13 cap. 8. & sess. 22. cap. 6.* Tamen in particulari nulla regula potest dari de frequentia expediens omnibus; sed committitur iudicio prudentis, pro diuersitate statuum, & morum. At vero raro consulendum est alicui, vt ordinaria consuetudine frequẽtius, quam octauo quoque die communicet. Hæc conclusio est tam per se nota, vt non indigeat approbatione. *Tom. 3. disput. 69. sect. 4. §. Dico secundo, & §. Dico tertio.*

D. Tho. q. 8. art. 11. & in 4. d. 12. q. 3. ar. 1. q. 2. Petr. Sot. lect. 9. de Euch.

3 Nemo potest bis in eadem die communicare extra sacrificium; propter prohibitionem Ecclesiæ, excipitur tamen vnus casus in quo licitum erit, verbi gratia, quando fuerit necessarium, ne deueniat Eucharistia in manus hæreticorum, aut comburatur, vel in similibus casibus, vt dictum manet supra §. 10. *conclusione 39.* agendo de casibus, in quibus licet Sacerdoti non ieiuno communicare. Tamen cõputatio diei, fit à media nocte vsque ad mediam noctem, iuxta Ecclesiæ vsum. Sicut enim datur communio statim post mediam noctem, etiã si nemo ante paucas horas aliquid comedisset, ita etiã dari potest, etiam si communicaret. Intelligo, seruato ieiunio, & secluso scandalo. Item per se loquendo potest homo communicare in qualibet hora diei; quia licet soleat communio frequentius dari, vsque ad meridiem, tamen nulla est lex obligans ad hoc, nec consuetudo hactenus ita introducta, vt præceptum inducens. *Tom. 3. disp. 69. sect. 4. §. Quari autem obiter, & sequenti.*

Syl. verb. Miss. 1. q. 7. & ver. Eucharist. 3. 4. 14.

§. XIII.
Eucharistia quoad præceptum.

1 NVllum est præceptum obligans ad obtinendā primā gratiam, sumere hoc Sacramentū; vnde de paruulis de fide est, non habere Ecclesiam præceptum dandi illis Eucharistiam antequam moriantur: de adultis etiam cōstat: quia si adultus tempore debito impleuit præceptū communicandi ante mortem, licet postea indigeat prima gratia, & mediis ad illā recuperandam, non propterea tenetur cōmunicare: vt v.g. si post viaticū acceptum mortaliter peccauit, non tenetur iterum communicare, sed confiteri: vnde non est mediū necessarium ad obtinendam primam gratiam: imo potest habere intentionem non cōmunicandi amplius antequam moriatur. *Tom. 3. disp. 40. sect. 1. §. Deinde euidentius.*

2 Præceptum communicandi, iure diuino est à Christo latū, vt tenent grauissimi Doctores: constat ex illis verbis. *Ioann. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē non habebitis vitam in vobis. To. 3. disp. 69. sect. 1. §. Dicendum nihilominus, & seqq.* Quod præceptum obligat omnes adultos baptizatos ratione vtentes, omnes enim sunt capaces Sacramēti, & eius effectus. Item infideles adultos, vt verius iudicat noster Doctor, verba enim Christi Domini sunt generalia. Tamē non obligat infantes, & perpetuo amentes, vt definit *Conc. Trid. sess. 25. cap. 4. Tom. 3. disp. 69. sect. 2. §. Vnum est certum. & seqq.*

Nauar. in sum. c. 21. n. 57. Vict in sum. n. 86.

3 Probabile est (quamuis aliqui contrarium teneant) iure diuino obligari hominē ad cōmunionem in articulo mortis, per se, & ratione illius periculi: siue prius cōmunicauerit in vita, siue non: & consequenter toties, vt minimum obligari, quoties in illum articulum venerit. Vt constat ex antiquissimis Patribus, Concilijs, & Pōtificibus, quod semper in Ecclesia diligētissime curatum fuit, ne morientes sine viatico decedant. Est cō suetudo receptissima, quæ sine magno scandalo violari non potest: quod est signum grauis obligationis. *Tom. 3. disp. 69. sect. 3. §. Dico primo.*

Dom. Sot. d. 12. q. 1. art. 11. Petr. Sot. lect. 9. de Euchar.

4 Præceptum diuinum de sumenda Eucharistia, non tantum obligat in articulo mortis, sed etiam ante illū, nec semel tantū, sed aliquoties in vita, si tempus eius minimum breue non sit. Ratio est: quia præceptum affirmatiuum, quamuis per se non determinet tempus, & indefinitè detur, tamen non limitatur ad vnum actum. *Tom. 3. disp. 69. sect. 3. §. Dico secundo.*

5 Tempora, pro quibus per se

se, & ex vi sua præceptum diuinum obliget ad communionẽ, non possunt singula designari, sed diiudicanda sunt arbitrio prudentis, negatiuè potius præcauendo, ne talis communio nimium differatur; quã præcisè determinando diem vel horã. Probat enim vsus Ecclesiæ dilationẽ vnius anni nõ esse contrariã præcepto diuino: nã qui nũc implet præceptũ Ecclesiæ non violat diuinũ, licet frequentius non cõmunicet. Vnde hoc præceptũ diuinũ obligat aliquoties in vita, saltem tertio, vel quarto anno, seclusõ præcepto Ecclesiastico: maior enim dilatio esset irrationabilis. *Tom. 3. disp. 69. sect. 3. §. Dico ergo tertio.*

6 Moraliter loquendo obligatio ad communicandum nunquã oritur per accidens ex alijs præceptis, neq; per extrinsecas circunstantias possunt hæc tempora designari communionis, quod probat late noster Doctor discurrendo per omnes modos accidentariæ obligationis. Vide. *Tom. 3. disp. 69 sect. 3. §. Dico tamen quarto, & seqq.*

7 Præceptum Ecclesiasticũ sumendi Eucharistiam obligat omnes fideles baptizatos, omnes etiam solos fideles adultos. Cõst. ex verb. *cap. Omnis vtriusq; sexus de pœnit. & remiss. Omnis* dicitur. *vtriusq. sexus fidelis, postquã ad annos discretionis peruenerit, semel saltẽ in anno cõfiteatur, suscipiens reuerenter, ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentũ, nisi forte de proprij sacerdotis cõsilio ob aliquã rationabilẽ causã ad tẽpus ab huiusmodi præceptio neduxerit abstinẽdũ alioqui, & viuẽs ab Ecclesiæ ingressu arceatur, & moriens Ecclesiastica careat sepultura.* Vnde nec laicus, nec clericus, nec religiosus eximetur ab hac obligatione; tamen ante decimum annum non obligat, sed tãtum post decimum quartum regulariter loquendo: quia nec ante decennium incipit, neque vltra decimum quartum differtur hæc obligatio, sicut nec rationis vsus. *Tom. 3. disp. 70. sect. 1. §. Dico primo, & seqq.*

Nauar. in sum. c. 21. n. 58. Summistæ ver. Euch. & ver. Communio.

1. Cor. 15. Præceptũ Ecclesiast.

8 In articulo mortis danda est Eucharistia cuicunque homini habenti vsum rationis ad peccandum, & capaci confessionis, & Extremæ Vnctionis, quod est omnibus consulendum: quæ obligatio non est solum pœnitentis, sed Parochi: quia talis homo est capax fidei & sufficientis reuerentiæ Sacramenti, & est in eo periculum, in quo non expectat commodius tempus ad recipiendum Sacramentum cum meliori dispositione; ergo tunc debet accipere eo modo quo potest. In illo enim homine iam habent locum illa verba Domini. *Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, &c. To. 3. disp. 70. sect. 1. §. Quæres tandem.*

9 Hoc præceptum Ecclesiæ obligat adultos semel in anno

communicare tempore Paschæ: constat ex verbis legis, nempe, *cap. Omnis. & ex Conc. Trident. sess. 13. can. 9.* quia eo tempore videntur fideles esse magis dispositi, & deuoti ad hoc Sacramentum recipiendum. Per tempus autē Paschale intelliguntur quindecim dies à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis inclusiue, vt constat *ex decret. Eugenij 4.* At vero si alicubi sit consuetudo extendendi amplius hoc tempus, ſt. per totam Quadragesimam, obseruā illam: & vnusquisque debet morē sui Episcopatus, aut Regni seruare: Denique vt impleatur hoc præceptum, tenētur fideles Eucharistiam accipere à manu proprij Parochi, aut alterius, cum eius facultate: quod vsus Ecclesiæ declarat, & multi Pontifices in multis decretis, & constat excitato cap. Omnis. *Tom. 3. disp. 70. sect. 2. §. Dico primo, & §. Dico secundo, & sequentibus.*

Nau. c. 21. n. 45.

10 Paschale tempus ita indignari hoc præcepto, vt si in illo non impleatur, nō cesset obligatio vsque ad futurum Pascha, sed obliget semper idem præceptum ad non differendā cōmunionem, sed ad statim cōmunicandū, quamprimū moraliter homo possit. Ita grauissimi sentiunt Doctores. Probaturque ex intentione huius legis, nēpe, *cap. Omnis vtriusque*, quæ duas partes habet. Vna est, vt communio vltra annum non differatur; altera vero est, vt saltem fiat tempore Paschatis, & vtraque est principaliter intentio, præsertim tamen prior. *Tom. 3. dis. 70. sect. 2. §. Dico ergo Paschale.*

Nau. c. 21 n. 45. Viguer. in instit. c. 16. 5. 3. vers. 19.

11 Si quis præuideat fore, vt intra illos quindecim dies, vel quadragesimā communicare non possit, nō tenetur præuenire, & communionem anticipare. Ratio est: quia nullus obligatur ad anticipandum actū præceptum, nisi per talem actum possit satisfacere obligationi præcepti, sed per communionē anticipatam, non satisfit obligationi huius præcepti: ergo, ex vi eius non obligat ad anticipationem. *Tom. 3. disp. 70. sect. 2. §. Tertium dubium.*

Cordub. in sum. Hisp. p. 15. Sot. lib. 1. de iust. q. 3. ar. 10. Couar. in c. Alma. 1. p. §. 5.

12 Qui Sacramentum Eucharistiæ voluntarie in Paschate susscipit: licet ob sacrilegam sumptionem peccare contingat præcepto Ecclesiastico satisfacit, vt patet in audiente Missam cum praua intentione, vel in ieiunante comedendo aliquid saluti contrariū, & sic de alijs. Ratio est: quia lex præcipiens actū, præcepit substantiam eius, non autem modū, nisi modus sit substantialis actui secundum se, vel prout sub lege cadit: quomodo attētio est de essentia orationis, & formalis integritas confessionis, &c. At verò suscipere Eucharistiā cum dispositione debita, non est modus substantialis Sacramenti communionis, vt sic, cum

cum reuera communicet homo, dūmodo voluntarie sumat hoc Sacramentum. *Tom. 3. disp. 70. sect. 3. §. Nihilominus dicendum.*

13 Cōtra transgressores huius præcepti positiui confessionis,& cōmunionis, nulla pæna, aut excommunicatio est lata de iure, vt constat ex cap. Omnis, sed solum præcipitur, vt huius modi transgressor ad ingressū Ecclesiæ arceatur, & moriens careat Ecclesiastica sepultura, quod non incurritur ipso iure. Solent autem in singulis Episcopatibus esse circa hoc synodales leges speciales, & excommunicationes ipso iure latæ; vnusquisq; obseruet leges sui Episcopatus. *Tom. 3. disp. 70. sect. 3. §. Vltimo vero circa hoc.*

14 De iure naturali,& diuino cōmunio sub vtraque specie laicis non est prohibita,nec illicita,est de fide,item non est per se malum, nec iure diuino prohibitum vnam speciem huius Sacramenti sine altera sumere, ita definitur *in Conc. Constan. sess. 13.* & clarius *in conc. Trid. sess. 21. c. 1. Tom. 3. disp. 71. sect. 1. §. De Communione sub vtraq. specie, &c.* *Theodore. lib. 5. hist. cap. 16.*

15 Nullum est præceptū diuinum impositum fidelibus laicis, cōmunicandi sub vtraq. specie aliquando,est de fide definita in Conc. Constant. & Trid. cit. in concl. præcedent. Tale enim præceptum, nec scriptum, nec traditum est. *Tom. 3. disput. 71. sect. 2. §. Dico primo.* Item non est de iure diuino præceptum sumere alteram ex his speciebus determinate,sed tantum confuse,seu disiunctim,ita vt,quacunque earum accepta,præceptum diuinum impleatur, quia sicut in Scriptura nullum est præceptum de vtraque specie, ita nec de specie panis determinate; illæ enim promissiones. *Qui mā ducat meam carnem, & bibit meum sanguinem;* nō copulatim, sed copulatiue sunt intelligendæ,ita,vt per se,& singilatim verificentur,& de manducāte carnem, & bibente sanguinem, ergo quodlibet horum sufficit ad vitam. *Ibidem. §. Dico secundo.* *Bellarm. lib. 4. de Euch. cap. 25. ad 3. 4. & 5. & cap. 27. ad 8.*

16 Est in Ecclesia potestas ordinādi, quomodo sit à fidelibus hoc Sacramentum sumendum in vna. ss. vel duplici specie: est de fide ex definitione *Conc. Trid. sess. 21. c. 1. &* 2. Vnde Ecclesia vtēs hac potestate iam prohibuit vsum calicis omnibus,exceptis sacerdotib⁹ sacrificantibus, quæ prohibitio est valida, ac rationabilis, ac prudens fuit,vt constat *ex Conc. Cōstantiens. & Trid. sess. 21. cap. 2. Tom. 3. disput. 71. sect. 3. §. Dico primo, & §. Dico secundo.*

17 Ecclesia potest dispensare cū aliquo regno,vel cum aliquibus personis,vt cōmunicent sub vtraq; specie, vt fecit Paulus 3. erga Bohæmos,vt refert *Gaspar Casalius lib. 3. de Cœna. & calice c. 2.* Et idē fecit Clemens 6. circa Regem Galliæ, anno 1341. *Paulus 3. Clemēs 6. Gaspar Casalius.*

quæ dispensatio, vt licita sit debet fieri intuitu reuerentiæ Sacramenti. *Tom. 3. disp. 71. sect. 3. §. Ex quibus principijs. & seqq.*

§. XV.

Eucharistia quoad species sacramentales.

1 PRobabile est species Sacramẽtales habere proprium influxum, & efficientiam gratiæ in hoc Sacramento. Ratio est: quia Sacramẽta nouæ legis efficiunt, quod significant, sed species significant vnionem cum Christo, ergo illã efficiunt, vel perficiunt. *Tom. 3. disp. 42. sec. 3. §. De speciebus verò.*

2 Species Sacramentales nõ existunt, aut subsistunt existentia, aut subsistentia Verbi: quia nulla res potest per alienam existentiam, quin potius nec per entitatẽ à se distinctam existere. Vnde certissimum est accidentia panis non existere formaliter per existentiam Corporis Christi, aliàs quædam hypostatica vnio interueniet, quod non est probabile. Nullus enim Catholicorum id ausus erit asserere. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Superest vt alteram.*

3 Modus, quo species Sacramentales per se existunt, non potest esse vnio cum Corpore Christi: quia talis vnio nec accidentalis, nec substantialis esse potest, vt Theologo facile patebit: ergo nulla: sicut enim nõ est medium inter substantiam & accidens, ita nec inter vnionem accidentalem & substantialem. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Dico ergo primo, & sequenti.*

4 Quamuis species Sacramẽtales nullo intrinseco modo accidentali vniãtur Corpori Christi, tamen vniuntur tantum effectiuè, quæ vnio est possibilis, & de facto ita est. Nam ad veritatem omnium fere locutionum, quæ sunt de hoc Sacramẽto, hæc vnio sufficiẽs & necessaria videtur: quod probat late & acute, vt solet, noster Doctor. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Dico ergo primo. & seqq. & §. Primum ita declaro, & sequenti.*

5 In hoc Sacramento nõ manet substãtia, seu suppositalitas panis. Constat ex verbis Conc. Trid. nam hæc substãtia non est accidens, dixit autem Conc. manere tantũ accidentia, ergo. Item nec post consecrationem manet existentia substãtialis panis, vt consentiunt omnes, & cõstat ex principijs fidei, quod tota substantia panis cõuertatur, & dũtaxat maneant accidentia & ex principijs Metaphysicis. ff. q substantia pereat, & maneat existentia eius impossibile est, cum nihil sit perire, quam amittere existentiam. Item post consecrationem non manet eadem numero entitas, vel substantia, quæ fuit panis sub esse Corporis Christi: quia non potest mutata essen-

D. Tho. q. 75. ar. 3. & art. 4. & 8. & in 4. d. 11. q. 1. art. 4. Sot. d. 9. q. 2. ar. 4.

essentia rei manere eadē numero entitas, vt probat doctissime de more noster Doctor. *Tom. 3. disp. 49. sect. 4. per totam.*

Vid. Hug. de S. Vict. 2. de Sacram. p. 8. cap. 7.

6 Species sacramentales, seu accidentia remanent sine subiecto in hoc Sacramento: quia manent sine propria substātia, quāuis non singula eorum careant proprio inhæsionis modo. *To. 3. q. 77. ar. 1. §. Circa titulum in cōment.* Item ablata substantia panis, & vini post consecrationē monent omnia accidentia, quæ per se possunt sensibus percipi; quia si aliquod accidens, per se sensibile nō maneret, posset hoc naturaliter cognosci quadā naturali euidētia, & ita fuit necessarium, vt manere hoc mysteriū fidei occultum. *Tom. 3. disp. 56. sect. 1. §. Dicendum est ergo.*

Vid. Scot. Durand. Gabri. & alios in 4. d. 12.

7 Non est certum manere post consecrationem alia accidentia panis & vini, præter per se sensibilia: quia Concilia aut, Patres non potuerūt habere aliquod certum fundamentum, præsertim Theologorū, ad definiendum id in eo sensu. Probabilius tamen vidētur manere omnia accidentia, quæ habent entitatem propriam, distinctā ab entitate substantiæ, quod est cōforme doctrinæ Conciliorū, Sanctorum, & Theologorum. At vero non manent post consecrationem aliqui modi accidentales (si forte sint) in substantia non omnino ab illa diuersa, sed tantum modo ex natura rei distincta: huiusmodi vero possunt esse modus præsentiæ, modus vnionis materiæ, ad quantitatē, & aliquæ relationes. Ratio horū omnium esse debet: quia huiusmodi accidentis conseruari nō possunt destructa substantia. *To. 3. dis. 56. sect. 1. per totam.*

8 Quantitas separata priuatur positiuo, reali, & intrinseco modo, quem in subiecto habebat: qui appellatur actualis inhęrētia, seu modus vnionis ad subiectum: quia hæc inhærentia, vel vnio, non est in quantitate, sola denominatio à subiecto, sed internus modus eius, vt probat de more noster Doctor. *Tom. 3. disp. 56. sect. 2. §. Dico primo.*

D. Tho. q. 77. art. 1. ad 4. & in 4. d. 12. q. ar. 1. q. 3. Ferrar. 4. cōtra gēt. cap. 66.

9 Probabile est, quantitatem, quæ separata consecratur, positiuè mutari recipiendo modum per se essendi actuali inhęrentiæ repugnantem. Hæc est probabilis tantum, non enim demonstrari potest: quamuis opinio contraria Scoti, non difficile defendi possit. *Tom. 3. dis. 56. sect. 2. §. Dico secundo.* Item cum quantitas à substantia separatur, necesse est actione mutari, qua conseruatur à Deo, ita vt cesset actio, qua prius in substantia cōseruabatur, & per nouam aliam in se cōseruetur; nam ablata materia necesse est tolli actionē, qua in ea quantitas conseruabatur: tum quia per illā solū conseruabatur quantitas dependenter à materia: tum etiam quia illamet actio essentialiter

pendebat à concurſu materiæ: quæ actio eſt modus accidẽtalis quantitatis, illam, vt terminum reſpiciens, qui eſt quantitas ipſa; quia actio creatiua intrinſece, & eſſentialiter poſtulat indepẽdentiam à materiali cauſa. *Ibidem.* §. *Dico tertio.*

10 Cæteræ qualitates, vel accidentia panis, & vini, poſt conſecrationem inhærent quãtitati. Eſt hæc concluſio multorum, & grauium Doctorum, quæ inhærentia eſt eadem ſicut ante conſecrationem: quia hæ qualitates non recipiuntur niſi in materia, ſeu ſubiecto extenſo: ergo recipiuntur media quantitate: ergo recipiuntur proxime in ipſa. Vnde per conſecrationẽ nulla fit mutatio in qualitatibus expane, & vino remanentibus, nõ enim mutant inhærentiam, & conſequenter nõ mutant modũ per ſe. Tamen de potentia abſoluta poſſet Deus has qualitates ſine proximo ſubiecto conſeruare per ſe ſeparatas: quia ſi quantitas conſeruatur à Deo, cur nõ qualitas? neq; enim magis eſt de eſſentia qualitatis actu inhærere quantitati, quam quantitatis actu inhærere materiæ. *Tom. 3. diſp. 56. ſect. 3. Per totam.*

D. Tho. q. 77. art. 2. & in 4. d. 12. vbi Bonauẽt. ar. 1. q. 3. artic. 2.

11 Species conſecratæ poſſunt efficere omnem actionem intentionalem, quã antea poterant. Ita ſentiũt omnes. Itẽ poſſunt efficere omnem accidentalem alterationem, quã antea poterant. Eſt etiam conſenſus omnium. Item poſſunt ſubſtantiam corrumpere & generare: nam hæc accidentia poſſunt alterare ſubſtantiam: ergo poſſunt in ea alteratione, quouſque procedere, vt illam corrumpãt, cum eadẽ ſit ratio de initio, & progreſſu alterationis. In qua vero virtute ſpecies cõſecratæ attingãt productionẽ formæ ſubſtantialis? Eſt dubitatio ad praxim parum vtilis, imo potius ad ſpeculatiuam ſcientiã pertinens: quæ pẽdet ex celebri quæſtione phyſica, quomodo accidentia attingant ad productionem ſubſtantiæ? Vide Doctorem. *Tom. 3. diſp. 57 ſect. 1. per totam.*

D. Tho. q. 77. art. 8. & q. 75. art. 5.

12 Cum qualitates remiſſæ in vino, ducunt ſe ad priſtinũ ſtatum, Deus ſupplet efficientiam ſubſtantialis formæ: quia connaturale principiũ illius actionis ibi deeſt, deficiẽte forma. *To. 3. diſp. 57. ſect. 1. §. Et iuxta hæc.* Item ſpecies conſecratę poſſunt loco moueri, ab agente naturali item alterari, augeri, ac diminui: quæ omnia ſupponit noſter Doctor tamquam certa. At vero quãtitas Euchariſtiæ, nec per ſe, nec per accidens ad corruptionem ſpecierũ corrumpitur: quia ſi ſubſtantia adeſſet, quantitas non corrumperetur per illam alterationẽ: ergo nec nunc deſtruitur. Patet conſequentia, quia in hoc miſterio, ſuppoſitis his, quæ per ſe ad ipſum pertinent, in reliquis, quoad fieri poteſt, naturalis ordo ſer-

Henriq. quodl. 7. q. 36. Ferrar. cõtra gent. cap. 36.

ꝫuatur.

natur. *Tom. 3. diſp. 57. ſect. 2. per totam.*

13 Ex ſpeciebus conſecratis nulla poteſt ſubſtantia generari, vel nutriri, ſed neceſſaria eſt aliqua materia prima, ex qua hæc generatio fiat. Ratio eſt: quia forma ſubſtantialis nõ poteſt habere ſuum effectum formalem circa aliquod accidens, cum quo non habet proportionem, neque habitudinem, aliàs poſſet vna forma informare aliam, vel qualitatem aliquam: ergo neceſſaria eſt materia prima, vt generatio fiat. Quæ materia prima in inſtanti generationis, quæ fit ſpeciebus conſecratis, prius natura, quam talis generatio fiat, ponitur ſub illis ſpeciebus, quæ immediate ante illud inſtans in rerum natura nõ exiſtebat, & fit à Deo immeditè, licet probabile ſit Chriſti humanitatem concurrere, vt inſtrumentum. *Tom. 3. diſp. 57. ſect. 3. Per totam.* Vbi inuenies alias actiones, quæ ibi intercedunt, & quomodo, quæ magis ſpeculationi inſeruiunt, quam practicæ, & ideo curioſo Theologo eas committo.

Palud. d. 12. q. 2. Gabr. lect. 45. in can.

14 Species vini conſecrati poſſunt miſceri cum alio liquore eiuſdem, vel alterius ſpeciei, tantum imperfectè, & tunc non deinit ſub eis eſſe ſanguis Chriſti. Item quando ſpecies conſecratæ miſcentur vino non conſecrato, ſub eis ſemper manet Corpus Chriſti, vt eſt communis ſententia. Secus dicendum, quãdo ſpecies conſecratæ miſcentur perfectè, ideſt, cum trãſmutatione ſubſtãtiali, vel vnius miſcibilium in alterum, quod prædominatur, quæ potius eſt corruptio vnius, & generatio alterius, vel magis auerſio, quã mixtio, cum liquore ſpecie diſtincto, v. g. ſi miſceantur cum tanta quantitate aquæ, quanta ſufficeret ad corrumpendum vi num: quia tunc iam non mãſiſſet ſubſtantia vini ibi: ergo, nec manet Sanguis Chriſti, ſolum aduerte, quod illud vinum non cõſecratum, ver. gr. ſi appoſita fuit pauca quantitas ſpecierum conſecratarum in magno dolio vini non conſecrati, ſeparandum, & ad ſacros vſus reſeruandum eſt: quia totum manet quodammodo benedictum ratione contactus. *Tom. 3. diſp. 57. ſect. per totam.*

D. Tho. in 4. d. 12. Bonau. ar. 1. q. 2. Innocent. lib. 4. de hoc myſt.

c. 32. Vict. in ſum. n. 64.

15 Species ſacramentales, licet cum Chriſto coadorentur, poſſunt etiam adorari adoratione reſpectiua, & ſecundaria latria: quia illæ ſpecies non habent in ſe excellentiam increatam, propter quam ſint huiuſmodi adoratione dignæ, qua etiam adoratione ſcilicet reſpectiua, & ſecundaria latria, digna ſunt cætera Sacramenta, ſeu ſacra ſigna, vt colligi poteſt ex ſeptima ſynodo multis in locis. *Tom. 3. diſp. 65. ſect. 2. §. In priori ergo ſenſu.*

Aug. li. 4. de cathe. rudib. ca. 26. Dam. orat. de imaginib.

§ XVI.

Eucharistia quoad figuras contentas, in sacra Scriptura, & Sanctis.

1 OBlatio Melchisedech. *Genes.* 14. Panis propositionis. *Exod.* 40. *Leuit.* 23 Panis Primitiarū. *Exod.* 23. Panis sub cineris, *Heliæ* 3. *Reg.* 19. Imo & quinque panes, quibus Christus satiauit hominum multitudinē, *Matth.* 14. fuerunt figuræ huius Sacramenti, in quantum Sacramentū tantum. ſi ſpecies panis; & vini. *To. 3. quæſt. 73. art. 6. §. Primo igitur in comment.*

Damaſc. c. 14. lib. 4. Cyril. Hieroſ. catechiſm. 4.

2 Ad ſignificandum effectum, ſeu rem tantum huius Sacramenti fuit figura optima Mana, nam primo datum eſt hominibus perigrinantibus in deſerto, vt poſsint ad terram Promiſſam pergere, 2 habebat omnem ſaporem, & ſuauitatem, *Exod.* 16. 3. licet varij varias menſuras colligerent, eandem poſtea inueniebāt, 4. fuit cibus de cælo miſſus, optime nutriens, item fuit figura lignum vitæ, quod erat in paradiſo ad conſeruandam vitam, ſic etiam interpretantur Sancti effectum millis quo oculi Ionatæ aperti ſunt. *Tom. 3. q. 83. art. 6. §. Secundo fuerunt in comment.*

Chryſoſt. hom. 23. in 1. ad Corinth.

3 Ad ſignificandum rem contentā in hoc Sacramento ſſ. Chriſtum, qui eſt res, & Sacramentum ſimul, fuerunt data omnia ſacrificia legis naturæ, & veteris, vt docent Patres, & Sancti: denique inſignis figura huius Sacramenti fuit Agnus Paſchalis in quo repræſentantur omnia ſupradicta; ſignificabat enim non ſolum Chriſtum, vt hoſtiam, ſed etiam, vt cibum, quia agnus ille non tantū imolari, ſed comedi præcipiebatur, ſanguis vero eius effectum redemptionis Chriſti, per quem à deuaſtante Angelo protecti, & à ſeruitute Egiptiaca erepti ſumus, & panis azimus ſignificabat materiam huius Sacramēti. *Tom. 3. q. 73 art. 3. §. Tertio aliæ figuræ, & ſeqq.*

Cyprian. lib. de vnitat. Eccl. Tertul. li. 4. contra Marcionē cap. 40.

§. XVII.

Eucharistia quoad nomina quibus vocatur in Scriptura, & Sanctis.

1 HOc Sacramentum vocatur *Panis vitæ*, & habet alia nomina, quę aliquo modo ſunt metaphorica, quia poſt conſecrationem non eſt panis, ſed ſic vocatur, vel quia ex pane confectum eſt, vel quia ſpecie, & vſu externo figuram panis retinet: tamen in hoc tempore propter hæreſes, vel abſtinendum omnino,

Aug. li. 2. de ſerm. Domini in mōte c. 12

no, vel parce, aut prudenter huiusmodi significatione vtendū, vt notauit *Conc. Colonien. tract. de Eucharistia,* & moderni. *Tom. 3. disp. 73. art. 4. §. Primo igitur in comment.*

2 Item vocatur *Communio*, quia est communis vnio, seu cōiunctio fidelium, qui edendo idem Corpus Christi verum, vnum corpus eius mixticum efficiuntur, iuxta *Pau. 1. ad Corinht. 10. & Conc. Trid. sess. 13. cap. 8.* dum dicit: *Hoc Sacramentum esse signum vnitatis, vinculum charitatis, pacis, & concordiæ simbolum. Tom. 3. q. 73. art. 4. §. Secundo sunt varia.* *Damas. li. 4. c. 14.*

3 Item vocatur *Metalepsis* idest assumptio, participatio, aut transmutatio. Item *Viaticū*, ex significatione gloriæ futuræ, ad quam viam parat, est enim pignus gloriæ, & ad illam consequendam præparat, atque ad difficilimū iter agendum vires præbet, & ideò Conc. Nicen. cap. 12. ne exeuntes è corpore vltimo, & maxime necessario viatico priuentur, & idem constat ex varijs Conc. præcipue *Trid. sess. 13. cap. 6.* Denique vocatur *Eucharistia*, idest, bona gratia, vel ex significatione futuræ gloriæ, quia gratia Dei vita æterna, vel ex re contenta, sc. Christo, qui est summa gratia. *Tom. 3. q. 73. art. 4. §. Tertio etiā ex effectu.* Vbi inuenies alia multa inseruientia potius prædicationi, quam practicæ scientiæ, ff. *Fons bonorum omnium, ā Chryso. hom. 45. in Ioan. a Damacen, carbo ignitus purificans animam.* Ex Isah. 6. & August. lib. 1. de pecc. merit. cap. 24. *Vita æterna.* Ab Ignatio epist. 14. *Pharmacum immortalitatis, mortis antidotum, & c. Ibidem.*

4 Item dici potest testamētum eo modo, quo res separata solet spes nostra vocari, & res promissa nomine promissionis, & hæreditas testamento legata nomine testamenti, sic enim id, quod Christus nomine testamenti præcipue in nouo testamento Ecclesiæ suæ legauit, fuit Corpus, & Sanguis Christi in Eucharistia; item dici etiam solet testamentum instrumentum ipsum continens, & significans voluntatem testatoris, & hoc etiā modo potest dici Eucharistia, testamentum tamquā signum, & instrumentum continens, & significans Christi voluntatem, & liberalem omnium suorum bonorum largitionem nobis illatam. *Tom. 3. disp. 74. sect. 2. §. Alteram partem de testamento.* *Ad Hæb. 9. Paulus.*

§. XVIII.

Eucharistia quoad tempus interdicti.

1 EVcharistia potest administrari per modū viatici non solum in periculo mortis

tis naturalis constitutis, sed voluntaria, aut si nauigatio esset longa inchoanda tempore interdicti generalis, iuxta *c. Quod inte. de pœnit. & remiss.* Item deferenda est ad infirmos cum omni pompa, & comitatu, & honore consueto, & debito, iuxta *cap. Sane de celeb. miss.* Et si ægrotus sit in ipsa Ecclesia specialiter interdicta, poterit ei ministrari Eucharistia, non tamen debet, si commode poterit fieri in alia Ecclesia non interdicta, si casu essent plures aliæ Ecclesiæ, quæ interdictæ non sint. *Tom. 5. disp. 33. sect. 1. §. Distinguendi sunt duo, & §. Vltimo dubitari potest.*

Nau. cap. 27. n. 179. Conar. c. Alm. p. 2 §. 2. nu. 7.

2 Eucharistia non debet ministrari causam danti interdicto, nisi satisfactione præmissa, vel specialiter interdicto, iuxta *c. Alma mater de sent. excom.* secus dicendum quando generale est interdictum, & particularis persona, quæ illo ligatur, non dedit illi causam: quia cum ipse non deliquerit, non est de quo satisfactio ab illa sit dãda, *Tom. 5. disp. 33 sect. 1. §. De personali interdicto. & seqq.*

3 Quilibet sacerdos habens ius administrandi, qui non dedit causam interdicto, nec particulari interdicto ligatus est, potest viaticum ministrare, patet. 1. in interdicto personali generali, æque comprehendi omnes personas, quæ causam non dederunt: ergo vel nullã impedit, vel omnes, non omnes, quia repugnat hoc, si receptio conceditur: ergo nullam impedit. Item patet in interdicto locali, quia si non impedit locum in ordine ad viaticum præstandum, ergo neque personã ad præstandum illud. Vtrum vero si in aliquo populo sit interdictus clerus, & solus sit vnus Parochus, ad quem ex officio competat administratio, an possit committere alijs sacerdotibus simplicibus? & an illi possint illud admittere, & exercere, etiam si generatim interdicti sint? affirmat noster Doctor, dicens esse probabilius, nullam enim videt specialem prohibitionem, generalis autem non sufficit. *Tom. 5. disp. 33. sect. 1. §. Ex quibus intelligitur.*

4 Parochus specialiter interdictus per se non potest administrare viaticum, nisi prius, absoluatur, quia per interdictũ maxime prohibetur ministerium Sacramentorum, quod intellige, quando sint alij sacerdotes simplices, tunc enim reuera nõ est necessitas, sed debet per alium id facere, potestque licite, & valide, facultatem alteri concedere, cum non sit actus ordinis, sed iurisdictionis, quam interdictum non impedit, tamẽ non poterit committere Diacono, non enim est in vsu Ecclesiæ, nisi deficiente sacerdote. *Tom. 5. disput. 33. sect. 1. §. Sed quid Parochus*

5 Quoties

5 Quoties potest: pœnitentia dari propter occasionē mortis, potest etiam Eucharistia, & non est necessarium accidēs periculum mortis expectare, aut quod infirmitas nimiū aggraue tur, sed sufficit, quod grauis sit ex suo genere, & prudenter talis iudicetur arbitrio medici, vt possit ministrari tempore interdicti. Idē dicendum est de quacunque occasione mortis violētæ, præcipue quando est certa, vt in damnatis, quod tetigit breuiter noster Doctor. *Tom. 3. disp. 69. sect. 3. & Tom. 5. disp. 33. sect. 1. §. Poterat tandem.*

Vide Cou. c. Alma p. 2. §. 3. dis. 3. & li. 2. Variar. c. 1. n. 11.

6 Extra mortis articulū tempore interdicti generalis loci, Eucharistia nec dari nec recipi potest in toto loco interdicto, seclusis priuilegijs, aut specialibus exceptionibus, idem dicendum de interdicto particulari loci proportionaliter, quoad illum specialem locum, est enim ius, & institutio interdicti localis, vt constat *ex cap. Ciuitas de sent. ex com. in 6.* Quando autem interdictum est generale, aut speciale personarum, tunc absolute prohibetur Eucharistia sumi in quocunq; loco, vt cōstat ex cap. cit. & ita dicendum de personis ita interdictis, vt causam dederint cuilibet interdicto generali, tanquam enim specialiter interdictæ reputantur. *Tom. 5. disp. 33. sect. 1. §. Ex his ergo.*

7 Religiosi, & moniales, multique viri nobiles habentes priuilegia, bullam Cruciatæ, vel aliam, cuius tenor attendendus est, & seruandus; possunt Eucharistiam sumere extra articulum mortis tempore interdicti generalis, item de iure communi clerici non celebrantes habent priuilegium communicandi, sicut possunt interesse diuinis officijs. Item tam laici, quam clerici possunt de iure Eucharistiam sumere in quatuor festiuitatibus. ff. Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis Virginis, in quibus concedit cap. Alma mater, vt possint interesse diuinis officijs quia cui conceditur facultas assistendi Missæ sacrificio, conceditur etiam, vt de illo participare, seu communicare possit, nisi expresse excipiatur, seu denegetur, quæ sententia est probabilis, & pia, & fauorabilis. Licet contraria sit communis, & non difficile defendi possit, tamen in praxi seruā consuetudinem Ecclesiæ, *Tom. 5. disputatio. 33. section. 1. §. Hac tamen generali regula, & seqq.*

Sylueſt. ver. inter. dictum 5. num. 9. Ant. 3. p. tit. 26. c. 4. Soto in 4. dist. 22. q. 3. art. 1. post. 4. conc.

8 Fidelis ad implendum præceptum annuæ communionis, potest Eucharistiam sumere tempore interdicti, sequitur ex præcedenti conclusione, vna enim ex illis quatuor festiuitatibus in quibus tollitur interdictum: est Pascha pro qua specialiter obligat præceptum annuæ communionis: sed dictum est ex vi illius iuris ablatā esse prohibitio-

hibitionem interdicti quoad communionem; ergo obligabit tunc præceptum, cum omne iã impedimentum ſublatum ſit. *Tom. 5. diſp. 33. ſect. 1. §. Tandẽ hic obiter.*

Nauar. in ſum. c. 22. num. 4.

9 In extrema neceſsitate licet excõmunicato vitando Euchariſtiam miniſtrare, & indigenti petere, & recipere quando non eſt alius, qui miniſtret. Ratio eſt: quia etiam hoc ſacramentum eſt ſuo modo neceſsitatis, iuxta illud. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, &c. To. 5. diſp. 11. ſect. 1. §. Addo vero*

Vide Inno cent. in c. vlt. nu. 2. de exceſſ. Prælat. Nauar. in ſum. c. 27. n. 241. & 244.

10 Sacerdos excommunicatus diſtribuens Euchariſtiam, vel Eccleſiæ communicantibus, vel deferendo ad infirmos, manet irregularis; quia illud eſt grauiſsimum miniſterium ſacrum, ac diuinum, ac proprium ſacerdotis ratione ſui ordinis. Idem dicendum de Diacono, ſi ex licentia ſacerdotis tale miniſterium obierit: quia etiam ille actus, vt factus à Diacono ex commiſsione, eſt actus ordinis eius: ſecus dicendum ſi inferior clericus, vel etiam laicus, vſurpata, vel male conceſſa licentia tale Sacramentum excõmunicatus diſpenſet, quia hæc irregularitas ſolis clericis impoſita eſt, qui in ſuis officiis excõmunicati miniſtrant, vt patet *ex tota rubrica de cleric. excom. miniſt.* Et ſic intelligendum eſt *cap. Si celebrat.* Vnde laicus excommunicatus ſe figens ſacerdotem, & celebrans exterius, & Subdiaconus cantans Euangelium, vel Diaconus celebrans, non manet irregularis, iuxta *cap. Si cur, & cap. Si quis Epiſcopus, 11. q. 3.* Ratio eſt: quia hæc irrgularitas directe cadit in actum à quo quiſpiam per cenſuram Eccleſiaſticam ſuſpenſus eſt. *Tom. 5. diſp. 11. ſect. 3. §. Idem eſt in aliquo puncto, & ſeqq.*

§. I.

Excommunicatio quoad nomen, definitionem, & diuiſionem.

Diffinitio excommunicationis.

1 EXcommunicatio eſt *Cenſura, qua quiſpiã ſeparatur ab Eccleſiaſtica communione fidelium.* Vide *To. 5 diſp. 8. ſect. 1. §. Varie diſinitur, & ſequentibus.* Quæ definitio data, eſt ſufficiens, & quamlibet excommunicationem ſub ſe comprehendit, nam cum dicitur excommunicationis cenſura ſeparare ab Eccleſiaſtica communione, abſtracte id ſumitur, ſiue illa communicatio, qua priuat, magna ſit, ſiue parua, ſiue totalis, ſiue partialis, dummodo huiuſmodi communicatio Eccleſiaſtica ſit, & talis, vt ſub Eccleſiæ prohibitionem cadere poſsit. *Ibidem §. Sufficiens ergo.*

2 Excommunicatio interdum priuationem Euchariſtiæ ſignifi-

significat, cuius vsus per antonomasiam dicitur communio, quo modo accipi videtur illa vox, *in cap. Nemo* 11 *quæst.* 3. & *cap. De Presbyterorum* 17. *quæst.* 4. & alijs capitibus iuris antiqui. *Tom.* 5. *disp.* 24. *sect.* 1. §. *Adde præterea.*

Victor. in sum. materia de excom. n. 1.

3 Excommunicatio alia maior, alia minor de maiori mẽtio fit in *cap. de Presbyterorum.* 17. *quæst.* 4 De minori, *in cap. Vnic. de cler. excom. minist.* Vtrunque autem membrum huius diuisionis videtur definiri *in cap. penult. de sent. excom. Excommun. maior* (dicitur ibi) *quæ à communione fidelium separat, minor, quæ à perceptione Sacramentorũ. Tom.* 5. *disp.* 8. *sect.* 2. §. *Explicandum iam est.*

De aliis diuisionibus vide verb. censura.

4 Excommunicatio maior & minor specie differunt; quia comparantur per modum totius, & partis, & in ratione priuationis, quia pluribus bonis, & specie diuersis maior priuat, & in ratione pœnæ in ordine ad culpam, quia maior per se respicit culpam mortalem, ad minorem sufficit culpa venialis. Item denique in ratione vinculi, quia maior plus ligat, & obligat. *Tom.* 5. *disp.* 8. *sect.* 3. §. *Tandem ex his.*

§ II.

Excommunicatio quoad materiam.

1 NOn est per se malum pro temporibus excõmunicationem ferre eã ordinãdo aliquo modo ad illa, colligitur *ex Conc. Trid. sess.* 25. *c.* 3. *de reform. Tom.* 5. *disp.* 20. *sect.* 1. §. *Suppono* 1. *& seqq.* Vnde potest Ecclesiasticus iudex iuste, & valide pro causis temporalibus interdum respiciendo ad crimina, offensiones, vel scandala commissa, non præcise, vt præteritæ sunt, sed vt aliquo modo tractũ successiuum habent, vt in futurum tollantur, vel resarciantur: interdum vero respiciendo solum ad futura crimina, vt cui tentur, & vt Ecclesiastica obedientia obseruetur; quando autẽ hoc, vel illo modo facile constabit ex verbis sententiæ. *Ibidẽ* §. *Ex dictis ergo.* Deniq. ad hanc censuram ferendam requiritur peccatum mortale ante contractum illud. *Matth.* 8. *Si Ecclesiã non audierit, &c.* & constat *ex cap. Romana de sent. excom. in* 6 *vers. Caueant etiam.* Non est tamen necessarium, vt semper ante sententiam latam peccatum sit commissum: nam licet hæc censura vtilis, & efficax sit ad correctionem, non tamẽ est ille adæquatus finis eius, sed etiam potest ordinari ad quamcunq. obligationem implendam. *Ibidem* §. *Supereſt vero, & seqq.*

2 Excommunicatio, quæ solet ferri in causis temporalibus,

vt

vt restituant ablatum, aut veritas detegatur, &c. Regulariter, & moraliter loquendo, non licet ferri contra personam determinatam, ac nominatim, quando est cognita, quamuis si fiat, factum teneat, & excommunicatio liget, si reuera sufficiens ratio intercedat, quia quãdo debitor est certus, potest cõuinci coram suo iudice. Erit autem causa, & ratio sufficiens, si iudex secularis nolit remedium adhibere, nec accusationem suscipere, aut in causa progredi: aut, si persona tantæ est dignitatis, vt non habeat superiorem in terris, nec velit arbitrorum iudicio rem commitere: secus dicendum si negotium versetur inter personas Ecclesiasticas, tunc enim clarum est posse iudicem Ecclesiasticum vti gladio spirituali contra certã personam. *Tom. 5. disp. 20. sect. 1. §. In confirmatione.*

3 Vt valida sit excommunicatio, & liget transgressorem, sufficit, quod præceptũ sit iustũ, & de re adeò graui, vt eius trãsgressio, & contumacia, absque intollerabili errore, possit excõmunicatione puniri; quia si hoc habeat, nihil substantiale deest, cum supponatur potestas, & cõtumacia per admonitionem, at vero, vt sit iusta necessarium erit eam moderationẽ adhibere, eisque circunstantias seruare quas *Conc. Tird. sess. 25. cap. 3. de reform. & c. Romana de sent. excom. in 6.* iudicauit. Vnde proxima, & immediata causa excommunicationis, est contumacia contra obediẽtiam Ecclesiastici præcepti, etiam in causis, quæ temporales videntur, iuxta illud Matth. 18. *Si Ecclesiam non audierit, &c. Tom. 5. disp. 20. sect. 1. §. Nunc in hoc puncto, & seqq.*

4 Excommunicatio maior solum contrahi potest per culpam mortalem, vt constat *ex cap. Nemo Episcoporũ. 11. quæst. 3.* Minor vero solũ requirit peccatum veniale, vt feratur, & sic de facto incurritur propter cõmunicationem cum excommunicato in rebus humanis, & cõstat *ex Conc. Carthaginens. cap. 24 Tom. 5. disput. 4. sect. 4. §. Vt vero hæc.* *Leo Papa epist. 89.*

5 Excommunicatio maior ferri non potest, nisi ob culpam mortalem cum inobedientia Ecclesiæ, & contumacia commissam: non solum de iure ordinario, sed etiam de potẽtia absoluta data Ecclesiæ à Christo Domino, in quo fere omnes cõueniunt, constat ex multis decretis relatis 11. *quæst. 3. ex cap. Seruetur, & cap. Nemo Episcoporum, cap. Nullus. cap. Episcopi, & cap. Rejecandæ, c. Corripiantur, & cap. Ecce 24. quæst. 3.* Item, *ex c. Sacro de sent. excom. & cap. Romana eodem tit. in 6.* Deniq. *ex Cõc. Trid. sess. 25. c. 3. de reform. Tom. 5. dis. 16. sect. 3. §. Materiæ huius sectionis, & seqq.* Vnde nec Summus Pontifex, nec inferior illo *Leo Papa epist. 87. Ambr. li. 2. officior. cap. 37.*

potest

potest excõmunicatione pro minori culpa ferre: quod probat late noster Doctor. *Ibidem §. Atque ex hac regula. & sequẽti.* Item denique infertur, excõmunicationem maiorem latã à quocũque prælato non solum esse iniustã, sed etiam ipso iure nullam, fertur enim absque legitima potestate. *Ibidem §. Ex quo generali principio.*

6 Qui excusatur à culpa mortali, excusatur ab excõmunicatione. v.g. si excommunicãtur omnes qui furantur aliquid, si quis id committat, ex leuitate materiæ excusatur à mortali, excusabitur à cẽsura imposita: vel si alicui præcipiatur sub excommunicatione, vt soluat, vel restituat, si id omittat, quia reuera non habet vnde soluat, sicut excusatur à culpa, ita etiã à cẽsura. Ratio est, quia cessante causa necessaria, cessat effectus. *to. 5. disp. 18. sect. 3. §. Secundo infertur.*

7 Nõ quodlibet peccatũ mortale sufficit ad excõmunicationem ferendam. Id enim docẽt multa iura, & Cõcilia, vsque ad Trid. quia excõmunicatio est grauissima pœna, & innumera affert incommoda, & magis ad curandum, quam ad vindicandum ordinatur, & sępę non minus ad bonum aliorum, quam eiꝰ, qui excõmmunicatur. Multa autem sunt peccata, quæ nec indigent hac medicina, nec habent proportionẽ cum tã acerba, & periculosa pœna: ergo. Tamẽ quodlibet sufficit, vt sit valida factu ex cõtumacia Ecclesię, id est, vt si lata sit, incurratur: quod aperte cõstat, *to. 5. disp. 18. sect. 3. §. Altera quæstio, & sequenti.*

8 Quoties lex, vel præceptũ iustum sub pœna excommunicationis maioris etiã non facto ipso incurrendæ, sed à iudice inferẽdę, aliquid prohibet, trãsgressio talis præcepti est peccatũ mortale, & solũ ea ratione potest esse sufficiens materia ad executionẽ illius pœnæ, quia quando lex prohibet aliquid sub excommunicatione inferenda, licet ipsa lex nõ excõmunicet, virtute autẽ pręcipit iudici, vt pro tali trãsgressione excommunicet: vnde si præceptum est iustum, supponit sufficientẽ materiam ad excommunicandum. *to. 5. disp. 18. sect. 3. §. Quarto principaliter, & seqq.* *Sylu. verb. Præceptũ. q. 3. Caiet. 22. q. 186. ar. 9. ad 2.*

9 Quãdo excõmunicatio nec supponit grauẽ culpam, nec illã inducere valet, simpliciter, & in tali casu nõ ligat, quod est per se euidẽs: quia talis excommunicatio est nulla ex defectu causæ, seu materiæ, *tom. 5. disp. 20. sect. 3. §. Tertia regula sit.*

10 Prohibitio Ecclesię sub excõmunicatione ipso facto incurrenda, nõ obligat ad peccatũ mortale, si materia sit leuis. Ratio est, quia excõmunicatio adiũcta non facit pręceptũ es-

se graue, sed supponit, & ad summū declarat voluntatē præcipiētis esse grauiter obligare, quantū materia capax est. *to.* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *Solū esse potest.*

Vide Cou. cap. Alma 1. p. §. 9. Soto d. 22. q. 1. art. 2.

11 Qui rem alterius clam accepit, nō animo accipiēdi alienū, sed recuperādi eandem rē, vel aliā similē, vel æquiualentē suā, aut sibi debitam ab altero possessore, à quo non poterat alia via recuperare, non ligatur excōmunicatione, licet nō manifestet, aut nec reddat, quia in eo non peccat, qui enim excusatur à culpa, excusatur etiam à censura, vt dictum manet conclusione *6. tom.* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *Supponendæ in primis.* Idē dicē dum de impotēte non soluere debitum intra tempus præscriptum sub excommunicatione, quia etiā excusatur à culpa. *Ibi dē.* Item denique, si ille, qui dānum dedit, non tenetur sub mortali saltem post excommunicationem latā ad restitutionem, non ligatur censura: quia quando non peccet accipiendo, requiritur, vt incurratur, saltem quod peccet in retinendo. *Ibidem* §. *In hac re.*

§. III.

Excommunicatio quoad formam.

IN forma excommunicationis possunt tria considerari. Primo, aliquid antecedēs, quod est admonitio. Secundo, aliquid, vt cōsequens, quod est denūtiatio excommunicationis iam latæ, seu incursæ. Tertio, aliquid vt concomitans, seu vt actu existens in ipsa forma, quod est ipse ritus ferendi excommunicationem; alius essentialis, alius vero accidentalis. *tomo* 5. *disp.* 18. *sect.* 4. §. *Hæc est veluti.*

2 In excommunicatione à iure illa tantū forma in ea ferenda sufficit, quæ in constituenda lege quæ sufficienter declaret pænā per eam imponi ipso facto incurrendā: vnde illa solemnitas, vel cōditio, quæ fuerit de substantia talis legis, erit etiam de substātia formę ferendæ excommunnicationis. Quæ verò fuerit accidentalis ad valorem legis, similiter etiam erit ad valorem cēsuræ. *to.* 5. *disp.* 18. *sect.* 4. §. *Est enim supponendum.*

3 Quando excommunicatio fertur ab homine ex parte formæ solum est substantiale, vt illis verbis proferatur, quæ satis significent talem censuram vere, ac actualiter imponi: quæ verba non sunt determinata ex aliquo præcepto Ecclesiæ. Vnde verba, quæ in lege sufficiunt ad explicandum censuram excommunicationis maioris, sufficiunt etiam in sentētia ab homine lata, quia sententia ipsa est veluti quædam particularis lex. *tomo* 5 *disp.* 18. *sect.* 4 §. *Quando verò.* *Vide cap. penult. de sent. excō. municat.*

4 Aliquæ solemnitates requiruntur ex institutione Eccle

siæ,

liæ, quæ dicuntur accidentales, cum non pertineant ad ſubſtã tiam eius. Aliæ ſunt pertinẽtes ad communem rationem cenſuræ, ſeu ſententiæ, per quam cenſura fertur, quæ ſaltem ſunt de præcepto, & ita præſcribuntur *in cap. 1. de ſentẽ. excom. in 6.* Alię vero ſunt cæremoniæ, nec de præcepto, nec de ſubſtãtia, ſed ad terrorem tantum, & ad ſignificandum miſerum ſtatum excommunicati: iuxta *cap. Debent. 11. quæſt. 3. & cap. Guilliſarius 23. q. 4. tom. 5. diſp. 18. ſect. 4. §. Præter hæc.*

Vide Bonã uent. in 4. d. 12. ar. 1 q. 3. ad penult.

5 Verba hæc, *Denuntio te excommunicatum*, licet ex propriſſima, & primæua inſtitutione non videantur ſufficere ad excommunicationem ferendam, non enim ſignificant effectionem. Nihilominus tamen ex circunſtantijs adiunctis accide re poteſt, vt iudex per ea ſatis explicet ſuam voluntatem: cenſura enim non requirit certa, ac determinata verba, ſed ſuffi cientem ſignificationem interioris voluntatis. Idem dicendum de omnibus verbis ambiguis, à quibus iudices debẽt abſtineri, quia in re graui valde periculoſum eſt. Itẽ verba, *Nullus cũ Petro cõmunicet*, licet de ſe nõ ſufficiant ad excommunicandum, tamen conſiderata, vt ſunt in vſu Eccleſiæ, & cum circunſtantijs quibus proferri ſolent, videntur practice ſufficere. *tomo 5. diſp. 18. ſect. 4. §. Dubitari autem, & ſequentibus.*

Vide D. Anto. 3. p. tit. 24. ca. 74. cũ Sylueſt. Ang. Armilla, & alijs.

§. IIII.

Excõmunicatio quoad cauſam efficientem.

1 CAuſa efficiens excõmunicationis eſt duplex, ſſ. ius, & homo, Item in ferente excommunicationem poteſtas iuriſdictionis eccleſiaſticæ neceſſaria eſt fori contentioſi. Vide Canoniſtas *in cap. Cum ab Eccleſiarum, de offic. Ord. & cap. Tranſmiſſum, de elect. tomo 5. diſp. 18. ſect. 1. §. Diximus in ſuperioribus.*

Nau. in c. Cum contingat, de reſcript in 2. cauſ nul lit. nu. 27.

2 Epiſcopi habent poteſtatem ordinariam excommunicandi: patet *ex cap. Eccleſiarũ, de offic. Ord. cap. Tranſmiſſũ, de elect. cap. Corripiuntur. 24. q. 2.* Ratio eſt, quia ſũt de iure diuino Principes, & Paſtores perfecti in ſuo ordine ſuarũ Eccleſiarum: ergo ex vi ſui muneris requirunt poteſtatem ligãdi, ac ſoluendi, tum directiuam, tũ coërciuam, quantum neceſſe eſt ad ſuæ Eccleſiæ regimen, quam iuriſdictionem non habent de iure diuino, licet eorum excommunicatio liget vbique, quod probat difficile noſter Doctor. *tomo 5. diſp. 18. ſect. 1. §. Alij ergo dixerunt, & ſequentibus.*

Couar. cap. Alma. 1. p. §. 3. nu. 2.

Naua. in c. cum contin gat. de reſcript.

3 Parochus non poteſt excommunicare: eſt ſententia cõmunis *cũ Gloſſ. in cap. Nemo. 11. q. 1.* Tamen ſi alicubi fuerit cõſuetu-

Soto in 4. d. 22. q. 2. art. 1.

suetudo in aliquib⁹ casibus poterit, vt notauit Abbas *in cap. 2. de offic. ord. num. 10.* Nam consuetudo interdum dat iurisdictionem *tomo 5. disp. 18. sect. 1. §. Circa excommunicationem.*

§. V.

Excommunicatio quoad subiectum.

1 EXcommunicatio pro causa tẽporali, v.g. vt restituatur ablatũ, aut veritas detegatur, potest ferri confuse in personam incertam, vt insinuat vsus Ecclesię: tamen regulariter ac moraliter loquendo, non licet ferre censurã in personam certã, nisi causa irrationabili interueniente; si tamẽ sine illa feratur, valida erit. Qualis autẽ sit causa rationabilis, quæ interuenire debet, diximus iam supra §. 2. concl. 2. quã vide *tom. 5. disp. 20 sect. 1. §. In confirmatione, & seqq.*

2 Per excõmunicationẽ generaliter latã excõmunicãtur omnes laici, & clerici inferiores. Item Episcopi, & quilibet Prælati illis superiores infra Sũmũ Pontificẽ, dummodo Autor Canonis, aut sẽtẽtiæ illis superior sit, & verba sint adeo vniuersalia, vt eos comprehẽdãt. Ratio est, quia secundũ commune ius omnes hæ personæ sunt capaces huius censuræ, vt passim ex iure constat *tomo 5. disp. 18. sect. 2. §. Secundum notandum.*

3 Subiectũ excõmunicationis est homo viator, viuens in hac vita mortali, adultus baptizat⁹, habẽs in terra superiorẽ: latius iam diximus. *verb. Censura. §. 4. conclu. 1. tom. 5. disp. 5. & disp. 18. sect. 2. §. Explicata causa.*

4 Excõmunicatio ferri non potest in cõmunitatẽ, nec vt cõmunitas est, ss. quatenus est vnũ corpus positiuum, non descendẽs ad singulas personas secundum se, neq; confuse in omnes personas eius. Ita statuitur in *cap. Romana, de sent. excom. in 6. §. In vniuersitatẽ:* semper enim debet ferri in personã aliquam singularem. *tom. 5. disp. 18. sect. 2. §. Primum est.* *Couar. lib. 2. variarũ cap. 8. n. 9. Nau. c. 27. nu. 16.*

§. VI.

Excommunicatio quoad effectum.

1 BReuiter numerantur duodecim incommoda excommunicationis. 1. Priuatio est ab omnibus Ecclesiæ suffragijs. 2. Priuatio à passiua communicatione sacramentorum, quamuis per se, & ex vi sua, illa non efficiat nulla, & consequenter ab omni communicatione in sacris, & ecclesiastica sepultura. 3. Ab actiua administratione sacramẽtorum, quamuis non annullet, nisi illud tantum, quod ad sui valorem iurisdictionem requirit. 4. Ab omni vsu iurisdictionis, tollendo actualem vsum, tam in foro pœnitentiæ, quam in-

in foro contẽtioso Ecclesiastico, vel seculari, vt probabilius creditur. 5. Suspẽdit omnes Ecclesiasticas personas, tã ab officio, quã ab Ecclesiastico beneficio, impediens dominiũ prouentuũ Ecclesiasticorũ. 6. Reddit personam Ecclesiasticã incapacem, & ineligibilem ad Ecclesiasticum beneficium. 7. Excommunicatus nec eligere potest ad Ecclesiasticum beneficiũ, nec electio ab illo facta, est valida. 8. Excluditur ab omnibus actibus forensibus, sola sua defensione exceptæ: vnde nec Actor, testis, aduocat⁹, nec procurator esse potest. 9. Prohibita est illiomnis humana pactio, omnis cõtractus, & omnis vsus alicuius officij publici, requirẽtis communicationẽ humanam. 10. Manet ineligibilis ad omnes dignitates temporales, vel officia tẽporalia ciuilia: tamen si assumatur, nõ statim electio manet irrita, præsertim si officium non includat iurisdictionẽ. 11. Priuat excõmunicatum ab omni humana cõmunicatione politica, cũ alijs fidelib⁹ quoad vsitatas actiones salutãdi, colloquẽdi, &c. 12. Litteræ Apostolicę impetratæ ab excõmunicato, & processus virtute illarũ habitus, ipso iure irrita sunt, prẽterquã super excõmunicationis, vel appellationis articulo, vt statuitur *in cap. 1. de rescrip. in 6.* Quod intellige de rescriptis solius Papæ, & non aliorum ordinariorũ. Hęc omnia incõmoda sumuntur ex varijs decretis. *11. q. 3. & 15. quæst. 6. & 24. quæst. 1. cap. Audiuimus. & ex titulis de sent. excom. & de cleric. excom. ministra.* tum extra, tum etiã in *6. & cap. Pastoralis. §. Verum, & cap. Constitutis 1. de appel. & cap. Cum inter. de elect. cap. Cum electº, de cõsuetud. cap. Aduersus, de immunit. Eccles. cap. Ad probandũ de re iudic. cap. Post cessionẽ, de probat. c. vlt. de procurat. cap. 2. de excep. & cap. 1. eodẽ tit. in 6. cap. Sacris, de sepult. & c. Sacris de his, quæ vi*, & alijs similibus, *tomo 5. disp. 17. sect. 1. §. Multa sunt incommoda, & seqq.*

Duodecim incõmoda numerantur excommunicat.

2 Excommunicatus maiori excommunicatione ex intentione Ecclesiæ omnibus cõmunibus suffragijs priuatus est. ff. sacrificio missæ, orationibus, & alijs cæremonijs factis nomine Ecclesiæ; item indulgẽtijs concessis à superioribus Ecclesiæ. in hoc omnes conueniũt, constat *ex cap. Sacris, & cap. A nobis cũ alijs, desent. excõ.* Vsusq; Ecclesiæ confirmat, & in excõmunicãdo Ecclesia demõstratur pia; intentio enim illius ordinatur ad maius spirituale bonum, vel propriũ ipsius excõmunicati, vt ei vexatio det intellectũ; vel in cõmune aliorũ, vt terrore in officio contineãtur. Vide *11. q. 3. c. Audi deniq; & seq. & 24. q. 3. cap. Resecandæ, & seq.* Nota tamẽ quod Ecclesia respectu bonorum, quæ per indulgentias

Theologi in 4. dist. 10. Nau. c. 27. nu. 17. Couar. c. Almæ p. 1 in initio. n. 3. & §. 4. 5. & 6.

applicantur, est tantum dispen satrix. Po testaſque dispẽsandi est per se primò in capite, seu Christi Vicario. Tamen respectu bonorum, quæ applicantur in omnibus orationibus, & sacris operibus est Ecclesia in tantum Dominum, in quãtum liberum ei est per membra sua illa operari *tom.5.disp.9.sect.1. §. Primo igitur, & seqq.*

3 Excommunicatus, non obstante censura, potest licite vti rebus sacris, quæ sacramẽta nõ sunt, quatenus priuatæ deuotioni, vel religioni deseruiunt, quod patet varijs exemplis, nã vti potest omnibus diuinis offi cijs, ab Ecclesia institutis, & psalmis assiduis ad laudandũ Deũ. Item potest vti sacris imaginibus, vt eis ad deuotionem excitetur, potest itẽ vti signo Crucis, &c. *tom.5.disp.12.sect.3.§. Dico ergo primo.* Idem dicẽdum de ingressu templorum, & ibi orare priuatim, nulla enim est de hoc facta prohibitio. *Ibidem §. Dico ergo licitum.*

Nauar. in sum. c.27. nu.17. Couar. in cap. alma. 1.p. §.3. nu.7.

4 Excommunicatus maiori excommunicatione est priuat⁹ vsu rerum sacrarũ, seu sacramẽtalium, quatenus ad speciale ali quem fructũ spirituale ex merito, vel applicatione Ecclesiæ percipiendũ ordinatur. Ratio est, quia excõmunicatus est priuatus ex intẽtione Ecclesię omnibus cõmunibus Ecclesię suffragijs, & orationibus, & indulgentijs: ergo etiam vsu rerum sacrarũ, quatenus ob Ecclesiæ meritum, vel applicationẽ specialiter prouenire potest. Vt patet in oratione facta in Ecclesia consecrata, aut benedicta, quæ habet, (vt est probabile) maiorẽ vim impetrandi ob Ecclesię meritũ: sic enim excõmunicatus nõ participabit hoc spirituale cõmodum. Et idẽ dicendũ de oratione facta corã tali imagine cui vltra omne meritũ operantis applicãtur ex cõcessione Papæ tot gradus satisfactionis, etiã si corã illa erit excõmunicatus, nõ enim fruetur hac gratia, sunt enim hæc bona processa ex intẽtione Ecclesię, quæ priuat excõmunicatos ab illis. Vnde quando res sacra nõ habet aliũ vsum, nisi ad lucrandam indulgentiam, vel Ecclesię deprecationem sibi applicandam, tunc non potest excõmunicatus licite vti huiusmodi re, quia se immiscet Ecclesiasticæ communioni. *to.5.disp.12.sect.3.§. Secundo dicendum, & seqq.*

5 Excommunicatus, quantũuis occultus aliquod sacramentũ recipiẽs, peccat mortaliter, conueniunt omnes, & statuitur *in cap. Cum illorũ, & ca. Si quẽ, de sent. excõ. & in cap. illud, & ca. Si celebrat. de cler. excõ. minist.* Quia materia est grauis, & pertinẽs ad cultũ sacramẽtorum. Potest tamen à culpa excusari, vel ob ignorantiam inuincibilẽ facti: aut iuris, vel ob vrgentem necessitatẽ interueniẽte infamia, scan-

Nau. c.27. n.18. Cou. cap. Alma 1.q.§.6. nu.5.

scandalo, aut periculo mortis. *tom. 5. disp. 10. sect. 1. §. Generalis regula, & seqq.*

6 Excõmunicatus recipiens aliquod sacramentũ, præter cul pam, nullã ecclesiasticam pœnã incurrit, excepto ordinis sacra mento, vt suo loco dicitur. Ra tio est, quia nullum ius inueni tur, quod hanc pœnã, censurã, vel irregularitatẽ propter hoc delictum imponat. *tom. 5. disp. 10. sect. 1. §. Vltimo quæri potest.*

Innoc. c. 1. de sent. ex com. in 6. Vgoli. tab. 1. cap. 14. nu. 22.

7 In diuinis officijs prohibe tur omnib⁹ clericis excõmuni catis ne soleniter, & ex officio ministrent in aliquo munere sa cro, ad suũ ordinem pertinen tem, neque in aliqua parte ei⁹. Quod est manifestum in iure. Item prohibitũ est omni excõ municato, ne laicorũ more ad huiusmodi officia cooperetur: quia hæc est etiã cõmunicatio in reb⁹ diuinis, & vtroq; modo peccat mortaliter excõmuni catus in his officijs diuinis mi nistrãdo, vt est cõmunis senten tia Theologorum. *to. 5. disp. 12. sect. 2. §. Omissis ergo his muneribꝰ*

Sot. d. 22. q. 1. art. 4. Couar. cap. Alma. p. 1. §. 2. & 3. & §. 7. n. 5 Nau. c. 25. nu. 23.

8 Excõmunicatus ex vi cen suræ directe prohibetur, ne sa cro intersse, aut inseruire pos sit, quia priuatur omni cõmuni catione fideliũ, iuxta *c. penul. de sent. excõ. cap. Nihil. & cap. Eugel rudam. 11. q. 3. c. illud, de cler. ex com. minist. cap. is qui, & c. vlt. de sent. excom. in 6. & cap. Quorũ, de priuil. in 6. to. 5. disp. 11. sect. 1. §. Dico ergo primo, & sect. 3. §. vl ti. ex his.* Idem dicendũ de non excõmunicato corã excõmuni cato celebrante diuina officia, est enim eadem ratio: intellige de excõmunicato denũtiato iu xta Extrauag. ad euitanda. *Ibid. sect. 2. §. Rursus non solum.* Quæ prohibitio in excommunicato obligat ad peccatũ mortale: cũ sit materia grauis, quod locum habet etiam in excõmunicato non denuntiato, quia Extrauagans nõ fauet ipsi excõmunica to. *Ibid. sect. 1. §. Dico ergo primo.*

9 Nulla est imposita pœna ip si excõmunicato etiam denun tiato ratione cõmunicationis: quia solus communicãs cũ illo incurrit minorem excõmunica tionẽ. *tom. 5. disp. 12. sect. 1. §. Solum fingi potest.* Neq; irregulari tatem incurrit, nisi sit Sacerdos ipse excommunicatus, & faciat Missam coram se celebrare: vt notant multi & graues Docto res. *Ibidẽ. §. Neque etiã. & §. Nihilominus, & sect. 2. §. vlti. ex his.* Nec sufficit, vt faciat excom municatus corã alio excommu nicato celebrare, ad hanc irre gularitatem incurrendam; sed requiritur, ita vt nõ quiuis, sed solus sacerdos excommunica tus faciens coram se celebra re, irregularis fiat, vt probat noster Doctor. *Ibidem, sect. 1. §. Respondetur etiam, & sequenti.*

Couar. cap. Alma. p. 1 §. 6. Abbas in cap. illud. n. 8. de cler. excõmun. minist.

10 Quando non excõmuni cato sacerdoti necessariũ est ce lebrare, & nõ habet ministrum aliquẽ nisi excõmunicatum nõ

vitandum, tunc licitum est illũ inducere vt sibi ministret: quia non tenetur illũ vitare, & alioqui habet sufficientẽ causam, vt ab eo petat tale ministerium, & ex consequenti ipse excommunicatus eo casu non peccat ministrãdo, quia non est fauor illius, sed alterius. *tom. 5. disp. 12 sect. 1. §. Solum fingi potest.*

11 Licitum est excõmunicato ingredi tẽpla, & in eis priuatim orare. Ratio est, quia nulla est de hoc facta prohibitio: sed cus dicẽdum de tempore, quo celebrãtur diuina officia, maxime post Missam Cathecumenorum, vt patet *ex cap. 1. distin. 21. & 25. & cap. Episcopus. de cõsecrat. dist. 1. to. 5. disp. 12. sect. 3. §. Dico ergo, licitum esse.*

Nau. in c. 77. nu. 17. Couar. ca. Alma. 1. p. §. 3. n. 7.

12 Excõmunicatus ante absolutionẽ à cẽsura moriens, non potest licite eius corp. Ecclesiasticæ sepulturæ tradi: cõstat ex *cap. Sacris de sepult. & Clemẽt. 1. eodẽ tit. & cap. 2. de hæret. in 6. & c. Cõsuluisti. de cõsecrat. Eccles. vel Alt.* quãuis ostenderet magna signa cõtritionis, vt patet *ex ca. Anobis 2. de sent. excõ.* Si tamen sepultũ sit in loco sacro, debet exhumari, & procul ab Ecclesia eijci, & locus debet reconciliari: vt *ex dicto cap. Sacris, & cap. Consuluisti* constat, & dum corpus excommunicati fuerit sepultũ, nõ potest alius fidelis sepeliri, aut officia diuina in Ecclesia celebrari, & in casu quod non possit discerni corpus excommunicati ab alijs, debet reconciliari: esset enim magnum incõmodũ, habere perpetuo locum inhabilem: quod intelligе de corpore excõmunicati vitandi, post Extrauag. ad euitãda, quia prohibitio nõ cadit in ipsos excõmunicatos, cũ nõ possint se sepelire; sed cadit in alios fideles, ne corpora ipsorum sepeliant: quod non aliter eis prohibetur, quã omnis alia communicatio cũ excommunicato, vt patet *ex cap. Vt priuilegia, de priuilegijs, tomo 5. disp. 12. sect. 4. §. Nihilominus, & seqq.*

13 Corpus excõmunicati potest sepeliri in loco quantũuis vicino, & cõtiguo Ecclesiæ, vel cæmeterio eius, dummodo habeatur profanus existimatione cõmuni: quod expresse notauit *Gloss. in cap. Clemen. 1. 1. verb. Cæmeterius, de sepulturis, tomo 5. disp. 12. sect. 4. § Addũt præterea.*

14 Corpus excõmunicati vitandi priuatur honore toto ecclesiastico, qui in tumulatione fieri solet. Ratio est, quia totus hic honor ordinatur ad Ecclesiasticam sepulturã, & est quædam moralis cõmunicatio cũ excommunicato: tum quia, cui non cõmunicauimus viuo, non communicemus defuncto, *tom. 5. disp. 12. sect. 4. §. Secundo principaliter.*

15 Vsus iurisdictionis spiritualis est prohibitus excõmunicato: est certa opinio, & cõmunis, *ex cap. Audiuimus. 24. q. 1. &*

1. & cap. 1. de offic. Vicar. in 6. & peccat illum exercens: quia materia est grauis: quod intellige licet excõmunicatus sit occultus. Extrauagans enim nullũ fauorẽ concedit excõmunicato, tom. 5. disp. 14. sect. 1. §. Regula generalis est. & §. Sequitur præterea.

16 Excõmunicatus priuatur est omni ciuili cõmunicatione aliorũ fideliũ per se loquendo, exceptis tãtum casibus in iure
Nau. c. 27. à nu. 17. Couar. cap. Alma. p. 1 §. 1. §. 3. nu. 7. & 8. Nau. c. 27. nu. 30. expressis. Est cõmunis Theologorũ, sumitur ex cap. Nuper. de sent. excom. & cap. Si aliquando, eodẽ tit. & cap. 2. de except. Et nõ solum est priuatus communicatione respectu fideliũ, sed aliorum excõmunicatorũ. Intẽtio enim Ecclesiæ est, separare excommunicatum à cõsortio omnium illorum membrorum, in quæ ipsa iurisdictionem habet, vt patet ex cap Apostoli 12. q. 3. Secus verò respectu infideliũ, cũ non sint sub Ecclesiæ iurisdictione: quæ prohibitio respectu excõmunicati ad omnes extenditur; respectu verò aliorũ fideliũ tantũ ad vitandos, iuxta Extrauag. ad euitanda, quę obligat etiã ex parte excõmunicati sub peccato tantum veniali, licet possit triplici ex capite fieri mortale. ſſ. quando datur contemptus, aut est excommunicatio lata contra participantes; aut quãdo cõmunicatio est in crimine criminoso, tom. 5. disp. 15. sect. 1. & 2. per totam.

17 Actiones in hac ciuili cõmunicatione prohibitæ erga excommunicatum præcisum, sunt cõtentæ in hoc versiculo.

Os, Orare, Vale, Cõmunio, Mensa negatur.

Per *Os*, intellige, colloquia, oscula amicitię, munera, literas &c. *Orare*, prohibet ecclesiastica sacramenta, cõmunia suffragia Ecclesiæ, & orationes, tam intra, quam extra Ecclesiam, & omnia spiritualia. *Vale*, interdicit mutuas salutationes, quæ fieri possunt scripto, verbo, & signo, v.g. excommunicato assurgendo, vel caput aperiendo, licet non loquantur, loquẽdo in rigore iuris, quamuis vna possit haberi excusatio, quæ est consuetudo. *Communio*, per cõmunionem intelliguntur habitatio in eadem domo, mutuum exercitiũ, & conuersatio. *Mẽsa*, vetat ne in eadem mẽsa bibat, aut comedat aliquis cum excõmunicato, aut in eodem lecto dormiat, to. 5. disp. 15. sect. 1. & 2. per totã. vbi inuenies amplioremẽ explicationẽ huius versiculi.

18 Casus vero, in quibus licitum est communicare cum excommunicato præciso absque peccato extra diuina, sũt quinque, qui continẽtur in hoc versiculo. *Vide Palud. in 4. d. 18. q. 6. Gabr. q. 3. Ange. ver. excom. 8. nu. 6.*

Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Necesse.

Vtile, excusat à peccato illũ, qui communicat cum excommunicato præciso propter vtilitatem propriam, petẽdo debitum,

bitum, aut prosequendo actionem in iudicio, aut propter cõmodum ipsius excõmunicati, spiritualem, siue temporalem, dando ei consilium adducẽdo ad pœnitentiam, aut ad monendam absolutionem. *tomo 5. disp. 15. sect. 3. §. Tertium caput.*

Lex. Excusat coniugem communicãtem cum alio coniuge excommunicato præciso, non solum quoad debitum reddendum, sed etiam ad alias actiones, & obsequia, ac denique quoad totam vsualem communicationem. *Ibidẽ. §. aliud caput & sequent. tomo 5. disputatio. 15. sect. 4.*

Humile. Excusat filios, seruos, familiares, qui possunt cum parente, aut domino excommunicato præciso communicare. Itẽ excusat religiosos communicantes cum Abbate, aut superiore excommunicato. Et vice versa parens, dominus, &c. potest communicare cũ filijs, seruis, & famulis excõmunicatis, exigendo ab illis debita exercitia, iuxta particulã vtile. *Ibidem §. vltimum caput, tom. 5. sect. 5. disp. 15.*

Res ignorata. Excusat ignorantes, vt si quis ignorat alium esse excommunicatum, & denũtiatum, quandiu durat ignorãtia, quod intellige de ignorantia probabili, & inculpabili: sic communiter interpretes. *Ibidẽ §. primo, & sequenti. tomo 5. disp. 15. sect. 3.*

Vide D. Thom. & alios Theolog. dist. 18 Ang. verbo excom. & alios.

Necesse. Necessitas etiã ipsi⁹, aut excommunicati, aut cum eo communicantis, excusat, licet necessitas non sit extrema, sed mediocris, siue cibi, potus, siue hospicij, &c. licet sint alij, qui possint subuenire. Huc referri etiã potest, metus cadens in constantem virum, dummodo non sit incussus ad participandum in odium fidei, vel cõtemptum censuræ Ecclesiasticæ, vt patet. *Ibidem §. Secundum principale, tomo 5. disp. 15. sect. 3.* *Innocent. in c. Si vere, de sent. excommu. Maior in 4. dist. 18. q. 4. & alij*

§. VII.

Excommunicatio quoad violationem, & eius pœnam.

1 CLericus excommunicatus ministrans ex officio quodlibet sacramentum, aut sacrificium missæ celebrans, ipso facto irregularis efficitur, vt constat *ex cap. Si quis 4. 11. quæst. 3. & ex toto tit. de cleric. excõ. minist.* Quod extenditur ad omnẽ actum publicum, sacrũ, solemnem, & proprium alicuius ordinis, etiam ex minoribus, vt lector, & acolytus ministrans solemniter in suo ordine: vnde à fortiori Diaconus, & Subdiaconus, est cõmunis sententia, *tomo 5. disp. 11. sect. 3. §. Regula generalis, & seqq. & disp. 12. sec. 2 §. Atque hinc.* Tamen si modo laicorum aliquid huiusmodi faciant, nullam incurrũt pœnam, *Vgolinus tab. 1. cap. 14. §. 1. Nau. c. 27. num. 163.*

præ-

præter excommunicationem minorem, nulla enim alia inuenitur in iure. *Ibidem* §. *Atque hinc.*

Vide Inno cent. in ca. vlti. nu. 2. de exceſſ. Prælat.

2 Laicus excommunicatus fingens ſe ſacerdotem, & celebrans exterius non incurrit irregularitatem. Ratio eſt, quia hæc irregularitas ſolum impoſita eſt clericis excommunicatis miniſtrantibus in ſuis officijs. Item Diaconus excommunicatus miſſam celebrans, aut Subdiaconus Euangelium decantans, non fit irregularis, ita expreſſe loquitur. *cap.* 15. *Cui de ſent. excom. in 6. cap. Si quis Epiſcopus.* 11. *quæſt.* 3. Item non manet irregularis faciens vt ligatus cenſura coram ſe celebret, ſecus ſi excommunicatus, auctoritate ſua facit, vt alius coram ſe celebret, iuxta *Gloſſ. in Clemē.* 2. *de priuileg. verb. celebrari.* Itē denique non efficitur irregularis excommunicatus celebrās, &c. habens excuſationem ſufficientem ad peccatū mortale vitandum; præcipue ſi prouenit ab ignorantia inculpabili, vt patet *ex cap. Apoſtolicæ, de cleric. excom. miniſt. tomo* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 3. §. *ſed quid inferior, & ſequentibus, &* §. *Hic ſolum aduerto, &* §. *Circa propoſitam.*

3 Dubius de ſua excommunicatione ſacramentum miniſtrans non incurrit irregularitatem, ſi conſtat poſtea non fuiſſe excommunicatum, idem ſi celebret, aut adminiſtret putans ſe eſſe excommunicatum, cum reuera non ſit, licet peccet ex conſcientia erronea. Ratio eſt, quia hæ pœnæ non incurruntur per actum intentatum, aut exiſtimatum, ſed re ipſa perfectum. Tamen ſi poſtea conſtat fuiſſe vere excommunicatum, fit tunc irregularis, ſi peccauit mortaliter adminiſtrando, cum non incurratur ſine culpa mortali; excuſabitur tamē ab illa, ſi fecit, quod in ſe erat ad tollendum dubiū, & veritatem cognoſcendam, licet poſtea manet perplexus, & dubius. *tomo* 5. *diſpu.* 11. *ſect.* 3. §. *Inquiri vero poteſt, & ſeqq.*

4 Epiſcopus, aut Abbas exercentes proprios actus ſuæ conſecrationis excommunicati fiunt irregulares, vt expreſſe loquitur *cap. Si Epiſcopus* 4. *quæſt.* 3. *& cap.* 1. §. *Caueant, de ſenten. excomm. in 6.* Irem Preſbyter ex conceſsione Papę exercés actus iure ordinario pertinentes ad Epiſcopalem iuriſdictionem, v. g. Sacramentum Confirmationis: quia licet ille actus iure ordinario non pertinet ad characterem ſacerdotalem, tamen facta Pontificis conceſsione, fit quaſi modalis quædam extenſio, ita vt iure dicatur ille actus eſſe characteris ſacerdotalis: ſecus dicēdum ſi actus fuerint meræ iuriſdictionis; quia etſi ab his per excommunicationem, ſuſpenſi maneant, tamen propter illos

illos non est imposita irregularitas, *tomo* 5. *disp.* 12. *sect.* 2. §. *Ex quibus facile erit, & seqq.*

5 Exercens diuina officia in Ecclesia interdicta, fit irregularis, & non extra illam, vt patet: tamen excommunicatus vbicunq; diuina exercens, irregularis manet; quia excommunicatio includit in se simpliciter, & absolute suspensionem ab actibus ordinis, vbicunque fiant à clerico excõmunicato, vnde fit irregularis sacerdos excommunicatus publicę processioni veste sacra, seu pluuiali indutus prędicãs, & collectas, seu orationes extra Ecclesiam publice dicens, iuxta *cap.* 1. *de sent. excom. in* 6. *tomo* 5. *disp.* 12. *sect.* 2. §. *Vnum vero, & seqq.*

6 Clericus excommunicatus in choro cantãs cum alijs, non fit irregularis, licet peccet, quia illud munus prestare solẽt non clerici, etiã superpelliceo ornati, nisi hebdomadarij munus in choro exerceat inchoando officium, dicendo capitulum, orationem, & similia; in his enim operatur, vt minister consecratus ex officio, *tom.* 5. *disp.* 12. *sec.* 2. §. *Ex quibus facile, & seqq.*

Innocent. Abbas in c. vlt. de ex cess. Præ lat. Nau. de horis canonic. c. 7. *nu.* 40.

7 Clerici exhibentes honorem ecclesiasticũ defuncto excommunicato, non fiunt irregulares. Ratio est, quia non est expressa in iure talis irregularitas, *tom.* 5. *disp.* 12. *sect.* 4. §. *Hic vero.*

§. VIII.

Excommunicatio quoad vitationem.

1 EXcommunicatus ab vno Episcopo vbicũque est vitãdus, propter institutionem ip sius censuræ, quæ autoritate tius Ecclesiæ, ita facta est, vt à quocũque applicata fuerit hãc vniuersalem vim habeat, vt dicitur *in Conc. Nicen. cap.* 5. *& c. Sicut Apostoli, cum duobus sequentibus.* 11. *quæst.* 3. & est fere aperta declaratio. *Innocent.* 3. *in cap. ad reprimendam, de offic. ord. tom.* 5. *disp.* 6. *sect.* 4. §. *Ad fundamentũ contrariæ.*

Vide Soto dist. 22. *q.* 2. *art.* 1.

2 Non tenemur vitare nisi publice denuntiatos, iuxta Extrauag. ad euitanda ex Concil. Basilien. Per se loquendo suffi cit, & ex parte sententiæ, & iudicis ferẽtis illam, quod actione aliqua publica, & communi vsitata consuetudine ad res iuridice promulgãdas, publicata sit. Tamẽ ex parte aliorũ, satis est, quod per testimonium fidedignum, vel publicam formam ad eorum notitiam deueniat publicationem esse factã. At vero intelligit noster Doctor de fama, quæ talis sit, vt probabilẽ, & moraliter certã notitiã conferat, alioqui, quando res fuerit dubia, nõ orietur talis obligatio, cum in dubijs melior sit conditio possidẽtis. At vero ipse excommunicatus tene-

Naua. cap. 27. *nu.* 52. *& cap.* 1. §. *Laboret. de pœnit. dist.* 6. *nu.* 23.

tenetur ab actionib⁹ sibi prohibitis abstinere, quantum in ipso est eodem modo, ac ante hoc ius tenebatur, per illud enim nullus fauor cōceditur excōmunicato. *tom.* 5. *disp.* 9. *sect.* 2. §. *Tertio sic, & seq. &* §. *vltimo sūt*

3 Notorius percussor clerici, sine alia declaratione est vitandus. Tamen, vt aliquis sit notorius percussor clerici, non sufficit, quod delictum per sufficientes testes possit in iure probari, nec quod de tali delicto sit publica infamia, absq; facti euidentia; sed requiritur quod tale delictū factum sit publicum, vt nulla tali tergiuersatione possit celari. De numero autem testiū non potest dari certa regula, sed relinquitur iudicio prudentis viri, & iuxta eorum qualitatem, autoritatē, & alias circūstantias, interdum maior, interdū minor sufficere poterit, *to.* 5. *disp.* 9. *sect.* 2. §. *Circa alteram partem.*

Cap. vlti. de cohabi. cler. & mulier. c. Tuanos, eodem tit.

4 Qui viderunt percussionē clerici, si non obstante illa notitia, & euidentia adhuc crimē sit occultum, occulte tantum tenetur vitare percussorem; si autem sit publicum, publice, iuxta *cap. Cum non ab homine, de sent. excom. tom.* 5. *disp.* 9. *sect.* 2. §. *Sed inquiret aliquis.*

5 Ministri Ecclesiæ excommunicatos non dum denuntiatos tenentur vitare in publicis suffragijs. Ratio est, quia Conc. Constant. nihil eis in hac parte concessit, & in hoc casu non pertinet ad fauorem offerētis, vel orātis, vt excommunicatus participet eius suffragijs, quia specialiter ipse hoc non intendit, sed simpliciter orat, aut offert, vt minister Ecclesiæ, *tomo* 5. *disp.* 9. *sect.* 2. §. *Nihilominus, & seqq.*

Sotus dist. 22. q. 1. ar. *tic. 4. post 2. conclu.*

§. IX.

Excommunicatio quoad minorem.

1 EXcommunicatio minor, prout est in vsu Ecclesię, vna est secūdum speciem, *tom.* 5. *disp.* 8. *sect.* 2. §. *Ad alterā partē, & disp.* 24. *sect.* 1. §. *Veruntamen licet.* Differt à peccato mortali. Primo, quia illud non est excommunicatio. Secundo, quia diuerso modo impedit receptionem sacramentorum; tum quia non impedit directe, ac per se eā prohibendo, sicut cē sura, sed solum quia constituit personam indignam ad talem actionem; tum quia peccatum potest tolli per contritionem, & excōmunicatio minor semper requirit absolutionē ecclesiasticam. *Ibidem disp.* 8. *sect.* 2. §. *Ad priorem partem.* Potest ferri ab homine tam per sententiā generalem, quā specialem, monitione præmissa, aut per legē, aut per præceptum latum sub tali censura: quod patet de excommunicatione minori iure

Ant. titu. de excom. c.29.n.12 lata; de lata ab homine, vix alide quid probari potest in praxi, non enim est in vsu, solus qui habet iurisdictionem fori contentiosi potest eam ferre, vt tenet cómunis opinio: vnde parochus non potest eam ferre, non enim iurisdictionem fori contentiosi habet: quæ non ferri debet nisi ob contumaciam. *Ibidem disp.24. sect.3.§.Dicendũ supereſt, & seqq.*

Vgolin. tabu. 3. cap. 1. §.1.

Couar. ca. Alma. p. 1. §. 8. Vgol. tab. 3.c.6.§.1.

2 Excommunicatio minor priuat hominem vsu, & participatione sacramẽtorum, *ex c. Nobis de excep.* ex cómunique sententia *tomo 5. disp.24. sect.2. §. Quæstio hæc.* Ligatus illa sacramenta recipiẽs, peccat mortaliter, vt patet *ex cap. vlt. de cleric. excõ. minist.* licet sacramenta valida maneant, quia prohibitio Ecclesiæ non irritat sacramentum. *Ibidem §. Atque hinc sequitur.* Propter hanc vero culpam non incurritur irregularitas, cum non sit expressa iure, nec aliqua pœna ipso iure imposita, sed arbitrio superioris, aut iudicis puniendus est, vt notauit *Gloss. in dicto cap. vlt. de cleric. excom. minist. Ibidẽ §. Addendum vero est.*

Nau. c.27. nu. 24.

3 Ligatus minori excommunicatione conficiens sacramenta, non peccat, quia prohibitio est solum de passiua receptione: vnde vbi tantum datur receptio est culpa, & illa verba *cap. vlt. de cler. excom. minist.* ſſ. *Peccat autem conferendo ecclesiastica sacramenta*, intelligũtur de collatione sacramentorum includente participationem eorum, vt sacerdos celebrans missam, Episcopus ordinando in sacris, quia simul factum facit, & communicãt: secus vero de Episcopo confirmãte, &c. *tomo 5. disp.24. sect.2. §. Duæ tamen, & seqq.*

Naua. cap. 27. nu. 25.

4 Excommunicatio minor incurritur tãtum ipso iure per participationem indebitam cũ excommunicato maioris excõmunicatione, *ex c. Nuper, de sen. excom. & cap. statuimus, eodẽ tit. in 6.* Requiritur tamen quod participatio sit peccaminosa, quia cũ sit pœna, requiritur culpa; at vero sufficiet venialis ex leuitate materiæ, vt quia cómunicatio parua est, in aliqua salutatione, colloquio, aut communi mensa: secus dicẽdum si peccatum sit veniale ex imperfecta deliberatione, & inaduertentia, vt probabilius videtur Doctori nostro, tunc enim nõ est actus perfecte humanus. *tomo 5. disp.24. sect.3.§. Circa vtrũque, & sequenti.*

5 Excommunicatio minor potest ferri tum á iure, vt constat ex vsu, tũ ab homine, quod colligitur magis ex ratione, quam vsu, quia nemo de potestate dubitat, qui enim potest id quod est maius, potest etiã id quod est minus: ita docent Theologi *in 4. dist. 18. tom. 5. disput. 24. sect. 3. §. Potest hæc.*

§. X.

§. X.

Excommunicatio quoad excõmunicationes Bullæ Cœnæ Summo Pontifici reſe ruatas.

1 EXcõmunicationesbullæ Cœnę incurruntur ipſo iure, & ſunt reſeruatę Summo Pontifici, vt patet, quia potius ſunt à iure, quam ab homine, vt conſtat ex clauſula ipſius bullę *Volentes*, dicitur, *præſentes noſtros proceſſus, ac omnia, & quæcunque his literis contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut à Rom. Pontif. pro tempore exiſtente fiant, aut publicẽtur, durare, ſuoſq. effectus omnino ſortiri*; iuxta quã clauſulam ſunt ex ſe perpetuę, & iam ſtatuti, ſeu legis naturam imitantur, & ceſſant ipſo facto, ac alia bulla publicatur, etiamſi non reuocentur, hanc enim vim habent verba illa, *Quouſq; alij ſimiles proceſſus, &c.* in quo differunt ab excommunicatione à iure, quę nõ ceſſat, niſi per poſteriorẽ reuocetur, aut aliquid ei in contrarium ſtatuatur, quæ denique non multiplicantur propter multiplicationem bullarum circa idem crimen. *tom. 5. diſp. 21. ſect. 1. Per totam.*

Naua. 27. num. 74.

2 Prima excommunicatio bullę Cœnæ, eſt generalis contra omnes hæreticos. Primo, comprehendit omnes hæreticos, dummodo hæreſis in actũ exteriorem, etiam occultiſſimum prodeat. Secundo, comprehendit omnes apoſtatas à fide, & religione Catholica, & ſchiſmaticos, trãſeuntes ad Mahometanam ſectam, vel ad Iudaiſmum, non ſolum exteriori opere, vel ſigno, ſed etiam corde. Tertio, comprehendit receptatores, fautores, defenſores, & credentes hæreticorum, quatenus hęretici, ſecus quatenus amici, cognati, aut parentes. Quarto, comprehendit legentes ſcienter libros hæreticorum, in quibus vel eorum errores continentur, vel de religione tractant, etiam ſi in eis error non contineatur: libri autem de religione tractantes, ſunt pertinentes ad fidei expoſitionem, aut diuinæ Scripturæ, vel alicuius partis eius, aut tractantes Theologicam ſcholaſticam, &c. Item imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes ex quauis cauſa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore. *tomo 5. diſp. 1. ſect. 2. §. Primo ergo, & ſequenti.*

Naua. cap. 27. nu. 55. Palud. in 4. diſt. 13. q. 3. art. 1. conclu. 7. Caie. verb. excom. c. 1.

3 Secunda excommunicatio bullæ Cœnæ comprehendit appellantes ab ordinationibus, ſeu mãdatis Rom. Pontif. ad generale futurũ Concilium: item conſulentes, & auxilium præbentes, quod conſilium, &c. debet antecedere, alioqui non in-

incurritur censura, item requiritur quod appellatio subsequatur in re ipsa. *tomo* 5. *disp.* 21 *sect.* 2. §. *Secunda censura, & seqq.*

4 Tertia excommunicatio comprehendit piratas omnes, cursarios, & latrunculos maritimos, interficientes, mutilantes, deprędantes, rebus, bonisve spoliantes, dummodo sint Christiani, aut baptizati. Item comprehendit cõsulentem, & auxiliantem: secus dicendum de prędãtibus in fluminibus tãtum, & de gerentibus sua negotia, seu mercimonia cum amicis, vel bella iusta, vel iniusta cũ inimicis, & de prædantibus aliquando incidenter, quamuis noster Doctor confiteatur hoc non carere difficultate, cum ad incurrendam cẽsuram sufficiat vnus actus; at affirmat, non videtur à contraria sententia cõmuni recedendum. Denique non requiritur quod piratæ exerceãt actiones omnibus nationibus, vel fere omnibus, sed sufficit facere illis, vel illis nationibus. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Tertia excõmunicatio, & seqq.*

Vide Ang. verb. excom. 5. casu 18. Nau. c. 27 nu. 59. Sylueſt. excõ. 7. in 20. sens. n. 55. & 56.

5 Quarta excommunicatio comprehendit eos, qui surripiunt Christianorum naufragantium bona, siue in nauibus existentibus, siue ex eisdẽ eiecta, siue in littore inuenta, cuiuscũque generis bona sint, & in quocunque mari. Ad quam censurã incurrendã requiritur acceptio iniusta, & certa scientia bonorum naufragantium, vel ignorantia culpabilis. Item incurrit hanc censurã qui prius occupauit huiusmodi bona à principio animo conseruandi, & restituendi domino, & postea voluntatem mutauit; quia licet materialiter tũc non accipiat rem, quia iam apud se habebat, moraliter tamen illã primo tunc surripit, quando incipit eam vt propriam retinere: nec contra hanc excommunicationem priuilegiũ, aut consuetudo, aliquave, etiam longissimi, & immemorialis tẽporis possessio, aliusve prętextus aliquid operatur, quo minus talia bona surripientes eam contrahant. *tomo* 5. *disput.* 21. *sect.* 2. §. *Quarta censura bullæ.*

6 Quinta excommunicatio est lata contra eos, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas quascunque, præterquã in casibus sibi à iure, seu priuilegio speciali, Sedis Apostolicę permissis, imponũt, vel augẽt, seu, vt clarius, ad id potestatem nõ habentes, aut imponi, vel augeri prohibita, exigunt, vt ministri, aut hæredes imponẽtis. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Quinta excommunicatio, & seqq.*

7 Sexta excommunicatio fertur contra falsarios omnes litterarum Apostolicarũ, quarumcunque: falsare autem litteras Apostolicas, est aut veras litteras ab earum syncera veritate

tate immutare, aut vero sigillo, seu signo litterarũ Apostolicarũ, ad falsas litteras consignãdas vti: vt late exponitur *in cap. licet de crimine falsi.* Ad quã cẽsuram incurrendã sufficit minima immutatio in vna littera, vel puncto: quãuis in genere loquẽdo, non est dubium, quin hæc actio possit esse peccatum veniale in leuitate materiæ. Secus dicendum de vtentibus falsis litteris Apostolicis, pro veris, ex ignorantia excusante graue peccatum, & de factoribus falsariorũ, aut præcipiẽtibus, vel denique de impetrantibus litteras Apostolicas falsa narratione, licet in currant censuram. *cap. Ad falsariorum, de crim. falsi. tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Sexta censura.*

8 Septima excommunicatio comprehendit primo deferentes, vel transmittentes ad infideles, Turcas, &c. Ecclesiæ hostes, & inimicos in damnũ Christianorum, seu Catholicorũ, arma, & illa omnia, quibus ad impugnandos Catholicos vtũtur, vel materiã eorum: nimirũ equos, arma, ferrum, filum ferri, stannũ, chalybs, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, cannapem, funes, tam ex ipso cannape, quam ex alia quacunque materia, vel ipsa materia, aliaque huiusmodi. ff. pertinentia ad arma tam offensiua quam defensiua, aut pecuniam, siue materialiter, siue formaliter sumptam, secus de deferentibus huiusmodi ad Sarracenos, &c. non gerentes bellum contra Christianos, cum non sint hostes, formaliter loquendo. Item comprehendit eos, qui per se, vel alios de rebus statũ Christianæ Reip. concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas & Christianæ religionis inimicos, necnon hæreticos Catholicæ religionis, certiores faciũt, illisque ad id consilium, auxilium, vel fauorẽ præstant: secus dicendũ de Christianis miseris remigantibus, metu mortis, & coactis in triremibus Turcarum contra Christianos: licet dicat Doctor noster excusare eos posse à culpa mortali. *to.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Septima censura, & seqq.*

9 Octaua censura comprehendit omnes, qui iniuste impediunt, seu inuadunt eos, qui victualia, seu alia ad vsum Rom. Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Rom. Curiam adducantur, prohibent, impediunt, seu pertur bãt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscunque fuerint ordinis, aut præeminentię, &c. Secus de Principe, vel Republica suo iure claro, & certo vtente, vel suæ vtilitati prospiciente, prohibente ne triticum, & aliud huiusmodi ex suis finibus extrahatur, vt Romam portetur. *tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Octaua cẽsura, & sequenti.* *Caiet. ver. excom. ca.* 19. *Naua. c.* 27. *n.* 64

10 Nona excommunicatio comprehendit omnes, qui accedentes ad Rom. Sedē, vel ab ea recedentes, sua, vel aliorū opera interficiunt, mutilāt, spoliāt, capiunt, detinent: secus dicendum de accedētibus ad vrbem Rom. ſſ. ad sua negotia sæcularia peragenda, quia non eunt ad sedem, sed ad vrbem. Itē includit omnes, qui iurisdictionē ordinariam, vel delegatam à Sūmo Pontifice, vel eius iudicibus non habentes, eam sibi temere vendicantes, similia contra morantes, in eadem curia audent perpetrare cum prętextu iurisdictionis vsurpatæ. *tomo* 5. *disp.* 11. *sect.* 2. §. *Nona censura, & sequentibus.*

11 Decima excommunicatio comprehendit omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capiētes, seu deprędantes Romipetas, seu peregrinos ad vrbē causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morātes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, cōsilium, & fauorē. *to.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decima cēsura.*

12 Vndecima excommunicatio fertur cōtra omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, incarcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, &c. Item comprehendit eijcientes eosdē à suis diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs. Itē cōprehēdit mandātes, vel rata habētes, seu præstantes auxilium, consilium, aut fauorē in aliqua prędictarum actionum. Per Episcopū intellige tantum consecratum, & non electum, licet confirmatum. Item per pactum habere dicitur propriè quando est mā datum quoddam virtuale, & nō sufficit approbare factū, aut laudare, quod nullo modo fuit actum nomine suo. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Vndecima censura.*

13 Duodecima excommunicatio lata est in eos, qui occasione causarum, vel negotiorū occidūt, seu quoquo modo percutiūt, aut bonis spoliāt per se, vel alios, verb. gra. sequētes personas; omnes Ecclesiasticos, vel sæculares ad Rom. Curiā super eorum causis, & negotijs recurrētes, ac illa in eadē curia prosequentes, aut procurātes, negotiorumq; gestores, aduocatos, procuratores, & agētes, seu etiā auditores, vel iudices super dictis causis, vel negotijs deputatos. *to.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Duodecima censura.*

14 Decimatertia excommunicatio cōprehēdit omnes, qui prætextu friuolæ appellationis à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarū ad curias sæculares, & laicā potestatē recurrunt, in causis ecclesiasticis ad impediendā exe-

cutio-

cutionem aliquarum litterarũ Apostolicarũ quouis modo à prædicta sede emanãtium. Hæc est summa huius clausulæ, cuius materia hoc tempore latissima est, & multũ agitata, præsertim in Hispania. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimaquarta, & seqq.*

15 Decimaquarta excommunicatio fulminatur contra omnes, & singulos, qui causas spirituales, prętextu litterarum Apostolicarũ ad se aduocãt, vt illarũ executionem impediant, quod constabit facile lectori legenti tenorem clausulæ istius. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimaquarta, & seqq.*

16 Decimaquinta excommunicatio fertur cõtra trahentes ad tribunal sæculare personas ecclesiasticas, aut statuta facientes, aut facientes seruari, ex quibus libertati ecclesiasticæ derogatur directè, vel indirecte, & quouis quęsito colore: quod patebit clarius legenti ipsam clausulã. *to.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimaquinta censura, & seqq.*

17 Decimasexta excommunicatio fertur in eos, qui Prælatos, seu iudices ecclesiasticos ordinarios, quomodolibet impediũt, quominus sua iurisdictione ecclesiastica contra quoscunque vtantur, secũdum quod canones, & sacræ cõstitutiones ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Trid. statuũt, ac etiã cõtra eos, qui post ipsorũ Ordinariorũ, vel etiã ab eis delegatorũ, quorumcunq. sentẽtias, & decreta, aut alias fori eccl. iudiciũ eludẽtes, ad Cancellarias, & alias curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiã pænalia, Ordinarijs, aut delegatis prędictis decerni, & cõtra illos exequi procurant, eos quoque, qui hoc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimasexta.*

18 Decimaseptima excommunicatio comprehendit eos, qui iurisdictiones, seu fructus, reditus, & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarũ, mõnasteriorum, & aliorũ beneficiorum ecclesiasticorũ, pertinentes vsurpant. Item cõprehẽdit eos, qui quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant. *tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimaseptima, & seqq.*

19 Decimaoctaua comprehendit eos, qui collectas, decimas, vel similia onera ecclesiasticis personis, & Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorũ bonis, eorumque fructibus, &c. absq; Rom. Põtificis speciali, & expressa licentia imponunt: aut sic imposita, etiã à sponte dantibus, & cõcedẽtibus recipiũt.

Item comprehendit dantes auxilium, consiliũ, vel fauores in eisdem, & omnes personas cuiuscunque dignitatis, & ordinis existant, quæ latissime referuntur. *tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimaoctaua, & sequenti.*

20 Decimanona excõmunicatio comprehẽdit omnes Magistratus, & Iudices, notarios, scribas, executores, & subexecutores, quomodolibet interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sentẽtias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specifica, & expressa sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiãsi talia committentes fuerint Cõsiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati. *tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Decimanona, & sequenti.*

21 Vigesima excõmunicatio cõprehẽdit omnes, qui per se, vel alios directe, vel indirecte, sub quocũque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, aut detinere præsumpserint in totum, vel in partem, Almã vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, &c. vsque ad illud, & alias ciuitates, terras, vel loca, vel iura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinẽtia, dictæque Rom. Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecta, necnõ supremam iurisdictionem, in illis, nobis, & eidem Rom. Ecclesiæ cõpetentẽ de facto vsurpare, perturbare, retinere, vel vexare varijs modis præsumãt. Item comprehẽdit adhærentes, fautores, & defensores eorũ, seu illis auxilium, consiliũ, vel fauorẽ quomodolibet præstantes. *to.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Vigesima censura, & seqq.*

22 A prædictis excõmunicationibus Bullæ Cœnę extra mortis articulum nullus præter Rom. Pontificem, vel Delegatum eius cum expressa mẽtione facta, potest absoluere, vt constat autoritate Bullæ, & in articulo mortis ante absolutionem solum requiritur cautio præstita de satisfaciendo, verba autem Bullæ in rigore nil amplius requirunt. Per clausulam reuocatoriã, est reuocata facultas Episcopis à Concil. Triden. concessa ad absoluendũ hæreticos occultos in foro conscientię. Est declaratio expressa DD. Cardinaliũ, & supremæ sanctæ generalis Inquisitionis Rom. Prætorij, & obseruatio stylus Curiæ. Denique ita declarauit *Pius V.* 10. *die Iunij anno* 1568. *Gregor.* 13. *& Sixtus V. &c. tomo* 5. *disp.* 91. *sect.* 3. §. *Post omnes, & seqq. & tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 2. §. *Hic vero, & sequenti.* Denique Sacerdos, qui sine legitima facultate ab his casibus absoluit ex præsumptione, manet excommunicatus ipso iure, & nihil facit, deest enim illi iurisdictio: excõmunicatio tamen

non

non est reseruata. *Ibidem tomo 5. disp. 21. sect. 3. §. Secundo dicendum, & sequenti.*

§. XI.

Excommunicatio quoad excommunicationes reseruatas Summo Pontifici in decreto.

1 VNica excommunicatio reseruata Summo Pontifici in decreto inuenitur lata cõtra percussores clerici *in cap. Si quis suadente 17. quæst. 4. ab Innocent. 2. in Conc. Lateranens.* cuius verba sunt hæc: *Si quis suadente diabolo iniecerit manꝰ violẽtas inclericum, vel monachũ, subiaceat excommunicationi, & à nullo præterquã à Papa, nisi in articulo mortis, absoluatur, donec conspectui Apostolico repræsentetur*; quæ excommunicatio incurritur toties, quoties percutitur clericus, ita vt sint diuersæ percussiones, cætera pertinentia ad hoc canon. Vide *verb. absolutio. §. 10. & verb. clericus. §. 1. & 2. tomo 5. disp. 22. sect. 1. §. Vnica ergo.*

§. XII.

Excommunicatio quoad excommunicationes reseruatas Summo Pontifici in antiquioribus libris Decretalium.

1 PRima excommunicatio est lata à Delegato Papæ in eum, qui rei iudicatæ parere contemnit, post annum transactũ, manet Papæ reseruata, *ex cap. Quærenti de offi. Deleg.* sed non est cẽsura à iure, sed ab homine, ferri enim supponitur à iudice delegato, nec illa est propria reseruatio, sed cessatio iurisdictionis, seu officij. *tomo 5. disp. 22. sect. 2. §. Prima harum.*

2 Secunda excõmunicatio fertur *in cap. Ad falsiorem, de crim. falsi.* contra falsarios litterarum Apostolicarum; sed iam nõ est reseruata prout in hoc cap. fertur, sed prout contenta in Bulla Cœnæ Domini. *to. 5. disp. 22. sect. 2. §. Secunda excõmunicatio.*

3 Tertia excõmunicatio est lata ab Episcopo *ex cap. Dura, de crim. falsi. §. Adiycientes,* contra eos, qui litteras Apostolicas habentes intra viginti dies, eas nõ destruunt, aut resignant: quæ excommunicatio non incurritur donec promulgetur, postquam autem contracta est, Papæ reseruata manet, vnde reseruatio potius est lata ipso iure, quam ipsa excõmunicatio. *tom. 5. disp. 22. sect. 2. §. Tertia excõmunicatio*

4 Quarta excõmunicatio fertur ipso iure, *in cap. Conquesti, de sent. excom.* contra sacrilegos, & infringentes Ecclesias: quæ censura post denuntiationẽ dũmodo non generalẽ, est reseruata Summo Pontifici, & ad incur-

rendam hanc excommunicationem, requiritur rapere res Ecclesiæ simul cum effractione. ss. portarum, vel serarum, vel murorũ, &c. Effringere autem portas seras Ecclesiæ, &c. est effodere eius parietem, frangere fores, &c. impetendo: non tamen eas referare claue & arte. Nomine Ecclesiæ intelliguntur tẽpla publice dicata, & authorita te Episcopi cõsecrata. *to.* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. §. *Similis mod*ᵒ, *& seqq.*

5 Quinta excommunicatio est *in cap. Tua nos, de sentent. excom.* contra incendiarios, siue Ecclesiarum, siue nõ, qui postquam denuntiati sunt, manet absolutio censuræ reseruata Sũmo Pontifici; quæ denuntiatio sufficit, vt sit generalis. Item requiritur, vt incendium ex certa scientia, & praua voluntate intendatur, quamuis vnum tantum incendium committatur. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. §. *Quinto loco, & seqq.*

6 Sexta excommunicatio sumitur *ex cap. Significauit, de sent. excom.* vbi Papa excommunicat clericos, qui cum excommunicatis à se in diuinis officijs communicant, & talium clericorũ absolutionem sibi reseruat. Ad quam incurrendam requiritur, quod excommunicati sint denuntiati, & quod eos admittat scienter, & voluntarie, & non metu, aut ignoranter. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 2. §. *Sexta censura, & seqq.*

§. XIII.

Excommunicatio quoad excõmunicationes Summo Pontifici reseruatas in sexto libro Decretalium.

1 PRima excommunicatio fertur *in cap. Quicunque, de sent. excõ.* contra eos, qui occasione alicuius excõmunicationis latæ in aliquem, dant licẽtiam occidendi eos, qui promulgarũt talem sententiam, vel cum eius occasione est promulgata, vel eos, qui obseruant prædictam excõmunicationem, vel eos, qui nolunt communicare cum tali excommunicato. Nisi te integra reuocent talem licentiam; aliàs ipso iure excommunicati sunt. Secundo, fertur contra eos, qui non solum occidendi dant licẽtiam, sed etiam capiendi aliquẽ prædictorũ. Tertio, contra eos, qui dant licentiam grauandi aliquem prædictorum, vel in personis, vel in bonis suis, vel suorum. Quarto, contra vtentes tali licentia. Quinto, contra eos, qui etiam sine licentia, sed ex se aliquid prędictorum faciunt. Nota tamen, quod ij, qui nocuerũt in bonis illa occasione, & intuitu, nõ statim manẽt excõmunicati, nisi intra octo dies restituant, & satisfaciãt omnia, & statim ac incurritur, non manet reseruata, sed si per spatiũ duo-

duorum mensiũ in ea permanserint. Nomine autem suorum comprehenditur omnis persona de familia, omnis cognatus, amicus, vel alia simili ratione coniuncti, v. g. magister, discipulus, &c. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Prima habetur, & seqq.*

2 Secunda excommunicatio sumitur *ex cap. Eos qui, de sent. ex com. in* 6. vbi sententia excõmunicationis Papæ reseruata ipso facto innodatur, qui post obtẽtam absolutionem à priori excommunicatione Papali, vel lata à Legato, sub cõditione comparẽdi coram Summo Pontifice, vel satisfaciendi parti læsæ, talem conditionem nõ implet tempore debito; id est, cum primum potuerit. At vero hæc cẽsura nõ intelligitur de censuris aliorum Prælatorum inferiorũ, cum in textu solum expresse dicitur de excommunicationibus latis à Papa, vel à Legato eius. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Secunda excommunciatio, & seqq.*

3 Tertia excommunicatio fertur *in cap. Felicis, de pœnis in* 6. contra eos, qui in Cardinalem Rom. Ecclesiæ manus iniecerit violentas, aut illum hostiliter fuerit insecutus, percusserit, ceperit. Item extenditur ad mandantes, consilium, fauorem, &c. dantes, aut prędictorum aliquẽ receptantes, aut defensantes. Quæ censura est reuocata cum extentione ad Bullam Cœnæ Domini, vt ex ea patet. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Tertia excommunicatio, & seqq.*

4 Quarta excommunicatio fertur *in cap. Fundamẽta, de elect. excõmu.* 7. *in* 6. vbi excommunicantur eligentes in Senatorem Romanum aliquem Imperatorem, Regem, Comitem, aut alium potentem, &c. Sed hic casus apud nos nõ habet locum, & est de raro contingentibus. *tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Quarta excommunicatio.* *Vide Ang.* *nu.* 20. *Caieta. ca.* 53. *Anton.* 3. *p. tit.* 24. *cap.* 43.

5 Quinta excommunicatio lata est *in cap. Clericis, de immunit. Eccles. in* 6. vbi Imperatores, & Reges, & omnes inferiores Principes sæculares imponentes tributa ecclesiasticis personis, & ipsæ personæ ecclesiasticæ soluentes talia tributa sine Sedis Apostolicæ licentia, excõmunicantur censura Papæ reseruata, sed quantum ad soluentes est reuocata ista constitutio per Clemen. quoniã de immunit. Eccles. à Clement. V. Alia verò includũtur in Bulla Cœnę Domini. *Clausula* 18. *concluſ.* 19. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 3. §. *Quarta excommunicatio.*

§. XIIII.

Excommunicatio quoad excommunicationes reseruatas Summo Pontifici, in libris Clementinarum latas.

1 PRrima excommunicatio fertur *in Clemen. 1. §. Verum, de hæret.* vbi Inquiſitores, vel qui vices eorum gerunt, ſeu loco eorum ad illud officium agendum deputãtur, ſi ex vſu ſui officij ita delinquunt, vt odij, gratiæ, vel amoris lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam & conſciẽtiam ſuã omiſerint cõtra quemquã procedere, vbi fuerit procedendũ ſuper huiuſmodi prauitate, id eſt, hæreſi; aut obtentu eodem prauitatem ipſam, vel impedimentum officij ſui alicui imponendum, cum quoquo modo præſumpſerint vexare, ipſo facto excommunicantur, præter Epiſcopos, de quibus infra, & eorum abſolutio Papæ reſeruatur, niſi in mortis articulo, ſatisfactione præmiſſa, quantum fieri poſſit. *tomo 5. diſp. 22. ſect. 4 §. Prima ex his.*

2 Secunda excommunicatio habetur *in Clemẽt. 1. de priuileg.* vbi excommunicantur cum reſeruatione ad Summum Pontif. Religioſi, qui ſine licentia expreſſa presbyteri parochialis præſumunt adminiſtrare clericis, aut laicis ſacramẽtum Extremæ vnctionis, aut Euchariſtiæ: aut benedicere nuptias, aut abſoluere excommunicatos à canone, præterquã in caſibus à iure, aut priuilegijs Apoſtolicis ſibi conceſſis; aut à ſententijs promulgatis à ſtatutis prouincialibus, aut ſynodalibus, aut à peccatis à pæna & culpa. *tomo 5. diſp. 22. ſect. 4. §. Secunda excõmunicatio, & ſeqq.*

3 Tertia excommunicatio Papæ reſeruata habetur *in Clemẽt. Cupientes. §. Sanè de pœnis.* vbi excommunicantur Religioſi, & clerici ſeculares violantes conſtitutionem Bonifacij in capitulo primo prohibẽtis ne aliquis clericus ſecularis, aut religioſus inducat quempiam ad vouẽdum, curandum, vel fide interpoſita, ſeu aliàs promittẽdum, vt apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vlterius non mutẽt. *tomo 5. diſp. 22. ſect. 4. §. Tertia excommunicatio, & ſeqq.* *Vide Am. 3. p. titu. 24. ca. 51. Angel. verbo Sepultura. nu. 35. Naua. c. 27. nu. 103. & alij.*

4 Quarta cenſura continetur *in Clement. grauis, de ſent. excommun.* vbi excommunicantur Domini temporales, & Prælati iuriſdictioné temporalem habentes, qui in terris ſuis quomodolibet cogũt aliquem in loco interdicto celebrare diuina. Itẽ, qui per præcones faciunt populum ad illa audienda conuocari. Item, qui nunc hos, nunc illos ad audientiam eandem conducunt. Item, qui prohibẽt, ne publice excõmunicati, vel interdicti ſuper hoc, per illos, qui miſſas celebrant moniti ab Eccleſia exeant. Item denique ipſi vel alij quicunque nominatim moniti, cum ſint excommunicati, ab Eccleſia exire nolunt. *tomo 5. diſput. 22. ſect. 4. §. Quarta cen-*

censura, & sequentibus.

5 Quinta & vltima censura fertur *in Clement. Si quis suadente, de pœnit.* vbi specialiter excommunicantur, qui manus in Episcopum inijciunt, quæ reducitur ad Bullam Cœnę in 11. clausula eius. *tomo 5. disp. 22. sect. 4. §. Vltima censura.*

§. XV.

Excommunicatio quoad excommunicationes reseruatas Sūmo Pontifici, contētas in libris Extrauagantium.

1 PRima excommunicatio lata est *in Extrauag. 1. de sepult.* contra dilacerantes, & exterantes corpora defunctorum hominum, vt conseruentur, vel vt decoquantur, vt ossa possint in alia loca deferri, & contra eos, qui hoc fieri iubent. Tamē non cōprehendit eos, qui ista faciūt in terris infidelium, vbi non est sacer locus ad sepeliendum Christianos, neque etiam, qui hoc faciunt viuo, neque etiam mortuo, si alio fine, quā ad sepeliendum faciant, quamuis ad vindictam, seu ad vescendum faciāt; neque eos, qui ne cadauer fœteat, vel per anathomiam, vel ob honorem cadaueris regij id faciunt. *tomo 5. disp. 22. sect. 5. §. Primo loco, & sequentibus.*

Naua. c. 27 num. 106.

2 Secunda excommunicatio lata est *in Extrauag. 1. de Simonia*, contra eos, qui dant, vel recipiunt aliquid ex pacto reali dandi, vel accipiendi aliquid tē porale pro spirituali admissione ad statum, seu habitum religionis. Non comprehēdit spōte dantes, vel recipientes in sustentationem eius, qui ingreditur, si forte monasterium non habet sufficientes reditus. *to. 5. disp. 22. sect. 5. §. Secunda excōmunicatio, & seqq.* Quæ Extrauag. non habet locum in monialib⁹, licet accipiāt ex pacto, & conuentione circa dotes monialium in commodum earum victū ex compēdio priuilegiorum. *verb. Moniales nu. vlt.* quid autem statuat Concil. Trident. circa hoc, vide *sess. 25. cap. 16. de reform. Regul. Ibidem loco citato.*

Caiet. 2. 2. q. 10. ar. 3. Sot. lib. 9. de iust. q. 6. ar. 2. ad 4.

3 Tertia excommunicatio continetur *in Extrauag. 1. de Regul.* vbi excommunicātur mendicantes migrantes sine licentia Papæ ad non mendicantes, excepto ordine Carthusianorum, comprehendit tam recipientes, quam receptos remotis priuilegijs quoad licētiam, & absolutionem ab hac censura: loquor enim solum ex vi iuris communis. *tomo 5. disp. 22. sect. 5. §. Tertia excommunicatio, & seqq.*

4 Quarta excommunicatio habetur *in Extrauag. 2. de Simonia*, vbi excommunicantur omnes committentes vitiū simoniæ, in ordine, vel beneficio, cō prehendit etiā mediatores, &

ſolum ſimoniacos reales, nō tamen comprehendit ſimoniam mentalem, neque ſolam conuentionalem, neque eam quæ committitur extra ordinem. *tom. 5. diſp. 22. ſect. 5. §. Quarta excommunicatio, & ſeqq.*

5 Quinta excommunicatio reſeruata eſt lata *in Extrauag. & ſi Dominici 2. de pœnit. & remiſſ.* contra eos, qui prætextu cōfeſſionalium, vel gratiarum conceſſarum ab ipſomet Xiſto, prę ſumunt abſoluere ſimoniacos, mutilatores, vel occiſores exiſtentium in ſacris, violatores eccleſiaſticę libertatis, & demū à caſib⁹ reſeruatis in Cœna: ité eos, qui prætextu eodem diſpēſant in votis caſtitatis, religionis, Ieruſalem, ſancti Iacobi, & ſancti Petri Romæ, niſi in prædictis gratijs, ſit horum expreſſa mentio, & derogatio huius Extrauag. quæ nunc nihil, aut parum prodeſt, quia quod pertinet ad caſus bullæ Cœnę, diximus ſupra cōcluſione vltima, & quoad cætera in illa contenta idem dicendum, cum confeſsionalia illa iam deſierint. *tomo 5. diſp. 22. ſect. 5. §. Quinta excommunicatio, & ſeqq.*

Vide Ang. verbo excom. 5. caſu 31. Naua. c. 12. n. 75. & c. 27. n. 74. & 75.

6 Sexta excommunicatio ſumitur *ex Extrauag. graue nimis, de reliquijs, & venerat. Sāct.* & approbatur *à Concil. Trid. ſeſſ. 5. in decret. de peccat. orig.* vbi excommunicantur omnes affirmantes peccare mortaliter, vel eſſe hæreticos eos, qui defendunt Beatiſsimam Dei matrem eſſe conceptam ſine originali, & affirmantes peccare eos, qui obſeruant feſtū Conceptionis, & qui adſunt concionibus. Item excō municantur illi, qui contra affirmant peccare mortaliter, vel eſſe hæreticos eos, qui tenent fuiſſe conceptam cum peccato originali, neutra enim pars hac tenus eſt definita, de fide, vtraque poteſt teneri abſque peccato mortali, quāuis multo certius ſit, & verius, eſſe conceptā ſine vlla macula, & ita ego qui manibus meis hæc ſcripſi, libenti animo credo. *tomo 5. diſp. 22. ſect. 5. §. Sexta excommunicatio, & ſeqq.* & ſolum comprehendit præſumentē. *Ibidem ac vſu temerario.*

7 Septima excommunicatio habetur *in Extrauag. 1. de ſent. excom.* vbi excommunicantur omnes, qui in Romana Curia in negotijs tam gratiæ, quam iuſtitiæ dant aliquid, vel promittunt, vt quod prętendunt obtineant; comprehendit tam recipientes, quam dantes, & quoquo modo intercedentes dando fauorem, auxilium, &c. quæ reuocata eſt quoad vſum per Gregor. 13. anno Domini 1574 8. Nouemb. *in Extrauag. incipiente, Ab ipſo to. 5. diſp. 22. ſect. 5. §. Septima excommunicatio.*

8 Octaua excommunicatio addi poſſet *ex Extraua. Saluator, de præbend.* inter communes, ſed eiꝰ tractatio omittitur, pertinet

tinet enim specialiter ad Ecclesiam Tolosanam. Et hæc sufficiant de his reseruatis. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 5. §. *Octaua addi.*

§. XVI.

Excommunicatio quoad excommunicationes Summo Pontifici reseruatas latas ipso facto extra corpus iuris.

Vide Doctores in c. Licet, de elect. & Vict. de relect. de simon. nu. 5.

1 PRima excommunicatio sumitur *ex Conc. Lateran. sub Leon. X. sess.* 5. vbi legitur constitutio Iulij Secundi, *Cum tam diuino;* lata contra eos, qui post mortē vnius Pontificis, per simoniam procurant in successorem eius eligi, cuius verba sunt clara. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 6. §. *Prima ergo.*

2 Secunda excommunicatio sumitur ex quadam *Extrauag. Paul.* 2. *Cum omnibus*, ferturque contra commissarios, & delegatos Sedis Apostolicæ circa causas alienationis rerum ecclesiasticarū, quibus ibi præcipitur, *vt caute, & diligenter attendāt causas in literis Apostolicis per supplicationes expressas, illasq; sollicite, examinēt &c.* Et subditur, *si quis autem commissarius, vel delegatus conscientiæ suæ prodigus in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ per gratiā, vel timorē, aut sordes alienationi consenserit, aut decretū, aut autoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo, sententiam excommunicationis inueniat.* Quæ censura non reseruatur, vt constat; tamen reseruatur, non tantum quoad Commissarios, & Delegatos, sed quoad omnes, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiarū alienationem fieri procurauerint, aut per sordes, vel impressionem alienationis, decretum extorserint, vt constat in dicta Extrauag. *tomo* 5. *disput.* 22. *sect.* 4. §. *Secunda excommunicatio, & seqq.*

3 Tertia excommunicatio est lata *in Extrauag.* 6. *Paul.* 2. quæ incipit, *Ambitioſe, const.* 6. vbi prohibet omnem alienationē bonorum ecclesiasticorum, omneque pactum, vel contractum, de eisdem bonis contra formā illius const. factum, & sententiam excommunicationis profert tam in eum, qui huiusmodi bona alienat, quam in eum, qui recipit, quæ non est reseruata, vt patebit legenti dictam constitutionem, quæ vt ait *Sylueſt. excommunicatio* 7. *num.* 83. nec seruatur, nec in multis locis acceptata fuit. *tomo* 5. *disp.* 22. *sect.* 6. §. *Alia item.*

4 Quarta excommunicatio est lata *in Extrauag.* 3. *Paul.* 2. quæ habetur in Bullario, quæ incipit, *Munera*, vbi excommunicātur omnes officiales Rom. Curiæ, aut Summi Pontificis in terris suis, aliquod genus muneris. ſſ. aurum, argentum, vestem, equum,

æquum, aut aliquid aliud accipientes, præter sculenta, & poculenta, in moderata quantitate, ſſ. quæ intra biduum consumi possit *aliqui*, ait, *tam dantes quam accipientes, dũmodo non sint Cardinales sacræ Rom. Ecclesiæ, dictam censuram incurrãt ipso facto, à qua non possint absolui, nisi à Pontifice Roman. tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Tertia sumitur.*

Vide Caiet. verb. excõmunic. post cap. 81.

5 Quarta excommunicatio est lata *à Leone X. in Concil. Lateran. sess. 11.* contra Prædicatores, qui aliquid commiserint in suis concionibus contra ibi præcepta, quæ videtur non vsu recepta, quod de omnibus illius Concil. affirmat Caiet. Nauar. & ideo noster Doctor cæteras, quæ in eo ferũtur prætermittit. *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Quarta excommunicatio.*

Sylvest verbo excom. 7. num. 91. conclu. 55.

6 Quinta excommunicatio est *ex libro Pœnitentiali Summi Pontif.* quam affert *S. Anton. 3. p. titu. 24. cap. 30.* lata contra accedentes ad sepulchrum Domini causa deuotionis sine licẽtia Pontificis, eius absolutio reseruatur Summo Pont. vel Pœnitentiario, quæ committitur ignoranter: vnde multi peregrini excusantur ab huiusmodi censura; videmus enim paucos in nostris partibus pro licẽtia accedere ad Pontificem. *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Quarta excommunicatio, & seqq.*

7 Sexta excommunicatio sumitur *ex quodam motu proprio Pij Quinti*, qui est 22. in libro, & incipit *Regularium personarum*, vbi excommunicãtur omnes fæminę ingrediẽtes ex præsumptione monasteria Carthusiẽsium, & aliorum virorum regularem vitam agentium, cuius excommunicationis absolutio reseruatur Summo Pontifici; non tamẽ comprehendit ignorantes facultates esse reuocatas fæminis concessas ad ingrediẽdum monasteria virorum, earumque vsum sub hac censura interdictum esse nescientes. Similem habet Gregor. XIII. constitutionem, quæ est 36. quam vide, per quã extenditur eadem excõmunicatio ad religiosos, fæminas ingredi suũ monasteriũ permittentes, & etiã extẽditur ad omnes personas ingrediẽtes monasteria monalium, & moniales id permittentes. *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Sexta excommunicatio, & seqq.*

8 Septima excommunicatio sumitur *ex cõstitutione Pij Quinti 87. Intolerabilis:* vbi excommunicantur ipso facto illi, qui committũt crimen simoniacæ confidentiæ beneficialis: quę constitutio est latissima, ponens modos quamplurimos confidentię, qui facile constabũt legenti illam, in qua dicit Pius Quintus de huiusmodi censura: *Et in iuris subsidium excõmunicationis sententia innodamus, à qua nullus, nisi in mortis articulo cõstitut⁹ ab alio quã à Rom. Põtifice valeat absolui.*

Item

Item non solum comprehēdit exercitores talis confidentiæ, sed etiā mediatores. *tom. 5. disp. 22. sect. 6. §. Septima excōmunicatio.*

9 Octaua excommunicatio reseruata sumitur *ex Pio V. constit. 58. Quanta*, vbi suspendit Episcopos, & collatores quoscunq. beneficiorum, ad quos pertinet resignationes beneficiorū admittere, si id faciāt extra casus designatos, & contra formam ibi præscriptam. Deinde in eos profert sententiā excommunicationis reseruatæ, si post contractum prædictā suspēsionem, actus à quibus sunt suspēsi exercere attētauerint. In capitulum seu conuentum cū non possunt ferri excōmunicatio, loco eius in prædicto casu fertur suspēsio à diuinis, vt in eadem constitut. habetur *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Octaua excommunicatio.*

10 Nona excommunicatio sumitur *ex Conc. Trid. 22. cap. 11. de reform.* qua comprehēdit omnes personas clericorum, & laicorū, prę sumētes vsurpare quacūque arte, aut modo, bona, res iura, fructus, reditus, aut iurisdictionē alicuius Ecclesiæ, aut beneficij secularis, vel regularis, montium pietatis, vel aliorū piorum locorū, & sic occupantes, vel impedientes, ne ab eis percipiātur, ad quos iure pertinēt anathemati subijcit, donec plene restituant, & à Rom. Pōt. absoluantur. *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Nona excommunicatio.*

11 Præter has censuras inueniuntur aliquæ in aliquibus Cōcilijs, præsertim ex nouioribus, vt in Lateran. sub Leon. X. & in Bullario Sum. Pontificum, sed ideo sunt occultæ, & ignoratæ, vt extra vsum esse videantur, & sic, vel nunquam fuerunt receptæ, vel iam sunt abrogatę, & hac de causa omittit eas noster Doctor, præsertim, quia omnes, quæ sunt alicuius momenti, ad eas, quas pertractauimus, reduci possunt. *tomo 5. disp. 22. sect. 6. §. Præter has censuras.* *Vide Ant. 3. p. titu. 24. ca. 70 Caiet. ver bo excom. cap. 81.*

§. XVII.

Excommunicatio quoad excōmunicationes reseruatas Episcopo.

1 PRima excommunicatio numeratur illa, quæ fertur ab Episcopo per statutum eius in quo eā sibi reseruat, iuxta *cap. nuper, de sent. excom.* quæ non est de iure communi sed particulari, & sic erūt diuersæ in diuersis diœcesibus. *tomo 5. disp. 23. sect. 1. §. Principio numeratur.*

2 Secunda excommunicatio est illa, quam incurrit, qui in crimine communicat cum excommunicato ab Episcopo, ille enim excommunicationem incurrit ipso iure latam, & reseruatam Episcopo, *in cap. Nuper, de sentent. excom.* Tamen hæc

hæc reseruatio non est propria Episcoporum, sed generaliter fit ad eum, qui primam excommunicationem tulit, siue per ius statutum, seu per sententiã, & sic potest pertinere ad iudices inferiores Episcopis, & ad Summum Pontificem cum proportione. *tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 1. §. *Secundo ponitur.*

3 Tertia excommunicatio est illa, quæ alias est reseruata Papæ, pro his casibus in quibus ad illum non est accessus, nec ad Legatum eius, sed hæc reseruatio non est per se facta Episcopo, sed Summo Pontifici, ab illo tamen deriuatur ad Episcopum ob iustum impedimẽtum. *tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 1. §. *Tertio ponitur.*

4 Quarta excommunicatio est censura canonis, si quis suadente, quãdo percussio clerici est leuis; si sit inter religiosos, quando talis sit, vt Episcopi autoritatem requirat, iuxta *cap. Cum illorũ, & cap. peruenit. de sent. excom.* Sed potius est concessio dicenda specialiter facta Episcopo, quam reseruatio, sicut dicitur concessio facta Abbatibus circa suos monachos in certis casibus minus grauib⁹. *tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 1. §. *Quartus casus.*

5 Quinta excommunicatio est illa, quę fertur *in cap. Eos qui, de sent. excom. in* 6. vbi illi, qui in casu necessitatis absoluũtur ab inferiori, si postea cum possint, non repræsentant se suo superiori, ad quem per se spectabat absolutio, excõmunicantur excommunicatione eidem superiori reseruata; sed hęc censura non est etiam propria Episcoporum, & fit reseruatio cuicunque iudici, ad quem pertinebat prioris cẽsurę absolutio. *tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 1. §. *Quinto numeratur.*

6 Sexta excommunicatio additur ab Angelo *ex Clement. cum ex eo, de sent. excom.* vbi fratres Minores excommunicantur, si tempore interdicti admittant in suis Ecclesijs ad audiendum diuina officia fratres Tertij ordinis; veruntamen illa censura, non tam Episcopo, quam Põtifici reseruatur, verba enim Clementinæ sunt. A qua per alium, quam per Rom. Pontificem absolutionis beneficium nequeant obtinere, & interponuntur hæc verba, vel satisfactione præmissa per locorum Episcopos, quos autoritate Apostolica fungi volumus in hac parte, vnde constat reseruationem non fieri Episcopo, sed eam, quæ facta est Papæ in quodam casu, & sub certa cõditione cõmitti Episcopis, vt Papæ Delegatis: modo tamen iã cessauit hęc lex per priuilegia concessa Minoribus. *tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 1. §. *Atque hæc sunt.* Denique ex dictis in hoc §. discurrẽdo per omnes cõclusiones, constat nullas excommunicationes pro-

Ang. verbo excom. Sylvest. verbo excõ. 8. *Naua. cap.* 27. *n.* 112. & 113.

proprie ipso iure latas reseruatas Episcopis; vel si quæ sunt, iam vim non habere propter posteriores leges, vel priuilegia. *Ibidem.* §. *Angelus verbo.*

§. XVIII.

Excōmunicatio quoad excommunicationes nemini reseruatas in decreto.

1 PRima excommunicatio fertur *in cap. Administratione 23. quæst. 3.* contra omnes Principes, gubernatores, & officiales seculares, qui ter admoniti ab Episcopis, & alijs ecclesiasticis, recusant eis facere iustitiam super eorum causis, siue id fiat ex negligentia, siue iniquo animo; à qua non danda absolutio, nisi post dignam satisfactionē: at vero hæc excommunicatio fere non est in vsu, & verisimilius est non seruari. *tomo 5. disp. 23. sect. 2. §. Ex decreto, & sequētibus.*

2 Secunda excommunicatio ferri videtur ipso iure *in cap. Nulli fas 19. dist.* contra omnes Ecclesiæ Romanæ inobedientes, qui Apostolicis decretis cōtraire audent. At vero si intelligatur de rebellis tantum præceptis Ecclesiæ, non est lata ipso iure, sed præcipitur ferri, vt constat ex tenore dicti capitis. Denique si intelligitur de recedentibus ab Ecclesia per hæresim, vel schisma, est ipso iure lata, alioqui enim constat, nō omnes, qui nō obediunt præceptis Summi Pontif. statim esse excommunicatos. Igitur in rigore loquendo nulla inuenitur in decreto excommunicatio ipso iure lata, & distincta ab his, quæ in bulla Cœnæ continentur, quæque in vsu, & praxi seruetur. *tomo 5. disp. 23. sect. 2. §. Secunda.*

§. XIX.

Excommunicatio quoad excommunicationes non reseruatas in libris Decretalium.

1 PRima excommunicatio est lata *in cap. 1. de schismat.* cōtra illos, qui ratas habent quasdam actiones schismaticorum, contra illius textus dispositionem. Tres vero sunt actiones quę ibi irritantur. ff. ordinationes factæ à schismaticis, vel ab ordinatis ab eis, quantum ad executionem ordinis. Secunda est collatio beneficij, vel dignitatis ecclesiasticæ quoad schismaticos, non vero quoad ordinatos ab illis. Tertia est, alienatio bonorum ecclesiasticorum, facta enim à schismatico est nulla. *tomo 5. disputatione 3. sectio. 3. §. His ergo adnotatis, & sequentibus.*

Caieta. nu. 8. Armilla excom. nu. 92.

2 Se-

2 Secunda excommunicatio habetur *in cap. Super ſpecula, & in cap. Non magno opere, ne clerici, vel monachi.* Vbi excommunicā tur religioſi, qui de clauſtri sexeunt ad audiēdas Leges, vel Phyſicam, niſi intra duos menſes à die exitus ad clauſtrum redeāt, & per cap. ſuper ſpecula extenditur ad habentes dignitatem, vel perſonatus, etiamſi presbyteri non ſint, & ad presbyteros etiam, etiamſi perſonatum non habeant, dignitatem, vel beneficium. *tomo 5. diſp. 23. ſect. 3. §. Secunda excommunicatio, & ſeqq.*

3 Tertia excommunicatio habetur *in cap. Clericis, ne clerici, vel monachi.* Vbi excommunicā tur ſacerdotes tantum, qui officium Vicecomitis, aut prępoſiti ſecularis agunt, ſi admoniti non reliquunt tale officiū, quæ, vt habet communis opinio, eſt ipſo iure lata. *tom. 5. diſp. 23. ſect. 3. §. Tertia excommunicatio, & ſequenti.*

Angel. ex com. 7. caſu 8. cum Caiet. Naua. & alijs

4 Aliæ ſunt excommunicationes, quæ licet non ſint in libris Decretaliū reſeruatæ, iam modo reſeruantur in bulla Cœnæ. Prima eſt, quę fertur in eū, qui cum non ſit recte electus à duabus partibus Cardinalium, ſe gerit, vt Summus Pontif. & in eos, qui eum recipiunt, *cap. Licet, de elect.* quod crimen in rigore eſt ſchiſma. Secunda eſt, quæ fertur *in cap. Non minus, de im. munit. Eccleſ.* Vbi excōmunicantur poteſtates ſeculares imponentes tributa eccleſiaſticis perſonis, quod extēditur in ca. Aduerſus eodem tit. Tertia eſt lata *in cap. Nouerit de ſent. excom.* vbi excommunicantur facientes ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem. Quarta eſt lata *in cap. Excommunicationi, de raptoribus.* vbi excommunicantur rapientes bona naufragantium. Quinta fertur *in cap. Falſariorū, & cap. Dura. §. Adijcientes, de crimine falſi.* vbi excommunicantur falſātes litteras Apoſtolicas. De quibus iam egimus in bulla Cœnæ ſupra §. 10. *tomo 5. diſp. 23. ſect. 3. §. Inter has, & ſeqq.*

Vide Naua. c. p. 27. n. 117.

5 Aliæ ſunt excommunicationes, quarum cognitio parū vtilis; aliæ, quæ ſpectāt ad particularia loca; aliæ denique quæ raro in vſum veniunt, quę ideo non tractat ex profeſſo noſter Doctor, ſed tantum indicat. Prima eſt, quæ fertur *in cap. 1. de locato* pertinens ad Academiam Bononienſem, vbi excommunicantur Doctores, Magiſtri, & ſcholares illius Academiæ, qui ante tempus conductionis elapſum de locādis domibus pertractāt abſque cōſenſu eorum, qui illas inhabitant, & conductas habent. Item huc ſpectat, *cap. Quoniam, de offic. ord.* vbi excommunicantur Epiſcopi, qui in ciuitate, in qua eſt popul° diuerſarum linguarū, ſe ingerunt ad docendum, vel regēdum partem populi alteri° linguæ ad ſe non pertinentem, ſine Vicario

ad

ad id deputato à proprio Prælato: quæ vbi locum habuerit, seruanda est. *Tomo* 5. *disput.* 23. *sect.* 3. §. *Rursus sunt.*

§. XX.

Excommunicatio quoad excõmunicationes non reseruatas in libro sexto Decretalium.

1 PRima excommunicatio sumitur *ex cap. vbi periculum.* §. *Hoc sacro, de elect. in* 6. vbi in ver sic. *Nulli etiã fas sit*, fertur excõ municatio ipso iure cõtra eos, qui ad Cardinales in conclaue concluſos ad eligendum Sum. Pontificem scripturã miserint, vel neutrum, aut cum aliquo ipsorum secrete locuti fuerint. *Tomo* 5. *disp.* 23. *sect* 4. §. *Ex his excommunicationibus.*

Vide Caie. cap. 55. *& Naua. cap.* 27. *n.* 121

2 Secunda excommunicatio habetur *in cap. eodem vbi periculum.* §. *Præterea.* vbi excommunicantur domini, alijque Rectores, & officiales illius ciuitatis, in qua Summus Pontifex moritur, si diligenter non obseruãt quæ ibi statuuntur; vel si fraudẽ in eis, vel circa ea cõmiserint. *Tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 4. § *Secunda.*

Caiet. cap. 54. *cũ Syluest. & alijs*

3 Tertia excommunicatio habetur *in cap. Sciant cũcti, de elect. in* 6. ferturque contra eos, qui *grauare præsumunt clericos, vel quaslibet personas Ecclesiasticas (ad quas in aliquibus ecclesijs, monasterijs, & pijs locis spectat electio) pro eo, quod rogati, seu aliàs inducti, eũ, pro quo rogabãtur, aut inducebantur, eligere noluerunt. Tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 3. §. *Tertia.*

4 Quarta excommunicatio habetur *in cap. Generali. de elect. in* 6. ferturque cõtra eos, qui in Ecclesijs, monasterijs, aut pijs locis, titulum defensionis, aut similẽ de nouo vsurpare conantes, iura ad talia loca pertinentia, authorũ bona, quando talia loca vacant, occupare præsumunt. Item comprehendit clericos, monachos, vel alias personas talium locorum respectiue, procurantes tale delictum fieri, meritoque propter taliũ personarum infidelitatem. *Tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 4. §. *Quarta excommunicatio, & seqq.*

5 Quinta excommunicatio habetur *in cap. Indẽnitatibus.* §. *Postremo, de elect. in* 6. ferturque contra Prælatos & alios, qui vocãtur, vt interſint electionibus monialium, si aliquid faciãt, ex quo possit oriri, vel nutriri discordia inter ipsas moniales super huiusmodi electionibus faciendis. Nomine autem monialium tantum veniunt religiosæ regulares. *Tom.* 5. *disp.* 23. *sect.* 4. §. *Quinta excommunicatio, & sequenti.*

Vide Cõc. Agathens. cap. 19 *& Trident. sess.* 25. *ca.* 7. *de reform.*

6 Sexta excommunicatio habetur *in cap. vltim. de offi. deleg. in* 6. vbi excommunicãtur ipso iure procurantes, quod iudices conseruatores sibi dati intromittant se ad alia, quã ad mani-

festas iniurias, & violentias, & extendant potestatem ad ea, quæ iudicialem exigunt discussionē, à qua non absoluitur, nisi alteri parti læsæ satisfiat. Tamen ad huiusmodi censuram incurrendam requiritur, vt sequatur effectus. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Sexta excommunicatio.*

7 Septima excommunicatio habetur *in c. vnico, de his quæ vi in 6.* vbi excōmunicātur qui per vim, vel metum extorquent ab Ecclesiastico iudice absolutionem à censura, seu reuocationem Per metū intellige in constantem virum cadentē, seu grauem. At verò vt incurratur hęc censura, requiritur vt obtineatur absolutio cum effectu. Per censuram ad hunc effectum intellige iniustam, dummodo sit valida. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Septima, & sequenti.*

8 Octaua excōmunicatio habetur *in cap. Mulieres, de iudic. in 6.* vbi excōmunicantur qui per fictionem, vel fraudem faciat, vt iudex veniat personaliter ad domum alicuius mulieris, vt eius testimonium accipiat, cum personaliter ad iudicium inuitæ mulieres trahi non possint. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Octaua, & seqq.*

Caieta. ca. 59. cū Nauar.

9 Nona excommunicatio habetur *in cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.* vbi excommunicātur omnes, qui compellunt Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas ad submittendū sua iura & bona laicis in casibus iure prohibitis, sine cōsensu Capituli, & licentia Sedis Apostolicæ. Itē excōmunicantur illi, qui aliquid horū habentes per aliquē contractū licite factū, vsurpant aliquid prēter id, quod ex natura & consuetudine talis contractus eis debetur, si legitime admoniti non restituant. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Nona, & sequēt.*

10 Decima excommunicatio habetur *in cap. vnico. §. Cōfirmat⁹ de Relig. dom in 6.* ferturque contra religiosos, qui aliquē ad suā perfectionē de nouo admittūt, item si nouā domum, vel locū acquirunt. Denique vel si iam habita alienent sine Sedis Apostolicę licentia. Quæ excommunicatio hodie iā parum est vtilis propter priuilegia singularū religionū. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4 §. Decima, & sequenti.*

11 Vndecima excommunicatio habetur *in cap. Quanquam, de censibus in 6.* vbi excommunicātur, qui imponunt, vel exigunt ab Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis: pedagia, quidagia, & alia similia tributa, per se, vel per aliū, suo, vel lieno nomine, pro personis ipsis, aut reb⁹ suis proprijs, quas non deferūt, vel transmittunt causa negotiationis. Hęc autem iam est reseruata in Bulla. Per clausula 5. & 8. ordine à nobis sup. §. 10. posita. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Vndecima, & seqq.*

12 Duodecima excommunicatio

tio habetur *in cap. Quoniã, de immunit. Eccles. in 6.* vbi excommunicãtur impediẽtes iurisdictionem ecclesiasticam, & eius iudices, &c. quæ est etiam inclusa in 13. & 14. clausula Bullę Cœnę. *To. 5. disp. 23. sect. 4. §. Duodecima*

13 Decimatertia excommunicatio habetur *in cap. vltimo de immunit Eccles. in 6.* vbi excommunicantur temporales domini, qui præcipiunt subditis, ne vendant, neque emãt à clericis, neque molant frumenta, neque alia officia præstent. Et facientes hanc prohibitionẽ per statutum, seu legem latã, est excõmunicatio reseruata per clausulam Bullæ Cœnæ 15. cum sit talis lex contraria libertati Ecclesiasticæ *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimatertia.*

14 Decimaquarta excommunicatio sumitur *ex cap. 2. Ne clerici. vel monach. in 6.* vbi excõmunicantur Religiosi professi temere habitũ deferentes. Itẽ Religiosi, euntes ad studia literarum extra claustra sine licentia sui Prælati, aut cum ea sine consensu maioris partis Conuentus. Item Doctores, siue Magistri, qui docent Religiosos, Leges, aut Medicinam, qui reliquerunt suum habitum, aut eos detinẽt in suis Scholis. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimaquarta, & seqq.*

15 Decimaquinta excommunicatio est lata *in cap. 2. de hære. in 6.* vbi excommunicantur qui scienter præsumũt corpora hæreticorum, credentium, defensorum eorum, &c. Ecclesiasticę tradere sepulturę: nec absoluẽdi sunt, donec proprijs manib⁹ publice extumulẽt, & proijciẽt huiusmodi cadauera, & loc⁹ ille perpetua caret sepultura. *Tom. 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimaquinta.*

16 Decimasexta excommunicatio habetur *in cap. vt Inquisitionis, de hæret. in 6.* vbi excommunicantur potestates, domini temporales, Rectores, vel eorũ officiales, seu Balliui, si de crimine hæresis cognoscant, vel iudicent. Item si captos pro eodẽ crimine absque Diœcesanorũ, vel Inquisitorum licentia à carcere liberẽt. Itẽ si Diœcesano, vel Inquisitori præsumẽt se opponere in his, quæ ad fidei negotium præfatum incubunt, aut aliter impedire. Itẽ si executionem pro huiusmodi crimine à Diœcesano, vel Inquisitore iniunctam non impleãt, prout ad eorum spectat officium. Denique item excommunicantur si directe, vel indirecte præsumãt sententiam, aut processum Diœcesanorum, aut Inquisitorũ impedire. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimasexta, & seqq.*

17 Decimaseptima excommunicatio habetur *in cap. 1. de homicid. in 6.* vbi excommunicantur omnes, qui aliquem Christianum per assassinos interfici mãdauerit, siue sequatur mors, siue non. Assassini, sunt quidam

Vide Con. lib. 2. variar. c. 20. n. 9. & 10.

infideles, qui vsum habent assumendi hoc officium interficiēdi alios, ex præcepto sui domini, aut pecunia conducti: quæ excommunicatio hodie est parum vtilis, cum iam non sint tales Assassini. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decima septima.*

18 Decimaoctaua excommunicatio habetur *in cap. 1. de vsur. in 6.* vbi excommunicantur omnes clerici inferiores Episcopis locātes domos vsurarijs alienigenis manifestis, vel sub alio titulo eas cōcedentes. Non comprehendit laicos ipso facto, sed iubet, vt compellantur per censuras ecclesiasticas à suis superioribus. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimaoctaua.*

19 Decimanona excommunicatio habetur *in cap. vnic. de iniuriis in 6.* vbi excommunicantur singulæ personæ, quæ contra personas ecclesiasticas, vel contra earum bona concedunt repræsalias, & qui generaliter concessas ad præfatas personas extendunt, nisi concessionem, vel extensionem intra mensem reuocauerint. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Decimanona, & sequentibus.*

20 Vigesima excommunicatio sumi potest *ex cap. Fœlicis, de pœnis, in 6.* vbi excommunicantur, qui audent inuadere hostiliter personā Cardinalis: sed hodie iam pertinet ad censuras Bullæ Cœnæ. *Tomo 5. disp. 23. sect. 4. §. Vigesima.*

§. XXI.

Excommunicatio quoad excommunicationes non reseruatas in libris Clementiuarum.

1 PRima excommunicatio habetur *in Clemen. vnic. de sequestratione possess. & fruct.* vbi excōmunicantur omnes, qui in sequestratione facta per Ordinariū loci de beneficio ecclesiastico, per triennium integrum non possesso, sententiam definitiuam cōtra possessorem apud Sedem Apostolicam, dum taxat in possessorio, vel petitorio promulgatam impedire, vel fructus sequestratos, quomodocū que occupare præsumūt, à qua non absoluantur, nisi vsurpata restituant, & remoueant impedimentū. *Tomo 5. disp. 23. sect. 5. §. Prima excommunicatio.*

2 Secunda excommunicatio habetur *in Clemēt. 1. de sepul.* vbi excommunicantur, qui tēpore interdicti corpora mortuorum sepeliūt in loco sacro in casib⁹ à iure non concessis. Item, qui publice excommunicatis similem sepulturam præbent, vel publice interdictis, vel publice vsurarijs. *Tomo 5. disp. 23. sect. 5. §. Secunda sumitur.*

3 Tertia excommunicatio sumitur *ex Clemen. 1. de decimis,* vbi excommunicantur Religiosi, qui noualia, aut alias decimas

Eccle-

Ecclesijs debitas, ad eos aliqua causa legitima non spectãtes, si appropriare, aut exquisitis fraudibus, siue coloribus vsurpare præsumpserint. Itẽ si de animalibus familiariũ, & pastorũ suorum, vel aliorum animalia ipsa eorum gregibus immiscentiũ, decimas solui nõ permiserint, aut prohibuerint. Itẽ si de animalibus, quæ in fraudem Ecclesiarum in pluribꝰ locis emunt, emptaq; tradunt venditoribus, vel ab ipsis tenenda, decimas etiam Ecclesijs non permiserint, seu prohibuerint. Denique si de terris, quas tradũt alijs excolendas, decimas etiam solui non permiserint, aut prohibuerint, nisi post requisitionẽ per eos, quorũ interierit, super hoc eis factã a prẽmissis non destiterint intra mensem; aut si de eis, quæ contra præmissa vsurpare, vel retinere prẽsumpserunt intra duos menses Ecclesijs damnificatis emẽdam non fecerint competẽter. *To.* 3. *disp.* 23. *sect.* 5. §. *Tertia sumitur.*

4 Quarta excommunicatio sumitur *ex Clement. Ne in agro, de statu monach.* §. *Quia vero,* vbi excommunicantur religiosi, aut canonici regulares administrationem non habẽtes, qui ad Curias Principũ absq; speciali licentia suorum prælatorum se conferre præsumunt, vt suis monasterijs, aut prẽlatis dãnum aliquod inferant. Item excommunicantur monachi, qui intra septa monasterij tenent arma sine licentia suorum Abbatum. *Tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 5. §. *Quarta sumitur, & seqq.*

Vide Ang. verb. excõ. 7. casu 38.

5 Quinta excommunicatio sumitur *ex Clement. attendentes, de statu monach.* vbi excommunicantur ipso facto, qui impediũt Visitatores monialium quarũcunque etiam regularium canonicarum, in his, quæ pertinent ad visitationem earundem, ad quam incurrendam tria requiruntur. ſſ. impedimentum actuale, admonitio facta per ipsum visitantem subsequens impedimentum, vt desistant. *Tomo* 5. *disp.* 23. *sect.* 5. §. *Quinta sumitur.*

Angel. verbo excom. 7. nu. 39. cum Sylue.

6 Sexta excommunicatio sumitur *ex Clement.* 1. *de religios. domibus*, vbi excommunicantur omnes statum beghinarum assumentes, vel assumptũ sectantes, & religiosi, qui dictas beghinas fouent in earum statum, seu, vt assumant earum habitum, dent consilium, auxilium, fauorem, directe, vel indirecte: quę excõmunicatio nihil ad vsum inseruit, quia hodie iam non extant tales beghinę. *To.* 5. *disp.* 23. *sect.* 5. §. *Sexta sumitur.*

7 Septima excommunicatio sumitur *ex Clem. vnica, de consanguinit. & affinit.* vbi excommunicantur, qui contrahunt matrimoniũ scienter cum cõsanguineis, vel affinibus in gradibus à iure prohibitis, vel cum monialibus. Item excommunicantur religiosi, aut clerici in sa-

Vide Ant. 3. p. titu. 24. ca. 43.

cris, qui contrahunt etiam matrimoniū. *Tomo 5. diſp. 23. ſect. 5. §. Septima excommunicatio, & ſequentibus.*

8 Octaua excommunicatio habetur *in Clement. 2. de hæret.* vbi excommunicantur ipſo facto Inquiſitores, & eorundem, vel Epiſcoporū, aut Capitulorū Sede vacante Cōmiſſarij ſuper hęreſim deputati: ſi prętextu officij Inquiſitionis, quibuſuis modis illicitis, ab aliquibus pecunias extorqueāt, aut ſi ſcienter attentēt Eccleſiarum bona ob clericorum delictū, prædicti officij occaſione, fiſco etiā Eccleſiæ applicare. Nec poſſint abſolui niſi in mortis articulo, donec plene ſatisfecerint. *Tomo 5 diſp. 23. ſect. 5. §. Octaua excommunicatio, & ſeqq.*

9 Nona excommunicatio habetur *in Clement. vnica de vſuris*, vbi excommunicantur Poteſtates, Capitanei, Rectores, Cōſules, Iudices, Conſiliarij, & alij quiuis officiales, ſi pręſumāt ſtatuta facere, ſcribere, vel dictare, quod vſuræ ſoluantur, vel quod ſolutæ, cū repetuntur, nō reſtituantur, aut ſi ſecundū illa ſcienter iudicēt; aut ſi hactenus edita de libris communitatum, ſi ſuper hoc habēt poteſtatem, non deleuerint intra tres menſes; aut denique ſi ipſa ſtatuta, vel conſuetudines habētes, eorum effectum præſumant obſeruare. *Tomo 5. diſp. 23. ſect. 5. §. Nona excommunicatio, & ſeqq.*

10 Decima excommunicatio ſumitur *in Clement. Cupientes, de pœnis*, vbi excōmunicantur omnes Religioſi mendicantes, qui accipiunt nouas domos, vel noua loca in habitationē, aut commutāt, vel alienāt acquiſita huc uſque aliquo titulo. Ité excommunicantur religioſi, qui cōcionātur, vel aliàs dicūt aliquid ad auertendos audientes à ſoluendis decimis debitis Eccleſię: aut religioſi, qui de induſtria nullū conſcientię ſcrupulū in confeſſionibus incutiūt pœnitentibus de ſolutione decimarū, & ſi poſtea non expiata hac negligentia, cum cōmode poſſint, præſumpſerint cōcionari. Quæ Clemētina per priuilegia ſpecialia mendicantium iam eſt reuocata. *Tomo 5. diſp. 23. ſect. 5. §. Decima ſumitur ex Clement. & ſeqq.*

§. XXII.

Excommunicatio quoad excommunicationes non reſeruatas in libris Extrauag. iuris communis.

1 PRima excōmunicatio ſumitur *ex Extrauag. vlt. de ſenten. excom.* vbi excommunicātur omnes, qui occaſione contrarij erroris auſi fuerūt impugnare aliquas litteras Apoſtolicas, ſuper negotijs quibuſcunque confectas, quę ante coronationē Pontificis emanarūt. *Tom. 5. diſp. 23. ſect. 6. §. Prima ſumitur, & ſeqq.*

2 Secunda excommunicatio ſu-

Vide Nau. cap. 27. n. 149. Sylu. verb. Alienatio. q. 3. Caieta. nu. 55.

sumitur *ex Extrauag. vnic. de reb. Eccles. non alien.* vbi excommunicantur omnes, qui alienant bona ecclesiastica. De qua Consule consuetudini, & illam obserua. *Tom. 5. disp. 23. sect. 6. §. Secunda sumitur.*

3 Tertia sumitur *ex Extrauag. vnic. de consuetud.* vbi excommunicantur impedientes Legatos Summi Pontificis ab executione sui officij, vel non recipientes illos. Hęc tamē in Bulla Cœnæ Domini continetur. *Tomo 5. disp. 23. sect. 6. §. Tertia sumitur.*

4 Quarta excommunicatio habetur *in Extrauag. Sancta Romana Ioan. 22.* vbi excommunicantur illi, qui profitentur (aut de nouo sumendo illam, vel perseuerando in ea) fictam religionem Fratricellorum, seu Bizochorum, seu Beguinorū, quæ extēditur ad Episcopos, & Prę latos hoc admittentes sine speciali facultate, & approbatione Summi Pontificis. Sed hæc iam vtilitatis nihil habet, cum istæ falsæ religiones nullibi extent. *Tomo 5. disp. 23. sect. 6. §. Quarta habetur.*

§. XXIII.

Excommunicatio quoad excommunicationes latas in Concilio Tridentino.

1 PRima excommunicatio habetur *in sess. 4.* vbi excommunicātur omnes imprimētes, & imprimi mandantes, vendentes, apud se retinentes libros de rebus sacris, sine nomine auctoris, & siue approbatione, examine pri° ab Ordinario factis, & si regulares fuerint, vltra examinationē, & approbationē Ordinarij, necessaria est proprij etiā superioris recognitio, & licentia iuxta proprias ordinationes. Item comprehendit eos, qui scripto eos euulgant, aut communicant, nisi antea examinati, probatique fuerint. Debet autem hæc probatio in scriptis dari, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi authentice apparere. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Agimus, vt supra, & seqq.*

2 Secunda sumitur *ex Trid. sess. 13. can. 11.* vbi excommunicantur omnes, qui præsumpserint docere, prędicare, vel pertinaciter asserere, aut disputando defendere, necessarium nō esse habenti conscientiā peccati mortalis cōfessionem sacramentalem præmittere ante cō munionē, si fit copia cōfessoris. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Secunda.*

3 Tertia excommunicatio sumitur *ex eodem Concilio sess. 24 cap. 6. de reform. matrim.* vbi excōmunicātur raptores fæminę, & omnes illi, qui auxilium, fauorem, consilium præbēt. *To. 5. disp. 23. sect. 7. §. Tertia sumitur.*

4 Quarta excommunicatio fertur *in eodē Concil. sess. 25. c. 9. de reform. matrim.* cōtra eos, qui quouis modo directe, vel indirecte

recte subditos suos, vel quoscũque alios cogunt, quominus libere matrimonium contrahãt. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Quarta fertur.*

5 Quinta excommunicatio sumitur *ex eodẽ Conc. sess. 25. cap. 5. de regul.* vbi excommunicantur sæculares magistratus, si requisiti à Prælatis ecclesiasticis, auxilium suum nõ dederint ad clausuram monialiũ instaurandum, aut conseruandum. Item excommunicãtur omnes personæ, quæ intra septa monasterij ingressæ fuerint absq. legitima facultate Episcopi, vel superioris in scriptis obtenta. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Quinta sumitur.*

6 Sexta excommunicatio sumitur *ex eodem Conc. sess. 25. c. 18 de regul.* vbi excommunicantur omnes, & singulę personę, qualiscunq; dignitatis sint, qui quomodocunque coegerint aliquã virginem, vel viduam, aut aliam quamcũque mulierẽ inuitam, præterquã in causis à iure expressis, ad ingrediẽdum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque religionis, vel ad emittendum professionem. Item excommunicantur, fauorem, consilium, auxilium dantes. Item excommunicantur omnes, qui quamcũque fœminam volentem velum accipere, aut votum emittere absque iusta causa quoquo modo impediunt. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Sexta sumitur, & seqq.*

7 Septima excommunicatio habetur *in eodem Conc. Trid. sess. 25. cap. 19. de reform.* vbi excommunicãtur omnes temporales domini, qui locũ ad Monomachiã in suis terris concedũt: aut qui in duello pugnãt, aut eorũ patrini, aut quacunque ratione duellum suadent cuicũque, aut spectatores duelli, aut denique auxiliũ, consiliũ in causa duelli, tã in iure, quam in facto dãtes. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Septima habetur.*

8 Octaua reperitur *in Bulla Pij 4. edita in confirmationẽ Conc. Trident.* vbi prohibet omnibus personis generatim commentarios, aut interpretationes suas in decreta Cõcil. edere sine authoritate Pontificis: excommunicatque ipso facto omnes personas Prælatis inferiores illud præceptum violantes. Hę sunt excommunicationes Conc. Trident. *Tomo 5. disp. 23. sect. 7. §. Octaua reperitur.*

9 Aliæ sunt excommunicationes in Extrauagantibus, seu proprijs motibus aliquorũ Põtificum, quæ omittit noster Doctor, quia, vel non sunt receptæ, vel quia partim sunt ablatæ, partim mutatæ, aliæ item vel reuocatæ, vel nunquam in vsum redactæ sunt, de quibus consule statũ rei, & consuetudinẽ: & sic obserua eam, cum hæc ad factum pertineãt. *Tomo 5. disputatione 23. sectio. 7. §. Præter has.*

Executor.

Glo. ſſin c. ex litteris de offic. de leg. denūt. Abbas n. 2. & 5.

1 QVoties executori certò conſtat, quacunque ratione cenſuræ ſententiã eſſe nullam, non poteſt licite illam denuntiare, iuxta *cap. 2. de crim. falſ. & cap. ex litteris, de offic. delegat.* Secus dicẽdum, quando ſententia eſt iuſta ſecũdũ allegata & probata, & in veritate rei iniuſta, in caſu quo præcipiat ei denuntiare illam, colligitur *ex ca. Paſtoralis. §. Quia, de offic. deleg. Tomo 5. diſpu. 3. ſect. 15. §. Primo ergo dicendum, & ſequenti.*

2 Quando executor nouit ſententiam quidẽ eſſe iniuſtã per comparationẽ ad rem ipſam, ſcientia omnino priuata, ignorat autem an ſit iuſta ſecundum allegata, & probata, poteſt, & debet illam exequi, denuntiando excommunicatum, ſi nõ poteſt commode ſe excuſare in caſu, quo ei præcipiat ſuperior: recte enim faciet ſubditus in hoc caſu recurrendo ad ſuperiorẽ, iuxta *cap. Si quando, de præſcript. & dict. cap. Paſtoralis. §. Quia, de offic. deleg.* Quando vero puro executori conſtat ſufficienter ſententiam eſſe iniuſtam, ſecundũ allegata & probata; quia cõdemnatur vt nocens, qui reuera in proceſſu litis nõ talis probatur, tunc non debet, nec poteſt licite talem ſententiã exequi. Eſt opinio cõmuniter Doctorum in dict. *cap. Paſtoralis. §. Quia vero, to. 5. diſp. 3. ſect. 15. §. Tertio addo. & §. Quarto vero.*

3 Quando ſententia cenſuræ in re ipſa, & ſecundum allegata, & probata, eſt valida, & iuſta, ſecundum iuſtitiam commutatiuam, & cauſę æquitatẽ, licet ſit iniuſta quoad modũ, vel quoad ordinem iuris non ſeruatũ, vel quoad aliquem quemcumque defectum, poteſt, & debet, regulariter loquendo, merus executor illã exequi, etiamſi illi conſtet de tali iniuſtitia. Ratio eſt, quia denuntians talem ſententiam verũ dicit, cũ enim ſupponatur ſententia valida, verũ eſt eam ligare, & conſequenter cõſtituere excommunicatum, aut ſuſpenſum, &c. *Tomo 5. diſp. 3. ſect. 15. §. Vltimo dicendum eſt.*

4 Iudex aliquãdo poteſt denuntiare ſentẽtiam à ſe latã, & iniuſtã quoad modum, ſi alioqui ei conſtet de iuſtitia ſecundum æquitatẽ cauſæ. Ratio eſt, quia ille defectus non eſt ſubſtãtialis. *Tomo 5. diſp. 3. ſect. 15. §. Reſpondeo ad priorem.*

5 Quamuis aliquando defectus in cenſuræ ſententia commiſſus talis ſit, vt iuxta iuris ordinem legibus præſcriptum, nõ poſsit iudex, qui ſententiam tulit, ad denuntiationem progredi, etiamſi ſententia valida fuerit, & peccabit præcipiendo talem denuntiationem. Tamen executor nõ tenetur examinare illam iniuſtitiã, vel exceptionem ſibi propoſitã admittere, ſed ſimpliciter poteſt ſuum officium exequi, cum ad illum nõ

Vide Gloſ. in Clemẽ. vnica de for. cõpet. vbi etiam Cardinalis Zabarela. §. eorundẽ

pertineat, iuxta *cap. Pastoralis. §. Quia, de offic. deleg.* Secus dicendum, si talis sit iniustitia sententiæ, vt considerata causa, & negotij statu, sit noua iniustitia adiungere denūtiationem, quæ ita sit notoria, vt sine alia causæ inquisitione, seu cognitione, per se nota sit ei, cui executio mandatur, & ex actis ipsis constare possit. *Tomo 5. disp. 3. sect. 15. §. Deinde dicitur, & seqq.*

§. I.

Extrema vnctio quoad institutionem, & definitionem.

1 EXtremæ vnctionis oleum benedictum nó est sacramentum. Ratio est, quia nullum sacramentum consistit in facto esse, aut habet esse permanens, dempto sacramento Eucharistiæ, per consecrationem enim Eucharistiæ ipse auctor gratiæ sub speciebus efficitur & significatur, per benedictionē vero olei nulla gratia significatur, nec datur, sed consistit in ipsa vnctione, quia illud est sacramentum, quod est efficax signum gratiæ, huiusmodi autem est illa vnctio: ergo. *Tomo 3. disp. 40. sect. 2. §. Referunt, & seqq.*

2 Extrema vnctio est verū sacramētū, vnumq; ex septē legis gratiæ, immediate institutum à Christo Domino, quod est de fide, *ex Conc. Flor. in decret. Euge. & Trid. sess. 14. in doctrina huius sacramēti*, præcipue *can. 1. & sess. 7. can. & alibi.* Verisimile autē est in Cœna docuisse Christum Apostolos inter alia ministeria, ritum obseruandum in hoc sacramento, quamuis non daret illis potestatem administrandi illud, non fecit enim illa nocte illos sacerdotes, sed fuit data, *Ioan. 20.* & sic plena huius sacramēti institutio fuit cōsummata à Christo ante Ascensionem, quia plene, ac perfecte fundauit Ecclesiam antequam ex hoc mundo discederet; oportuit enim, vt priusquā Christus ad gloriam conscenderet, media instituere, per quæ nos, ad ascendendum cum illo, disponeremur. *Tomo 4. disp. 39. sect. 1. & 2. per totam.* Quid autem sit in hoc sacramento, sacramentum tantum, & res tantum, & res, ac sacramentum simul. Vide *Tomo 4. disp. 41. sect. 4. §. Tandem ex his.*

Scholastici in 4. dist. 23. D. Thomas, Gabr. Palud. & alij.

3 In lege veteri nulla figura fuit huius sacramēti. Ratio est, quia per hoc sacramētum proxime præparatur homo ad introitum gloriæ, quod non reperiebatur in sacramentis legis veteris, cū lex illa esset vacua, & egena gratia, & non introducebat homines ad regnum, cuius ianua tunc aperta non erat. *Tomo 3. disp. 5. sect. 2. §. Posset autem hoc loco.*

4 Triplex definitio datur huius sacramenti. 1. est physica.

Est

Est vnctio oleo benedicto facta, in eis partibus corporis, vbi præcipue quinque organa sensus vigent, sub præscripta forma verborum. 2. est Metaphysica. *Est Sacramentum nouæ legis ad confortandũ seu alleuiandũ in animo, & corpore fidelẽ grauiter ægrotantem institutum.* 3. est mixta ex vtraq; *est sacramẽtum ex sacra vnctione olei, & prece sacerdotis confectum, & ad salutẽ mentis, & corporis ægrotantis hominis diuina institutione ordinatũ. Tom. 4. disp. 40. sect. 4. §. Ex dictis in præcedentibus.*

§. II.

Extrema vnctio quoad formam.

1 ALiqua verborum forma est de essentia huius sacramẽti: in hoc conueniunt omnes Catholici, propter definitionẽ *Conc. Florent. in decret. Eugen. & Trid. sess. 14.* Verba autem præcipua sunt illa, quibus vtitur Ecclesia Rom. ss. *Per istam sanctam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per visum, per auditum, per odoratum, &c.* Quamuis non omnes particulæ eius sint de essentia. *Tomo 4. disp. 40. sect. 3. §. Principio statuendum est, & §. Obijci vero potest.*

Conc. Florent. Conc. Trident.

2 Per formas, & vnctiones quinque sensuum sufficienter significatur curatio de omnib⁹ peccatis absolute. Ratio est, quia prima radix omniũ peccatorũ est cogitatio; omnis autẽ cogitatio à quinque sensibus originẽ duxit, iuxta illud, Nihil est in intellectu, quod nõ prius fuerit in sensu: ergo. *To. 4. disp. 41. sect. 2. §. Hic vero occurrit.*

3 Forma deprecatiua, est sufficiens in hoc sacramento. Est dogma fidei, ex Conc. Florent. & Trident. est traditio Ecclesiæ, est etiam necessaria: solum enim indicatiua non sufficit sine formali deprecatione, cui fauet Concil. Florent. & Triden. Cur autem solum in hoc sacramento sit forma deprecatiua, & non in alijs? Ratio est, quia hoc sacramentum nullum habet effectum infallibilem, qui non possit impediri, vel propter obicem recipiẽtis, vel quia est effectus indifferens, qui aliquãdo nõ expedit, quod secus in Baptismo, & Cõfirmatione, &c. *Tomo 4. disp. 40. sect. 3. §. Nihilominus certissimum est, & seqq.*

D. Thom. dist. 23. q. 1. art. 4. q. 2.

4 Forma huius sacramenti bene verificatur in eo, qui perpetuo caret sensu aliquo. Ratio est, quia carere tali sensu, est accidentarium, sensusque formæ conditionalis est, v. g. si quid peccasti per visum, &c. Item quia sufficit peccare per affectum, licet non possit exequi effectum. Idem dicendũ de non carentibus aliquo sensu, & nil peccãtibus per aliquem. *Tom. 4. disp. 41. sect. 2. §. Hic vero occurrit, in fine.*

For-

5 Forma hæc, *Vngo te oleo sancto, vt Deus tibi remittat quidquid peccasti, &c.* est sufficiens. Ratio est, quia verbo indicatiui modi adiungitur sufficiens deprecatio, quamuis non careat culpa graui efficiens talem mutationem, contra vsum Ecclesiæ Roma. *Tom.* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. §. *Ad primum ergo.*

6 Nec de necessitate sacramenti, nec præcepti est exprimere materiam remotam in forma huius sacramenti. Ratio est, quia Ecclesia Rom. solum dicit: *Per istam sanctã vnctionem*, nulla facta mẽtione olei. Et patet ex alijs sacramentis non esse necesse explicare materiam remotam in forma, nisi quatenus in verbo abluendi, vt in baptismo, aut quatenus in voce vnctionis, vt in hoc inuoluitur. In sacramento Confirmationis occurrit specialis ratio declarandi materiã Chrismatis, quia sine illa verbum confirmo, aut signo, non satis explicat materiam proximam, seu actionem ministri. *Tomo* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. §. *Adhuc vero.*

7 Saltẽ de necessitate præcepti est quinquies repetere verba formæ, cum quinque sensuũ determinatione, vt constat ex vsu, traditione, & vniuersali cõsuetudine Ecclesiæ. Probabile tamen est hunc ritum esse essentialem, & vt minimum est res dubia, an sacramentum aliter collatum valeat; ergo saltem est de necessitate præcepti. *Tomo* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. §. *Hinc rursus.*

8 In forma huius sacramenti inuocatio Trinitatis, nec de necessitate præcepti, nec sacramẽti est. Ratio est, quia in hoc sacramento non datur professio fidei, & ita nec Concilium, nec Cæremoniale Rom. nec Ecclesiæ consuetudo id habet. Particulæ autem, *Per istam vnctionẽ, & suam pijssimam misericordiam*, sunt de necessitate præcepti, vt tenet Ecclesię vsus. *Tomo* 4. *disp.* 40. *sect.* 3. §. *Tandem addendũ est*, & §. *Adhuc vero, & seqq.*

§. III.

Extrema vnctio quoad materiam proximam, & remotam.

1 MAteria huius sacramenti est vnctio ex oleo facta, iuxta verba Iacobi, *Vngentes eum oleo, &c.* Et confirmat *Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 1. *Tomo* 4. *disp.* 40. *sect.* 2. §. *Ex quo concluditur.*

2 Materia remota huius sacramenti est oleum simplex (in quo differt à Confirmatione) oliuarum ab Episcopo benedictum, necessitate sacramenti, & præcepti. Colligitur *ex Cõc. Florent. in decret. Eug. & Trid. sess.* 14 Vtrumque enim dicit, materia esse oleum per Episcopum, aut

ab

ab Episcopo benedictum, quē ritum Christus instituit, nec Ecclesia immutare potest, quāuis modus benedictionis non sit à Christo institutus, nec definitus vt omnes docent, quia si oleum benedictum per Episcopum est de essentia, sequitur talē benedictionē esse institutam a Christo. *To. 4. disp. 40 sect. 1. per totā.*

3 Benedictio olei, quod est futurum materia huius sacramenti, non potest committi ex cōmissione Summi Pontificis simplici sacerdoti. Ratio est, quia in substātiali materia sacramentorum non cadit dispēsatio, & oportuit ita esse, vt sacramēti materia min⁹ esset vulgaris, maiorq; reuerentia habetur. *To. 4. disp. 40 sect. 1. §. Nihilomin⁹ tamē.*

4 Propria autoritate non licet oleo aliquid miscere absolute, & sine causa, vt est doctrina cōmunis sacramentorum: vnde si tanta sit mutatio, aut mistio, vt corrumperetur olei natura, nō esset materia huius sacramenti, cum iam non sit oleum simpliciter, & absolute: secus si maneat in vera natura olei, specie, & vsu, & hac ratione dicimus Chrisma posse esse materiam huius sacramenti, & aliquando fuit in vsu, nunc autem quod Ecclesia, has materias, earumq; benedictiones distinxit, non esset licitum eas commutare, nec alio oleo in hoc sacramēto vti, prēterquā illo, quod ad hoc munus ex Ecclesię institutione cōsecratur. *Tomo 4. disp. 40. sect. 1. §. Propter quæ addendum est.*

§. IV.

Extrema vnctio quoad vnitatem, & iterationem.

1 SAcramentum vnctionis est vnū, & specie, & numero. Ratio est, quia sē per fit ex eadē materia & forma. Itē est vnum ex septē sacramentis Ecclesiæ, & in noua lege diximus. §. 1. *conclu. 2. tomo 4. disp. 40. sect. 4. §. Secundo colligitur.*

2 Sacramentū extremæ vnctionis ex quinque vnctionibus, & partialib⁹ formis, fit in vno subiecto vnū tantū numero sacramentum, quod vocamus vnum cōpositione. Ratio est, quia ex omnibus vnctionib⁹, & formis, siue essentiales sint, siue non, vnum tantum sacramentū componitur, omnes illæ vnctiones ad integram totius hominis vnctionem, quā institutio exigit, ordinantur. *Tomo 4 disp. 40. sect. 4. §. Circa priorem.* *Scholastici in 4. dist. 23.* *Sylu. ver. extre. vnctio. §. 9.*

3 Hoc sacramentū non imprimit characterem, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 7. can. 9. & Floren. in decre. Eug.* vnde potest iterari absolute, & simpliciter, vt ex eodem Conc. Florent. & Trid. sess. 14. c. 3. constat: at vero non potest secūdo dari in eadē morbi necessitate, quia de se est sufficiēs medicina pro tali necessitate, & auxiliū spirituale: potest tamen

tamē iterari, si in eodē morbo necessitas iteretur, in quo non est regula admodū certa, sed relinquitur arbitrio prudentis, vt nimirum considerata diuturnitate morbi, & statu eius, & interruptionis eorum inter se, practica, & communi existimatione, illa censeātur diuersa pericula, & status, ita diuersi, vt perinde se habeant, ac si essent morbi omnino distincti. *Tomo 4. sect. 4. §. Circa aliud punctum, & seqq.*

§. V.

Extrema vnctio quoad finem, & effectum.

1 EXtrema vnctio ordinatur ad Eucharistiā ratione effectus. Ratio est, quia tollit reliquias peccatorum, & perfecte mundat animam, quæ est optima dispositio ad vnionem cum Christo, quā fecit Eucharistia. Item quia Christus est præsens in Eucharistia, quæ ordinatur ad perfectiorem vnionem cum Christo, quantum in se est, etiā potest ordinari ad digniorem sumptionem, vt in presenti per sacram vnctionem, homo sit habilior, & melior dispositus ad recipiendum Eucharistiæ sacramentum, si velit illud postea suscipere, vt interdū potest accidere. *Tomo 3. q. 6. art. 3. §. Circa hunc articulum in comment.*

2 Extrema vnctio delet peccata venialia, dūmodo non habeatur complacentia actualis, vel virtualis illorum, quod à nemine negatur, tamen ad illa delenda non est primario instituta, nā ad hoc alia sunt remedia, vt volenti discutrere facile patebit. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. In modo autem, & §. Secunda ergo sententia.* *Palud. in 4. dist. 23. q. 4. nu. 7. & ibi Capreol. q. 1. ar. 3. ad 2. 4. & 5.*

3 Tollere reliquias peccatorum, aut pœnas temporales, non est primarius effectus huius sacramenti. Ratio est, quia ad eas tollendas, nullum est sacramentum per se institutum, nec prauos habitus, quia illi nō tolluntur per gratię infusionē, quamtūuis perfectā, vnde per se primo est instituta extrema vnctio ad confortandum animum ęgroti cōtra difficultates occurrētes in mortis articulo, iuxta illa verba Iacobi, & alleuiabit eum Dominus, græce vero id est excitabit, seu cōfortabit, &c. & constat *ex Conc. Trid. sess. 14. in proœm. tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Secunda ergo vsque ad §. Nihilominus, & tomo 3. disp. 7. sect. 3 §. Dicendum vero est.*

4 Specialis gratia Extremæ vnctionis consistit præcipue in collatione aliquorū auxiliorū gratiæ, quæ fini sacramenti huius sunt accommodata, quæ ad tres præcipuos effectus dari videtur. 1. ad roborandam spem. Ideo enim dicitur sacramentū spei, tēpore enim opportunissimo illā maxime corroborat, vt ait *Conc. Trid. sess. 14. 2.* ad hilari-

laritatem animi concipiendam qua infirmi morbi incómoda, & labores leuius fert, vt idem Conc. dicit. 3. ad reddendum ægrotum promptiorem, & fortiorem ad tentationes dæmonis, quæ tūc grauiores sunt, susperandas. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1 §. Atque hinc, & seqq.*

5 Extrema vnctio per se etiā est instituta ad proxime disponendam ægroti animam ad introitum gloriæ. Colligitur *ex Conc. Trid. sess. 14.* quod fieri potest per perfectam animi sanctificationem, aut per perseuerantiam in illo bono vsque ad mortem, quod vtrumque facit extrema vnctio. Item est instituta ad delēda peccata mortalia, & venialia, non tantum quoad culpā, vt probatur ex illis verbis formæ: *Quidquid peccasti*; quę sunt generalia, & secundaria intentione propriæ intētionis, sed etiam quoad pœnam, quia non solum culpa, sed etiam reatus pœnæ non remissus impedit introitū gloriæ ad quem disponit proxime extrema vnctio. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Dico secundo, vsque ad §. Sequitur secundo.*

6 Extrema vnctio est instituta contra peccatorum reliquias, non illas auferendo, sed robur contra illas dando, per gratiæ auxilium. Ita explicarūt hunc effectum *Catheciſmus Pij Quinti Anton. 3. p. tit. 14. cap. 15. & alij. tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Tertio sequitur.*

Sylu. verbo extremavnct n. 3. Victor. nu. 147.

7 Extrema vnctio aliquando potest facere hominem de attrito contritum, & infundere gratiam primam, quia potest aliquando delere peccatū mortale: vt efficacissime colligitur ex verbis Iacobi, & Conc. Trid. Tamen nō sufficit attritio cognita sine confessione, etiam si per eum non stet confessio, sed confiteri non possit, quia saltem per eū stat, quo minus contritus accedat, ad quod semper tenetur, nec excusatur ratione ignorantiæ, quia cum sit sacramentum viuorum, semper supponit gratiam. Quando dicitur in cōclusione *de attrito contritū*, intellige non per mutationem ipsius actus attritionis in cōtritione, sed per solam gratiæ infusionem, vt patet in illo, qui sine actuali vsū rationis iniungitur, sicut de Baptismo, & Pœnitentia. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Quarto sequitur, & seqq.*

8 Peccata venialia non remittuntur per hoc sacramentum, per solam excitationem deuotionis, sed immediate per ipsius sacramenti efficientiam, alioqui oporteret ibi interuenire aliquam mutationem interioris actus imperfecti, & per se insufficiētis ad remissionem peccati venialis, in alium perfectiorem, qui per se sufficiat, quod negatur. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Vnde obiter.*

9 Extrema vnctio informis

mis habet effectum recedente fictione, quanuis enim hoc sacramentum non imprimat characterem hoc tamē non est necessarium ad habendum effectū recedente fictione, vt de pœnitentia dicimus, & est probabile de matrimonio: sufficit enim, vt sacramentum hoc in eodem morbo iterari non possit, & in eodem statu eius, vt expediat habere suum effectū recedente fictione; sicut enim se habet Cō firmatio pro toto tēpore vitæ, ita extrema vnctio pro illo morbo in quo suscipitur. Cum differentia tamen. ff. quoad gratiam sacramentalem solum intra eādem infirmitatem, hæc enim dabitur quidem in eodem morbo, si illo durāte recedat fictio, vt probat ratio facta: secus dicendum est quoad gratiam habitualem, quia hic effectus perpetuus est, & sicut semper restituitur per pœnitētiam, etiamsi sæpius per peccatū amittatur, ita semper est ratione sacramēti, si recedat fictio. Tamen deinque ad tollēdam fictionem sufficit attritio, si in susceptione propter aliquam causam non fuit commissum nouum peccatum mortale; si autem fuit commissum, tunc erit necessaria cōtritio, aut confessio, quia tunc tale peccatum non potest tolli virtute vnctionis, cū sit illa posterius. *Tomo 4. disput. 41. sect. 1. §. Probabilius est, & seqq. & tomo 3. disputa. 28. sectio. 6. §. Secundo hunc.*

10 Effectus Extremæ vnctionis, datur in vltima vnctione earum, quæ ad essentiam sacramenti pertinent ex Christi institutione. ff. in quinta quinque sensuum, & non antea. Ratio est, quia omnes componunt essentialiter sacramentum, tamen quia non simul existunt, sed successiue fiunt, ideo in vltima censetur esse virtus omniū, & per illam fieri effectum, vnde vltima particula materię, vel formæ agit virtute præcedētiū. *Tomo 4. disp. 41. sect. 2. per totam, & tomo 3. disp. 43. sect. 2. §. Obijce vero.* Vnde sequitur si infirmus ante quintā vnctionem moriatur, nihil consequi, quia tunc non est sacramētum, non enim constat omnibus partib⁹ essentialibus, quidquid minister intēdat, materia enim essentialis ratione Christi institutionis nō est posita arbitrio ministri. *Tomo 4. disp. 41. sect. 3. per totam.* *Vide D. Thom. in 4. dist. 23. q. 1. art. 2. q. 1. ad 3. Soto q. 1. art. 1.*

11 Item corporis sanitas ad effectus huius sacramenti pertinet, atque ideo virtute illius confertur, quod est de fide *ex Conc. Florent. & Trid. sess. 14. ex loco Iacobi 5.* vel ex illis verbis, *alleuiabit eū Dominus*, qui effect⁹ non est infallibilis, sed sub ea conditione, quam *Cōc Trid. cap. 2.* expressit. ff. *vbi salutis animæ expedierit. Tomo 4. disp. 41. sect. 4 per totam, & tomo 3. disp. 40. sect. 2. §. Dices fortasse.* *D. Thom. Bonau. & alij cum Magist. in 4. dist. 2.*

12 Extrema vnctio confert

vt

vt labores morbi leuius ferantur, iuxta *Conc. Trid. sess.* 14. dum inquit: *Aegroti animā alleuiat, & confirmat, magnā in eo diuinæ misericordiæ fiduciā excitādo, quia infirmus subleuatus, & morbi incōmoda & labores leuius fert, &c.* Quod fit non remittendo morbum, sed confortando infirmū per mētis hilaritatē, ac fiduciā, vt idem Conciliū affirmat. Hic effect⁹ est infallibilis quoad auxilium, in quo, seu per quod datur, quia reuera est spiritualis effectus. Quoad tolerantiā vero, seu leuamen laborum minime, quia pendet ex libera cooperatione infirmi: quantumuis spiritualis sit. *Tom. 4. disp. 41 sect. 4. §. Ad alteram difficultatis.*

13 Vt detur hoc sacramentū peccatori sufficiūt signa contritionis: ad illud enim suscipiendum non est necessaria confessio, cum nullum pręceptū sit de illa præmittenda; quāuis cōstet sacerdoti pænitentem de nouo peccasse: quod relinquitur prudentiæ Sacerdotis, vt cōfessionē pręmitti procuret, si cōmode potest, & non nimiū molest⁹ sit, sed credat infirmo suā contritionē ostendenti. Tamē si fuerit excommunicatus, semper est absoluendus ante Extremā vnctionem, quia non est eadem ratio de censura & culpa. *Tomo 4. disp. 44. sect. 1. §. Sunt autē qui.*

14 Effectus huius sacramenti datur in eo instanti, in quo consummatur essentialiter: consummatur autem cū primū quinq; vnctiones cum quinq; formulis perficiūtur. Est cōmunis, & probatur, tū ex generali doctrina sacramentorum hic applicāda, tum à sufficienti partium enumeratione. *To. 4. disp. 41. sect. 2. §. Quarta ergo, & sequentibus.*

15 Si infirmus morte oppressus vnam tantum vnctionem, vel duas suscipiat, non recipit gratiam sacramentalem. Hæc conclusio est communiter recepta, nam illud non est sacramentum; non enim constat ex omnibus partibus essentialib⁹; quamuis præuiso periculo intē dat minister facere sacramentum in vna vnctione, quia non est in vsu Ecclesiæ, nec fundatur in aliqua authoritate. *Tomo 4. disp. 41. sect. 3. per totam.*

16 Corporis sanitas est etiā effectus huius sacramēti. Est cō sensus omniū Theologorū, & definitum in Concil. Florent. & Trident. sumiturque ex loco Iacob. 5. in illis verbis, *Oratio fidei saluabit infirmum*; vel in illis, *Alleuiabit eū Dominus, &c.* Sed hic effectus non est infallibilis; quia illa verba intelligūtur sub illa conditione, vbi saluti animę expedierit. *Tomo 4. disp. 41. sect. 4. §. Communis consensus, & seqq.*

§. VI.

Extrema vnctio quoad dispositionem, effectus, & essentiæ.

1 NVllus contritionis actus est necessarius ad essentiã huius sacramẽti, sed solum est necessaria dispositio ad effectum in eo, qui habet conscientiã peccati mortalis, quia in illo non est de essentia attritio. In sacramẽto verò pœnitentiæ maximè. Tamen status gratiæ, per se loquendo, est necessaria dispositio, vel contritio, & ex accidenti verò attritio. *Tomo* 4. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Tandem constat.*

2 Ad effectum huius sacramenti est necessaria attritio cũ bona fide. Ratio est, quia est necessaria attritio supernaturalis, absoluta, efficax, & vniuersalis de omnibus peccatis mortalibus commissis, & si habeat has conditiones, sufficit, quantũuis remissa sit *Tom.* 4. *disp.* 41. *sect.* 11. §. *Inquirere vero.*

§. VII.

Extrema vnctio quoad subiectum.

Theolo. in 4. *d.* 23. *vbi in Palu da. q.* 3. *n.* 14. *Soto q.* 2. *ar.* 2. *Sylu. ver. vncti. extrema. q.* 4.

1 SOlus homo viator, adultus, rationis vsum habens de præsenti, aut de præterito, est subiectum capax huius sacramenti, est communis opinio. Secus dicendum de baptizato in voto, & Cathecumeno fideli, ac iusto, & de infantibus, ac perpetuo amentibus, in quo omnes Theologi conueniũt. *To.* 4. *disp.* 42 *sect.* 1. §. *Vt à clariorib⁹ & seq.*

2 Beatissima Virgo Maria, vt probabilius est, recepit Extremã vnctionẽ: quia nihil obstat, imò alias decuit, tũ propter fructum, tũ propter exemplum, tũ propter ipsum sacramentum, ne despici videretur. Et quãuis non fuerit passa infirmitatem prouenientẽ ex inordinatione humorũ, tamen habuit quandã corporis debilitatẽ ab intrinseco prouenientem, quæ ad eum statum peruenit, in quo iam naturaliter non poterat anima in corpore conseruari, & hæc dispositio est sufficiens infirmitas corporis ad hoc sacramentum suscipiendum. Idem dicendum de sene moriente propter senectutem sine alia ægritudine. *Tomo* 4. *disp.* 42. *sect.* 2. §. *Atque ex his satisfactum.*

Supponi tur ab Alb. Anto nino, & a. lijs.

3 Vt susceptioni huius sacramenti consentire censeatur, sufficit, quod signa contritionis ediderit, vel quod quacunque ratione probabili: præsumitur esse dispositus ad sacramentum recipiendum, quod semper præsumendum est, quoties contrarium non constat: quia, qui præsumitur contritus, vel bene dispositus, etiã creditur habere voluntatem suscipiendi illa media, quæ hic, & nunc necessaria, vel vtilia ad salutem suã sunt, & hæc volũtas sufficit ad valorem huius sacramenti. Et sic sufficit intentio, aut virtualis, aut saltẽ interpretatiua, non retractata. *Tomo* 4. *disp.* 42. *sect.* 1. §. *Dices hoc argumẽtum, &*

tomo

Tomo 3. disp. 14. sect. 2. §. Dico tamen primo, in fine.

4 Qui numquam actualiter peccauit, est capax huius sacramenti: ita multi & graues Doctores tenẽt. Ratio est, quia neque ex verbis Iacobi nec ex alio Conc. nec ex forma, vel materia huius sacramenti, nec ex fine eius colligi potest necessitas huius conditionis. *Tomo 4. disp. 42. sect. 2. §. Nihilominꝰ dicẽ dũ.* Item licite potest dari hoc sacramentũ, ei, qui amittit vsum rationis cũ sola attritione cognita: quia non caret effectu suo, si ei conferatur: dicimus enim facere de attrito contritũ quoties suscipiens non peccat de nouo in illius susceptione. *Ibidem sect. 1. §. Sed quoniã diximus.*

Carthus. in Sum. fidei lib. 5. cap. 149. Viger. ca. 16. §. 4. vers. 16. Bonauẽ. d. 23. p. 2. ar. 1. q. 2. Richar. ar. 2. q. 4.

5 Solus homo, qui corpore infirmꝰ est, & in eo statu, vt vita eius periclitetur, est capax huiꝰ sacramenti. Desumitur ex verbis Iacobi. *Infirmatur quis.* & *ex Conc. Florent. & Trid. sess. 14. c. 3.* Nec debet dari nisi in infirmitate graui, iudicio prudentiũ: est enim hoc de necessitate sacramenti, vt vsus Ecclesiæ cõfirmat, & verba Iacobi, quia hoc sacramentum est institutum tãquam extremum remediũ hominum infirmorũ. *Tomo 4 disp. 42. sect. 2. §. Vnde in hac re facilius, & seqq. & §. Circa primum.*

6 Non est expectandum in administratione huius sacramẽti, vt infirmus iam sensu, & cognitione careat, nam id potius est contra reuerentiam & vtilitatem sacramenti: nec est expectãdum tempus, in quo constet iam infirmũ non posse naturaliter viuere, nam hoc derogat secundario fini huius sacramenti. *Tomo 4. disp. 42. sect. 2. §. Vnde vlterius addo.*

7 Non in omni occasione mortis, sed solum in illa, quę ex corporis infirmitate prouenit, est hoc sacramentum applicandum. Ratio est, quia solus infirmus est huius sacramẽti capax, vnde infertur damnatũ ad mortem, vel incipientem longam nauigationem, vbi est periculum vitę, licet sit proximũ morti, nõ esse capacem huius sacramenti. Ratio est, quia non infirmatur corpore. Ita omnes, *Tomo 4. disp. 42. sect. 2. §. Sed quæres.*

Sylu. verb. vnctio extrema. q. 5. Soto d. 23. Nauar. ca. 22. nu. 13.

8 Non potens in mortis articulo aliud sacramẽtum recipere, tenetur accipere Extremam vnctionem, saltem ex charitate propria propter damnum irreparabile, quod imminet, & propter difficultatem, & incertitudinem veræ contritionis: quod probabile est, quãuis hic casus rarissime cõtingere possit, nisi tunc fortasse, quando sacerdos non vult cõfessionẽ audire, vel nescit absolutionem, vel quãdo non potest, aut quando infirmus nõ audet illi confiteri sine grauissimo periculo vel scãdali, vel alterius detrimenti: quę omnia excogitari potius, quã moraliter accidere possunt. *Tom. 4*

Vide Palu da. d. 23. q. 1. 2. & 3 conclus. 4.

disp.44.sect.1. §.Tertius casus.

9 Si sacramentũ hoc sine indecentia ministrari non potest, omitti potius debet, quod patet in furiosis, & amentibus cõmuniter, semper enim reuerentia sacramenti præferenda est priuatæ vtilitati alicuius personæ. Ad prudentiã vero ministri spectat põderare quãta illa sit, quãtumq; cauenda. *To.4 disp.42 sect.1. §. Alterum obseruandũ est.*

Vide Sylu. verb. vnct. extrema. quæst.2.

10 Nec ↄ necessitate sacramẽti, nec de necessitate præcepti est, vt fiat vnctio in modũ crucis, vt patet ex loco Iacobi, Cõcilijs, traditioneq; Ecclesię. Itẽ, quia nullum est expresse latum præceptũ de hac re, secluso cõtemptu, cũ materia de se nõ sit grauis: & sic illa vnctio sufficit, quæ veram rationem vnctionis attingit. *Tomo 4. disp 40. sect.2. § Explicãdũ vero superest, & sequẽti*

11 Vnctiones singulæ quinq. sensuum sunt de necessitate sacramenti, v.g. in oculis propter visum, in auribꝰ propter auditũ, in naribꝰ propter odoratũ, in ore propter gustum, in manibus propter tactũ. Item Conc. Florent. enumerat alia duo. ſſ. in pedibus propter gressum, in renibꝰ propter delectationem ibi vigentem, quę non sunt necessariæ, nec sunt in vsu omniũ Ecclesiarum. Imo aliqui cẽsent vnctionẽ in renibus conuenientius esse illã omittere. Itẽ ordo vnctionũ non est de essentia sacramenti, ſſ. vt prius vngantur oculi, & postea nares, &c. Materia enim essentialis non est relatio, aut ordo, sed vnctio. *Tom.4 disp.40. sect.2. §. Circa vnctiones vero, & seqq.* Quamuis non sine peccato fiet mutatio propter consuetudinem Ecclesiæ. *Ibidẽ, disp.42. sect.3. §. Certum est.*

Supplem. Gabrielis, dist.23.q.1. art.2. Soto q.2. art.3. Victor. in sũ. nu.223.

12 In casu necessitatis, vt validè, & licitè hoc sacramentum ministretur, probabile est, sufficere super vnctiones quinque sensuum proferre vnam totalẽ formam. ſſ. *Per istam sanctam vnctionem, vel sanctas vnctiones, parcat tibi Deus, quidquid peccasti per visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum.* Quam sententiã noster Doctor, vt ille ait, non improbat, sed nec simpliciter approbat, sed alijs iudiciũ cõmittit, nec etiam consulit simpliciter vsum eius, propter modum consuetũ: sed in casu, quo omittendum est hoc sacramentum, vel ratione periculi cõtagij, vel quia timetur mori infirmus antequam finiantur vnctiones essentiales. Consulerem ego (ait ille) tũc inungere modo supra posito, quia tũc non fit irreuerentia sacramento, & proximo valde vtile esse potest. *Tomo 4. disp.41. sect.3. §. Solum occurrit, & seqq.*

13 Hoc sacramentũ debet dari fidelibus, eo tempore, quo vtuntur ratione, & sui cõpotes sunt, & cognoscere possũt quid circa illos agitur, & ad deuotionem, & fiduciã per ipsum possunt

sunt excitari. Est enim valde cõsentaneum reuerentiæ debitæ huic sacramento, & ministrans ægroto illud in malo statu existenti, peccat grauiter, vt patet *Tomo 4.disp.42.sect.1.§.Quamuis autem, & seqq.*

14 Non est necesse, vt valide recipiatur hoc sacramentum, vt homo sit rationis cõpos, aut habeat rationis vsum; satis enim est quod aliquando habuerit, & peccare actualiter potuerit, quantũ est ex parte vsus rationis, quodque susceptioni huius sacramenti sufficientem consensum præstiterit. Est communis Theologorum. Ratio est, quia ad substantiã sacramenti, & vt persona sit absolute capax illius, sufficit, quod fuerit capax peccati mortalis, deuotionis, tẽtationis, & resistentiæ, & fiduciæ in Deum. *Tomo 4.disput.42. sect.2.§.Difficultas vero.*

Theolo. in 4.dist.23. vbi Palud. q.3.nu.14 Soto q. 2. ar.2. Sylu. verb.vnct. extre.q.5. Nauar.22 num. 13.

15 Homo carens manibus nõ est incapax huius sacramenti, & vnctio tunc facienda est in parte propinqua, vt omnes Doctores docent, & vsus Ecclesiæ satis ostendit. At vero qui caret manibus, prorsus est ineptus ad ordinem susc ipiendũ, quia manus sunt ibi designatæ, vt essentiales, in præsenti vero minime. *Tomo 4.disp.42.sect.3. §.Nihilominus certissimum est.*

§. VIII.

Extrema vnctio quoad ministrum.

1 POtestas administrandi hoc sacramentum, vt probabiliter existimat noster Doctor, fuit data *Ioan.* 20. ante Ascensionem, quia plene, ac perfecte fundauit Ecclesiã, antequã ex mundo discederet. *Tomo 4.disp.39.sect. 2.§. Non fuit igitur, & disp. 34. sect.1.§.Dico tamen primo.*

2 Solus sacerdos est minister huius sacramenti, nec ab alio valide confici potest. ſſ. nec Diacono, nec laico ob quẽcunque defectũ sacerdotis. Est de fide, vt cõstat ex verbis Iacobi. *Induc at presbyteros Ecclesiæ. & ex Cõc. Florent. & Trid. sess 14.c.3. & cã. 4. Tomo 4 disp.43. sect.1. §.Dico tamẽ primo, & §. Vltimo dicendũ.*

Chrys. lib. 3. de sacer dotio.

3 Quilibet simplex sacerdos est sufficiẽs minister huius sacramenti, quia hoc sacramentum quoad substantiã pendet tantũ à potestate ordinis sacerdotalis: ité debet esse vnus, vt approbat vsum vniuersalis Ecclesiæ, ita vt non possit fieri valide à duobus, quorũ vnus vngat, & alter formã proferat, vt patet tum ex vsu Ecclesiæ, tum etiam de dictis de ministro baptismi, *Tomo 4.disp.34.sect.1. §. Potest vero, & sect.2.§. Dico sunt, & seq.*

Vide D. Tho. in 4. dist 23. q. 1. art.1.q. 2. ad 3. Durand.q. 1. Soto q.1 art.1.

4 Hoc sacramentum potest valide à pluribus ministris, vel simul, vel successiue conferri, quorũ vnus vnũ sensum cũ prolatione formæ vngat, alius, aliũ, &c. Quia non est de essentia sacramenti quod illæ vnctiones

succesſiue fiant, nulla enim ratione probabile oſtēdi poteſt: imo in vrgente neceſsitate. ſſ. quando timetur mors infirmi, erit licitū: in neceſsitate enim omnia accidētalia ommitti poſſunt. *Tomo* 4. *diſp.* 43. *ſect.*2. §. *Atque hinc colligit.*

Theolo. in 4. *d.* 28. *Sūmiſt. in hoc verbo. Victor. in Sū. n.* 145. *Nauar. cap.* 24. *n.* 131.

5 Soli Parochi & Epiſcopi tenentur adminiſtrare hoc ſacramentum. Ratio eſt, quia ex iuſtitia, tenētur ſuas oues paſcere: ergo ordinaria remedia prębere ſalutis, qualia ſunt ſacramenta *Tomo* 4. *diſp.* 44. *ſect.*2. §. *Suppoſita diſtinctione.*

6 Alij Sacerdotes teneri poſſunt ex charitate illud miniſtrare, v.g. ſi proximus ſit in neceſsitate, & abſit Parochus: non tamen ſine licentia Parochi expreſſa, vel tacita, vel interpretatiua, aut præſumpta: quæ datur, quando infirmus eſt in periculo mortis, abſente Parocho, aut nolente adminiſtrare, tunc enim non datur vſurpatio iuriſdictionis, præcipuè ſi fieri poteſt ſine ſcandalo, aut violentia Parochi: quia adeſt in hoc caſu licentia ſupremi Paſtoris, & extra huiuſmodi caſum non eſt concedenda licentia tantū præſumpta, quæ alias dici ſolet ratihabitio ꝺ futuro. *Tomo* 4. *diſp.* 44 *ſect.*2. §. *Superest probanda, & ſequenti.*

7 Nulla pœna eſt impoſita Parocho omittenti adminiſtrare hoc ſacramentum per negligentiam, humanum timorem, vel aliam quamcunque cauſam: quia nulla inuenitur in iure, ſed ab Epiſcopo, prudenti arbitrio puniri poteſt. Item nulla eſt impoſita pœna Sacerdoti ſimplici adminiſtrāti ſine licentia Parochi: quia *Clement.* 1. *de priuileg. & Dudum, de ſepult.* 1. tūc loquitur de religioſis reſpectu laicorum. *Tomo* 4. *diſp.* 44. *ſect.*2. §. *Quæri hic poteſt.*

8 Obligatio miniſtri in ſumma eſt. Tenetur non dare iſtud ſacramentum niſi homini conuenienter diſpoſito. Tenetur ſeruare ritum debitum, tam ab Eccleſia præſcriptum, quam à conſuetudine retentum, tam ſubſtantialem, quam accidentalem, verbi gratia, quod fiant ſeptē vnctiones, ſi teneat vſus Eccleſiæ, & proferantur verba formæ, & ſimilia. ff. Pſalmi, & Orationes, quę præmitti ſolent ante & poſt vnctiones. Quæ tamen omitti poſſunt, & aliquando debēt, & poſtea ſi tēpus ſit, ſuppleri: v.g. quando datur inſtans mors cum periculo: nunquā tamen licet ſine ſuperpellicio, & ſtola: quia ornatus debitus præferendus eſt. Deniq; poteſt miniſter illud adminiſtrare in Eccleſia, ſi infirmus illud ibi petat, v. g. ſi ſit peſte affectus: nec enim eſt prohibitum, nec indecens. Quādo autem aliqua omiſsio in aliquo ritu ſit mortale, aut veniale, facile colligi poterit ex materia. *Tomo* 4. *diſp.* 44 *ſect* 2. §. *Præterea dicendum eſt.*

Vide Supplementū. Gabr. d. 23 *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2.

Reli-

Caiet. ver. Excommunicatio. c. 64. cũ Soto.

9 Religiosus vngens sæculare inuito Parocho, excommunicationem incurrit, *per Clemẽt. 1. de priuileg.* Secus si illud administret absente Parocho, aut nolente, iuxta Sotum & Caiet. *verb. Excom. cap. 64. tomo 4. disp. 44. sect. 2. §. Quæri hic potest.*

10 Ministrans hoc sacramentum debet esse in statu gratiæ, saltem per contritionem; hoc enim in omnibus sacramentis est necessariũ: & in nullo casu excusabitur, quia breuissime conteri potest. Item non debet esse excommunicatus, suspensus nominatim, declaratus, vel manifest⁹ percussor clerici; per excõmunicationẽ enim priuatus est omnibus actibus iurisdictionis, & ordinis, & per suspẽsionẽ saltẽ caret vsu iurisdictionis: secus si non sit denũtiatus, & petat infirmus, casu quo non sit alter, qui illi subuenire potest, propter Extrauag. ad euitãda. Item nõ potest dare licentiã per se loquendo alteri, vt illud ministret, cũ sit act⁹ iurisdictionis; quãuis eã possit dare ex accidenti: vt probabile est, v.g. ne infirmus sine illo moreretur. *Tomo 4. disp. 44. sect. 2. §. Circa aliud præcepti.*

11 Excõmunicatus non potest dare hoc sacramẽtũ ob necessitatẽ infirmi: suspẽsus vero maxime, quia hæc cẽsura non priuat actu ordinis; hic autẽ actus non est tã iurisdictionis, quin sine illa dari possit ob necessitatẽ; & eadẽ ratione non licet infirmo accipere hoc sacramentum ab excõmunicato denũtiato; à suspenso vero potest. Tamẽ in eo casu posset Paroch⁹ alteri licentiã dare, quia id poti⁹ esset permittere, vt alter ministret, quãdo ad id necessitas cogit, cũ nõ sit ali⁹ habẽs potestatẽ sine legitimo impedimẽto. *Tomo 4. disp. 44. sect. 2. §. Dubitari enim secũdo.*

12 Minister hæreticus, degradatus, aut quacũque alia ratione impedit⁹, valide administrat hoc sacramentũ. Ratio est, quia talis administratio, nõ est actus à iurisdictione pendens, sed tãtum consecratiuus. *Tomo 3. disp. 36. sect. 3. §. Tertio quia Ecclesia.*

13 Hoc sacramentũ nõ potest ministrari tẽpore interdicti, nec laicis, nec clericis. Vide c. quod in te, de pœnit. & remiss. quod cap. loquitur de interdicto generali loci, quãuis personę talis loci interdicti extra illũ possint illum recipere, si non dederint causam interdicto. Itẽ personæ interdictæ, etiã non dantes causam interdicto, nõ possunt hoc sacramentũ recipere, siue in loco interdicto, siue extra illum, donec aliquo modo à interdicto liberentur. Item nõ potest administrari hoc sacramẽtũ etiã personis nõ interdictis, saltẽ in festiuitatib⁹, in quibus suspẽditur interdictũ, iuxta c. Alma mater, de senten. excõ. quia de hac re nulla fit expressa mẽtio, nec in genere, nec in specie. Et

sic standū est iuri antiquo. *To.5 disp.33.sect.1.§.De hoc sacramento, & seq.*

14 Quādo datur casus, quo infirmus sit incapax alterius sacramenti, vt si nullū dedit signum confessionis, & omni sensu, ac motu priuatus est, & ideò nec absolui, nec cōmunicari potest, tunc excōmunicatus vitandus, potest illi administrare Extremam vnctionem; quia fieri potest, vt æterna salus illius pendeat ex receptione illius sacramenti, & tunc iam reuocatur ille casus ad articulum absolutæ necessitatis, & idem est de Cōfirmatione. *Tomo 5.disp.11.sect.1.§. De alijs autem sacramentis.*

§. IX.

Extrema vnctio quoad ordinem ad alia sacramenta.

1 VIaticum non est dispositio, per se loquēdo, requisita ad hoc sacramentum. Ratio est, quia vtrūque per se supponit iustitiā; vnde propter rationabilem causam potest dari vnctio sine viatico, quando vel illud haberi non potest, vel non sine vomitu, vel irreuerētia alia simili. *Tom.4.disp.44.sect.1.§.de secundo genere.* Secluſa tamen aliqua huiusmodi causa, seruandus est ordo præferendi Eucharistiam, quamuis inuertere ordinem etiā sine causa, non erit peccatum mortale, si absit contemptus: nullū enim extat præceptum. *Ibidem.*

2 Qui habet conscientiam peccati mortalis, non tenetur, per se loquēdo, præmittere cōfessionem ante hoc sacramentum; sufficit enim status gratiæ per contritionē, cum non extet præceptū præmittendi confessionem ante hoc sacramentum, sicut extat præmittēdi ante Eucharistiā. *Tomo 4.disp.44. sect.1.§. Tandem vero.*

§. X.

Extrema vnctio quoad præceptum.

1 NVllum est præceptū affirmatiuum de suscipiendo hoc sacramentum, etiā in extremo vitæ discrimine. Ita omnes. Ratio est, quia tale præceptum nec ex natura rei, nec ex institutione huius sacramēti sequitur, nec inuenitur à Christo, vel ab Ecclesia traditum. In omissione potest cōmitti peccatū, vel ratione scandali, vel contemptus; vel quando infirmus non potest aliud sacramentum suscipere, videtur tunc mediū maxime necessarium ad salutē. *Tomo 4. disp. 44. sect.1.§. Circa primum, & sequentibus.* *Sylue.q.9. Nau.c.22. nu. 16. Caiet.verbo Vnctio extrema. Armilla n. 1. Victor. nu.219.*

Facultas eligendi Confessorem.

1 Facultas eligendi confessorem potest dari de iure diuino, seu *Supponitur.*

seu iure humano.ff.seu à Christo domino,& ab homine:nam sicut principalis Auctor sacramenti pœnitētię,& iurisdictionis est Christus Dominus , ita ipse est , qui principaliter potest concedere hāc facultatem. Imo sicut necesse est , vt alicui ipse det immediate iurisdictionē, ita necesse est, vt alicui per se, & immediate conferat hanc facultatem. *Tomo* 4.*disp*.27.*sect*. 1.§.*Primo supponendum est*.

2 Quamuis hæc facultas eligēdi confessorem videatur haberi per consuetudinem tantum, videntibus , & consentientibus Ordinarijs , non tamen datur per illā, sed data cognoscitur: quia sola cōsuetudo per se sumpta, non habet vnde possit hāc facultatē tribuere:vnde, si proprie loquendum est, solum est signū sufficiens facultatis concessæ à pastoribus ,& nunquam reuocatę,sed quasi per tacitum consensum perpetuo durātis. *Tomo* 4. *disp*.27. *sect*.3.§.*Dicendum ergo censeo*.

3 Facultas prę sumpta eligendi confessorē , nunquā sufficit, nisi sit fundata in aliquibus signis sufficiēter, ac moraliter indicantibus prę sentem voluntatem superioris concedēdi illā. Ratio est , quia iurisdictio non delegatur sine actu positiuo voluntatis delegantis:prę sumptio autem hæc nec supponit , nec indicat talem actū. Secus vero dicendum de prę sumptione de actu præsenti:fundata in aliquibus signis moraliter sufficientibus, ad ostendendā talem voluntatem:quia tūc non est præsumpta, sed data. *Tomo* 4. *disp*. 27.*sect*.4. §.*Nihilomin⁹ dicendū, & sequenti*.

Anto.3.*p*. *tit*.17.*c*.4 *Henriq*. *quodlib*.1. *q*.30.31. *&* 32.

4 Parochus nō præsumitur dare facultatē eligendi confessorem,etiāsi à Parochia discedat, nullo Vicario relicto.Ratio est, quia sola Parochi absentia,non dat facultatem.Idem dicendū, si Parochus moriatur, vel repē te sensum amittat , nulla enim consuetudine introductum est. Item si Parochus excommunicetur,aut suspendatur nominatim(antea enim nō est impeditus , præsertim respectu subditorum post Extrauag.ad euitāda.) Itē si Paroch⁹ nolit audire pœnitentem volentem cōfiteri, potest enim alio tēpore audire , seu differre confessionem. Idē,si Parochus denegat facultatē pęnitenti habenti iustā causam illi non cōfitendi, dūmodo hęc causa sit nota superiori,quā uis peccet grauiter paroch⁹ negans facultatē in his casibus,ratione maioris periculi & mali, & tūc licet iniuste neget eā,debet pœnitēs recurrere ad prælatū:si detur locus,aliàs differēda est confessio,donec melior opportunitas occurrat. Prouidendo sibi per contritionē;aut debet cōfiteri illa peccata,quę potest sine periculo, nisi impediatur taliter confessio , & nullo

modo fieri possit sine periculo animæ. *Tomo 4. disp. 27. sect. 4. §. Ex his infero, & seqq.*

5 Non sufficit facultas petita, & non obtenta, vt pœnitens valide confessorem eligat. Ratio est, quia sola petitio facultatis non satis est ad obtinendam iurisdictionem: item quia negãte facultatem proprio sacerdote, non statim ipso iure, vel facto, dat illam aliquis superior. *Tomo 4. disp 27. sect. 4. §. Dico ergo secundo, & seqq.*

Soto in 4. distinct. 18 q. 4. art. 2. Vict. in sum. num. 145.

6 Qui habet iurisdictionem ordinariã respectu aliquorum fidelium, potest illis cõcedere hanc facultatem, dummodo cõfessor habeat cõditiones requisitas, vt ipse possit delegare suã iurisdictionem ei, ita enim semper est intelligenda hæc facultas, sicut è cõuerso, quoties aliquis ordinarius pastor suam iurisdictionem delegat sacerdoti, necessariũ intelligitur respectu aliorum fidelium, qui eorũ iurisdictioni subditi sunt, nam illa duo correlatiua sunt, & connexa. *Tomo 4. disp. 27. sect. 1. §. Supponendum est.*

7 Illi tres pastores ordinarij. ff. Papa, Episcopus, & Parochus, possunt hãc facultatem eligendi confessorem dare. De Summo Pontifice per se notũ est. De Episcopo *ex cap 2. de pœnit. & remiss. in 6.* colligitur. De Parocho denique, *ex cap. Omnis vtriusque, de pœnit. & remiss. & cap. Placuit, de pœnit. dist. 6.* satis constat. *Tomo 4. disp. 27. sect. 1. §. Atque hinc fit.*

8 Solus Summus Pontifex habet facultatem eligendi confessorem sibi de iure diuino, cũ non habeat superiorem in terris, à quo accipiat illam, & careat proprio pastore, & iudice in hoc foro, ergo necesse est, vt habeat illam immediate à Christo, & in hoc casu confessor habet iurisdictionem ab ipso Papa, quia per generalem concessionem, potuit hoc fieri, & non est necessarium fingere speciale priuilegium; item quia Pontifex lucratur indulgentias, quas concedit, potest etiã dispensare in suis votis, & in præceptis positiuis, quatenus illum comprehendunt, hæc omnia committendo suo confessori, cum sint actus iurisdictionis, ergo idem dicendum de iurisdictione ad absoluendũ. *Tomo 4. disp. 27. sect. 2. §. Duplici iure, & sequentibus.*

D. Tho. in 4. dist. 19. q. 1. art. 3. quæst. 2.

9 Episcopi, & eorum superiores, necnon inferiores, Prælati exempti habent ex iure Ecclesiastico facultatem eligendi sibi confessorem, vt constat *ex cap. vlt. de pœnit. & remiss.* Nomine autem Episcopi comprehenditur iam confirmatus, siue oues habeat, siue nõ. Item Episcopus depositus, vel suspensus, cum solum impediatur vsus ordinis, & iurisdictionis, secº de degradato, cũ priuetur priuilegijs sibi concessis, & de Episcopo

Turrecremata in c. Quem pœnit. dist. 1.

Episcopo nondum consecrato, quia est tantum designatus. Nomine vero superioris Episcopi, veniunt Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, & Cardinales, quia licet non sint superiores potestate, seu iurisdictione, tamen iuxta communē vsum Ecclesię censentur superiores dignitate. *Tomo 4. disput. 27. sect. 2. §. Secundo dicendum est, & seqq.*

10 Nomine inferioris Prælati, non veniunt parochi, nisi sint exempti, & immediati Sūmo Pontifici: secus si sint exempti, & immediati alicui Abbati exempto, vt sunt parochus, & capellani Ecclesiæ D. Vincentij Vlysipone, fratrum primę ordinis D. Augustī. Item non veniūt vicarij Episcoporum sæculariū Prælatorum, nisi illi habeant iurisdictionem propriam, id est, proprio iure, seu titulo, quod intellige dum officiū tenuerint, cum sit temporale. Itē veniunt aliqui Prælati habentes iurisdictionem in foro externo, licet non habeāt in hoc, vt aliqui archipresbyteri, & in Curia Rom. plures, vt Auditor Cameræ, & alij, vt probabilius iudicat noster Doctor. *Tom. 4. disp. 27. sect. 2. §. Tertium dubium, & seqq.*

Vide Sylu. verb. præter Papam cōfessor, & Palud. dist 17. q. 3.

11 Per exemptos intelliguntur denique solum omnes Prælati, qui in hoc foro non subdū tur Episcopis, etiam si habeant alium superiorem, vt Abbates, & alij iuxta vsum religionum, & special ia priuilegia illis concessa. *Tomo 4. disp. 27. sect. 2. §. Quintò difficile, & seqq.*

12 Nulla persona, præter numeratas in conclusione præcedenti, potest eligere confessorem per facultatem datam ipso iure Pontificio ad eligendum illum: vnde infertur nullum fidelem habere à iure facultatē eligendi confessorem, nullum enim tale ius inuenitur. *Tomo 4. disp. 27. sect. 2. §. Tertio dicendum est, & seqq.* Vbi late noster Doctor explicat *c. Placuit 9. quæst. 2. & pœnit. dist. 6.* vbi multi intelligunt concessam esse cuilibet fideli facultatem eligendi confessorem, si proprius sacerdos sit ignorans. *Ant. 3. p. tit. 17. c. 4*

13 Facultas eligendi confessorem non potest excedere potestatem concedētis, quia non potest ampliorem iurisdictionem, quam ipse habet, concedere. Item simpliciter concessa non comprehendit casus reservatos concedenti, vt declaratū est *in cap. Si Episcopus, de pœnit. & remiss. in 6.* Imo nec data à Papa, nec peccata reseruata Episcopis comprehēdi, vt sumitur à simili *ex Clement. 1. de priui leg. & Extrauag. Inter cūctas, eod. tit.* Item facultas ad eligendum confessorem simpliciter cōcessa se extendit ad peccata mortalia, & non ad venialia tātum, propter enim solum venialia non erat necessaria, qui enim illam petit, aliquid speciale petit. Denique huiusmodi facul- *Palu. dist. 17. q. 3.*

tas

tas per se non extenditur extra absolutionē à peccatis, & quæ cum illa connexa sunt. *Tomo* 4. *disp.*27.*sect.*4. §.*Potest autem,& seqq.*

Vide Ant. 3.*p tit.*17. *cap.*4.

14 Facultas eligendi confessorem non finitur vno actu, id est per electionem vnius confessoris,quando conceditur indefinite, & sine limitatione,siue sit facultas à iure, siue ab homine:secus de facultate cōcessa ad semel faciendī cōfessionem de peccatis,vt solet concedi in iubileis, at tunc oportet actum esse completum,quia non finitur ante complementum eius, v.g. si quis virtute iubilęi eligit confessorem, cui confiteri cœpit, aut integre confessus est, non est tamen absolutionē consecut⁹,vel casu aliquo, vel quia confessor absolutionem denegauit ei; nihilomin⁹ potest aliū cōfessorem eligere, quia prior actus non fuit consummatus,& quia ea facultas præcipue conceditur, vt absolutio obtineatur.*Tomo* 4.*disp.*27.*sect.*2.§.*Sextum dubium, & sect.*4. §.*Secundo circa durationem.*

Nauin c. Placuit.n. & n. 161.

15 Concessa facultas eligendi confessorem cum hac adiectione: *Vsque ad beneplacitum nostrum*, extingitur per mortem concedentis, quia beneplacitū personæ ab illa pendet;secus si concedatur cum hac limitatione:*vsque ad beneplacitū nostrę Sedis*:quiaSedes perpetua est:idē quando datur sine addito, per verba,quæ,vel expresse indicāt perpetuitatem, vel saltem illā non excludunt, sed admittunt, fauorabilis enim est concessio. *Tomo* 4.*disp.*27. *sect.*4. §. *Statim vero inurgit,& seqq.*

16 In casibus,quibus non extinguitur facultas morte concedentis, datur iurisdictio à successore quaten⁹ non reuocādo facultatem, virtute, seu tacite, illam ratam habet,vel datur virtute prioris cōcessionis, atque adeo datur ab eo, qui facultatē dedit, cuius virt⁹ manet moraliter in ipso priuilegio, seu gratia dicto modo concessa: quod manifeste patet in hac facultate ipso iure data, quæ perpetua est,&ipso iure datur iurisdictio sacerdoti, sic electo,quæ merito dici potest manere ab ipso autore iuris:& similiter hæc facultas data per bullā Cruciatā, durat post mortem Pontificis concedentis, & per virtutē in illa relictam dici potest iurisdictionem conferre. *Tomo* 4.*disp.* 27.*sect.*4. §.*Sed obijcet aliquis.*

Famulus.

1 Serui, & ancillæ possunt communicare cum suis dominis excommunicatis, vt constat per verbum, *Humile*, illius versiculi iam supra explicati, *verb.excōmunicatio.*§.*6.concl.*18. Nomine autem seruorum proprie veniunt, qui sub dominio alterius sunt: vnde si contingat

seruum

ſocium non eſſe ſub poteſtate domini, ſed ſeparatim vitam agere, vel alteri inſeruire, ſiue ex voluntate domini, ſiue ex altera iuſta cauſa, non poterit ratione ſeparationis cũ domino communicare, niſi forte in his, quæ veluti in recognitionem domini debita ſunt. *Tomo* 5. *diſp.* 15. *ſect.* 5. §. *Poſt filios.*

2 Famulis, omnibuſque familiaribus, qui quouis titulo, vel ratione alicui inſeruiũt, etiã colonibus ruri inſeruiẽtibus, etiã ſi actu, & proprie non ſint de familia, conceſſa eſt communicatio cum domino excommunicato, non tamẽ omnibus his eodem modo, nec ſingulis quæ cumq; indifferenter, ſed vnicuique proportionata iuxta rationem, & neceſsitatem ſuæ obligationis, quod eſt conſentaneũ *cap. Inter alia, de ſent. excõ.* quod intellige niſi communicatio ſit in crimine criminoſo, id eſt in crimine propter quod excommunicatio eſt lata. *Tomo* 3. *diſp.* 15. *ſect.* 5. §. *Vltra hos, & ſequẽti.*

3 Omnes perſonæ liberæ, quæ comprehendũtur per verbum, *Humile*, vt poſsint cõmunicare cum domino excommunicato, vt famuli familiares, coloni, &c. requiritur, vt obligatio ſubiectionis, aut ſeruitutis vinculum ante excommunicationem ſit contracta, vel poſtea orta ſit, ſine violatione cenſurę ſit facta: v.g. ſi intercedat ignorantia probabilis cenſuræ, aut neceſsitas ex parte excommunicati, aut etiã famuli, quod colligitur *ex ca. Inter alia, de ſent. ex com.* quia hoc priuilegium non conceditur in iniuriã, & cõtemptum cenſuræ. *Tomo* 5. *diſp.* 15. *ſect.* 5. §. *Nunc quædam, & ſequentibus.*

4 Si ſeruitus acquiratur in perſonam non baptizatam, etiam ſi in ſtatu excommunicationis acquiſita ſit, nil impedit quo minus talis ſeruus, ſi poſtea baptizetur poſsit, & debeat cum ſuo domino cõmunicare, quãquam eius excommunicatio duret. Ratio eſt, quia excommunicatio non prohibet cũ tali perſona cõmunicare, & ideo ſine violatione cẽſuræ poteſt acquiri dominium in talem ſeruum, quocunque modo acquiratur. Idem dicendũ de ſeruo baptizato acquiſito à domino excõmunicato exiſtẽte, eſt enim eadem ratio, non datur enim violatio cenſurę, nec ex parte ſerui, nec ex parte domini. *Tomo* 5. *diſputa.* 15. *ſect.* 5. §. *In ſeruis eſt peculiaris ratio, & ſeqq.*

5 Superior, dominus, aut parens non excommunicatus, poteſt cum inferiori excommunicato communicare. Ratio eſt, quia ius ſuperioris, non minus eſt, quam ius, vel obligatio inferioris; ſi ergo inferiori conceditur, vt poſsit communicare cum ſuperiore excommunicato, cur in eadem proportione, ac cæteris paribus, negan-

gandum est superiori? & non solum potest, sed tenetur cõmunicare cum suis subditis excommunicatis quoad aliqua, vt ad prouidendum illis de necessarijs, ad corrigendum illos in necessarijs. Idem dicendũ de superiore excommunicato respectu suorum subditorũ non excommunicatorum: & de marito excõmunicato respectu vxoris non excommunicatæ, quæ omnia comprehenduntur sub verbo, *Humile*, siue sub verbo, *Vtile*, siue etiam sub verbo *Lex*. Dummodo hæc de vsuali, & ordinaria communicatione intelligantur; quia in hac sola habet locum ratio facta. *Tomo* 5. *disp.* 15. *sect.* 1. §. *Tertia dubitatio, & sequenti.*

6 Caueant tamen inferiores, ne directe, nec indirecte in crimine communicent, ne occasionem præbeant excommunicatis perseuerandi in contumacia, nam hoc intrinsece malum est. Item caueãt, ne vllo modo superiori excommunicato obsequantur in his quæ ad perseuerandum in crimine spectant, ne vel consilio, vel assentatione eius duritiã in crimine augeãt. Item domini debent inferiores excommunicatos corrigere, vt à contumacia decedant, alias poterunt fieri participes censuræ. *arg. cap. Quantæ, de sent. excom.* Denique caueãt omnes, ne in diuinis communicent: vn de pater habens filium sacerdotem excommunicatum denuntiatum, nõ potest eius missam audire, quia non pertinet hoc ad cõiunctionem naturalẽ patris cum filio. Idem dicendũ in similibus, præsertim quando communio est per actionem vnius in alium, vel receptionẽ vuius ab alio, secus si sit per solam coassistentiã cum excommunicato ad idem sacrum, v.g. si clerico excommunicato inseruiens cogatur illi sacrum ministrare, si sine incõmodo proprio nõ potest desinere assistẽtiam, dũmodo non sit cooperatio ad actionem prauam. Idem dicendum si fœmina excommunicata missam audiat, & filios, vel famulos compellat ad sacrũ audiendum secum, tunc enim non peccabũt ei obsequendo, dũmodo non ineãt nouos contractus, aut immisceãt communicationes alias etiam humanas extraordinarias. *Tomo* 5. *disp.* 5. *sect.* 5. §. *Potest tamen, & seqq.*

7 Inferiores eiusdem familiæ, si quis eorum excommunicetur per se, & directe, non possunt inter se communicare, nisi in his, quæ omnino vitare non possunt, supposita communicatione, & cohabitatione cũ eodẽ domino. Denique omnia quæ dicta manent circa hoc verbum, generatim procedunt in omni excommunicatione, quacumque causa, vel modo lata. *Tomo* 5. *disp.* 15. *sect.* 5. §. *Tertia dubitatio, & sequenti.*

Fides

Fides.

1 Species rerum fidei non infunduntur cum fide, sed per traditionem parentibus, filij accipiunt, nam hic est modus connaturalis homini viatori, & nulla est causa ad fingenda miracula, vel nouum prouidentiæ modum. *Tomo* 3. *disp.* 3. *sect.* 3. §. *Dicendum est primo.*

2 Fides interna parentum, ad iustificationem paruulorum non est necessaria, nec sufficiés, aut propria causa illius; alioqui enim cum illa fides, per se loquēdo, supponi posit ante baptismū paruuli, & alijs modis excitari, possent iustificari paruuli sine baptismo. *Tomo* 3. *disp.* 7. *sect.* 1. §. *Secundo sequitur.*

3 Inculpabiliter existimans se habere fidem, excusabitur à peccato infidelitatis, nō tamen sine ipsa in re habita iustificabitur: quia non potest obtineri effectus, sine medio necessario; fides autem est tale medium, quod si in re non habetur, non potest in solo voto contineri, quod intellige de fide simpliciter, non in particulari de fide huius, vel illius rei implicita, vel explicita. *Tomo* 3. *disput.* 28. *sect.* 2. §. *Dices quamuis.*

4 Fides, & spes non pendent a gratia habituali in prima infusione, sicut nec in conseruatione, vt valde probabile videtur nostro Doctori: quia sicut homo semel iustificatus, amissa iustitia, vere, & supernaturaliter credit, ac sperat, & vt hoc possit conuenienter facere, retinet fidem, & spē; ita peccator incipiens ad Christū conuerti, antequam perfecte amet, vel efficaciter detestetur omnia peccata, potest vere, & supernaturaliter credere, & sperare, ergo vt possit hoc facere, infunduntur illi fides, & spes. *Tom.* 3. *disp.* 28. *sect.* 3. §. *Quod circa valde.*

5 Habitus fidei regulariter infunditur cathecumeno ante baptismum: quia, moraliter loquendo, necesse est, vt actus fidei Cathecumeno antecedat, per quem actum disponitur, vt statim ei infundatur habitus: si contingat tamen aliquem non habere verum actum fidei, vsque ad illud instans, in quo perficitur sacramentum baptismi, tunc prima infusio talis habitus fiet per ipsum sacramentum. *Tomo* 3. *disp.* 28. *sect.* 3. §. *Obseruandum vero est.*

6 Non solum fides, sed fidei professio hominib⁹ necessaria est ad salutem, quod supponit noster Doctor. *Tomo* 3. *disp.* 4. *sect.* 2. §. *Secunda sententia.* Item fides semel amissa non recuperatur nisi per actum proprium, qui non elicitur tunc ab habitu fidei, neque oportet, vt sit formatus per veram pœnitētiam, seu charitatem, vt infundatur fidei habitus, idemque omnino dicendum est de spe. *Tomo* 4.

quæst.

quæst.89.ar.1.§.Vnus vero superest, & seqq.

Fictio.

1 Fictio est simulatio exterior, seu opere ipso exhibita, qua aliquis in baptismo exterius profitetur, se aliquid velle, quod reuera interius non vult; vocatur autem fictio, quia reuera non est, qualis apparet, seu exterius exhibetur; quę duplici modo esse potest. ſſ. altera ipsi baptismo, altera vero solum effectui baptismi contraria, 1. est in voluntate, quando quis recipit baptismum sine intentione, & voluntate recipiendi sacramentum, & multo magis si habeat voluntatem nihil agendi, sed vel decipiendi, aut illudendi, seu irridendi sacramentum, quæ fictio non solum effectum, sed etiam veritatem sacramenti impedit, cum in adulto ad valorem sacramenti semper requiratur intentio suscipiendi illud. *Tomo 3.quæst.69. art.9.in comment.* §. *Intelligentia huius.*

2 Secunda fictio est etiam in voluntate, non excludens voluntatem suscipiendi sacramentum, sed illam potius supponit, & formaliter consistit in carentia dispositionis necessariæ, ad recipiendum sacramenti effectum, quæ potest fieri duobus modis, 1. mere negatiue, seu inuoluntarie: vt v. g. si quis careat dispositione necessaria ex ignorãtia, vel inaduertentia inculpabili, 2. contrariæ, seu voluntariæ; vt cum quis vult baptismum suscipere cum voluntaria ãdhæsione ad aliquod peccatum mortale, absque necessaria displicentia illius; quę fictio tantum impedit effectum gratiæ; quia effectus non datur nisi volenti: qui autem accedit fictus, volũtate sua contradicit gratiæ effectui: quæ omnia procedũt in adultis, vt patet. Dantur denique etiam quatuor modi fictionis, qui facile possunt reduci ad duplicem positũ, 1. per infidelitatem, 2. per contẽptum ipsius sacramenti, 3. per hoc quod aliter celebrat non seruando ritũ Ecclesiæ, 4. quando quis indeuote accedit. *De quo tomo 3.quæst.69.art.9.* §. *Intelligentia huius, & seqq. in comment.*

Filius.

1 Filius potest communicare cum patre excommunicato præciso, cum de iure naturæ filius debeat obedire patri, etiã si emancipatus sit secundũ probabilem sententiam, licet contraria sit communis. Idem de filijs naturalibus, illegitimis, idem de filijs adoptiuis in quãtumnon sunt emancipati: idem de nuro, & genero respectu soceri, & socri: idem de priuigno, & priuigna respectu nouercæ, & vitrici, si non sunt iam extra con-

Vide D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. art. 4 Soto d. 22. q. . art. 4. concl. 5. Naua. cap. 27. n. 27. Sylu. exã. 5. num. 4. vers. 3.

conuictum suorum correlatiuorum, & quasi emancipatæ. Idem de nepote, & pronepote respectu aui, vel progenitorũ, si non sint omnino separati. Idẽ de pupillo respectu curatoris, dũ est sub cura eius, & cõmensalis illi. Secus omnino dicendũ est de filijs spiritualibus respectu patrini, aut baptizantis: ius enim non loquitur de illis, vt patebit facile videnti. *Tomo* 5. *disp.* 15. *sec.* 1. §. *Quod ergo, & seqq.*

2 Filij naturales etiam à patre excõmunicato geniti, possunt cum illo communicare, etiamsi sint illegitimi: quia licet excommunicatus censuram violet, dũ per fornicationem, & adulterium male filium generat, filius tamen genitus nihil contra censuram egit: secus dicendum de filijs adoptatis tempore excommunicationis per se loquendo: quia ille contractus à principio fuit cum iniuria excommunicationis ex parte vtriusque, nisi interueniat ignorantia probabilis excusans adoptatum. De filijs denique ex legitimo matrimonio natis tẽpore excommunicationis, nulla est dubitatio quod possint communicare cum parente, cũ maritus possit sine violatione censuræ cognoscere vxorẽ suã. *Tomo* 5. *disp.* 15. *sect.* 5. §. *In filijs ergo naturalibus.*

3 Filius non tenetur credere matri dicenti se esse suppositi-tium, de quo loquitur *cap. Officij, de pœnitent. & remiss.* nisi concurrant quæ cogant ipsum ad credendum, sicut de adulterino dicitur: quamuis noster Doctor existimet facilius posse filium expositum obligari ad dandam fidem matri, quã adulterinum, sed de vtroque in particulari circunstantiæ pensandę sunt. *Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 4. §. *Atque ex his.*

4 Legitimi filij proprijsimè illi sunt, qui ex parentibus vero matrimonio coniunctis oriũ tur, siue tale matrimonium fuerit sacramentum, siue non, id est, siue sint nati ex parentibus baptizatis, siue ante eorum baptismum, dũmodo fuerint matrimonio copulati, vt docet *Paul.* 1. *ad Corint.* 7. *Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 1. §. *Quia priuatio.* *Innocen.* 1. *epist.* 2. 22 & 24.

2 Inter legitimos numerantur, qui licet fuerint ex illicito concubitu nati, per sequẽs matrimoniũ legitimi facti sunt, quod contingit quoties parentes tempore generationis soluti erant, & habiles ad matrimonium inter se contrahendum, quia tunc subsequens matrimonium, quasi retrotrahitur ad tempus conceptionis talium filiorum ex quadam benignitate iuris Canonici. *cap. Tanta, qui filij sint legit. Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 1. §. *Dico secundo.* *Couarr.* 2. *p.* 4. *cap.* 8. §. 2.

5 Quãdo inter parentes fuerit impedimentũ ad contrahendũ tempore conceptionis, tẽpore autem natiuitatis sit iã ablatũ,

Filij per subsequens matrimonium non sunt legitimi in ordine ad irregularitatem, quod habet magnum fundamentum *in cap. Tanta, qui fil. sint leg.* Secus vero erit si contingat tempore conceptionis non fuisse impedimentum, tempore autem natiuitatis iam inueniri: nam hoc nō obstabit quominus si postea ablatum impedimentum, matrimonium contrahatur, proles legitima efficiatur, v.g. si post copulā inter personas soluras, altera, vel vtraque earum, aliud matrimoniū contrahat, deinde vero ante talis filij natiuitatē, eædē personæ iuridice effectæ, inter se contrahant, prior copula legitimi efficitur. *Tom. 5. disp. 50. sect. 1. §. Hic vero, & sequēti.*

6 Quoties tēpore conceptionis impedimētum exiſtit inter parentes, quod matrimoniū inter eos irritaret, etiāsi ab altero eorū ignoretur, & in conscientia excusetur ab incestu, vel adulterio, v.g. licet nō à fornicatione simplici: nihilominus proles inde exorta, nō fit legitima propter matrimonium subsequēs, ablato impedimento vt indubitatum videtur, *ex cap. Tanta, qui filij sint legit. Tomo 5. disp. 50. sect. 1. §. Vnde colligimus.*

7 Vt filius sit legitimus canonico iure, satis est, quod matrimonium sit verū, aut bona, aut probabili fide reputatū, etiāsi contingat ex occulto impedimento nullū esse. Ita declarauit Pōtifex *in cap. Ex tenore, qui filij sint legit. Tomo 5. disp. 50. sect. 1. §. Dico tertio.* *Anto. 3. p. tit. 29. c. 4. & alij.*

8 Filij habiti ex matrimonio illicite facto propter impedimentum non dirimēs cognitū, & cum impedimento irritante ignorato, ac proinde fide bona reputato valido, sunt legitimi, quia de valore matrimonij ignorantia est inuincibilis, & consequēter copula, quæ subsequitur, matrimonialis, & legitima existimatione culpabili: vt v.g. si quis habens votum simplex castitatis, ducat fœminam, quā omnino ignorat esse affinem in secundo gradu, in re tamen habet hoc impedimentum. *Tomo 5. disp. 50. sect. 1. §. Sed quid si matrimonium, & seqq.*

9 An matrimoniū bona fide contractū inter consanguineos reddat legitimā prolē ante tale matrimonium ab ipsis genitā, cum eadem ignorātia de gradu cōsāguinitatis. Aliqui affirmāt, alij vero negant, quod probabilius videtur nostro Doctori. Etiamsi ex vtraque parte fuerit bona fides tempore copulæ, quod non solū procedit de matrimonio putato, sed etiam de vero, quia semper præcedēs copula incestuosa manet. *Tomo 5. disp. 50. sect. 1. §. Vltimo dubitari.* *Vide Sōci. cons. 31. & alios.*

10 Vtrum filij expositi sint irregulares. Alij negant, alij affirmant. Vtraq; opinio est probabilis: vnde potest, qui voluerit negatiuę adhęrere in praxi. Se-

curius

cūrius autē erit sequi affirmantem, cū hac moderatione. ff. vt expositus nondū promotus, sit irregularis, ad suscipiendos or dines in futurum, si vero iam sit ordinatus, prohibendus non sit vsu ordinum. Itaque primo certum est, si postquam aliquis fuit expositus, de eius parentibus constiterit esse natum ex legitimo matrimonio, ex sola expositione nulla irregularitas cō trahitur. Secundo, si parentes omnino ignorantur, & bona fide ordinantur, non est irregularis ad vsum ordinum, quia in dubijs melior est conditio possidentis. Itē huiusmodi expositus, potest, si velit, in conscientia confirmari priori opinioni negatiuæ, quia habet graues cō iecturas & autores, & ita potest absque scrupulo fine dispensatione ordinari. Tamen, quia facile potest dispensatio ab Episcopo obtineri, securi⁹ erit illā postulare, & ita consulendum censet noster Doctor. *To.* 5. *disp.* 50. *sect.* 4. §. *Circa primū. & seqq.*

Maiol. lib. 1. *cap.* 11. *Couarr. in Clem. Si furiosus. p.* 1. *in princip. num.* 9.

11 Quando filius est ex matre habente virū, & communi existimatione creditur esse genit⁹ ab illa, re tamē vera est genitus ab alio, id tamen non constat, nisi fortasse ex aliquibus coniecturis, vel aliqua infamia, aut etiam per assertionem matris, id secreto affirmantis filio: tunc non tenetur se reputare illegitimum: quia non tenetur credere matri, iuxta *l. filius. ff. Qui sunt sui, vel alieni iuris.* nisi sufficienter probetur tempore conceptionis non fuisse cognitam à marito. Et est sententia à multis quidē recepta. *Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 4. §. *Circa secundum punctum, & seqq.*

Nau. c. 27. *num.* 201. *Castr. lib.* 2. *de leg. pœn. c. vlt. concluf.* 3.

Fœmina.

1 Fœminas Iudæas verisimile est non caruisse remedio necessario ad salutem loco circuncisionis, quamuis de nullo per scripturam constet. Ratio est, quia non est credibile in eodē Dei populo infantib⁹ viris prouisum esse remediū ad salutem, non autem fœminis: tumetiam quia fœminæ ante vsū rationis offerebantur Deo, & fiebāt participes sacramentorum, & cæremoniarū illius legis, quod nullo modo fieret, nisi in diuinam amicitiam prius essent reconciliatæ. *Tomo* 3. *disp* 4. *sect.* 1. §. *Nihilominus omnino affirmandum est.*

Forum.

1 Triplici titulo potest quis fieri subditus alieno Prælato in foro contentioso. Primo, ratione delicti commissi in propria diœcesi, vel territorij. Secūdo, quando aliquis violat censuram Episcopi, quānis non proprij, vt quando quis communicat cū excommunicato ab aliquo Episcopo extra suum Episcopatū; potest ab illo excommunicari seruata forma *cap. Statuimus, & cap Statutum, de sent. excom. in* 6. Tertio, quādo aliquis fuit cita-

Supponitur.

tus ante mutationem subiecti: licet postea mutetur domiciliũ: potest enim compelli ad comparendum per Episcopũ loci, in quo citatio fuit facta, si sit cõtumacia. *Tomo* 5. *disp.* 5. *sect.* 4. §. *Solum sunt hic obseruanda.*

G

Gabella.

1 HOc nomen *Gabella*, videtur generale, quod comprehendit omne genus exactionis, & tributi, & sic accipitur in quinta excommunicatione Bullæ Cœnæ. *Tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Alia verba.*

Gratia.

1 Gratia alia ex opere operantis, alia ex opere operato. Prima est, quãdo obtinetur ex merito, vel ratione propriæ dispositionis præcise, vt est aboperãte, in qua fortasse semper est aliquod meritum, saltem de congruo. Secũda est illa, quæ ratione operis externi, vel sacramẽti applicati datur vltra omne meritum operantis, tã de congruo, quã de condigno: & isti duo gratiæ modi non sunt immediate oppositi, proprie, & in rigore loquẽdo; alius enim potest esse ex speciali priuilegio. *Tomo* 3. *disp.* 7. *sect.* 1. §. *Atque ex his colligitur, & disp.* 10. *sect.* 2. §. *Ad fundamenta Scoti.*

Gabr in 4. d. 1. *q.* 3.

2 Quodlibet auxilium gratiæ sacramentalis potest dari extra sacramentũ, vel per orationẽ, & impetrationem, vel per modum meriti. Ratio est, quia licet sacramento detur virtus ad aliquem effectum conferendũ, non statim constituitur, vt sit medium ad talem finem, & effectum, seu gratiæ beneficium obtinendum: potest enim esse causa efficax, & sufficiens, non tamen necessaria: & sic non est institutio sacramenti superflua, vt aliqui volunt. *Tomo* 3. *disp.* 7. *sect.* 3. § *Solum potest.*

3 Nulla qualitas naturalis est dispositio requisita ad gratiam. Ratio est, quia secundum fidem nulla qualitas naturalis est ex se sufficiens dispositio, vt gratiam consequatur: necessarium ergo est dicere, illam dispositionem esse qualitatem aliquã supernaturalem. *Tomo* 3. *disp.* 9. *sect.* 1. §. *Secunda ergo difficultas.*

4 Dilectio Dei super omnia supernaturalis, etiam vt præcise separata à formali dolore, potest sufficiẽter disponere ad gratiam. Ratio est, quia satis est, quod virtute, & voto dolorem includat, at hunc actum amoris Dei super omnia, ab actuali dolore separari nunquam contigit, nisi ex obliuione: ergo, &c. *Tomo* 3. *disp.* 29. *sect.* 3. §. *Tertio vrget ratio.*

5 Gratia sæpe solet in Scriptura sacra aquæ nomine significari: quia sicut aqua corpus, ita gratia animam mundat,

dat, iuxta illud Ezechielis 39. *Effundam super vos aquam mundam baptismi*, & iuxta illa verba cap. 16. *Aqua non est tota in salutem*, & ibidem: *Laui te aqua*; & alibi sæpe. *Tomo* 3. *disp.* 20. *sect.* 1. §. *Quarto addunt patres.*

6 Gratia excitãs, & adiuuans sunt necessariæ ad agendã pœnitentiam, vt supponit Doctor noster; adiuuãs comprehendit concursus Dei proportionatos actibus supernaturalib⁹; excitãs comprehendit omnia auxilia, quæ præuenientia dicũtur. Rursus hæc auxilia pręueniẽtia duobus modis solẽt à Deo dari, vel per media ordinaria, & causas vniuersales, & particulares ad hoc munus constitutas, vt homines fideles ordinarie excitat Deus, infideles, aut per prædicationem Euãgelij, humano, & sẽsibili modo factã, iuxta illud, *Quomodo audient sine prædicante, & fides ex auditu. Ad Rom.* 10. Modo autẽ extraordinario dat Deus hãc gratiam, vel omnino interius, vel aliquando per sensibilia signa, vt v.g. in vocatione Pauli. *Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 2. §. *Vt autem.*

7 Aliud est Deum ex se denegare alicui gratiam suam, aliud vero actu nõ dare: quia actu nõ dare significat, quod talis gratia actu, & re ipsa non ponitur in homine, hoc, vel illo tempore, quod potest cõtingere in omni genere gratiæ propter concurrentia impedimenta. Denegare autem, vt nunc sumitur, addit absolutum decretum diuinę voluntatis, quo statuit non dare amplius talem gratiã, quidquid homo operetur, vel quomodo cumque causæ secundæ eam postulent, aut requirant. *Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 2. §. *Vt autem.*

8 Non repugnat iustum aliquo tẽpore vitæ esse sine reatu pœnæ, etiamsi iustus septies in die cadat; quia potest etiã septies in die resurgere, vel etiam in aliquo die stabilis cũ diuina gratia permanere, & cũ eadem plenã remissionem obtinere. *Tomo* 4. *disp.* 51. *sect.* 2. §. *Aliter igitur ratio.*

9 Deus potest conseruare gratiam in homine peccante mortaliter de potentia absoluta, nulla enim datur contradictio, aut repugnantia: quia licet gratia natura sua habeat facere hominem gratum, & expellere peccatum; Deus tamen potest nõ cooperari huic expulsioni, & permittere, vt ille effectus gratiæ impediatur per superueniens peccatum. Deus enim potest conferre suum beneficium indigno, & conuerso. *Tomo* 4. *disp.* 9. *sect.* 3. §. *Ex his ergo colligitur.*

10 Connaturale, est gratiæ excludere ordinationẽ ad quãcumque pœnam æternam: quia ipsa gratia natura sua reddit hominẽ acceptabilem ad vitã ęternam, & dignum illa, ideo etiam est cõnaturale tali gratiæ, & ex

natura rei illi debitũ, vt excludat reatum, seu ordinationem ad quamcunque pœnam æternam, stante, & perseuerante ipsa gratia: quia nulla pœna æterna esse potest simul cum vita æterna, quamuis de potentia absoluta posset Deus nõ ordinare hominem sic iustificatũ ad vitã æternã cũ effectu cõsequendã, vt per se cõstat. *to.4.disp.13.sec. 2.§.Dico ergo, de potẽtia absoluta.*

11 Qui in peccato mortali perseuerat, non diu permãsurus est sine nouo peccato, vt concedit Doctor noster. Nihilominꝰ potest aliquo breui tẽpore nõ peccare, & ideò nõ sequitur teneri ad statim habendã contritionẽ: quia non statim est in periculo peccati, sed ad summũ sequitur teneri non diu differre conuersionem suam, quia non constat quantũ sit illud tempus, in quo homo potest perseuerare sine nouo peccato mortali absque statu gratię. *Tomo 4.disp.15.sect. 5.§ Concede igitur.*

12 Gratia alia est operans, alia cooperans. Gratia operans eadẽ est, quæ gratia præueniẽs, seu excitans: gratia verò cooperans eadẽ est, quæ gratia actualiter adiuuãs. *Tomo 4.disp.86.ar. 4.§. In solutione ad 2.in comment.*

13 Non est impossibile Deũ aliquibus hominibus non dare excitãtem gratiã propter eorũ peccata, vel in aliquo, vel in toto vitæ tẽpore: quia licet homo nõ possit suis viribus se prępa-

D. Tho. 2. 2.q.2.ar.5 ad 1.& q. 10. art. 1.

rare ad gratiã, potest tamẽ obstaculum ponere etiã primę vocationi. Tamen oppositũ est verisimilius. ff. Deũ ita se gerere cũ hominibꝰ adultis, vt neminẽ ita relinquat, quin aliquãdo opportuno tẽpore, iuxta suę prouidentiæ dispositionem tangat cor eius, dando illi excitantem gratiã, ita vt possit homo cooperari, & se disponere, vel ad remissionẽ peccati, vel saltẽ ad aliquod donũ gratiæ quo paulatim perueniat ad vltimam dispositionem, iuxta illud Ioan. 1. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, &c.* Et Apocal. 3. *Ego sum ad ostium, & pulso.* Et est sententia magis consentanea fidei, pietati, ac suaui prouidentiæ Dei. *Tomo 4. disp.8. sect. 2.§. Nihilominus addo, & sequẽti.*

4 Remissio culpæ, & pœnæ æternæ, quatenus in nobis fit, formaliter est effectus solius gratiæ operãtis; quia per ipsam infusionem gratiæ immediate, vel mediate fit. Quatenus vero fit dispositiue, est etiã effectus gratiæ cooperãtis, quia quoad hoc, nõ fit sine nobis libere cooperãtibus. *Tom.4.disp.86.ar.4. §. Hac ergo supposita in comment.*

15 Excitatio Dei ad pœnitentiã nõ inducit illiꝰ obligationẽ. Ratio est, quia hæc sola circunstantia per se nõ inducit pręcepti obligationem, præsertim iustitię, nisi aliũde supponatur special aliqua ratio ob quã hic, & nunc obligatio iustitiæ vrgeat.

Tomo

Vide Aug. lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſ. cap. 17.

To. 4. diſp. 15. ſect. 5. §. Ex hac ergo

16 Deus nõ denegat adiuuãtem gratiam, ſeu concurſum ſupernaturalem homini iam excitato, ſeu habenti ſupernaturale principium proximum ad operandũ, quod cõſtat ex illo principio. ff. *Quod Deꝰ neminẽ deſerit, niſi priꝰ ipſe deſeratur ab homine.* Item Deus non denegat auxilia excitãtia neceſſaria ad ſalutem, ſaltem quantum per ordinarias cauſas, & media inſtituta ab ipſo fieri poſſunt, quod eſt conforme etiam pietati diuinæ, & illi voluntati, qua dicit, ſe velle omnes ſaluos fieri, & conuenit vniuerſali Chriſti redemptioni. *Tom. 4. diſp. 8. ſect. 2. §. In qua primo, & ſeqq.*

17 Non quoties augetur gratia, remittitur veniale peccatũ, quia ex intentione gratiæ non ſequitur per ſe, ac formaliter expulſio venialis peccati: quia poſt gratiã ſic intenſam poteſt peccatum ſimile veniale de nouo commiſſum, ſimul cum illa eſſe, ac permanere: tamẽ ſẽper quãdo veniale per ſe remittitur augetur gratia, vt probabilius iudicat noſter Doctor, quia in tali actu ſemper ſunt conditiones neceſſariæ ad meritum talis augmenti. ff. eſſe ab homine gratо, & eſſe bonum, ac liberum, & aliquo modo ſupernaturalẽ, & non requiruntur plures, vt conſtat de materia de merito. *Tomo 4. diſp. 11. ſect. 2. §. Supereſt dicendum, & ſequentibus.*

18 Non eſt incõueniens quod pœnitens ſit tam certus de ſua iuſtificatione, quam eſt certus de ſua attritione, hæc enim certitudo nunquam eſt tanta, quin admittat formidinem, quia homo non intuetur ſuam attritionẽ, nec euidẽter diſcernit qualitaté aut modũ ſui doloris, ſed tantum eſt quædã certitudo ſufficiens ad pacem cõſcientiæ, & prudenter ad tollendos ſcrupulos, cõſcientiæ anxietatem, qui modus certitudinis poteſt haberi per ſacramẽta. *Tomo 4. diſp. 20. ſect. 1. §. Reſpondetur ergo ad primum.*

19 Deteſtatio peccati ex motiuo charitatis Dei, eſt ſufficiens diſpoſitio ad gratiã, quia eſt elicita ex charitate eius, & reſpicit ſolum ad bonitatem, & amicitiam eius, quæ deteſtatio includit virtute amorem ſuper omnia. Secus dicendum de deteſtatione elicita, ex quocũque motiuo. ff. naturali, aut æternæ pœnæ vitandæ, quia non reſpicit Deum ſecundum ſe, & ideo non diſponit hominem, quia imperfecta. *Tomo 4. diſp. 4. ſect. 2 §. Neque exiſtimo, & ſequentibus.*

20 Gratia, non quia perfectiſſima eſt, propterea poſtulat, vt altera actione creetur, & altera vniatur: quia actus fidei, charitatis, & viſionis beatificæ ſupernaturales qualitates ſunt in ſubſtantia & entitate ſua, ſicut ipſa gratia, & alij habitus infuſi, & tamen hi actus effe-

ctiue ſiunt à potētijs vitalibus, non ſolum quoad vnionem, ſed etiam quoad entitatem ipſorū, vnde non prius creantur à ſolo Deo, quam fiant ab ipſis potentijs, quia ſaltem ex natura rei repugnat actibus vitalibus, vt aliter fiant: quod oſtendi poteſt euidentius in actib⁹ liberis, quod probat noſter Doctor. *Tomo 3. diſp. 9. ſect. 1. §. Secundo principaliter.*

21 Forma pendēs à ſubiecto non poteſt effectiue vniri, quin ab eodem agente eadē actione fiat, atque adeo nō poſſunt eleuari ſacramenta ad vniendam gratiā animæ, quin ſimul eleuētur ad efficiendā ipſam gratiā, quia per actionē illā ita vnitur forma ſeu gratia ſubiecto ſuo, vt ab illo pēdeat in ſuo eſſe: ergo eadem actione, qua vnitur, recipit ſuū eſſe. *To. 3. diſp 9. ſect. 1. §. Secūdo infero, & §. Ex his ergo*

Græcus, & Græca Eccleſiæ.

1 Græci, redeuntes ad obedientiam Eccleſiæ, non iterum baptizantur, quia licet vtātur in baptiſmo diuerſa forma à noſtra, tamen eſt vera, & ſufficiens continens Chriſti inſtitutionē, atque eſt in ſubſtantiali ſenſu eadem cum noſtra. *Tomo 3. diſp. 21. ſect. 1. §. Dixi autem.*

2 Non ideo Græci ſunt ſchiſmatici, quia in fermento conſecrant: quia ſeruāt conſuetudinem, quā Eccleſia Romana nō improbat, nec reprehēdit, iuxta *Conc. Florent. in Decret. Eugē.* qui itē debent cōſecrare in fermentato, in templis ſuis inuentis in Eccleſia Latina, quia perinde ſe habent, ac ſi in Eccleſia Græca verſarētur. *Tomo 3. diſp. 44. ſect. 3. §. Quarto dicitur, & ſequenti.*

3 Licitū eſt ſacerdoti Græco peregrinanti in Eccleſia Latina cōſecrare in fermentato, ſeruādo cōſuetudinem ſuæ Eccleſię: vt probat cōſuetudo modo introducta, & ab Eccleſia acceptata. Itē praxis confirmat. Videm⁹ enim Romæ ſæpe fieri, & certo ſcimus noſtros Latinos peregrinantes inter Græcos in azimo ſolitos eſſe celebrare: quia difficillimū eſſet Sacerdotem in re tā graui obligare ad mutandam antiquam, & patriā conſuetudinem, ſolū propter tranſitū per aliā Eccleſiā. Idem dicendū de Latino Sacerdote tranſeunte per Eccleſiā Grecā. Ad quod requiritur conſenſus Eccleſiæ Paſtoris in qua verſatur, quē ipſe debet concedere, ſi nullum ſcandalum timeatur. Secus dicendum de Sacerdote mutante domicilium: quia tunc iam non eſt reputādus Græcus, ſed Latinus, ſecluſo omni priuilegio ſpeciali. *Tomo 3. diſp. 44. ſect. 3. §. Illud verò.*

Iuxta doctrinam Ambr. ab Aug. recitatam, & probatam epi. 118. c. 1. & epiſt. 119. c. 18. & habetur in ca. Ille. d. 12.

4 Sacerdos Græcus poterit licitè conſecrare in azimo ex neceſsitate, v.g. ne infirmus decedat ſine viatico, vel ne totus populꝰ ſacrificio priuetur, quāuis ſecurius eſſet contrariū ſequi.

Secus

Secus dicendũ de Sacerdote Latino, quia licet præceptũ de cõmunicando infirmo in articulo mortis sit de iure diuino, & præceptum cõficiendi in azimo sit humanũ: tamen illud diuinum, cum sit affirmatiuũ non obligat pro semper, sed quando commode, & debitis circunstantijs fieri potest. *Tomo 3. disp. 44. sect. 3. §. Vnum vero.*

5 Græci Sacerdotes miscent vino aquã in cõsecratione calicis, dicẽdo illa verba: Et statim exiuit sanguis & aqua, vt cõstat *ex Conc. Florẽ. in decret. Eug. & ex Lyturgia Chrysost.* ex Græcisque Patribus. Secus dicendũ de Armenijs, vt cõstat ex Nicephoro lib. 5. cap. 35. vt significent Christum vnius tantum esse naturæ. Græci vero propter duarũ naturarum significationem. *Tomo 3. disp. 45. sect. 2. §. Secunda sentẽtia.*

H

Habitus.

1 HAbitus ex specie sua indifferentes, probabile est, dari in voluntate: quid enim hoc repugnat? nam licet actus specie indifferens in indiuiduo nõ fiat sine bonitate, vel malitia accidentali sumpta ex fine intrinseco, tamen ex entitate sua manet indifferens, & secundum illam generare potest habitum. *Tom. 3. quæst. 63. art. 2. §. Respondet ergo in comment.*

2 Habitibus intellectꝰ bene & male mortaliter vti possumus: hoc est euidens: quia eodem habitu scientiæ vtimur bene & male. Non vero physice, & in esse naturæ: sicut nullus potest vti bene, & male in ratione iudicãdi, quia si per scientiam iudicat, necesse est vt bene iudicet, si autem non recte iudicat, non vtitur scientia, & simili modo dicendum de qualibet arte quę sit virtus. *Tomo 3. quæst. 63. ar. 2. §. Respondet ergo.*

3 Habitus infusi virtutũ non repugnant proprie, ac formaliter cum habitibus vitiorum acquisitis; quia sunt diuersorum ordinum, insuntque subiecto secundũ capacitatem diuersam, & inclinant varijs modis, & ad res longe diuersas: nam habitus acquisitus auget, vt ita dicam, naturalem facultatem, infusus vero addit facultatem alterius ordinis. *Tomo 4. quæst. 86. ar. 5. §. Hic articulus in comment.*

4 Habitus vitiosi non semper tolluntur remisso peccato: quia expulsio illorum habituũ, neque ex natura rei sequitur ex infusione supernaturalium, nec Deus ex speciali prouidentia, aut misericordia certa lege promissa, illos semper aufert: quia nec necessarium, nec debitum, nec conueniens est. At vero manent debilitati, ac diminuti non in intrinseco suo esse, sed propter adiectionem gratiæ, & auxiliorum, quæ iustificatio-

nem conſequuntur, & ſic dicuntur debilitari, & minui in ordine ad operationem, non quoad intrinſecam remiſsionem, vel diminutionem talium qualitatum, quia hæc non ſequitur ex natura rei magis quam expulſio, nec eſt vlla ratio aſſerendi gratis à Deo fieri. *Tomo 4. quæſt. 86. art. 5. §. Hic articulus, in fine, & ſequenti.*

Hæres.

1 Hæres tenetur implere ſatisfactionem realem, quam defunctus in articulo mortis promiſit, & debebat à cenſura abſolutus, quantum per vſum externarum facultatum impleri potuerit. Ita intelligendum eſt *cap. A nobis, de ſent. excõ. verſ. Hæredes*, & ſumitur *ex cap. vlt. de ſepulturis. Tomo 5. diſp. 7. ſect. 1. §. Tenebuntur autem.*

Hæreſis, & hæreticus.

1 Qui fidem animo retinens hęreſim exterius profitetur, ſecundum communem opinionẽ non incurrit cenſuras ipſo iure latas, quia reuera nõ eſt ſimpliciter hæreticus, ſed ſolum cum addito. ſſ. exterior hæreticus, aut fictus. *Tomo 3. diſp. 31. ſect. 6. §. Exemplum optimum.*

2 Excommunicatus in excõmunicatione per annum perſtens fit de hæreſi ſuſpectus, iuxta *Conc. Trident. ſect. 25. cap. 3. de reform.* dicentem: *Contra hunc tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poſſe. Tomo 5. diſp. 17. ſect. 1. §. Alius, & præcipuus.*

Vgol. tab. 1. de cenſ. c. 14. §. 3. num. 3.

3 Hæreticus proprie, ac formaliter dicitur ille, qui poſt baptiſmum ſuſceptum à fide Romanæ Eccleſię pertinaciter receſsit: quod autem hoc fiat in vno, vel altero articulo, vel quod fiat doctrinam contrariã aſſerendo, vel de vnitate, ac certitudine Catholicæ fidei dubitando, ſolum pertinet ad materialem diſtinctionem hæreſis. *Tomo 5. diſp. 43. ſect. 1. §. Omittimus varias.*

4 Cenſura lata in receptatores hæreticorum non comprehendit recipientes illos, vt conſanguineos, vel amicos, non vero vt hæreticos. Ita Doctores communiter, quia tunc non fit ex affectu violandi legem, ſed ex quadam neceſsitate, & affectu naturali. *Tomo 5. diſp. 4. ſect. 3. §. Sed contra.*

5 Licet quis non baptizatus aut Cathecumenus poſsit eſſe vere hæreticus, aut apoſtata à fide, tamen non incurrit bullæ Cœnæ excõmunicationẽ, quia non eſt capax eius, nec eſt mẽbrum Eccleſię, in quo ipſa poſsit iuriſdictionem ſuam directe exercere. *Tomo 5. diſp. 21. ſect. 2. §. Secundo obſeruandum eſt.*

6 Hæreticus eſt irregularis *ex cap. Saluberrimum 1. quæſt. 7. cap. Conuenientibus eodem titu. & cap. Nos conſuetudinem, diſt. 12.* & ſupponitur à Clement. 8. in quadam

Maiol' lib. 5. cap. 46.

Nau. cap. 27.n.205.

quadam bulla, quæ incipit: *Cum sicut relata, in directorio Inquisitorum.* Vbi concedit Inquisitoribus facultatem dispensandi in hac irregularitate. Idem dicendum de hæretico occulto per accidens, non enim requiritur infamia delicti, sed sufficit solũ delictum in anima. *Tomo 3. disp. 43. sect. 1. §. His ergo suppositis, & sequenti.*

7 Hæc irregularitas orta ex hæresi, quoad promotionẽ solum est dispensabilis per Summum Pontificem: quoad vsum autem ordinum iam susceptorum, per Episcopum, excepto vsu sacerdotij in altari; & idem dicendum de dispensatione cũ Episcopo hæretico, quoad vsum Pontificalium, maxime cũ horum causæ in materia fidei Summo Põtifici reseruatæ sint, *cap. Inquisitores, de hæret. in 6.* Vtrum autem Episcopi ex vi, *Conc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat.* possint dispensare in hac irregularitate orta ex delicto occulto, negat Doctor noster, argumento *textus in cap. cũ illorum, de sent. excom.* Vbi generatim dicitur, Episcopos nõ habere dispensandi facultatem in his casibus in quibus absolutio est illis interdicta. *To. 5. disp. 43. sect. 1. §. Superest, vt de dispensatione, & seqq.*

Ita DD. citati in concluſ. præcedent. Vualdus tract. de irreg. n. 80. & 89.

8 Apostatæ à fide, quam in baptismo professi sunt, fiunt irregulares, quia in omnes incidunt pœnas hæreticorum, arg. *cap. Non potest 2. quæst. 7.* & colligi potest *ex cap. Contra Christianos, de hæret. in 6.* Quãuis metu, vel aliqua humana cupiditate adducti fiant apostatę, & adorent idola, vel ad paganismum trãseant, & semper fidem interius retineãt, vt habetur *in cap. Presbyteros, distin. 50.* quod probabilius videtur nostro Doctori. *Tomo 5. disp. 43. sect. 2. §. Principium certum est, & seqq.*

Tabiena ir reg. 4. n. 7.

9 Irregularitas ex apostasia orta ex metu, quoad promotionem ad superiores ordines, vel omnino ad ordines, indispẽsabilis est, nisi per Pontificem, quoad vsum vero in ordinibus susceptis vsque ad diaconatum conceditur potestas Episcopo ex graui aliqua causa; presbyterij autem dispensatio etiam quoad vsum reseruata est Summo Pontifici. Denique irregularitas apostasiæ sponte incursę est omnino indispensabilis infra Summi Pontificis potestatẽ. lege *cap. Presbyteros, dist. 50. Tomo 5. disp. 43. sect. 2. §. De dispensatione, & seqq.*

10 Hæreticorum fautores, receptatores, consilium, auxilium, aut fauorem eis dantes, incurrunt irregularitatem. Probatur *ex cap. 2. de hæret. in 6. §. Hæretici.* Secus dicendum de ministrante sacramenta hæretico iam conuerso, nullo enim iure probatur. *Tomo 5. disput. 43. sect. 2. §. Tertio extendi, & sequentibus.*

Nau c. 27. n. 205.

Suspe-

11 Suspectus de hæresi est irregularis, iuxta *cap. vlt. dist.* 30 *& cap. Infames 6. quæst.* 1. quæ irregularitas tollitur sublata suspicione, contrahitur enim per infamiam, qua sublata tollitur etiam; secus dicendum de irregularitate contracta per hæresim, quia cõtrahitur per ipsum crimen. *Tomo* 5. *disp.* 43. *sect.* 2. §. *Quinto extenditur, & seqq.*

12 Filij, & nepotes hæreticorum per lineam paternam fiunt irregulares, per maternã vero solum filij, vt constat *ex c.* 2. *de hæret. in* 6. §. *Hæretici, & ex cap. Statutũ* 2. *eodem tit.* Idem dè filijs hæreticorũ, qui in suo errore, & diuisione ab Ecclesia moriuntur. Idem de filijs fautorum, & credentium: idem de filijs illegitimis cuiuscunque modi; idẽ de filijs ante lapsum paternum genitis: idem de filijs, & nepotibus hæreticorum relapsorum, qui reconciliãtur Ecclesiæ, & brachio seculari traduntur, secundum opinionem in rigore veram, licet contraria sit benignior. Idem dicendum de filijs hæresiarchæ, quamuis relapsus non fuerit, quia etiam non incorporatur, vt ad pœnitentiã admittatur: idem de filio illius, qui negat delictum hæresis, de quo cõuictus est, & propterea traditur brachio seculari, quia nec emendatus, nec reincorporatus dici potest, cũ nõ absoluatur. Denique filia non est capax irregularitatis, nec ei filij eam incurrunt, quia descendunt ab hæretico per lineam maternam, & sui patris conditionem sequuntur. *Tomo* 5. *disp.* 43. *sect.* 3. §. *Quod filios, & seqq.*

Vide Ant. Gomez li. 3. var. cap. 2. num. 4. Couar. lib. 2. variar. c. 8. nu. 5.

Hermaphroditus.

1 Hermaphroditus ff. persona participans vtrumque sexum. ff. masculum, & fœminiñ, si æque participat vtrumq. vel magis inclinat in sexum fœmininum, non solum est irregularis, sed est incapax characteris ordinis: sic tenent omnes communiter: si vero magis inclinat in sexum virilem, est irregularis ob indecentiam, ex omnium sententia, quę fundari potest *in cap.* 1. *dist.* 36. vbi generatim omnes corpore viatici fiunt irregulares, quæ irregularitas est dispensabilis tantum per Summũ Pontificem. *Tomo* 5. *disp.* 51. *sect.* 2. §. *Primo loco.*

Nau. c. 27. *num.* 203. *Ant.* 3. *p. tit.* 28. *c.* 6. §. 5.

Homo.

1 Plures homines (vt probabilius est) sunt saluandi, quam Angeli ceciderunt, contrarium enim est incertum, nam primaria ratio electionis hominum non fuit reparatio Angelicarũ sedium, non enim prædestinati sumus occasione peccati Angelorum, sed tam per se, sicut ipsi Angeli. Vide *Ansel. lib.* 1. *Cur Deus homo. cap.* 18. Item maior, & minor gloria est in homine, quam

Anselmus

quam fuit in Angelis, de maiori enim certissimum est de Beata Virgine, & est probabile de aliquibus eximijs sanctis: de minori constat de infantib⁹, quorum gratia est valde imperfecta. *Tomo* 3. *disp.* 28. *sect.* 3. §. *Qua propter.*

Homicidium.

1 Ex homicidio voluntario contrahitur irregularitas, vt habetur in iure passim *distin.* 50. *& tit de homicid.* per multa capita, ad quam contrahendam necessaria est directa, ac spontanea, & expressa voluntas occidendi in actu signato, vel exercito, iuxta verba *Conc. Trid. sess.* 14. *c.* 7. vbi *qui sua voluntate homicidium perpetrauerit*, & infra *si vero homicidiū nō ex proposito sed casu &c.* Dicitur autē tali voluntate fieri, quando, vel mors ipsa est intētata, vel saltē actio illa quæ est causa proxima, & moraliter per se, & ineuitabilis mortis: vn de qui vulnerat aliū directa voluntate percutiēdi, sine proposito occidendi, quamuis mors sequatur, non est homicida voluntarius in conscientia, licet in foro exteriori reputetur pro tali. *Tomo* 5. *disput.* 44. *sect.* 1 *per totam.*

Vide Ant. Gomes to. 3. *var. c.* 3. *nu.* 15. *& seqq. Salzed. c.* 94. *& alios.*

Sotus in 4. *dist.* 25. *q.* 1. *artic.* 3. *Silvest. homicid.* 3. *n.* 2.

2 Irregularitas ex homicidio voluntario non incurritur, nisi sequatur effectus homicidij, quocūque modo etiam miraculoso impediatur; exceptis casibus à iure expressis. Est communis sententiā. Ratio est, quia pœna ipso iure imposita non incurritur nisi per delictum cō summatum, & non inchoatum, licet perueniat ad actum propinquum. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 2 §. *Dicendum nihilominus.*

3 Omnis, (excepto Summo Pontifice, non enim subijcitur iuri humano) qui proprijs manibus occidit alium, etiam non baptizatum, incurrit hanc irregularitatem, nam maxime homicida est. Vide *cap. Clericū dist.* 50. Secus dicendum de non baptizato occidente, vt colligitur *ex cap. Si quis post baptismum, distin.* 51. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect* 3. §. *Primo certum est, & seqq.* *Bald. & Innoc. in c. de maior. & obed.*

4 Qui dat causam morti, quę cum effectu sequitur, etiam si remote, ac per accidens ad illā concurrere videatur, verbi gratia, qui præbet venenum, licet post longum tempus operetur, incurrit hanc irregularitatem; quia est vere homicida, nā qui causam damni dat, damnū dedisse videtur, vt dicitur *de reg. iur. in* 6. *Tomo* 4. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Secundo incurrit.*

5 Mandans homicidium fieri per alium, si cum effectu fiat, incurrit irregularitatem, quod est certum apud omnes, quia ille est causa homicidij, & à foro tiori habetur *ex cap. vlt. de homicid. in* 6. nisi mādās reuocet mā datū, & reuocationem intimās mandatario, vt est cōmunis opinio: & si mādatarī⁹ sit pertinax, tene- *Innoc. & alij ad c. ad audientiam de homicid.* *Nau. c.* 27 *nu.* 233.

tenetur, si potest, non solum ex iustitia, sed ex charitate, illum effectum, v.g. admonendo, man datariũ saltem in communi, ſſ. quod vitæ eius insidiæ parentur, vel aliquid simile. Denique vt incurratur irregularitas non est necessarium quod alter acceptauerit mandatum, & quod hoc constet ipsi mandanti: quia primum crimen, quod mandando fecerat, adhuc in se perseuerat: v.g. si tempore quo mandatũ alteri intimatur, dicat se nolle illud munus assumere, postea vero voluntatem mutet, & homicidium exequatur, sine noua scientia, & voluntate mandantis, imo fortasse contra eius voluntatem, vt si iam illam mutauerat. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Tertio incurrit, & seqq.*

6 Qui consilium dat ad mortem, incurrit hanc irregularitatem, iuxta *cap. Permitiose, dist.* 1. *de pœnit. cap. Si quis viduam, dist.* 50. *cap.* 2. *de cleri. pugn. in duel. & cap. Sicut dignum, de homicidio.* §. *Qui vero.* Tamen requiritur, primo, vt homicidium, seu mutilatio re ipsa cõsequatur ex vi, seu concursu talis cõsilij, alias enim non potest consulens dici causa actu influẽs in tale homicidiũ. Secũdo requiritur quod cõsiliarius nõ retractet consiliũ, & co netur alteri persuadere, vt à tali consilio recedat rationibus in contrarijs. Tertio, sufficit consilium directum, vel indirectũ, v. g. si amicus, dicat amico iniuriã passo ab alio, vel Dominus famulo, ne ingrediaris domum meã donec aliquid noui feciſſe intelligam cum eo, qui iniuriã intulit; vel si Petrus post rixam cum Ioanne, consulat Franciscum, an vere manserit iniuria affectus, ita, vt iuxta mundi leges, nõ possit recupetare honorem, nisi per vindictam, & Frãciscus declaret, illum esse iniuria affectum, & postea sequatur homicidium, de qua re est fere text° expressus *in cap. ex literis de exceſſ. Prælat. Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Quarta persona, & sequenti.*

Vide Tabienam irreg. 2. *num.* 14. *Panormit. in c. ex literis de exceſſ prælat. nu.* 3.

7 Consensus in homicidium, quod nullo modo fit nomine consentientis, si purum sit, & absque vlla cooperatione, non inducit irregularitatem, quanuis verbis expressum sit. Ratio est, quia talis consensus, solum est mentale homicidium, per quod irregularitas non incurritur, vt manifestum est. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Duæ igitur regulæ.*

8 Ratihabitio consensus in homicidium iam factum ab alio nomine meo nõ inducit irregularitatem, quãuis aliqui oppositum teneant, ita *Gloss. in cap. Si homicid.* 2. *quis viduã, distin.* 50. Quia nulla censura, aut pœna ipso iure imposita propter aliquod delictũ incurritur propter solã ratihabitionem, nisi in casibus à iure expressis, vt constat *in cap. Cum quis de sent. excom. in* 6. Circa ratiha-

Tabiena in regu. nu. 7. *Armilla n.* 22. *Angel.* §. 6.

tihabitionē percusionis Cardinalium, & *ex Clemen.1.de pœnis*; circa percusionem Episcopi. *Tomo 5.disp.44.sect.3.§.Contrariam sententiam, & seqq.& §. Atque hinc vlterius,& §. Ex his ergo.*

9 Qui cooperatur, vel quouis modo opē præbet homicidio, siue suis manibus, & actionibus percutiat, aut impediat alium, ne se defendat, siue solū defendat ipsum occisorem, vel illi animum prębeat, etiam sola pręsentia ad illum exhibita, &c. incurrit irregularitatē: ita omnes, colligitur *ex cap. dignum, de homicid.§.Illi.* Itē *ex cap.Significasti 2.de homicid.* Ratio est, quia est causa homicidij. *Tomo 5.disp. 44.sect.3.§.Sexto loco.& §.Secunda regula.*

Videmaiolum lib. 5. cap. 48. §. 4.

10 Hæc irregularitas habet omnes effectus generatim posi tos de irregularitate, vt certissimum est, quamuis nullum habeat speciale, ac proprium, nō enim inuenitur in iure, vnde *furiosus 2. per eam non amittūtur ipso iure beneficio obtenta, nec in futurum obtinenda*, vt sentiunt omnes pene Iurisperiti, quia nullum existit ius, quod priuationem hāc ipso facto adiungat irregularitati ex homicidio voluntario. Nomine autem beneficij non veniunt pensiones ex congregatione Cardinalium, nisi vbi aliud in iure fuerit expressum *Tom.5.disp.44.sect.4.§.Duo quæri possunt, & seqq.*

Couarru. in Clement. si furiosus 2. p.§.3.nu.6. Nauar. in c. si quam, de rescrip. excep. 9. & ca. 27. nu. 249.

11 Solus Papa, vt est certissimum, potest dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario, etiam occulto, vt constat ex vsu, *& ex Conc.Trid. sess. 24.cap.6.de reform.* Quamuis raro, & difficillime, & non nisi propter grauissimas causas, quia aliquando reuelauit Deus, non esse sibi placitū, quod huiusmodi homicidæ ad suum altare accedant. Tamen Episcopus potest dispensare cum mutilatore occulto, quia fauorem principis amplissime interpretamur. *Tomo 5.disp.44.sect.1.§. Circa vltimum, & seqq.*

12 Per homicidium casuale contrahitur irregularitas; omnes concedunt, colligiturque *ex cap Significasti 1.& cap.dilectꝰ de homicid.& cap.Clerico cū alijs, dist.50.* Ad hanc vero irregularitatem requiritur, quod homicidium vel mutilatio effectu in re ipsa sequatur: itē qualitas irregularitatis, quoad effectus inducēdos, eadem est, vt per se constat, & dispensatio circa illa est minor, & facilior, imo secūdum *Conc.Trid sess.14.cap.de reform.* potest committi ex causa Ordinario Metropolitano, vel viciniori Episcopo, nimirum causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, & aliter concessa dispensatio erit nulla. Nomine vero Episcopi non veniunt participantes iurisdictionem quasi Episcopalem, vt Prouinciales, vel Generales, &c. ex con-

Omnes Theologi cū D.Tho. 2.2.q.64. & omnes Sumistæ verb.homicid.& ver bo irregu.

congregatione Cardinaliũ. *Tomo 5. disp. 45. sect. 1. §. Responsio affirmans, & seqq.*

13 Omne homicidium non procedens à voluntate directa, & oriens à quacunque alia voluntate, saltem indirecte, casuale culpabile dicitur, sufficiensq; ad præsentem irregularitatem, quod potest cõtingere duobus modis, v. g. positiue, efficiẽdo aliquid, ex quo sequitur homicidiũ, vel per solã omissionẽ: vnde præcipue incurrit hanc irregularitatẽ exercens immediate actionẽ ex qua sequitur homicidium, vel mãdans percussionem, ex qua sequitur homicidium, vel dando causam, ex qua sequitur mors, quamuis cum limitatione mandatũ dederit, & mandatarius mandatum excesserit, iuxta *c. vlt. de homicid. in 6.* supponitur autem mandatum fuisse iniquum, vnde ex mandato iniusto verberandi, incurritur hæc irregularitas, si sequatur mors, non vero ex iusto in ordine ad correctionẽ, & disciplinã ab eo, qui potestatem habet. Item idem homicidiũ potest esse respectu mãdatarij voluntarium, & mandantis casuale, & è conuerso, vt considerãti facile patebit. Itẽ qui mulierẽ prægnantem percutit, & inde sequitur abortus prolis iã animatæ, non intentus à percutiente, commisit homicidium casuale, quia talis causa est remota, vnde ablata intentione relinquitur tantum voluntariũ in causa. Denique quoad hãc irregularitatem eodem modo cẽsendum est de consulente, quã de mandante, quando non consulit directe homicidium, indifferenter enim loquuntur Doctores. *Tomo 5. disp. 45. sect. 2. per totam.*

Tabiena ir reg. 2. n. 2.

14 Qui minorem consulit vindictam, si in eo non peccat secuta morte, non fit irregularis. Ratio est, quia ex homicidio quod ab alio committitur sine culpa sua, nunquam potest in ipsum irregularitas redũdare, quia nec propter delictum, cum sit nullum, nec propter aliquod ius, nullum enim tale extat. *Tomo 5. disp. 44. sect. 3. §. Dices, qui in eo.*

15 Duplex est cooperatio ad homicium, alia proxima, alia remota. Remote concurrit primo, qui dat instrumenta homicidij, vt arma, ignorans, & non intendens rixam, vel percussionem alterius: si vero ignorantia fuerit excusans à culpa, excusabitur etiam ab irregularitate, vt inuincibilis. Proxime cooperatur, 1. qui immediate applicat causam adiuuãtem ad mortem; vt qui dat infirmo cibum aliquem cooperantem ad mortẽ, quę sine illo fortasse, vel secuta non fuisset, vel non tã cito. 2. qui ad ipsam actionem nociuam habet aliquem concursum, qui duplex esse potest. Directiuus. ſſ. percutiendo, & tũc

erit

erit irregularis ex homicidio voluntario; vel indirectus, v. g. detinendo alium ne fugiat, &c. & erit casualis. *Tomo* 5. *disp.* 45. *sect.* 3. §. *Iam verò.* & §. *Proximè censetur.*

16 Qui parat ligna ad comburendum aliquem post mortem, secluſa acceleratione, non est irregularis: quia ex illa actione non sequitur cooperatio ad homicidium, sed ad combustionem, quæ est post mortem, quæ actio non est fundamentũ irregularitatis. *Tomo* 5. *disp.* 45. *sect.* 3. §. *Circa quem.*

Nau. c. 27. *n.* 217. & 140. *Armill. verb. irreg. n.* 61 *Sylvest. homicid.* 3. *q.* 7. *vers.* 10.

17 Quando plures ex repentina occasione, cum aliquo rixantur, & illum occidunt, vel mutilant, omnes sunt irregulares, quia omnes cooperãtur ad mortem, siue directe, siue indirecte, vt constat *ex cap. vlt. de homicid. in* 6. Quamuis aliqui nullum inflingant vulnus, iuxta *Gloss. in dicto cap. vlt.* quæ citant *cap. Si quis, post distin.* 50. & *cap. Præsentium.* & *cap. Continẽtia, de cleric. percussor.* quia licet nõ vulnerauerint, aliquod tamẽ auxilium dederunt, nam concomitari homicidiũ, eique assistere ad maleficium faciendum, suffi cit ad irregularitatem, vt tenet communis opinio. Idem dicendum, quando vnus tantum vulnerauerit, & non solum quãdo incerta est persona vulnerans, sed quando est certa: quia alij manẽt irregulares non propter incertitudinem, sed propter cooperationem. *Tomo* 5. *disp.* 45. *sect.* 3. §. *Dico igitur,* & *seqq.*

Innocen. in cap. Significasti. Sylu. homicid. 3. *q.* 6.

18 Qui percussit aliquem, & postea ipso non vocante, nec consulente, nec volente, alij superueniunt, & illum occidunt, nõ manet irregularis, iuxta *cap.* 2. *de homic.* Nam ille, qui primũ percussit, non fuit cooperator cum alijs, sed habuit actionem per se omnino diuersam. *Tomo* 5. *disp.* 45. *sect.* 3. §. *Neque contra.*

19 Qui solum peccat contra charitatem, non impediendo homicidium, non fit irregularis, cum talis irregularitas nullibi in iure sit expressa: secus dicendum, si interueniat obligatio iustitiæ, cum in eo casu committatur peccatum homicidij. *Tom.* 5. *disp.* 45. *sect.* 4. §. *Digo ergo primo,* & *seqq.*

Nau. c. 27. & 132. *n.* 231. *Sylu. homicid.* 3. *q.* 5. §. 5.

20 Quando sufficiens diligentia adhibetur in opere licito, ad vitandum periculum mortis alterius, illa secuta, non contrahitur irregularitas: videtur expressum *in cap. Dilectus, cap. Ioannes,* & *cap. vltim. de homicidio,* quia tunc est omnino inuoluntarium homicidium, & in opere secundum se nulla fuit culpa, vt supponitur. Secus si interueniat negligẽtia lata, aut leuis, quia tunc est aliquo modo voluntarium, & ideo licet sit licitum, tamen illicite fit, iuxta capita citata, & *cap. Presbyterum, de homicidio.* At vero non sufficit negligẽtia leuissima, iuxta *cap. Lator. de homicid.* & facit

etiam textus *in cap. Quæsitum, de pœnit. & remiss. Tom. 5. disp. 45. sect. 5. §. Duæ regulæ, & seqq.*

21 Adulter, ob cuius causam, adultera à marito occiditur, non fit irregularis, si cum sufficienti cautela id fecit; quia tunc effectus nullo modo est voluntarius in tali casu: secus si temerè accessit ad vxorem alterius, exponens illam periculo mortis, quia moraliter est causa talis homicidij. In foro tamen exteriori absolutè dicit Nau. c. 27 nu. 23. in eo casu incurri: quam opinionē dicit, fuisse approbatam à Pio V. cum hic casus in sacra pœnitentiaria controuerteretur, quia semper præsumitur adulter moralem occasionē dedisse homicidio. *Tomo 5. disp. 45. sect. 6. §. Sic enim resoluendū.*

Conar. in relec. 3. p. in princip. n. 4. vers. Posset quidem. Nau. cap. 27. n. 327.

22 Per homicidium omnino casuale, ex opere illicito subsecutum non contrahitur irregularitas, non est enim expressa in iure. Sunt tamen duo casus expressi in iure. Primus est *in cap. vlt. de homic. in 6.* vbi mādās aliū iniuste percuti, si mandatarius excedat, & occidat, fit irregularis, etiamsi adhibuerit omnē diligentiā, ne percussio mortalis esset. Secūdus est *in cap. Tua nos, de homicid.* vbi Sacerdos (& idē intelligit noster Doctor de diacono & subdiacono) chirurgiā exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiamsi sit peritus, & diligens, & hoc fecerit causa pietatis; sed cū eo post satisfactionem misericorditer dispensare poterit. *Tomo 5. disp. 45. sect. 6. §. Dico ergo, & seqq.*

Marianus Socinus in c. Ad audientiam, de homici.

23 Vulneraus aliquē non lethaliter, qui nō ex vulnere, sed ex sua intemperātia, aut medici imperitia moritur, non fit irregularis: quia requiritur, vt mors sequatur ex actione eius, qui irregularis efficitur, & quāuis talis actio ex genere suo sit periculosa, tamen hic, & nunc, vt in indiuiduo in proposito casu facta est, non fuit periculosa, vt supponimus. *Tomo 5. disp. 45. sect. 6. §. Ad tertium negatur.*

24 Vociferans aduersus latronē, qui ea occasione occiditur, non manet irregularis, si occisio fit postea à iudice; nam si liceat capere & detinere sine irregularitate, à fortiori licebit clamare, vt ab alijs detineatur: secus quando in ipsa fuga statim, vel captura ab hominib⁹ priuatis fit occisio. *Tomo 5. disp. 47. sect. 6. §. Ad confirmationem.*

Angel. homicid. 2. n. 4. Sylvest. q. 17. Tabie. irreg. 2. nu. 19. Armilla nu. 33.

25 Quando mandatarius contingit occidi ab alio, ad quem occidendū missus est, mandans committit homicidiū casuale: quia non intēdit mortem illius personæ, neq; ad illā per se operatur, vt per se notū est: ergo casuale est, solumq; potest imputari indirecte volitū. *Tomo 5. disp. 44. sect. 3. §. Tandē inquiri potest.*

26 Qui alteri consilium dat, vt temere se exponat periculo mortis, illa sequuta, fit irregularis: quia vere est homicida, licet

licet enim ita proxime non sit iniuria respectu illius cui datur consilium: quia volenti non fit iniuria, tamen illa actio est contra iustitiam, sicut occidere aliquē, non enim homo est dominus vitæ suæ, & sic mutilare aliquem, etiam volentem, est contra iustitiam, cum non sit dominus suorum membrorum: ergo eadem ratione consulens alicui, vt temerè se ingerat, vbi occidendus est, moraliter est homicida, & irregularis. *Tomo 5. disp. 44. sect. 3. §. Hæ difficultates expetunt.*

27 Qui aliū occidit in defensionem propriæ personę, nō fit irregularis, vt tenēt omnes cōmuniter, & expresse colligitur *ex Clement. vnic. de homicid.* Et probabilē est, in hoc casu etiā iure antiquo nō fuisse incursam hanc irregularitatem, vt sentit *Gloss. in cap. Si quis viduam, verb. Defensionis, dist. 50. Tomo 5. disp. 46. sect. 1. §. De hac re.*

Nau. c. 27 num. 207. Sot. lib. 5. de iust. q. 1 art. 9.

28 Qui occidit alium in sui defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, nō fit irregularis. Satis patet ex conclusione præced. secus de excedente modū defensionis, quia tunc cessat ratio, & dispositio iuris. *Tomo 3. disp. 46. sect. 1. §. Ex his ergo duæ certæ.*

29 Qui potest fugere sine periculo, dedecore, vel infamia, & non fugit, imo resistit, & occidit in sui defensionem, manet irregularis: quia sine morali necessitate occidit proximū. Vnde clericus occidens aliquem cum possit fugere, semper fit irregularis, quia clerico non est ignominiosa fuga. Idem dicendum de Religioso, de homine infimæ sortis, de persona ignota & peregrina, & vel denique si fiat fuga noctu, quia in his casibus nulla creatur infamia. *Tomo 5. disp. 46. sect. 1. §. Nihilominus distinctione.*

Vide Nauar. c. 27. num. 211. cons. 6. de homicid. n. 4. & 5.

30 Qui non potest fugere sine graui nota, & amissione honoris, non tenetur ad fugiendum, nec irregularis fit si alium occidat, se defendendo: quia quod vitare non potest sine magna infamia, & dedecore, ineuitabile est, nisi præcesserit culpa, & iniuria ex parte eius, qui cogitur fugere: vt si ille dedit alteri alapam, vel iniurioſum verbum dixit, vel cum vxore inuentus est, aut pallium tollere est aggressus, & alter in eum insurgit, non solum vt vim repellat, sed etiam vt vindicet, & occidat: nam tunc licet hic excedat, non potest alter iuste se defendere, si potest fugere, cum ipse dederit occasionem rixæ, & ideo si fugiendo amittit honorem, sibi, & non alteri imputari debet: quod intellige, quando in continenti, seu in ipsa actuali iniuria totum contingit. Item clericus interficiens alium non fit irregularis, si in tempore ebrietatis inuincibiliter ignora-

uit periculum: tunc enim comparatur furioso, & amenti, secus si per experientiam, vel aliam causam aduertit tale periculum: quia tunc fuit voluntarium in causa. *Tomo* 5. *disp.* 46. *sect.* 1. §. *In posteriori autem casu, & §. Dico tamen.*

Nau. cons. 36. *de homicid.*

31 Irregularitas cõtracta per homicidium factum in defensionem immoderatam, non est ex homicido voluntario: quia non fit ex proposito, & industria: ideoque est dispensabilis per *Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 6. *Tomo* 5. *disp.* 46. *sect.* 1. §. *Vltimo facile.*

32 Bona temporalia possunt defendi cum interitu eius, qui violenter vult illa rapere. Est communis Theologorum, seruatis quatuor conditionibus. Prima, vt nocumentum temporale actu, & iniuste inferatur, sitque graue, & dignũ tali propulsatione. Secunda, vt sit irreparabile, vel non sine tanta difficultate, & periculo, vt vel ob eam causam possit graue dispendium reputari. Tertia, vt defensio sit moderata, & pura. Quarta, vt sit ineuitabile nocumentum proximi, vt defensio habeat effectum. Vnde non incurritur irregularitas per tale homicidium, seruatis conditionibus appositis, quia inculpabile est, & talis irregularitas non est in iure expressa. *Tomo* 5. *disp* 46. *sect.* 2. §. *Aliquorum opinio. & seqq.*

Couar. in Clement. vnic. de homicid. 3. *p. Castro lib.* 2. *de leg. pœnal. ca.* 14.

33 Licitum est innocentem defendere à morte, etiamsi necesse sit interficere aggressorẽ, vt est communis sententia, non tamen sub obligatione, nisi quando persona innocens maximè sit necessaria reipublicæ, vel Princeps eius, aut proprius Pastor, aut similis, iuxta ordinẽ charitatis: vnde per tale homicidium non incurritur irregularitas: quia nec culpabile est, nec moraliter volũtarium, etiã si defensio non sit sub obligatione, modo sit licita, & facta cum moderamine inculpatæ tutelæ, non enim est expressum in iure. *Tomo* 5. *disp.* 46. *sect.* 3. §. *Nos tamen consequenter, & seqq.*

Nau. c. 24. *nu.* 17. & 18. *Sylues. homicid.* 1. *nu.* 10. *Couar. Clem. vnic. de homicid.* 3. *p.* §. 1. *n.* 7.

34 Iudex ferens sententiam in causa sanguinis sequuto effectu, fit irregularis: est certissima. *ex cap. Litteris, de excess. Prælat. cap.* 1. *distinct.* 51. *cap. In Archiepiscopatu, de Rapt. cap. Quæsitum.* 23. *quæst.* 4. *& cap. Sæpe, & his quibus* 23. *quæst.* 18. Per sententiam vero sanguinis intelligitur sententia mortis, vel mutilationis, minus enim nocumẽtum non sufficit: etiamsi reus flagelletur, vel ad triremes mittatur, vel aliter vulneretur, aut aliquod membrum per tormẽta debilitetur. Per Iudicem intelligitur omnis, excepto Papa, Assessor, Consultor, ac Exhortator, &c. *Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 1. §. *Suppono in tota hac, & sequenti.*

35 Dominus temporalis com-

committens officium iudicis ęcularis alteri, non fit irregularis, si delegatio fiat pura, & indifferenter ad inquirendam, & examinandam causam, & iustitiam agendam, siue committatur in generali, siue in particulari, dūmodo non fiat determinate ad punitionē faciendā per mortem, iuxta *cap. vlt. ne cleric. vel monach. in 6. Tomo 5. disp. 47. sect. 1. §. Difficultas vero, & seqq.*

36 Inquisitores tradētes reos, siue clericos, siue laicos, de crimine conuictos brachio sæculari, non fiunt irregulares. Ratio est, quia nec proferunt sententiā mortis in ipsos, nec delegant iurisdictionem, sed remittūt causam proprio iudici, alias habenti iurisdictionem in talem personā. *Tomo 5. disp. 47. sect. 1. § Quarto hinc intelligitur, & seqq.*

37 Denuntiatio in causa sanguinis potest fieri sine irregularitate ex charitate, seruatis quatuor conditionibus. Prima, vt sit denūtiatio de malo, quod in futurū imminet. Secūda, quod non solum liceat, sed etiam necessarium sit ex lege charitatis talem denuntiationem facere. Tertia, vt fiat cū expressa protestatione. Quarta, vt denuntiatio talis personæ sit mediū moraliter necessarium, ad impediē dū illud malū, nam si alia via impediri potest, lex charitatis nō obligat. *Tomo 5. disp. 47. sect. 2. §. Quarta limitatio, & seqq.*

38 Assistens in loco suppliciij absque iusta cooperatione nō fit irregularis, siue sit aliqua culpa, siue non, propter leuitatē materię, in clericis enim etiā non putat noster Doctor esse peccatū mortale. Vide *cap. sententia sanguinis, ne cleric. vel monach. & cap. Ex litteris, de excess. Prælat. Tomo 5. disp. 47. sect. 4. §. Vltimo interrogari potest.* *Nau. c. 27. nu. 214. Maiol. lib. 2. ca. iam. cum Ang. & Sylvest.*

39 Qui docet speculatiue tali delicto deberi pœnam mortis, non fit irregularis, sic enim præceptores in cathedris docent, & non fiunt irregulares, quanuis docerent aliquos iudices; nec concionator publice id proponens, & exhortans iudices; secus dicendum, si hoc dicat in particulari iudici volenti de tali causa, & persona iudicium ferre, sequuto effectu, vt colligitur *ex cap. Ex litteris, de excess. Prælat.* quia tunc illud æquiualet consilio. *Tomo 5. disp. 47. sect. 1. §. Dices ergo.* *Sylu. verb. homici. 3. q. 5. vers. 4 Rosella homicid. 4. n. 9. Armilla irreg. n. 18. & alij.*

40 Omnes militantes in bello iniusto, si in eo fiant homicidia, vel mutilationes, fiunt irregulares, etiamsi propriis manibus ea non faciāt, sed effundentibus commilitent, cooperentur, aut arma præbeant, aut eos adhortentur, aut quouis modo animos adijciant: quia omnes ad homicidium cooperantur. Et est communis sententia. *Tomo 5. disp. 47. sect. 5. §. Quamuis hæc.*

31 Mutilans in bello necessario

Nauar. cap. 27. *n.* 212. *cum Innocent. Ioan. And. Panor. & alijs.*

sario ad defensionem propriæ personæ, vel patriæ, non fit irregularis, etiam sequuto homicidio per propriã actionem. De defensione propria patet ꝺ his quæ diximus supra cõclusione 27. & 28. circa rixam priuatã. Nam eadem est ratio de quocunque prælio defensiuo, quod iuste & inculpata tutela fit. De defensione vero patriæ cõstat, cum bonum commune sit excellentius, & præferendum est priuato. Vnde si licet defensio vitæ particularis, cur non boni communis? ff. conseruationis patriæ: quod est intelligẽdum, vt censet noster Doctor de clericis etiam, & fauet *cap. 2. de immunit. Eccles.* Item eadẽ ratione non fit irregularis vocans milites, & dans arma, & per illos occidẽs suos aggressores. *Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 6. §. *Duplex esse potest, & sequenti.*

Sylues. rel. c. 3. *q.* 3. *Tabien. in regul.* 3. *n.* 20. *Naua. ca.* 27. *nu.* 215. *Maio lus lib.* 5. *cap.* 49.

42 Militans in bello aggressiuo iusto, si proprijs manibus non mutilat, non fit irregularis, etiamsi alij occidant: quia hic miles dat operam rei licitæ & iustæ, & aliàs non effundit sanguinem, neque illum intendit. Ita tenent omnes: secus si proprijs manibus occidãt, quia tunc incurrũt irregularitatem, saltem ex defectu lenitatis, vt patet ex *cap. Si quis, & cap. Aliquantos, distin.* 51. Item eandem irregularitatem incurrit, qui au toritate Regia occidit bannitũ, aut hostem reipublicæ, quia se gerit tanquam lictor iustitiæ. Idem de dantibus arma in ipso conflictu belli determinate ad actum occidendi, actio enim illa determinatè tendit ad homicidium. Secus verò de præparante, aut vendente arma ante actuale conflictum, cum talis actio sit de se indifferens. *Tomo* 5. *disput.* 47. *sect.* 6. §. *Bellum aggressiuum, & sequentibus.*

D. Anto. 3 *p. titu.* 18. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 40. *ar ti.* 2. *ad* 2.

43 Clericus non potest militare in bello iusto aggressiuo: vt sumitur ex *ca. Clerici, cũ aliis.* 23. *q.* 8. *cap.* 1. *Ne cleric. vel monach. cap. ex multa, de voto.* §. *vlti.* quod idem est de clericis in minoribus permanentibus in statu clericali. Tamen ex pia causa, & legitima superioris licentia possunt licitè interesse tali bello, secũdum dict. *cap. ex multa, de voto. Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 6. §. *Denique addo, & §. Iuxta hæc etiam.*

Anto. 3. *p. tit.* 28. *c.* 2 §. 6. *Naua. cap.* 27. *n.* 215.

44 Clericus exhortans milites ad strenuè pugnandum, siue antecedenter consilium dando eundi ad tale bellum, siue in actuali conflictu belli, non incurrit irregularitatem; quamuis absque licentia interfit tali bello, & militet, & vulneret, nõ mutilando, aut necando proprijs manib⁹, vel sit causa proxima vt alij faciant homicidia. Vide cap. *Maximinianus* 23. *q.* 3. *cum alijs* 23. *q.* 8. *Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 6. §. *Dubitari autem.*

45 In irregularitate ex homicidio facto in bello iusto, solus

Papa

Nau.c.27. n.194. & alij. Papa ex iure cõmuni dispensat. Item dispensat quando concedit facultatem pugnãdi proprijs manibus, quia dispensando in substantia legis, dispensat etiam in omnibus annexis: secus si tantum dat licentiam existendi in bello etiam cum armis defensiuis & offensiuis, nihil amplius exprimendo. Item possunt in ea dispensare Mendicantes habentes priuilegia dispensandi cum suis religiosis in omnibus irregularitatibus, exceptis Bigamię, & homicidij voluntarij. At vero Episcopi (vt certum est) non possunt dispensare in ea, ex decreto *Conc. Trid. sess. 24 cap. 6. de reform.* quia ibi conceduntur irregularitates ex delicto: hæc autem ex delicto non est: ergo. *Tomo 5. disp. 47. sect. 6. §. Vltimo loco, & sequenti.*

Nau.c.27 num.211. Tabien. ir reg. n,22. Sylueſt. homicid. 3. q.7. 46 Qui testimonium dicit in causa criminali sequuto effectu, fit irregularis. Est communis sententia, quando se offert, & volũtarie accedit rogatus ab accusatore, vel vocatus à iudice simplici mandato. Idem dicendum, si interueniat præceptum iudicis obligans in conscientia, vel coactio cadens in virum constantem, quia hæc sunt accidentalia, & extrinseca, quæ non considerantur in iure, & alioqui actio illa semper participat indecentiam moralis cõcursus directe, & per se ordinati ad sanguinis effusionem. Et protestatio non censetur sufficere in teste, quamuis accusatorem excuset, quia testis non se defendit sicut accusator. *Tomo 5. disp. 47. sect. 3. per totam.*

Hora Canonica.

1 Sacerdos excommunicatus non potest horas canonicas recitare in choro, vel solemniter, seu publice: item cum alio, vt socio, sicut probabili' est: quia per excommunicationem priuatus est omni communicatione exteriori cum alijs fidelibus. Tamen non liberatur ab onere eas recitandi priuatim, non est enim prohibitus, vt priuatim orare possit mente & voce, & quin possit vti orationib' ab Ecclesia institutis in sua priuata oratione, dummodo non se gerat publicus minister. *Tomo 5. disp. 12. sec. 2. §. Hic vero dubium occurrit, & §. Nihilominus.* *Naua. lib. de orat. c. 7. n. 16. & in Sum. c. 25. n. 102.*

2 Per suspensionem non tollitur obligatio recitandi priuatim officium diuinum: nã hoc est merum onus, quod non tollitur per pœnam, vt notauit Gloss. in cap. Presbyterorum, distinct. 28. *Tomo 5. disp. 26. sect. 2, §. Principio certum est.* *Sylu. ver. irregular. num. 15.*

3 Ecclesia obligat præcepto recitandi horas canonicas, ad attentionem in illis recitandis: quia lex illa præcipit orationem veram, est autem de ratione orationis, etiam vocalis, vt cum aliqua attentione interiori fiat, ideo præceptum

recitandi etiam continet præceptũ attentionis, sine qua exterior actus non erit oratio, sed materialis prolatio illorũ verborum. Vnde si censura sit imposita propter eius omissionem incurretur, si absque attentione proferantur, tunc enim illud nõ erit orare. *Tomo 5. disp. 4. sect. 2. §. Ratio ergo illius, & sequenti.*

5 Adiuuare excommunicatũ priuatim in recitando horas Canonicas, per se non est mortale: quia non est illa communicatio in diuinis, quæ per se primo per hanc censuram prohibetur, nec materia est adeo grauis, vt ad peccatum mortale sufficiat. Quæ sententiæ est practice secura. *Tomo 5. disp. 12. sect. 2. §. Addit vero Couar.* Et quamuis excommunicatus cum alio recitet prędicto modo, nõ ideo fit irregularis: vel quia illud peccatum mortale non est, & hæc irregularitas non contrahitur sine graui culpa; vel quia licet interdum sit mortale ob contemptum, vel frequentiam nimiam, tamen illud ministerium quod pro tunc fit, non est proprium officium alicuius ordinis, sed fieri potest etiam ex obligatione, sine vllo ordine. *Ibidem. §. Illud denique.*

6 Excommunicatus beneficiarius ratione censuræ non liberatur ab onere recitandi horas Canonicas: quia licet priuetur fructibus beneficij, tamen ille retinet titulum beneficij, ac possessionem, & solum per eum stat, quominus faciat fructus suos, iuxta regulam iuris in *6. Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non alijs imputare. Tomo 5. disp. 12. sect. 2. §. Sed quamuis.* *Palud. in 4. d. 15. q. 5. art. 1.*

I

Ieiunium.

1 IEiunium aliud naturale, aliud Ecclesiasticum. Naturale includit carentiam, seu abstinentiam ab omni cibo, & potu. Ecclesiasticum vero nec priuat potu, nec omni cibo, nisi definitis temporibus, & in certa quantitate, & qualitate, permittiturque vt sumi aliquid possit per modum medicinæ. *Tomo 3. disp. 68. sect. 4. §. Duplex, &c.* *D. Tho. q. 8. ar. 8. & 2. 2. quæst. 147.*

Ignorantia.

1 Ignorantia excusans à culpa ob confessionem indebitè factam, excusat ab iteranda confessione illorum peccatorum; quia sufficit illa bona fides, cũ qua quis confessus est, ex inculpabili ignorantia, nisi casu accidat postea veriorem rerum notitiam comparere, & auferre bonam fidem. *Tomo 4. disp. 20. sect. 4. §. Dico autem semper.*

2 Ignorantia alia iuris, alia facti. Ignorantia facti est, quando ex actione hominis sequitur

tur aliquod factum, nec præuisum, nec cognitum, v.g. vt quando quis occidit hominem putans esse feram. Ignorantia iuris est quando lex, vel prohibitio ad hominis notitiã non peruenit, vel quoad obligationem actus, & non quoad censuram, vel vtrumque. Diuiditur secundo, in inculpabilẽ, quæ dicitur inuincibilis, aut probabilis, quę est inuolũtaria; & inculpabilẽ, seu vincibilem, quæ voluntaria est, & hæc, alia affectata, id est, directe voluntaria, & alia indirecte. Tertio diuiditur a Theologis in antecedẽtem, quæ est inuincibilis, & in comitãtem, quę ita est coniũcta cum actu, quod non minus fieret actus, si illa non adesset; & in consequentẽ, quæ est omnis illa, quæ est volũtaria quouis modo. Denique diuiditur in actualem, quæ est quando quis eam nouit præceptum, & eius memoriam iã habitu retinet; & in habitualem, quæ est quãdo nihil audiuit de præcepto. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 8 §. *Præterea præmittendæ sunt, & sequenti.*

3 Ignorantia inuincibilis ecclesiastici præcepti, cui est annexa censura, excusat illam, ita omnes; colligiturque *ex cap.* 2. *de constit. in* 6. *cap. Si vero* 2. *de sent. excom. & cap. Excellẽtissimus* 11. *quæst.* 3. siue ignorantia sit iuris, siue facti, vtraque enim excusat à culpa, siue antecedẽs, siue concomitãs, iura enim absolute loquuntur, siue denique sit actualis, vel habitualis consideratio. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 8. §. *Primum ergo, & seqq.*

4 Regula ad discernendum quando ignorantia sit inuincibilis iuris, sumenda est ex diligentia adhibita ad ius sciendũ, nam si iuxta præcepti officij, & personæ qualitatem, quis adhibeat sufficientem diligentiam, vt sciat leges ad se, suumque officium pertinẽtes, accidere potest, vt aliquam inuincibiliter ignoret, & consequẽter, vt excusetur à censura per eam lata: si autem negligens sit in sciendis suis obligationibus, ignorãtia erit vincibilis, siue ex officio, siue aliunde nascatur, dummodo negligentia proportionalis sit: sumitur hoc totum, *ex cap. Si culpa, de iniurijs. Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 8. §. *Certa ergo.*

5 Ad iudicandum an diligentia sufficiens sit adhibita, duo præcipue præ oculis habenda. Primũ cõsiderare an aliquãdo venerit in mentem tale præceptũ, vel dubitatio aliqua de huiusmodi obligatione, vel aliquid aliud simile, quo possit homo incitari ad inquirendã scientiam talis præcepti: nam si nihil huiusmodi menti occurrit, aliquando erit sufficiens signum ignorantiæ inuincibilis. Secundũ est, vt cõsideretur an is, qui scire aliquid tenetur, habuitq; sufficiens principium cogitandi, vel dubitandi de tali obliga-

Vide plura in Corduba lib. 2 *q.* 2. *&* 4.

tione, fecerit moralem diligentiam iuxta qualitatem operis, vel ministerij accommodatam, & probabili iudicio sufficientem, vt talem ignorantiam acquiret, nam si hoc fecit, ignorantia, quæ postea relinquitur, inculpabilis est. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 8. §. *Ad hoc autem, & seqq.*

6 Qui ecclesiasticum præceptum inuincibiliter ignorat, etiam si contra ius diuinum, ac naturale agat, non incurrit censuram, vt, v.g. si ignoret aliquis esse prohibitū ab Ecclesia sub excommunicatione, ne quis clericum violenter cædat, non incurret censurā lædendo, quia non est contumax præcepto Ecclesiæ, cum illud inuincibiliter ignoret. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 8. §. *Quarto principaliter.* Siue præceptum, sit Pontificium, siue Episcopale, vt certissimū est: quia excusat omnem culpam. *Ibidem sect.* 9. §. *Ex quo infero primo.*

Ang. verb. excom. 7. *casu vlt. Sylu. verb. ignorantia* §. 8. *& excom. nu.* 6.

7 Ignorantia inuincibilis de tota lege ferente censuram, aut impedimentum iustum, excusans ab obligatione eius, excusat censurā. Ratio est, quia quoties excusat culpam, excusat cē suram. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 6. §. *Statim vero insurgebat.*

8 Ignorantia vincibibis (affectata omissa) duplici ex capite prouenit. ff. vel ex pura negligētia, & desidia, vel ex nimia solicitudine, & affectione, ad res alias, vel ad alia negotia impedientia debitam curam adiscendi, & sciendi ea, quę scire tenetur proueniēs, ex priori capite vocatur crassa: quando ex poste riori, dicitur supina, quia reuera nulla alia excogitari potest, quæ ab his differat formaliter. *Tom.* 5. *disp.* 4. *sec.* 10. §. *Hāc ergo.*

9 Sicut in ordine ad restitutionem, vel alias similes obligationes in conscientia illa ignorantia, quæ est ita negligens, vt sufficiat ad peccatum mortale iniustitiæ, censetur crassa, & supina, vt colligitur *ex L.* 15. §. *vlti. ff. de contrah. empt. & in lib.* 6. *ff. de iur. & fact. ignor.* Ita etiā in materia de censuris ignorantia omnis, quæ ad mortalem transgressionem, vel inobedientiam sufficit, dicenda est crassa, & supina. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 10. §. *Alij vero.*

10 Ignorantia crassa, aut supina non excusat censuram legis generabilibus verbis rem prohibentis, vt constat *ex cap.* 2 *de constit.* Et est communis expositio Doctorū in cita. capite. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 10. §. *Deinde vt certum.*

11 Qui ignorantia affectata transgreditur legem, censurantem temere, aut præsumptione operantes, &c. non excusat illā, quia reuera videtur satis temerarius violator legis: at vero, vt aliquis dicatur non temere trāsgredi legem, necesse est, vt suspicionem, vel dubitationem talis legis habeat, & aliqualē diligentiam adhibeat, vt sciat, an sit

talis

tali s lex; alioqui temere seexponit periculo transgrediendi illam. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 10. §. *Quamuis ex his.*

Illegitimus.

1 Filij illegitimi, alij sunt spurij, alij naturales dicuntur: naturales sunt qui oriuntur ex copula illicita eorum, qui inter se poterant contrahere matrimonium. Item alij sunt, & simpliciter naturales: priores sunt, qui nascuntur ex soluto, & soluta domi non retenta: posteriores vero ex cõcubina domi retẽta orti sunt. Filij spurij vniuersaliter dicũtur omnes alij illegitimi, qui naturales non sunt, dicunturque omnes nati ex damnabili concubitu. Itẽ filij adulterini, alij sunt ex coniugato, & soluta, alij ex soluto, & coniugata, alij ex coniugato, & coniugata. Item alij sunt incestuosi ratione impedimenti cõsanguinitatis, vel affinitatis, quod est inter parentes, qui illos genuerunt. Alij denique dici possunt sacrilegi, sunt enim nati ex parentibus habentibus votum solemne castitatis, siue sit in vtroque, siue in vno tãtum. *Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 2. §. *Regula generalis, & seqq.*

Vide Abbat. in cap. Per venerabilẽ, qui filii sint legitimi, nu. 31. *Couar.* 2. *p.* 4. *c.* 8. §. 4. *Ant. Gomez l.* 9. *tauri.*

2 Filij habentis votum solemne castitatis sunt legitimi, quando post natam prolem ex vero matrimonio, votum sequitur (quod est validum) vel, quia alter coniunx mortuus est, vel quia ex illius legitima licentia factum est. *argumẽto cap. Ad hæc, de filiis presbyt.* Itẽ sunt legitimi quãdo post matrimonium validum, siue ratũ, siue consummatũ intercedit susceptio ordinis sacri sine consensu vxoris, iuxta *cap. Cõiugatus, de cõuers. coniugat.* quæ cogit maritũ reddere debitum, non obstãte ordinatione, & filij nati ex tali matrimonio, non obstante voto, & ordinatione patris, sunt legitimi, talis enim copula non est sacrilega: secus de filijs habitis ex matrimonio facto post votum solemne, cum tale matrimonium sit nullum. *Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 2. §. *Est autem.*

3 Sunt aliqui filij canonice illegitimi, qui naturaliter legitime procreati sunt, v. gra. quando viuente vtroque coniuge, ambo fecerũt votum castitatis, & manserunt priuati iure petendi, & reddendi, iuxta *cap. Si vir.* 27. *quæst.* 2. *cap.* 1. *& cap. Coniugatus, de cõuers. coniug.* Cõclusio est cõmunis, colligiturque *ex c. litteras, de filiis presbyt.* vbi cõsultus Pontifex de quodam sic progenito, respondet: *Si aliter dign⁹ inuẽtus fuerit, permittim⁹ ipsum ordinari in clericũ, & ad eccleſiasticum beneficiũ promoueri. Tomo* 5. *disp.* 50. *sect.* 2. §. *Tertio dicendum est, & seqq.*

4 Filius genitus à parentibus, qui in foro externo contraxerunt impedimento irritante, *Couarr.* 2. *p.* 4. *cap.* 8. §. 3. *n.* 1.

non

non tenetur se gerere vt irregularis, nisi de mala fide paren tum ei constet, vt tenet *cap. Per uenit cũ omni interpretatione qui filij sint legitimi*. Tamen si vterque affirmet parens, esset violenta probatio in conscientia sufficiens. *Tomo 5. disp. 50. sect. 4. §. Tertium punctum.*

5 Irregularitas illegitimorum, quoad omnes ordines, dignitates, & beneficia Ecclesiastica circa omnes illegitimos primo, ac præcipue potest tolli per Summum Pontificem, & vt valida sit talis dispensatio solum sufficit voluntas Pontificis, quamuis maior causa postulanda sit, vbi natalium fuerit maior defectus, &c. Item potest tolli per Episcopum, quoad ordines minores, si aliud impedimentum non interueniat, *ex cap. 1. de filijs presbyt. in 6.* Item quoad beneficia simplicia, iuxta cap. cit. Nomine autem beneficij non veniunt dignitates, & personatus, iuxta *cap. vlt. de præbend.* Tamen non potest Episcopus dispensare cum illegitimo, qui bona fide accepit ordinem Subdiaconatus, quoad vsum talis ordinis, quia *cap. 1. de filijs presbyt. in 6.* Generaliter negat potestatem Episcopo. Idem dicendum quoad ordines sacros, quando defectus sit occultus, per virtutem *Concil. Trid. sess. 24.* nõ enim est ex delicto; nomine autem Episcopi, venit electus confirmatus, non dum cõsecratus, iuxta *cap. Trãsmiss. de elect.* Item inferiores prælati exempti habentes Episcopalem iurisdictionem. Item denique capitulum Sede vacante. *Tomo 5. disp. 50. sect. 5. §. Primus modus, & sequentibus.*

Vide Sylu. verb. legitimus, nu. 50. Maiolum lib. 1. cap. 9.

6 Illegitimorum irregularitas tollitur etiam per canonicã legitimationem, legitimatio autem differt solum à dispensatione, quod legitimatio dicit integram dispensationem in defectu natalium, & quoad omnes effectus eius: dispensatio vero vocatur, quando solum fit quoad aliquem, vel aliquos effectus. *Tomo 5. disp. 50. sect. 5. §. Secundus modus, & sequentibus.*

Couarr. 2. p. 4. §. 8. Sylu. verb. Illegitim. num. 4.

7 Item tollitur per religionis professionem, & non tantũ ingressum, vt habetur *in cap. 1. de filijs presbyt.* Item quoad ordines tantum, vt sentiunt omnes communiter, vnde non fit habilis ad prælationem, siue intra, sine extra monasterium, vt tenet *Gloss. in cap. vlt. de filijs presbyt.* Denique hæc irregularitas non tollitur per se per probationem vitæ, extra professionẽ religionis, quæ sententia est certa, & indubitata, etiam quoad ordines, & probationes: probatur *ex c. 1. de filiis presbyt.* & euidenter *ex cap. Innotuit. de elect. Tomo 5. disp. 50. sect. 5. §. Tertius modus vsque ad finem sectionis.*

Soto in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. Anto. 3. p. ti. 1. c. 27. §. 3.

Ille-

Illiteratus.

1 Illiteratus est irregularis, *ex cap. Illiteratos distinct.* 36. *& cap. vlt. de ætat. & qualitat.* Quæ autem peiritia sufficiat *in Conc. Trid. sess.* 23. *de reform.* De ordinibus minoribus vide *cap.* 11. *de Diacono, & Subdiacono, cap.* 13. *de presbyt. cap.* 14. De scientia vero Episcopi nihil aliud dicit, *in sess.* 7. *cap.* 1. *de refor.* quam quod *in cap. Cũ in cũctis, de elect. in sess. autem* 22. *cap.* 2. Addit, vt ea scié tia polleat, vt necessitati sui mu neris possit satisfacere: vnde requiritur vt sit magister, Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, aut in iure canonico, vel saltem, vt publico alicu ius academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur; vel si regularis sit, à suis superioribus similem fidem ha beat. *Tomo* 5. *disp.* 51. *sect.* 1. §. *Tertio magis proprie.*

Immensitas.

1 Immensitas est quædã præsentia, per quã res sine sui mutatione potest esse præsens om nibus spatijs vsque in infinitũ, & est propria Dei, & non potest communicari creaturæ. *Tomo* 3. *disp.* 48. *sect.* 4. §. *Prima ergo ratio, & seqq.*

Impetratio.

1 Dupliciter potest quis impetrari alteri à Deo remissionem delicti. Primo, impetrando illi bonum motum, seu auxi lium, quod efficiat bonũ opus, per quod possit remissionem talis delicti obtinere: vnde vnus fidelis potest alteri impetrare bonum motum, non solum ad satisfaciendum pro pœna, sed etiam pro culpa, etiam mortali, potest enim impetrare illi auxilium ad se disponendum, vel ad satisfaciendum eo modo, quo potest. Secundo, potest vnus alteri impetrare remissionẽ pœnæ immediate petendo, & obtinendo, vt gratis, & sine vlla satisfactione, vel cõpensatione tollatur, qui modus secundum legem ordinariam est impossibilis; quia nemo potest sibi ipsi impetrare illo modo remissionem gratuitã temporalis pœnæ, ergo neque alteri poterit, quia cæteris paribus efficacior erit oratio ad impetrandum sibi, quã alteri: quod intellige etiã applicãdo, quoad hunc effectum satisfactionem Christi per priuatã orationẽ; extra sacramenta enim non applicatur nobis sacrificium, & indulgentia propter solam intercessionem, & petitionem nostram. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 2. §. *Vltimo confirmatur, & seqq.*

2 Orationes Ecclesiæ defunctis, seu animabus purgatorij, omnia illa possunt petere, aut impetrare, quæ beati impetrare possunt, vt iam supra tetigimus.

mus, *verb. Beatus conclusione.*

4 Quanuis incertum sit, an Ecclesia per orationes publicas, quas fundit pro defunctis, intendat eis applicare aliquam partem satisfactionis ex thesauro Ecclesiæ: hæc enim applicatio fieri non solet, nisi per indulgentias, & non constat esse factam ab Ecclesia generalem concessionem alicuius indulgẽtiæ, tamen orat Ecclesia pro defunctis, vt pro eis satisfaciat, & vt eis applicetur talium orationum valor, & in hoc excellunt orationes Ecclesiæ militãtis orationes Ecclesiæ triumphantis, ratione diuersi status. *Tomo 4. disp. 48. sect. 5. §. Ex his facile.*

3 Vtrum persona priuata possit impetrare à Christo Domino, vt ipse temporales pœnas remittat, vel ipsimet postulãti, vel alijs pro quibus postulat, ei applicãdo satisfactiones sanctorum in thesauro repositas? Ad quod respondet Doctor noster duo, ff. quod licet hic modus non videatur, nec impossibilis, nec rationi dissonus, nec contra autoritatem aliquã, vel traditionẽ; nihilominus remissionem pœnæ tẽporalis nũquam fieri hoc liberali modo propter solam orationem, & licet concedamus illam indulgentiã concedi immediate à Christo, non conuenienter fieri applicando satisfactiones sanctorũ, sed solum Christi, quia vt ille remittat, non indiget illorum satisfactionibus, sed ex suo thesauro solo, multo conuenientius id facere, quod secus est, quando hãc remissionem facit per alios homines, vtendo eis, vt ministris, & instrumentis. *Tomo 4. disp. 51. sect. 4. §. Alius vero modus.*

Impænitentia.

1 Impænitentia est speciale peccatum. Ratio est, quia si præceptum pænitendi speciale est, violatio eius esse poterit peculiare peccatũ, habet enim propriam deordinationem, siue sit propositum non pænitendi tempore debito, quia propositum illud est specialis actus tendens in obiectum habens specialem malitiam: siue sit voluntaria omissio eodem tempore, quia in omni alia omissione specialis præcepti, illud voluntarium sufficit ad specialem malitiam contrahendam, & hic nulla est ratio faciendi exceptionem: ergo. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Nihilominus dicendum est, & seqq.* *Vide D. Tho. 2.2. q. 14. ar. 2*

2 Impænitentia materialis, & omnino inuoluntaria appellatur à D. Augustino, peccatum in Spiritum sanctum, nõ quoad ipsam negationem pœnitentię, sed quoad peccatum illud, cui talis negatio adiungitur: quia licet ex hac negatione non augeatur eius malitia proprie, &

in-

intrinsecè, augetur tamē quasi extrinsece quoad durationem, ratione cuius irremissibile fit, si vsque ad mortem perueniat. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Duplex tamen.*

3 Impænitentia per voluntarium indirectum, non est specie diuersa à proposito non pænitendi: quia voluntarium directum, vel indirectum non variat speciem peccati, si in obiecto, & in ratione malitiæ sit sufficiens conuenientia, vt hinc. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Vnde etiam fit.*

4 Impænitentia sæpe potest esse circunstantia alterius peccati, non enim repugnat, quod de pænitētia sit datum speciale præceptum, & quod nihilominus impænitentia peccaminosa sæpe sit circunstantia alterius peccati, satisque est, quod propositū non pænitendi, sit quasi per se speciale peccatum, nam hoc etiā exigit speciale præceptum, & vt durat tempore, quo præceptum pænitētiæ obligat, non est generalis, sed specialis, quia non est per se, nec necessario coniūcta cū omni peccato, vt per se cōstat. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. vnde etiā fit, & sequenti.* Item impænitentia pluriū peccatorum, nō est multiplex peccatum: quia tantū est vna omissio vnius actus præcepti. *Ibidem §. Neque contra.*

Hieron. 8. 5 Potest homo mori in peccato, sine speciali culpa impœnitentiæ, quod probat exemplū, v.g. si nec voluntatem directam habeat non pænitendi, nec etiā indirectam, vt si morte præueniatur prius, quam de pæniten tia agēda cogitare possit, extra tamen hunc casum, nemo moritur in peccato mortali, quin peccatum impænitētiæ, seu malitia eius, priori peccato adiungat, & propter hoc etiā puniatur, iuxta illud Hieron. 8. *Nullus est, qui agat pœnitentiā super peccato suo, non sunt confusi, erubescere nescierunt idcirco cadent inter corruentes, dicit Dominus. Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Atque ex his.*

6 Impænitentia includit triplicem malitiam concurrentibus illis tribus obligationibus, & pro eodem tempore, vt in articulo mortis, v.g. obligatio pænitentiæ, vt procedit ex iustitia ad Deum, & vt ex charitate diuina, & vt ex charitate propria; nam includit tres circunstātias diuersarum rationum, & contra diuersa præcepta propria, & specifica, ac per se, ac figillatim obligātia: secus dicendum, quando non concurrūt illę tres circunstantiæ, potest enim contingere. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Secundo infertur.*

Incendiarius.

1 Incendiarius ille dicitur, qui ex certa scientia, & praua voluntate incendium facit, etiā si vnum tantum incēdium committat; non tamē sufficit facere illud

illud ex negligentia notabiliter culpabili, si desit certa scientia, & directa intentio, vt colligitur *ex cap. Pessimam. 13. q. 8. Tomo 5. disp. 22. sect. 2. §. Tandem vero, & seqq.*

2 Excommunicatio in incendiarium semel lata reseruatur Summo Pontifici, vt colligitur *ex cap. Tua nos, de senten. excom. Tomo 5. disp. 22. sect 2. §. Quinto loco, & §. Sane interpretatio.* Item incendiarius Ecclesiarum ipso iure excommunicatur, vt colligitur *ex cap. Conquesti, de sent. excom.* quæ excommunicatio denuntiata in particulari reseruatur Papæ. *Ibidem §. De incendiariis vero, & seqq.*

Nau. c. 27. nu. 94.

Incestus.

1 Gradus consanguinitatis, & affinitatis aperiendus est in confessione, in quo omnes cõueniunt, saltem quoad lineam rectam, aut transuersalem, item quoad gradum saltem primum, de aliis enim est maior dubitatio, licet probabilius sit esse explicandos saltem intra numerum specialiter prohibitum, quia multum variat iudicium, & facile potest fieri, nec dicitur causa excusationis per se loquendo. *Tomo 4. disputatione 22. sect. 4. §. Ad hanc etiam.*

§. I.

Indulgentia quoad nomen, definitionem, & potestatem eas concedendi.

1 NOmen *Indulgẽtia*, relictis alijs significationibus, significat specialem remissionem pœnę debitę pro peccatis iam remissis, quoad culpã, quæ fit à pastore Ecclesiæ habente ad hoc potestatem, iuxta *cap. Quod autem, de pœnit. & remiss. & cap. Indulgentia eodem tit. in 6. Tomo 4. disp. 49. sect. 1. §. Verumtamen.*

Vide Cou. lib. de offl. lib. de leg

2 Indulgentia definitur sic: *Est quidam actus spiritualis iurisdictionis, quo peccator in foro Dei liberatur à reatu pœnæ temporalis extra sacramentum.* Cuius explicatio facile patebit legenti: facilius tamen potest videri apud Doctorem. *Tomo 4. disp. 49. sect. 4. §. Ex dictis concludimus, & sequent.*

Cordu. q. 3 de indulg.

3 Est in Ecclesia potestas concedendi indulgentias, per quas remittũtur fidelibus pœnę pro peccatis remissis debitæ apud Deum, quã potestatem à Christo Domino Ecclesia accepit; quod est de fide *ex Conci. Trid. sess. 21. cap. 9. de reforma. & sect. 25. in decreto de indulgentijs. Tomo 4. disp. 49. sect. 1. §. Dicendum ergo, & seqq.*

Sylvest. de indulg. §. 3. & 4.

4 Potestas concedendi indulgentias soli Petro, eiusque suc-

Vide Gregor. lib. 4. epiſt. 32. Leonẽ Pap. epiſt. 84. & 89.

ſucceſſoribus fuit per ſe, ac immediate promiſſa, Matt. 16. *Tibi dabo claues Regni cœlorum, &c.* Data autem, Ioan. 21. *Paſce oues meas.* Non autem Ioã. 20. *Accipite Spiritũ ſanctum, &c. Tomo* 4. *diſ.* 49. *ſec.* 1. §. *Cẽſeo igitur, & ſeq.*

D. Tho. in 4. *d.* 20. *q.* 1. *ar.* 4. *q.* 2 *Sot. d.* 21. *q.* 1. *art.* 4. *Syl. verb. indulg. nu.* 13.

5 Poteſtas concedendi indulgentias, non eſt ordinis, nec illum neceſſario præſupponit, aut requirit. Eſt omnium communis ſententia; quia ex vi ſolius poteſtatis ordinis nemo habet ſubditos; nullus autem poteſt concedere indulgentias, niſi ſuis ſubditis, vt definitur *in c. Quod autẽ, de pœn. & remiſſ.* quod non requirat poteſtatem ordinis, patet: quia ſi aliqua eſſet, maxime futura erat poteſtas ſacerdotalis, hæc non: ergo nulla, vt probat vſus Eccleſiæ, Diaconi enim Cardinales, & ipſe Summus Pontifex, & Epiſcopi nondum conſecrati, poſſunt illas concedere. *Tomo* 4. *diſp.* 49. *ſect.* 3. §. *Dicendum vero eſt, & ſeqq.*

6 Diſcrimen, & differentia inter remiſsionem pœnæ, & culpæ per ſacramentum pœnitentiæ, & per indulgentias, eſt; quod vt remiſsio culpæ fiat per ſacramentũ, licet poteſtas ordinis ſola nõ ſufficiat, eſt tamẽ per ſe requiſita tanquã principium per ſe illius actus. Remiſsio vero pœnę faciendę per indulgentias, nullo modo poteſtatẽ ordinis requirit, quod patet ex concluſione ſuperiori. *Tomo* 4. *diſp.* 49. *ſect.* 3. §. *Quod autem.*

7 Poteſtas concedendi indulgentias, eſt ſpiritualis iuriſdictionis, non cogentis, vel ligantis, ſed miſerẽdi potius, ſeu beneficientis, & ſoluentis. Prima pars patet ex Ioan. 21. vbi in illis verbis, *Paſce oues meas*, Chriſtus non dedit Petro aliam poteſtatem, niſi iuriſdictionis, & patet ex *cap. Quod autẽ, de pœnit. & remiſſ.* Secũda pars probatur, concedimus enim eſſe opus miſericordiæ, & magnum beneficium concedentis indulgentiã, quę duo non repugnãt, vt actus non ſint iuriſdictionis, quæ conceſsio ſemper eſt actus iuriſdictionis voluntariæ, & non contentioſæ: nã iuriſdictio voluntaria illa eſt, quę tantum in volentes exercetur. *Leg.* 2. *ff. de offic. Proconſ.* huiuſmodi autem eſt actus huius iuriſdictionis, quia non ligat, ſed ſoluit, & non niſi volentem: ergo. *Tomo* 4. *diſp.* 49. *ſect.* 3. §. *Dico ſecundo, & ſeqq.*

8 Poteſtas concedendi indulgentias eſt ſtricto iure interpretãda. Ratio eſt, quia licet indulgentia videtur fauor reſpectu eius, cui conceditur, tamen ſimpliciter eſt res odioſa. Itẽ probat vſus Eccleſiæ, ſtylus curiæ, & mens Pontificum, vt conſtat ex varijs regulis Cancellariæ, præcipuè 57. vbi indulgentia abſolutè conceſſa alicui Eccleſiæ pro ſingulis annis pro tali feſto, reſtringitur ad 25. annos, quãuis ſimpliciter concedatur, vel etiam ad duos, vel tres, aut qua-

tuor annos iuxta diuerſas formulas reſpõdendi Pontificum, iuxta regulã 59. Itẽ induſgentia conceſſa alicui loco, qui aliam habebat, nulla eſt, ſi in impetratione poſterioris, nulla facta eſt mentio prioris. Regula 58. vnde qui habet hãc poteſtatẽ, moderatè debet ea vti, *ex ca. Cũ ex eo, de pœnit. & remiſſ. & Cõc. Trid. ſeſſ. 25. in decret. de indulg. Tomo 4. diſp. 56. ſect. 2. §. Cõtingit ſæpe, & ſeqq.*

Richard. d. 20. ar. 5 q. 3. Aug. de Ancona lib. poteſt. Eccleſ. q. 29. ar. 5.

9 Solus Sũmus Põtifex habet poteſtatẽ concedendi indulgẽtias immediate à iure diuino; illi enim ſoli immediatè data eſt hæc poteſtas, cui fuit promiſſa immediatè à Chriſto dño, qui dixit Petro commitens ei oues ſuas, *Paſce oues meas:* quã cõclusionẽ inſinuare videtur *Clemens 6. in Extrauag. vnigenitus, de pœnit. & remiſſ.* Et hãc poteſtatem habet vniuerſalem in tota Eccleſia, habet enim totam illã ſubiectam, vt Catholico clare conſtat, de hæreticis enim non curamus. *Tomo 4. diſp. 49. ſect. 1. §. Cenſeo igitur. & diſp. 55. ſect. 1. §. Certum in primis eſt. & ſect. 2. §. Nihilominus probabilius.*

10 Concilĩ generale non poteſt de iure diuino cõcedere indulgẽtias, vi ſua, ſeu quatenus à capite non diſtinguitur, niſi illi præſit Papa; & nõ ſufficit quod adſint Legati Papę ſine conceſſione eius ad cõcedendas indulgentias; quia ſecluſa illa, nullibi conceſſa reperitur. Item nec de iure ordinario, & humano poteſt, cũ tale i⁹ ex nullo decreto cõſtet, nec traditione: ergo. Idẽ dicendũ de Concilio vacãte Sede Apoſtolica, tunc enim Eccleſia caret capite, per cuius influxũ illã poſſet recipere. *To. 4. diſ. 55. ſect. 1. §. Propter hæc, & ſeqq.*

D. Tho. in 4. d. 20. q. 1. art. 4. Durand. q. 5.

11 Poteſtas cõcedendi indulgentias non cõuenit Epiſcopis de iure diuino, vt cõſtat ex concluſione 9. ſupra: licet illis conueniat ⁊ iure diuino quoad originem, manat enim a poteſtate à Chriſto data. Item quoad cõgruentiam, quia poſito Epiſcopali munere, congruum eſt, vt habeat aliquã coniunctã iuriſdictionẽ in hoc foro. *Tomo 4. diſp. 55. ſect. 2. §. Nihilominus, & §. Ex quo tandem.* Tamẽn hæc poteſtas propterea nõ eſt delegata Epiſcopis, quia nõ omnis poteſtas, quæ cõceditur per hominem, delegata eſt. Aliàs omnis iuriſdictio Epiſcoporũ, & parochorũ eſſet delegata, cũ ſit ordinaria, conceditur enim ex vi alicuius muneris, cui coniũcta eſt, iuxta Eccleſię inſtitutionẽ. *Ibid. diſp. 49. ſect. 1. §. Cenſeo igitur.*

Ita Docto res citati, concluſ. 9.

12 Epiſcop⁹ poteſt iure ordinario concedere aliquas indulgẽtias: quę poteſtas ſupponitur *Sylueſt. in dulg. Nau. in c. ex eo. & cap. Noſtro, de pœnit. cõment. de & remiſſ.* quã alijs poteſt delegare, vt colligitur *ex c. Quod autem, eodẽ tit.* probatque vſus Eccleſiæ. Tamen cum limitatione iuris, circa quantitatem indulgentiæ, & perſonas, vt conſtat

indulg. nogata. 31. nu. 12. Cordub. q. 14.

ex

ex cap. Cum ex eo. de pœnit. & remiſſ. vbi ſtatuitur vt Epiſcop⁹ ſolum poſsit concedere vnum annum indulgẽtiæ in dedicatione alicuius Eccleſiæ, in anniuerſario autẽ die talis dedicationis ſolum indulgentiã quadraginta dierũ, quam etiã poterit concedere in quocũque caſu, in quo occurrerit ei cauſa ſufficiẽs. Itẽ colligitur *ex cap. Quod autẽ, eod. tit.* vbi definitur Epiſcopos ſolum poſſe concedere indulgentias ſuis ſubditis; vnde non poſſunt illas concedere defunctis, cum non ſint ſubditi: quæ limitatio eſt irritans, vt conueniunt omnes Theologi, licet Canoniſtæ diſſentiant, vt conſtat *ex cap. vlt. de pœnit. & remiſſ. in 6.* At vero non eſt irritans quoad totã, ſed tãtum quoad exceſſum, iuxta *reg. iuris in 6. vtile per inutile nõ vitiatur*, quę regula præcipue habet locum in liberalibus largitionibus, vt ſunt indulgentię. Quod intellige non ſolum in foro exteriori, ſed etiam pœnitẽtiali, & interiori. *Tomo 4. diſp. 55. ſect. 3. §. Dicendũ nihilominus, & ſequentibus.*

13 Epiſcopus non poteſt formaliter concedere indulgentias extra territorium, id eſt, circa perſonas alieni territorij, nõ enim ſunt ſubditæ, tamen poteſt materialiter, v. g. ſi concedat indulgentiam omnibus ſuis ſubditis, etiam extra tetritoriũ verſantibus, quia talis indulgentia verſatur circa ſubiectum capax, illa autem abſentia, ſeu corporalis exiſtẽtia materialis eſt in hoc genere iuriſdictionis, iuriſdictio enim eſt voluntaria, poteſtque exerceri extra territorium, iuxta *Leg. 2. ff. de offic. Proconſ. Tomo 4. diſp. 55 ſect. 3. §. Quarto dubitari hic.*

Communiter Theologi.

14 Nullus Prælatus inferior Epiſcopo, licet exemptus, habenſque iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt concedere indulgentias de iure ordinario, etiam humano. Eſt communis ſententia, & ſumitur *ex cap. Accedentibus, de exceſſ. Prælator.* Quia nec de iure diuino, nec humano eſt illis conceſſa. *Tomo 4. diſp. 55. ſect. 4. §. Primum ſtatuendum, & §. Supereſt.*

15 Vicarius Epiſcopi, Capitulum Sede vacante, nec Parochi, aut alius Sacerdos, non habent poteſtatẽ concedendi indulgentias, quia nullibi reperitur talis poteſtas cõceſſa. Idem dicendum de Prælatis Religionum. *Tomo 4. diſp. 55. ſect. 5. §. Ex dictis in præcedenti ſectione.*

16 Conſuetudo etiam præſcripta non dat iuriſdictionem concedendi indulgentias. Ratio eſt, quia conſuetudo non poteſt dare iuriſdictionem, quę debet ab ipſo Chriſto manare, vel immediate, vel mediate per ſuum Vicarium, ſicut nemo poteſt acquirere priuilegium eligendi confeſſorem, vt dicitur *in cap. 2. de pœnit. & remiſſ. in 6.* Quamuis aliquando indicet

fuisse concessam à Summo Pontifice, quia non est verisimile in re tam graui, propria auctoritate fuisse vsurpatam, & tanto tempore tacentibus, & consentientibus Prelatis continuatã. *Tomo 4. disp. 55. sect. 4. §. Hic vero statim, & sequenti.*

17 Potestas concedendi indulgentias est delegabilis, estenim iurisdictionis: ergo delegabilis. Potest eam delegare, Primo Sũmus Pontifex, vt patet, etiam non sacerdoti, & nullum habẽti ordinem sacrum, vt de facto constat. Mero tamẽ laico de potentia absoluta, nõ enim potest iure ordinario, nisi expresse declaret se in hoc dispensasse. Itẽ potest secundo eam delegare Episcopus, habet enim illã ordinariam, etiam non sacerdoti, non tamen laico, quia clericus est capax istius delegationis. *Tomo 4. disp. 55. sect. 6. §. Dicendũ ergo in primis, & seqq.*

Est communis omniũ Theolog.

18 Nemo potest dare alicui fideli licentiam ad lucrãdas indulgentias concessas ab Episcopo non suo, nisi ille, qui potest iurisdictionem hanc delegare; quia hæc licentia est quædam virtualis delegatio. Est communior sententia Theolog. & glos. *in cap. Quod autem, de pœnit. & remiss. Tomo 4. disp. 55. sect. 6. §. Vltimo inquiri hic.*

Cordub. q. 23. dub. 1.

19 Vtrũ vero habeat aliquis de facto hanc potestatem delegatam, non resoluit noster Doctor, cum sit quæstio de facto, pendet enim ex voluntate Papę, & Episcoporũ, quę consulenda est, ité vide rescripta, aut priuilegia per quæ manifestatur. *Tomo 4. disp. 55. sect. 6. §. Ex his etiã.*

§. II.

Indulgentia quoad effectum.

1 INdulgentia liberat à pœna temporali, non potest enim liberare ab ęterna, cum non remittatur nisi simul cum culpa. Item indulgentia solum pœnam ordinariã remittit, & non extraordinariam, quia aliæ pœnæ sicut sub certam legem non cadunt, ita nec de eis remittẽdis, vel commutandis in alia remedia, facta est aliqua certa, lex, aut promissio. *Tomo 4. disp. 49. sect. 4. §. Igitur in definitione, & §. Addit vero.*

2 Non est in Ecclesia potestas ad remissionẽ culpæ mortalis per indulgentias, quia peccatum mortale non remittitur sine infusione gratiæ sanctificantis, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 6 c. 7.* sed gratia iustificãs non potest infundi per solã indulgentiam: ergo; vt patet *ex sess. 6. can. 4.* Tamen aliquid interdum concomitanter cum indulgentia conceditur, quod ad illam consequendam profit. Interdũ enim conceditur facultas absoluendi à peccatis reseruatis à censuris, vel ad commutanda vota, &c. quæ facultates propriè non sunt indulgentiæ, sed

sed alia priuilegia, quæ quatenꝰ ad indulgentiam disponit, adiũguntur. *Tomo 4. disp. 50. sect. 1. §. Dicendum est primo, & seqq.*

3 Ecclesia potest concedere indulgentiam remittentem extra sacramentum reatum pœnę temporalis apud Deum. Quam conclusionẽ censet noster Doctor de fide, colligiturq; *ex Extrauag. vnigenitꝰ, de sent. & remis.* & constat ex illis verbis Christi Domini: *Quodcumque solueris super terram, &c. Tomo 4. disp. 50. sect. 2. §. Dico ergo primo, & seqq.*

D. Thom. dist. 20. q. 1. art. 3. Soto dist. 21. q. 1. ar ti. 1. & 2.

4 Per effectum indulgentiæ potest relaxari pœnitentia sacramentalis, iuxta indulgentiæ quantitatem, quia comparato effectu indulgentię ipso iure, & facto tollitur necessitas pœnitentiæ iunctæ, & sic per se cessat obligatio eius, etiamsi pœnitẽs directa voluntate pœnitentiam implere omiserit: qui enim iustè potest lucrari indulgẽtiam, non male facit, etiamsi aliter nolit satisfacere, non quia Pontifex tollat vinculum à confessore impositum, sacramentale enim est, sed quia tollitur necessitas satisfactionis, vt talis, quãuis non cesset vt medicina præseruans, quia hinc nõ cessat præceptum per dispensationẽ, aut abrogationem, sed per substractionem materiæ; subtrahitur enim per indulgentiã materia satisfactionis, vt sic, quia indulgentia tollit debitum, non tamen tollitur materia, seu necessitas medicinæ. *Tomo 4. disp. 50. sect. 2. §. Dico ergo tertio, & seqq. §. Alij asseruerunt.*

Theologi in 4. dist. 20.

5 Per indulgentias non relaxatur pœna impositа in foro exteriori; potest enim aliquis esse liber à culpa, & ab omni reatu eius apud Deũ, & nihilominus esse reus alicuius pœnę ecclesiasticę extra sacramentum imponendæ, & sustinendæ, quia hæ pœnæ ordinãtur ad diuersos fines proprie, ac per se. ff. ad satisfaciendum Deo, vel Ecclesiæ. *Tomo 4. disp. 50. sect. 2. §. Atque ex his omnibus.*

Gutier. li. 1. c. 2. nu. 13. & ca. 12. nu. 16.

6 Qui alicui indulgentiam cõcessit, non est necesse vt pro illo satisfaciat, vel ad satisfaciendũ pro illo obligetur, quia nec oportet, vt ipse hoc promittat, aut intendat, vt per se constat; nec ex effectu ipso sequitur talis obligatio, quia iustè operatur, ad remissionemque faciendam non applicat suas satisfactiones, sed communes ex thesauro Ecclesiæ. *Tomo 4. disp. 50. sect. 2. §. Alij asseruerunt.*

7 Per indulgentias, quæ de facto sunt in vsu Ecclesiæ, remittitur pœna peccatis debita etiã in foro Dei: priuilegium enim Petri est, vt quod soluit in terris sit etiam remissum in cœlis: ergo remissio facta per indulgentias Ecclesiæ valet etiam in foro Dei. *Tomo 4. disp. 50. sect. 3. §. Dico ergo primo, & seqq.*

Naua. comment. de indulgẽ. not. 11. nu. 13. Sylu. q. 8. & 10.

8 Expedit vt per indulgẽtias relaxetur pœna in foro Dei, nõ

autē in foro externo impoſita, quia pœnitentia ſacramentalis per ſe primo ordinatur ad ſatiſfaciendum Deo, & tollendam purgatorij pœnā, & ideo ſi illa relaxetur, & purgatorij pœna non auferatur, non in cōmodū, ſed in detrimentū redundabit. Pœna autē in foro externo impoſita, non ordinatur per ſe primo ad remiſsionem pœnarum purgatorij, vt per ſe cōſtat. *Tomo 4. diſp. 50. ſec. 3. §. Secūda ratio*

9 Indulgētia per ſe, & immediate non habet aliquem ſpiritualem effectū poſitiuū in eo, cui conceditur, ſed ſolum priuatiuū moraliter, qualis eſt ablatio alicuius pœnę, quia ſi poſsit habere, maxime eſſet aliquod diurnum auxilium obtentū per modum impetrationis, aut meriti de congruo: hic autem modus non pertinet ad indulgentiam, quatenus talis eſt: ergo. *Tomo 4. diſp. 50. ſect. 1. §. Ex quibus infero.*

10 Indulgentia ſicut non valet ad remiſsionem culpæ mortalis, item nec ad remiſsionem æternæ pœnæ, quia hoc ſimul, & concomitanter cum ęterna pœna remittitur. Item nec commutatur de æterna in temporalem ex vi indulgentiæ: quia ſolum per ſacramentum pœnitentiæ, aut contritionem, quæ prius natura remittit culpā, & conſequenter pœnam ęternam commutat. Indulgētia verò ex remiſsione per ſacramentū, aut contritionem factā, relictā, vel diminuit, vel in totum aufert. *Tomo 4. diſp. 50. ſect. 1. §. Secundo ſequitur.* Itē indulgentia per ſe non valet ad remiſsionem peccati venialis, vt probabilius tenent multi Doctores, reſtringūt enim effectum indulgentiæ ad pœnam temporalē: vt abſolute culpam excludit. *Ibidem §. Dico ſecundo, & ſequenti.* *Nauar. in cōment. de indulg. no-ta. 10. nu. 12. Adria. in 4. in ma teria de in dulg. fol. 4*

11 Indulgentiæ conceſſæ ſim pliciter, & ſine adiectione illa, v.g. de pœnitentijs iniūctis, non ſolū remittunt pœnitentias iniunctas, ſeu pœnas illis correſpondentes, ſed etiam quaſlibet alias iuxta quantitatem, ſeu largitatē conceſsionis: quod probat illud principium, *Indulgētia valet prout conceditur*, quæ à nobis eſt amplianda quantum verba patiūtur: vt rectè ſentit *Gloſſ. in Clement. vnic. verb. Confeſſis, de reliq. & ven. ſanct Tomo 4. diſp. 50 ſect. 3. §. Dico ſecundo.* Quod intellige non ſolum de indulgentijs totalibus, ſed etiam partialibus, id eſt plenarijs, & nō plenarijs. *Ibidem §. Secundo ergo, & §. Supereſt dicendum.* *Sylu. verb. indulg. q. 7. nu. 8. & q. 8. n. 22. Angel ver bo indulg.*

12 Indulgentia de iniunctis pœnitentijs etiam extēditur ad pœnas peccatorū, pro quibus pœnitentia non eſt iniuncta. Ratio eſt, quia illa adiectio, *A pœnitentijs iniunctis*, non eſt reſtrictiua, ſed potiꝰ ampliatiua, quia maius quid videtur remittere pœnas pro quibus ſacramentalis pœnitentia iam eſt iniuncta, quam *D. Tho. d. 20. q. 1. ar ti. 3. q. 1. Anton. 1. p. titu. 10. ca. 3. §. 3.*

quam reliquas pœnas: ergo cui conceditur indulgentia de pœnis iniunctis, non negatur de non iniunctis, si vel alias non habeat, vel nolit illas sibi relaxare. *Tomo 4. disput. 50. sect. 5. §. Dico tertio, & seqq.*

13 Indulgentia plenaria cum addito, *De pœnitentiis iniunctis*, ex se comprehendit omnes pœnitentias, siue iniunctas, siue non: quia illa particula solum est posita, vel ad maiorem declarationem, vt intelligatur indulgentiam plenariam esse de pœnis, & non de culpis; vel vt intelligatur extendi etiam ad pœnitentias iniunctas, vel deque, quia sub iniunctis comprehenduntur iniungendę, vel quæ iure iniunctæ sunt, & per hominem iniungi debent. Quanto magis (vt ait noster Doctor) non legitur vlla indulgẽtia plenaria cum illo addito concessa, sed absolutè, vt patet *ex Extrauag. de pœnit. & remiss. ex decret. Martini V. in fine Concil. Constant. Et ex decret. pro expeditione terræ Sanctæ Innocen. 3. in Concil Later. Tomo 4. disp. 50. sect. 3. §. Sed obijciet aliquis.*

Vide Supplementũ. Palud. d. 20. q. 4. Anton. 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 5.

14 Indulgentiæ effectus vnicus est secundum speciem. Est remissio pœnæ tẽporalis relictæ in foro Dei ex peccatis remissis quoad culpã. Vnde hæc indulgẽtia vnica est: & ita nõ recipit diuisionẽ, sicut enim motus ex termino, vel priuatio ex habitu, ita hic fauor indulgentiæ ex effectu, quẽ confert, suã velut speciẽ sortitur. Tamen secundum quantitatẽ est multiplex; quia remissio pœnæ tẽporalis nõ est sẽper ęqualis, sed maior, vel minor, iuxta liberalitatẽ cõcedentis, & formã cõcessionis. In hoc enim verum habet axioma. ff. *Indulgentiæ tantum valent, quantũ sonãt. Tom. 4. disp. 50. sect. 4. §. Quãuis indulgentia, & sequẽti*

15 Indulgentiæ effectus confertur in primo instanti, in quo opus requisitum consummatũ est: vnde solũ requiritur ex parte lucrantis indulgentiã, quod pro illo instãti vltimo sit in statu gratiæ, licet antea nõ fuerit. Duobus vero modis potest explicari, quid sit illud instãs. Primum est, vt sit vltimum in quo totum opus ad indulgentiã requisitũ physice, atque omnino consummatũ est. Secundũ est, vt sit illud in quo opus indulgẽtię, moraliter loquẽdo, consummatum est, quamuis physice loquendo non sit omnino transactum tẽpus, aut cõsummatus motus talis operationis. Tamẽ incertum est hoc totum: itemque non scitur instãs in quo detur effectus indulgentiæ cõcessæ morientibus in aliqua Religione, cõfertur enim in aliquo instanti in quo Deus scit. *Tomo 4. disp. 52. sect. 2. §. Dicendum existimo in fine. & §. Quod vero sit illud instans. & §. Et hinc obiter.*

16 Indulgentia non habet effectum recedente fictione, nec

est in Ecclesia potestas ad hoc concedendū. Probatur primo ex vsu Ecclesiæ, si enim caderet sub potestate Ecclesiæ, seu Pontificum, verisimile aliquē eorū fuisse vsurum tali potestate. Ergo ex ipso nō vsu perpetuo colligimus non cadere sub talem potestatem. Secundo, quia non omnia sacramenta conferunt suum effectum recedēte fictione, sed vel solus baptismus, vel ad summum illa, quæ sub aliqua ratione non iterātur: ergo multo minus necessarium fuit, quod per indulgentias dari possit effectus recedente fictione. *Tomo 4. disp. 52. sect. 2. §. Possum⁹ autem, & sequentibus.*

§. III.

Indulgentia quoad totalem, & partialem.

1 INdulgentia alia totalis, alia partialis: quæ diuisio significatur *à Clement. 6. in Extrauag. vnigenitus, de pœnit. & remiss.* Totalis dicitur illa, quæ totam pœnam remittit ei, cui applicatur. Partialis vero, quæ tantum remittit partem pœnæ. Item indulgentia plenaria est eadem, quam totalis, vt ex vi ipsius vocis manifestum videtur: tunc enim vere dicitur debitum plene remitti, quando totū remittitur. *Tom. 4 disp. 50. sect. 4. §. Hinc ergo, & seq.*

2 Indulgentia totalis secundum formalem rationem vnica est, & diuisionem non recipit. Est enim maxima, quæ fieri potest. Tamē ex parte subiectorū potest effectus huius indulgentiæ esse maior vel minor, quasi materialiter, quatenus vn⁹, qui talem indulgētiam lucratur, potest esse debitor maioris pœnę, quam alius, & ideo fieri etiā potest, vt indulgentia in illo maiorem habeat effectū quā in alio, hoc tamen est per accidens, & quasi materialiter, quia non aufert illam pœnam quatenus tantam, sed quatenus totam. *Tomo 4. disp. 50. sect. 4. §. Hinc ergo.*

3 Indulgētia, plena, plenior, & plenissima eundē per se effectum habēt, vt verius existimat noster Doctor: colligiturque *ex Extrauag. vnigenitus, de pœnit. & remiss. Extrauag. Quemadmodum, eodem tit. & ex decret. pro expeditione Terræ Sanctæ in fine Conc. Later.* vbi tantum conceditur plena peccatorum venia, quā constat fuisse plenissimam. Vtitur tamen *Extrauag. Antiquorum, de pœnit. & remiss.* hac distinctione ad maiorem declarationē rei, & ad tollendos scrupulos, qui oriri poterant ex varijs opinionibus. *Tomo 4. disp. 50. sect. 4. §. Quo circa secundum.*

4 Quando conceditur indulgentia plenaria, & simul aliqui dies, vel quadragenæ indulgentiarum, si hæ duæ concessiones ad diuersa tēpora, vel actiones possunt referri, tunc facilè fieri potest, vt pri⁹ cōcedatur indulgentia plenaria, postea vero tot

dies,

dies, vel quadragenæ, quia iam potest esse cōtractus nouus pœnæ reatus post priorem indulgentiam obtētam. Si vero constet totam illam indulgentiam sub eadē conditione, & diligentia ad idē momentū afferri sub ratione vnius integræ cōfessionis, tunc verisimile est, vltra indulgētiam plenariam, quā quis sibi lucratur, cōcedi alios dies, vel annos indulgentiæ, vt per modum suffragij offerre illos possit, etiamsi hoc expresse in rescripto non declaretur, quia (quod credēdum est) illud non frustra conceditur, sed aliquo modo vtili, nō occurrit autem alius modus: ergo. Quamuis noster Doctor fateatur non inuenisse similem formam concedendi indulgentiam in aliquo decreto iuris. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 4. §. *Sed dicet tandem aliquis.*

5 Quoties non additur signū, aut verbum determinans remissionem ad partē pœnę peccatorum, intelligitur totā pœnā remitti: atque adeo indulgētia est plena, aut totalis, v.g. si addatur particula plenaria, vel alia æquivalens, vel indulgētia omnium peccatorum; vel denique si indefinite dicatur, concedimus indulgētiam peccatorum: quia in his formis indefinita æquiualet vniuersali. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sec.* 4. §. *Vltimo circa.*

6 Indulgentia partialis est illa, quę non absolutè, sed cū aliqua additione determinātę remissionem, ad partē pœnæ conceditur. Cōstat enim posse hoc modo concedi indulgentiam: quia pœna potest per partes remitti. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 4. §. *Atque hinc tandem expositum.*

7 Particula de iniunctis pœnitētijs, magis est ampliatiua, quā restrictiua, vt facile intelligitur quando simul additur alia partialis determinatio, vt vnius anni, vel quadragenæ de pœnitentijs iniunctis, id est, etiam de illis, iuxta *cap. Cum ex eo, de pœnit. & remiss.* & communem expositionem. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 5. §. *Primus modus.*

8 Indulgentia concessa homini contrito, & confesso, ex vi illius particulæ non fit partialis, sed totalis, quia si quis legitimè cōfessus fuerit, quamuis multa peccata propter obliuionem, vel aliā legitimā causam in confessione omiserit, omnium plenā indulgētiæ cōsequetur, quia iā impleuit conditionē in indulgētia requisitā, & quoad effectū nulla est posita limitatio. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 5. §. *Alia dubitatio.*

9 Indulgentia de peccatis, de quibus quis contritus fuerit, & confessus, non est partialis, sed totalis, & simpliciter plenaria. Ita tenēt multi & graues Doctores, estq. pia & probabilis opinio, quæ potest confirmari ex *decreto pro expedit. terræ Sanctæ, in fine Conc. Later.* quia indulgentia inter fauores cōputatur, qui ampliādi sunt quantū verba patiū tur. *Anto. 1. p. tit. 10. c. 3 §. 5. Naua. in cōment. de indulg. not. 18. nu. 14.*

tur. Quod autem illa verba posſint ad hunc ſenſum ſine improprietate extendi, declarat noſter Doctor late diſtinguendo varios caſus, in quibus non eſt noſtri inſtituti morari. Vide *Tomo 4. diſp. 50. ſect. 5. §. Nihilominus alij ſentiunt.*

10 Indulgentia de peccatis, de quibus quis contritus fuerit, & confeſſus, complectitur peccata venialia, & mortalia, ſaltem indirecte per ſacramentum pœnitentiæ ablata, non tamen remiſſa tantum per ſacramentum in voto, quādo reipſa eſt neceſſaria confeſsio, vt hic, tūc enim ſi datur impotētia ad confitendum, non ſufficit propoſitum confitendi: ſecus vero quando confeſsio fuit facta, & non fuerunt aliqua peccata confeſſa, propter obliuionem, aut aliam legitimam cauſam, tunc enim manent omnia indirecte abſoluta, iuxta *Conc. Trid. ſeſſ. 14 ca. 5.* Quod ſufficit quoad indulgentiam obtinendā, etiam reſpectu illorū peccatorū quoad peccata venialia. Probatur: quia illa verba, *de quibus contriti, & confeſſi fuerint*, optime poſſunt intelligi ſecūdum partitionem accommodatam, id eſt, de vnoquoque peccato exigendo id, quod ad perfectam eius remiſſionem ſufficiens eſt, ſatis enim dicitur, quis de omnibus peccatis contritus, & confeſſus, qui de omnibus ſimpliciter eſt contritus, de mortalibus autē confeſſus, qui de omnibus his, de quibus neceſſe eſt, & ſufficit cōteri, contritus eſt, de quibus autem vltra hoc neceſſe eſt confiteri, confeſſus eſt. *Tomo 4. diſp. 50. ſect. 5. §. At vero, & ſeqq.*

vide Doct. in conclu. præcedēti.

11 Quando indulgentia conceditur de pœnitentijs iniūctis per aliquot annos, vel dies, dies vel annus in huiuſmodi indulgentijs proxime ſignificat duratione pœnitentialis ſatisfactionis in hac vita exhibitę pro peccatis; per indulgentiam autem remittitur non ſola ſatisfactio pœnitentialis, ſed etiā tanta pœna purgatorij, quanta per pœnitentiā vnius diei, vel anni remitteretur: quæ ſententia eſt communis. *Tomo 4 diſp. 50. ſect. 5. §. Eſt igitur communis, & ſeqq.*

Soto diſti. 21. q. 2. ar. 1. Cordub. q. 11.

12 Indulgentia certi temporis de pœnitentijs iniūctis, quādo in conceſsione non additur expreſſa determinatio de pœnitentijs iniunctis, anni, vel dies computādi ſunt ſecundum pœnitentias imponendas pro talibus peccatis iuxta prudentiā legitimi iudicis, quia neque talis indulgentia à nobis limitanda eſt, cum ex vi propriorum verborum non limitetur, neque aliter poteſt exponi, &c. & nō ſufficit quodlibet arbitriū, ſed prudens, & iuſtum; alias enim nihil eſſet certum. *Tomo 4. diſp. 50. ſect. 5. §. Ad ſecundam difficultatem.*

Sot. diſtin. 21. q. 2. ar. 1. & Cord. q. 32.

13 Probabile eſt illam particulam, ſeu determinationē de pœni-

pœnitentijs iniũctis non alia ratione positam fuisse antiquit°, nisi vt declararetur, illos dies, vel annos indulgentiæ, qui concedebantur non esse de annis purgatorij, sed de annis ecclesiasticæ pœnitentiæ, & ideo in principio quãdo non satis constabat de illo sensu, semper illa forma, exprimebatur; postea vero vsu indulgentiarum crescente, cœpit illa particula omitti, & indulgentia tot annorum, vel dierum simpliciter concedi, quia iam satis de vsu constabat, de quibus omnis sermo esset. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 5. §. *Atque ex his prius.*

14 Effectus huius indulgentię non cõmensuratur pœnitentiæ, vt habenti effectũ ex opere, operato, quia per indulgentiam nullum detrimentum patitur is, qui illam lucratur, ergo si ei remittitur tanta pœnitentia sacramentalis, vt nullum inde sentiat detrimentũ, necesse est ei tantam pœnã purgatorij condonari, quantam per talem pœnitentiam quouis modo remitteretur, ergo tã ex operantis, quam operato. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sect.* 5. §. *Ad aliam difficultatem.*

§. IIII.

Indulgentia quoad localem, personalem, & realem.

1 INdulgentia alia personalis, alia localis, alia deniq; realis. Indulgentia personalis, est illa, quę ita cõceditur personæ, vt illi talis fauor inhæreat, quia illi directe fit. Localis est, quæ quodammodo inhæret loco, in ordine ad personas, & dicitur concedi loco, quia conceditur hominibus in tali loco, & non extra illum. Realis vero est illa, quæ conceditur in gratiam alicuius rei mobilis, vt est imago aliqua, Agnus Dei, rosariũ, & simile, dum mediante aliqua harum rerũ conceditur aliqua gratia hominibus. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 1. §. *Circa hanc vero.*

2 Ad lucrandum indulgentiam localem requiritur vt impleatur cõditio, si aliqua postulatur, v. g. facere, vel recitare aliquid, talis enim concessio est quasi conditionata, quę non sortitur effectum, nisi ea impleta: quando vero nullum speciale opus exigitur, & concessio fit solum visitãtibus talem locum, requiritur, vt consequatur indulgentiam, quod accessus ad talem locum ex fide, & religione procedat, fiatque ad colendum in tali loco Deum, vel in seipso, vel in aliquo sancto, qui propter ipsum ibi afficitur honore. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 1. §. *Ex hac vero.*

3 Quando indulgentia conceditur templum visitantibus, non requiritur simpliciter ad eam lucrandam corporalis ingressus in Ecclesiam: secus vero, si verba cõcessionis expresse

Palud. in 4. *dist.* 20. *q.* 4. *n.* 36.

Palud. in 4. dist. 20. q. 4. nu. 46

se requirunt talem ingressum, vel actionem, quæ potest fieri sine ingressu Ecclesiæ, quia tũc si realiter non ingrediatur, nemo potest lucrari indulgentiam, etiãsi per vim, vel populi multitudinem impediatur. Itẽ si præcipiatur in Ecclesia sacrificare, non sufficit id facere iuxta Ecclesiam, etiam propter impedimentum; tamẽ sufficiet ob necessitatem sacrificare in cæmeterio, quia in fauorabilibus venit nomine Ecclesiæ. Itẽ quando dicitur visitare Ecclesiam, aut orare in Ecclesia, sufficere videtur id facere sine ingressu Ecclesiæ corporali, sed iuxta Ecclesiã, maxime quando homo facit quod in se est ad ingrediendum, & impeditur ob populi frequentiã. *Tomo 4. disp. 52. sect. 1. §. Quo circa in hac re.*

4 Destructa Ecclesia, si iterũ non ædificetur, extinguitur indulgentia; secus si iterum ædificetur in eodem loco, siue statim, siue post aliquod tempus, quia manet eadem numero, quoad solum, & quoad situm. Item non extinguitur si Ecclesia per partes tantum paulatim destruatur, & reędificetur: secus vero, vt verius iudicat noster Doctor, quãdo authoritate debita alio transfertur Ecclesia, quia iam non manet eadem numero. Vide *Gloss. in cap. Priuilegium de reg. iur in 6. Tomo 4. disp. 52. sect. 1. §. Magis ergo, & consequenter.*

5 Sub generali indulgentia concessa alicui oppido comprehenditur clerus. Est communis sentẽtia *in cap. Dilecti, de for. comp.* quia clerici sunt etiã pars Christiani populi, argumento cap. Duo sunt 12. quæst. 1. Item comprehẽditur in absoluta appellatione in fauorabilibus, vt est materia indulgentiarum, no vero in odiosis, vt in interdicto, vt patet *ex cap. Si sententia, de sent. excom. in 6. Tomo 4. disp. 52. sect. 1. §. Dicendum vero est.* *Bald. in leg. Cũctos populos, colu. 7. & 8. de sum Trinit.*

6 Indulgentia generaliter cõcessa extenditur ad concedentem: hæc est certa, vt patet ex vsu; Summus enim Pontifex lucratur indulgentias, quas concedit. Triplex autem modus huiꝰ participationis assignatur à Doctore. Primus, si Prælatus det alteri facultatem concedendi sibi indulgentias. Secundus, quando concessio fit directe communitati, & redundat in ipsum concedentem, tanquã partem cõmunitatis. Tertius, modus est, quo potest prẹlatus sibi ipsi indulgentiã concedere, nõ tantum secundario, & simul cũ tota communitate, sed etiã primario, ac sibi soli, & per seipsum, si alioqui rationabilis causa subsit ad talẽ indulgentiã sibi concedendam. Ratio est, quia in Pontifice non defuit iurisdictio, & actus, ipse non est talis, qui per se, & intrinsece requirat distinctionem personarum agentis, & patientis, seu concedentis, *D. Thom. in 4. dist. 2 art. 5. q. 4.*

dentis,& lucrantis indulgentiã, vnde non ex voluntate superioris.ff.Dei respectu Papę,& Sũmi Pontificis respectu prælati inferioris,sed propriam lucratur indulgentiam, vt est verisimile, cõtrarium enim affirmare,est diuinare sine fundamẽto. *Tomo 4.disp.52.sect.1. §. Statim vero,& seqq.*

§. V.

Indulgentia quoad dispositionem.

1 LVcraturus indulgentiam debet esse Ecclesiæ coniunctus per fidem, quia participatio indulgentiarum pertinet ad communionem Sanctorũ, quã non participant, nisi qui sunt membra Ecclesię,& sic hæretici,seu apostatæ nõ sunt capaces indulgentiæ, quamuis habeant externã fidei professionem, & vnionem cum Ecclesia,si interna fide careant.*Tomo 4. disp.52. sect. 2. §. Distinguimus, & seqq.*

2 Excõmunicatus est incapax indulgentiarum, ille enim etiã censetur membrum ab Ecclesia præcisum: ergo est incapax cõmunicationis eius, quamuis ponatur in gratia per contritionẽ, per excõmunicationẽ priuatur enim efficaciter omni communione ecclesiastica, præsertim interna, de omnibusque Ecclesiæ bonis.*Tomo 4.disp.52.sect.2. §. Statim vero.*

3 Pontifex concedens indulgentiam non censetur hoc ipso personam illã habilitare, quia indulgẽtia supponit statum,seu capacitatem recipientis,nõ vero cõfert illud nisi exprimatur, & ideo quoad hoc non est absoluta concessio,sed conditionata,quasi si per alium non steterit, & ideo semper conceditur facultas absoluendi ab excõmunicatione,vel ipsa etiam absolutio datur ad talem effectũ.*Tomo 4.disp.52. sect.2. §. Statim vero.*

4 Indulgẽtia non valet existẽti in peccato ad remissionẽ pœnæ illi debitæ, quia pœna non potest remitti, nisi prius remittatur culpa, & hoc est cõmune omni peccato,etiã veniali,quia non prouenit ex carẽtia gratię, sed ex duratione peccati,in hoc conueniunt Theologi. *Tomo 4. disp. 52. sect.2. §. Supposita ergo.*

5 Status gratiæ est omnino necessarius ad fructum consequẽdum,seu effectum indulgentię, qui est remissio pœnæ tẽporalis:est cõmunis Theolog.qui requirunt tria ad valorẽ indulgentiæ.ff.potestatẽ in dante,pietatem in causa, & gratiã in suscipiente; cõstatque ex Extrauag. vnigenitus,de pœnit.& remiss. Ratio est,quia homini inimico Dei, quãdiu in peccato existit, nulla remissio fit, neque quoad culpam, neque quoad pœnam, indign' enim est tali remissione. *Tomo 4. disp.52.sect.2.§. Nihilominus dicendum est.*

Adria.materia de indul. concl. 3.

Medi.eod. de orat. q. 25.

6 Gratia requiritur ad conse-

quen-

quendum effectum indulgentię, in instanti quo cōsummatur indulgentia. Ratio est, quia hæc dispositio necessaria est per se propter effectum indulgentiæ: ergo pro eo tēpore necessaria est talis dispositio, pro quo, seu in quo conferendus est talis effectus, & nō antea; vnde si multa opera requirantur, satis erit hominem esse in gratia, quādo vltimum perficit, quia tunc consummatur indulgentia, effectusque confertur. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 2. §. *Possunt autem.*

7 Confessio per se non est necessaria dispositio ad consequendum indulgentiæ effectū; quia non est necessaria ad obtinendum statum gratię, quæ sufficit ad talem effectum consequendum, nisi in forma indulgentiæ reipsa postulent, tunc enim est veluti cōditio sine qua nō. *Tomo* 5. *disp.* 52. *sect.* 3. §. *Hæc quæstio, & seqq.*

8 Summus Pontifex potest postulare actualē confessionē, vt conditionem necessario prę mittendam ad lucrandam indulgentiā, quod vsus satis probat. Erit autē sufficiens expressio talis cōditionis, si dicat, Prę missa, aut facta confessione, vel aliquid simile. At vero non requiritur cōfessio de venialibus, licet absolute confessio postuletur, sed tātum de mortalibus omnibus ante consequutā indulgentiā commissis, & existētibus in conscientia pœnitentis: vnde si homo intra tēpus præscriptum semel confiteatur, postea vero ante illud momētum in quo indulgentię fructus obtinendus est, iterum peccet mortaliter, necessariū est illud iterū confiteri, & non sufficit onteri de illo. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 3. §. *Circa posteriorem, & seqq.*

9 Quando in forma indulgentiæ postulatur communio, ex vi talis concessionis non requiritur actualis confessio, quia licet ex vi iurisdictionis, pręmittenda sit tunc confessio ad Eucharistiam digne sumendam, tamen indulgētia per se ad id nō obligat, non enim in cōcessione exprimitur. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 3. §. *Rursus vero inquiri.*

10 Quando indulgentia conceditur, *de omnibus peccatis cōfessis*, non est necesse ad integrū effectum eius omnia venialia confiteri, non enim requiritur (vt diximus cōclusione octaua) confessio venialium. Item quādo additur particula, omnium peccatorum, intelligitur tātum de mortalibus; fere enim impossibile est omnia peccata venialia confiteri. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 3. §. *Quod vero prius.* *Nauar. in comment. de iubil. n.* 18. *nu.* 17. *& not.* 30. *nu.* 6.

11 Quamuis indulgentia concessa sit sub hac forma, *vere pœnitentibus, ac confessis*, non requiritur actualis cōfessio, sed sufficit vera cōtritio. Ratio est, quia Pontifex per illa verba non intendit exigere cōfessionem, vt speciale opus necessarium ad in-

indulgentiam consequendã, vt eleemosyna, ieiunium, vel aliquid simile, sed solum, vt aliquis sit capax effectus indulgẽtiæ. *Tomo 4. disp. 52. sect. 3. §. Qua propter sententia hæc.*

12 Quando confessio requiritur ad effectum indulgentiæ, & fit nulla, aut talis, quæ ad verum sacramentum non sufficit, nec indulgẽtia, nec aliquis eius fauor, v.g. absolutio à reseruatis, commutatio votorum, &c. obtinetur, non tã propter gratiæ defectum, quã propter conditionem necessariam non impletam, quia sicut indulgentia sub tali cõditione conceditur, ita etiam omnis fauor illi adiunctus: sec⁹ si cõfessio valida fuit, vel quando fit informis, licet propter obicem peccati proprius effectus indulgentiæ impediatur, per talem enim confessionem impletur cõditio necessaria, & requisita à Pontifice. *Tomo 4. disp. 52. sect. 3. §. Vltimo circa hanc, & seqq.*

13 In remissione pœnæ per indulgentias, nõ attẽditur personalis dispositio, præter habitualem gratiam, cum circunstantiæ personales sint variæ, & sæpe mere interiores, de quib⁹ homines non iudicant, sed attenditur valor operis satisfactorij facti cum debitis circunstantijs, vt patet ex multis cõclusionibus supra, quãuis valde probabile sit, considerandũ esse statũ in quo aliquis lucratur indulgẽtiam, & fauoré, ac deuotionẽ, qua se disponit, & secundum illam mensurãdum esse fructum talis indulgentię, & sic talis indulgentia, non habet in omnibus æqualem fructũ, sed maiorem in melius dispositio, licet in omnibus sit fructus septenis, v.g. iuxta tenorem indulgẽtiæ, tamen illi anni vberiores sunt in melius dispositio: quæ interpretatio est consentanea optimæ prouidentiæ, vt fideles diligenter se præparent ad indulgentias lucrandas. *Tomo 4. disp. 50. sect. 5. §. Nihilominus non recedendum.*

14 Axioma Theologorũ est receptum, quod tria requiruntur, & sunt necessaria, sufficiũtque ad valorem, & fructum indulgentiæ. ff. potestas in concedente, gratia in recipiente, & pietas, seu proportio in causa, de quibus late §. sequẽti. *Tomo 4. disp. 52. sect. 4. §. Nihilominus dicendum.*

15 Potest interuenire causa pia absque nouo opere ex parte lucrantis indulgentiam; quia potest dari per modum gratitudinis, propter aliqua Ecclesiæ exhibita, in quibus potest esse sufficiens ratio ad talem remissionem absolute faciendam sine impositione noui operis: vnde non est simpliciter, & absolute necessarium, vt indulgẽtia concedatur sub conditione alicuius operis ad effectũ eius cõsequendum, quãuis hoc possit

esse

esse necessarium ad indulgẽtiæ valorem, nimirum quando causa indulgentiæ talis est, vt sine interuentu talis operis, vel non sit sufficiẽs, vel non possit conuenienter ad finem indulgẽtiæ applicari. *Tomo* 4. *disp.* 52 *sect.* 4. §. *Nihilominus dicendum, & seqq.*

16 Opus iniunctum non est dispositio necessaria ex parte subiecti ad indulgentiam, sed ex parte causæ finalis: quia talis effectus nõ requirit specialem dispositionẽ in recipiente præter statum gratiæ, aut culpæ remissionem: si ergo aliquando necessarium est tale opus, id potius est ex parte causæ finalis cuius gratia cõceditur. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 4. §. *Ex hic dictis tamen.*

17 Quoties indulgentia conceditur sub tali forma, vt certũ aliquod opus requirat, nemo il-
Bonau. p. 2 lam lucratur, nisi tale opus exe-
art. 1. *q.* 4. quatur, licet per impotentiam,
D. Thom. vel naturalem obliuionem, vel
quodlib. 2. quamlibet aliã causam, quantũ-
art. 16. uis inuoluntariam, opus omitta tur, nisi in ipsa cõcessione talis exceptio declararetur, quia indulgẽtia solum operatur iuxta voluntatẽ concedentis expressam per formam. *Tomo* 4. *disp.* 42. *sect* 5. §. *Regula generalis est.*

18 Qui partem iniuncti operis impleuit, nihil indulgentiæ lucratur, nisi id ipsum in forma
Anton. 1. exprimatur. Ratio est, quia con-
p titu. 10. cessio est vnica, & quasi indiui-
ca. 3. §. 4. sibilis, sub tali determinata conditione, & ideo qui totum opus non implet, nihil consequitur, simpliciter enim non implet conditionem appositã. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 5. §. *Quæri vero.*

19 Qui ex opere iniuncto partem minimã prætermittit, lucratur indulgentiam, quia in moralibus parum pro nihilo reputatur, tamen pars minima debet cõsiderari respectiue, nã si concedatur indulgentia recitanti quinquies orationem dominicam, & Angelicam, & quater tantum dicatur, non obtinebitur indulgentia, quia licet id quod omittitur, videatur in se parua materia, tamen respectu totius operis iniũcti est magna pars. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 5. §. *Quæri vero in fine.*

20 Potest Pontifex si velit, concedere indulgentiam propter opus merè internum, qualis est contritio, oratio mẽtalis, seu deuotio, cõstat ex vsu, solet enim concedi indulgentia his, qui singulis noctibus examen conscientię faciunt, & de peccatis dolent, constituũtque ea vitare. Item conceditur indulgentia ei, qui in mortis articulo corde protulerit nomen Iesu, si non potuerit ore. *Tom.* 4. *disp.* 52 *sect.* 5. §. *Et ideo dicendum.*

21 Per se loquendo non est necesse, vt opus iniunctum in *Sylu. verb.* gratia fiat, si præcedat tempus, *indulg. nu.* in quo dandus est fructus, tunc 32. enim est necessaria gratia propter

pter fructū, & nō propter op', est cōmunis; quia si Pontifex potest concedere indulgētiam talis operis sub cōditiōne, abstrahendo ab hoc quod in gratia, vel ex gratia fiat, ergo quoties aliud non declarat expresse, ita interpretādum. *Tomo 4. disp. 52. sec. 5. §. Nihilomin° dicēdū, & seq.*

22 Opus iniunctū, vt conditio necessaria ad lucrandā indulgētiam, debet esse honestū ex suo genere, vt est certū, alioqui indulgentiā cōcedēs exigeret opus pietati repugnās, quod est contrariū potestati eius, quę data est in ædificationē, & non in destructionem, quāuis nō sit in indiuiduo, quia non repugnat Pontificem solum designare, vt conditionē necessariā ad consequendā indulgentiam, opus ex genere suo bonum, non exigendo omnes circunstantias necessarias ad bonitatē moralē actus in indiuiduo. *Tomo 4. disp. 52. sect. 6. §. Pars affirmans, & seqq.*

23 In efficiente opus, vt ad cōsequendam indulgentiā valeat, requiritur intētio formalis, aut virtualis lucrādi indulgentiam, siue sit intētio principalis, siue non, & quamuis conditionalis per expressum propositum cōcipiatur, quia hic conditionalis nihil ponit in esse, neque excludit in prę̄senti absolutam voluntatem lucrandi indulgentiā per tale opus, quod satis est. *Tomo 4. disp. 52. sect. 6. §. Addit tamen hic autor.*

24 Opus indulgētiæ nō est necesse, vt in se, ac formaliter supernaturale sit, quia hoc non sē per postulatur vt cōditio necessaria ad indulgētiā: vnde nō est necesse, vt in se, ac immediate ab auxilio gratię procedat, quia hoc solū est necessariū ad opus supernaturale, loquēdo per se, ac regulariter, & de vno singulari opere, vt nūc loquimur, sed tantum mediate, remote, & imperatiue procedit. *Tomo 4. disp. 52. sect. 6. §. Atque ex his.*

25 Opus indulgentiæ, v. g. dare eleemosynam, &c. potest fieri ministerialiter per alios. ſſ. per famulum, quia licet famulus sit, qui immediate præbet pecuniam, tamen Dominus est, qui principaliter facit eleemosynam, quia de bonis eius, & iussu fit; nisi aliud exprimatur in forma. *Tomo 4 disp. 52. sect. 7. §. Aduertendum est.*

26 Opus indulgentię non potest per alium tāquam per principalē causam fieri, si tale opus iniungitur vt conditio necessaria, quia tunc ad lucrandam indulgentiā necesse est vt personaliter fiat; secus est, si tenor indulgentiæ solum postulet visitare Ecclesiam, & similia per se, vel per alium, vt patet, & tunc solum erit necessarium quod opus fiat aliquo modo ex volū tate, seu petitione eius, qui lucraturus est indulgentiam, alioqui enim non potest dici per alium operari. *Tomo 4. disp. 52.*

sect. 7. §. *Alio modo, & sequenti.*

27 Quando sufficit ex forma indulgétiæ opus per alium exequi, operãs non est necesse, vt sit in gratia, etiamsi fructus indulgentiæ statim conferendus sit, quia nec in illo est necessaria, vt principium, vel forma talis operis, quia non est necesse, vt tale opus sit meritoriũ, nec vt dispositio auferens obicem, quia fructus indulgentiæ nõ est conferẽdus ei, qui operatur, sed alteri, cui⁹ iure operatur. *Tom* 4 *disp.* 52. *sect.* 7. §. *Hic vero statim.*

28 Non potest quis alteri donare indulgentiã committẽdo illi opus ad indulgentiã necessarium: quia si hoc in forma indulgentiæ nõ est expressum, clarum est non posse fieri: si autẽ est expressum in forma, iam nõ vnus concedit alteri indulgentiam, sed Pontifex. Potest tamẽ lucrari alteri indulgentiam illo inscio, si forma illud exprimat, quia tunc non operatur tanquã gerẽs vices illius, sed tanquam principaliter, & sua voluntate operans, & donãs alteri fructũ, quem sibi fortasse posset retinere: vnde nec scientia, nec consensus requiritur ex parte eius, cui offertur indulgétiæ fructus, quia non tam actiue, quam passiue se habet, sicut anima in purgatorio, pro qua alius indulgentiam lucratur. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 7. §. *Est autem notanda.*

29 Omnes facientes opus ad indulgentiã requisitum, statim, æqualem formaliter fructũ assequuntur. Omnes enim assequũtur totum fructum, in quo formaliter non reperitur magis, & minus. Audi verba *D. Tho. in* 4. *distin.* 1. *art.* 3. *q.* 2. *ad* 4. dicentem: *Quod ille, qui est vicinus Ecclesiæ, & etiam Sacerdotes, & clerici consequentur tantam indulgentiam, sicut illi, qui veniunt à mille dietis.* Quia remissio nõ proportionatur labori, sed meritis, quę dispensantur. *Tomo* 4. *disp.* 57. *sect.* 8. §. *Ratio dubitandi, & seq.* *D. Thom.*

30 Opus meritoriũ, vel satisfactoriũ secundũ se nihil refert ad indulgentiã ex parte operantis: quia remissio, seu effect⁹ indulgentiæ nõ innititur proprio merito, & satisfactione operantis, & ideo inęqualitas operis in hac perfectione nihil refert ad inæqualitatem effect⁹ indulgentiæ, v. g. magis deuotio, seu maior dispositio actualis, &c. Solũ ergo opus iniunctũ est necessariũ ad indulgentiã ex parte pię causæ, & nõ ex parte operãtis, quia ad effectũ indulgentiæ nulla alia dispositio requiritur in recipiẽte, quam ablatio culpæ, & status gratiæ. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 8. §. *Nihilomin⁹ prior, & seqq.* *Maior in* 4. *d.* 20. *q.* 2. *D. Tho. ibid. d.* 1. *art.* 3. *q.* 2. *nd* 4.

31 Quãdo opus præcisè sumptum non est sufficiens ad complendã causam indulgãtiæ adæquatã, tunc perficiens tale opus non consequitur totũ indulgentiæ effectum, & alius aut maiori deuotione, aut frequentia efficiens tale opus, maiorẽ remissionem

sionē consequetur: quæ inęqualitas nō provenit præcise ac formaliter ex inæqualitate operis, sed ex eo quod indulgētia non habebat causā proportionatā, & adęquatā ex vi solius operis. *To. 4. disp. 52. sect. 8. § Prima ergo*

32 Quādo indefinita eleemosyna complet piam causam, dās minimā, lucratur indulgētiam; quia conditio in indulgētia postulata sufficiēter impletur, nisi forma virtute, ac formaliter diuersam pro diuersis personis postulet. Audi *D. Tho. in 4. dist. 1 ar. 3. q. 2. ad 3.* dicentem: *Quando datur indulgētia indeterminate, v. g. ei, qui dat auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligitur, tale auxiliū, quod sit conuenięs ei, qui auxilium dat, & sciendū illud plus, vel minº indulgentiā consequetur: vnde etiā aliquis pauper dans vnum denariū consequitur totam indulgentiā, non autem diues, quem non decet ad opus tam piū & fructuosum ita parum dare, sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium dare, si ei obolū det.* Hęc D. Tho. Quę verba intelligenda sunt de forma postulante virtuem, ac formaliter diuersam eleemosynā pro diuersis personis. *Tomo 4. disp. 52. sect. 8. §. Atque eodem modo.*

D. Thom.

33 Quādo indefinita eleemosyna complet piā causam, diues tribuens tā parum auxilium, vt non attingat minimā quantitatē sibi proportionatā, nihil omnino de indulgentia comparat; quia simpliciter non implet cō ditionem proportionatam, & postulatā, respectiue intellectā, prout intelligenda supponitur. Item cū maior indulgentia conceditur ei, qui magis donat, aut laborat, vnusquisq; lucratur pro qualitate operis; quia sūt veluti diuersæ indulgentiæ, vt patet. *Tomo 4. disp. 52. sec. 8. §. Sed quid.*

34 Non potest quis per idem opus lucrari indulgētias diuersis viis concessas, id est, per distincta priuilegia, quia vnaquęque postulat talem actum applicatum ad talem finem, vel effectum, vt causam saltem partialem talis concessionis. Idem autem actus finitus applicatus ad multa minor est in singulis. *Tomo 4. disp. 52. sect. 8. §. Loquendo tamen singulariter.*

35 Sollicitudo satisfaciendi pro pœna propria nō est dispositio necessaria ad fructum indulgentiæ, fuit opinio tā Theologorum, quam Canonistarum, dicentium, ex parte recipientis nihil aliud requiri, nisi statum gratiæ, & quod opus iniunctum impleat. Ratio est, quia potestas concedendi indulgentiam ex rationabili causa est efficax, & infallibiliter habet effectum, quem intendit dispensator, & per sua verba declarat, remoto obice ex parte recipientis: sed dispēsator absolutè cōcedit indulgentiā faciēti tale opus, per quod impletur iusta causa indulgentię: ergo infallibiliter habet effectū in eo, qui est in gra-

Theologi in 4. d. 20.

Tomo 4. disp. 52. sect. 9. §. Nihilominus contraria, & seqq.

§. VI.

Indulgentia quoad causã finalẽ.

1 DVplex est finis indulgentiæ. ff. intrinsecꝰ, & extrinsecus: finis intrinsecꝰ, est remissio pœnæ: extrinsecus vero est causa mouẽs concedentẽ ad indulgentiã dispensandã. ff. indulgentia, vel licita, vel valida sit. *Tomo 4. disp. 54. §. Post materialẽ causam, ante primam sectionem.*

2 Necessaria est aliqua causa honesta ac pia, ob quã expediat indulgentiam, eiusque effectus concedere, quæ distincta sit ab ipso effectu, seu fine intrinseco indulgentiæ. Est communis omniũ scribẽtium in hac materia. Ratio est, quia hæc potestas data est in ædificationẽ, & non in destructionẽ. Item quia Sũmus Pontifex cum sit tantũ dispẽsator ministerialis, & nõ suprem⁹ dominus, nõ potest condonare debita prout voluerit sine aliqua causa, sicut potest Deus ratione dominij supremi. *Tomo 4. disp. 54. sect. 1. §. Dicendum ergo.*

3 Indulgentia debet concedi proportionata ad causam, seu quantitati eius, vt cõcessio prudens sit, & recte facta: nam quo maior fit remissio, siue intẽsiue, ideſt quoad grauitatẽ pœnę, siue extensiue, id est quoad plures personas vel actꝰ, eo maior requiritur causa cũ proportione, quod potest ex generali ipsa ratione prudentis operationis, ac dispositionis, & data proportionata causa semper concessio indulgẽtiæ recte fit, quãtum est ex se, seu ex suo genere, si ex parte operãtis non adiungatur aliqua alia circunstantia, aut praua intẽtio, v. g. si concedatur propter auaritiam, vel aliquid simile. *Tomo 4. disp. 54. sect. 1. §. Atque hinc infertur.*

4 Causa pia est necessaria ad valorem indulgentię, quia Summus Pontifex nõ est Dominus, sed tantũ dispensator Ecclesiastici thesauri. Audi *Paulum 1. ad Corint. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum Dei;* & attentius *Petrũ 1. ca. 4. Sicut boni dispẽsatores multiformis gratiæ Dei.* Quæ conditio requiritur ex intẽtione Christi, quæ non ex speciali reuelatione, sed ex ipsa rei natura, tali potestate suppositа, colligẽda est; nec Pontifex habet potestatẽ concedẽdi indulgẽtias, aliter quam cum causa pia, licet enim habeat talẽ potestatem, nõ est nisi sub tali modo & cõditione. *Tomo 4. disp. 54. sect. 2. per totam.* *Vide Clestici thesauri. Audi Paulum 1. ad ment. in Corint. 4. Sic nos existimet homo vt Clement. ministros Christi, & dispẽsatores my vnigenit⁹ steriorum Dei; & attentius Petrũ de pœnit. 1. ca. 4 Sicut boni dispẽsatores mul & remiss. tiformis gratiæ Dei.*

5 Quamuis indulgẽtia sit nulla ex defectu causæ, tamen aliæ facultates sine illa datę, sunt validæ, v. g. facultas ad eligendũ confessorẽ, absolutio à casibus reseruatis, dispensatio in votis, &c. quia hæc omnia pendẽt ex iure humano pręcise, seu ex voluntate Põtificis: cõcessio vero in-

indulgentiæ includit dispensationem in iure diuino. *Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 2. §. *Secundũ dubiũ.*

Alberto Mag. in 4. *dist.* 20. *ar.* 17.

6 Item ad valorem indulgentiæ, non solum causa pia, & honesta in se, sed proportionata effectui, seu quantitati eius requiritur. Ratio est, quia Pontifices non solum requirunt piam causam, sed iustam, & rationabilem, vt patet *ex Clement. 6. in Extrauag. vnigenitus, de pœnit. & remiss. & Leon.* 10. *in epist. ad Caiet. & Mart.* 5. *in Conc. Constant. sess. vlt. Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 3. §. *Est ergo tertia sententia, & seqq.*

7 Triplex dari potest proportio inter causam, & effectũ indulgentię. ff. proportio æqualitatis, inæqualitatis, maioris, & minoris: vnde ad valorem indulgentiæ sufficit proportio æqualitatis, vel inæqualitatis maioris, quia ibi includitur proportio æqualitatis, vel aliquid amplius; si autẽ fuerit proportio inæqualitatis minoris, tunc manet indulgẽtia nulla, & procedit conclusio 6. *Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 3. §. *Hæc igitur sententia.*

8 Indulgẽtia excedens proportionatã causam, valet quantum ad effectũ proportionatũ, quia hoc pendet ex volũtate concedentis, nam quoad hoc habet hanc potestatem, & vult concedere quantũ potest. Tamen impleus partem operis iniũcti, nihil lucratur, quia voluntas concedentis indulgẽtias, est conditionata: vnde si cõditio non adimpletur, nihil fit, etiãsi pars illa sit adæquata totæ indulgẽtię, deest enim volũtas concedẽtis. *Tom.* 5. *disp.* 54. *sect.* 3. §. *Hic vero quæret.*

9 Proportio causę ad indulgẽtiã pensanda est prudẽti morali existimatione ex debita habitudine inter mediũ & finẽ, seclusis enim alijs modis æqualitatis, nullus alius supereſt, quo posit hæc proportio declarari: vnde infertur non cõsistere in indiui sibili, sed habere riguroſi moderati, & mitissimi pretij intra rationẽ iustitiæ, & æqualitatis; nec sumendã semper in reipsa, sed prout cadit sub prudẽtem electionẽ dispensantis, quia nõ plus petit Christ⁹ dñs à suo ministro, nisi vt fideliter, ac prudẽter thesaurum dispensẽt, audit illũ dicentem: *Matth.* 24. *& Luc.* 12. *Quis putas est fidelis seru⁹, & prudens? Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 3. §. *Secundo obseruandum, & seqq.*

Cordub. q. 6. *de indul gent. & q.* 22. *Gerso. tract. de in dulg. q. consid.* 9.

10 Causa existimata sufficiens ad indulgentiã sufficit, licet nõ ad alios effect⁹ ex opere operato. Ratio est, quia in sacramẽtis v. g. in absolutione sacerdotis, dispositio est necessaria ex parte recipientis, & ex parte effectus conferendi, qui cõgrue fieri non potest in subiecto indisposito, quæ improportio non suppletur per existimationem, aut prudẽtiale iudiciũ, hic vero iusta causa solum requiritur ex parte concedentis, ad hoc autẽ sufficit, vt causa sit sufficiẽs, pru-

dens existimatio illius, ergo. *Tomo 4. disp. 52. sec. 3. §. Propter hoc.*

11 Eadem causa sufficit ad cõcedendam indulgentiã, siue in satisfaciendo negligentes sint, siue diligentes: quia non est cõtra rationem indulgentiæ velle etiã satisfactionem differre, donec per indulgentiam redimi possit; nec illa voluntas, cũ pec caminosa non sit, facit hominẽ indignũ hoc beneficio. *Tomo 4. disp. 52. sect. 9. §. Nihilominꝰ tamẽ.*

12 Indulgentia, quæ toti Ecclesię cõceditur, regulariter includit causam cõmunem immediatè pertinẽtem ad vtilitatem totius Ecclesiæ, vel certe alicuius partis eius principalis, vt vnius Regni, vel Prouinciæ. Hoc enim rectè probat vsus Ecclesiæ; quia causa debet esse effectui proportionata. *Tom. 4. disp. 54. sect. 4. §. Primò igitur.*

13 Indulgentia cõcessa personis mediante aliquo loco, satis est, vt habeat causam ad illũ pertinentem. Ratio est, quia iuxta modum indulgẽtiæ, debet esse modus causæ, & vtilitatis eius; sic enim seruatur proportio. Hoc enim modo conceduntur indulgentiæ visitantibus hanc, vel illã Ecclesiã: & celebris indulgẽtia anni iubilęi visitãtibus Apostolorũ limina; & in dedicatione alicuiꝰ tẽpli cõceditur indulgentia specialis omnibus accedentibus, iuxta *cap. Quod autẽ, de pœnit. & remiss. To. 4. disp. 54. sec. 4. §. Hic tamẽ aduertere.*

14 Non est necesse vt causa indulgentiæ sit immediate spiritualis. Vsus Ecclesię cõfirmat hoc, & patet. Potest enim esse temporalis, vt defensio Ecclesię ab hostibus, expulsio famis, aut pestis, &c. Et hac ratione cõceduntur etiã in die alicuius sancti, vt constat *ex Clemen. vnica de reliq. & vener. Sanct.* quoad festũ corporis Christi. Itẽ *ex Extraua. 1. eodẽ tit.* quoad festum Conceptionis. Itẽ colligitur *ex cap. Cũ ex eo, de pœnit. & remiss.* vbi proponitur causa indulgẽtię, quoad erectionem, aut sustẽtationem hospitalis. Itẽ deniq; non oportet causam oriri ex malo imminenti, sed sufficit boni augmentũ, quę causa modo minime est in vsu. *Tomo 4. disp. 54. sect. 4. §. Rursꝰ aduerto, & §. Tandẽ aduerto.*

15 Quãdo indulgẽtia est particularis, sufficit particularis causa illi proportionata; quia sufficientia huius causæ non fundatur in vniuersalitate, sed in honestate & proportione. Tamẽ nõ sufficit in particulari persona causa euadẽdi pœnas purgatorij: necessaria enim est in eadẽ persona, aliqua alia honesta, & grauis causa, quæ in hoc sit proportionata quãtitati indulgẽtiæ. *Tomo 4. disp. 54. sect. 4. §. Secundo dicendũ est, & sequenti.*

16 Particularis, seu personalis causa, interdum sufficit, vt vniuersalis indulgentia concedatur: quia interdũ talis esse persona potest, vt eius necessitas,

vel

vel vtilitas, reputetur grauissima, & talis, vt merito possit per tale medium procurari, vt, v.g. pro impetranda salute Regis, aut Prelati, aut alicuius viri vtilissimi Reipublicæ, indulgentia cõcedatur. *Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 4. §. *Addo vero vlterius.*

17 Intercessio alicuius personæ, seu petitio, potest cõferre ad causam indulgentiæ cohonestandam, seu augendam; quod ostenditur exẽplo Dei, qui vni precibus alteri ignoscit. Tamẽ non sufficit sola, quia quod Põtifex id faciat, vt suam voluntatem, & desideriũ expleat, non satis est: cur ergo sufficiet solũ ad explendam voluntatem alterius rogantis, nulla alia causa honesta, sufficienteque interueniente? *Tomo* 4. *disp.* 54. *sect.* 4. §. *Atque hinc vlterius.*

Vide 35. *q. cap. Veniã, ex Innocent.* 1. *epist.* 23. *ad Episcopos Macedoniæ, & Cyprian. epist.* 15.

18 Põtifex sibi solũ, vel simul cũ aliis, indulgentiã concedere potest, quia huiusmodi actº nõ requirit distinctionem personarum. Item si Papa potest secum tantum dispensare; cur non poterit vti dispensatione thesauri in aliqua indulgentia? siquidem potest esse causa, vt sibi indulgẽtias concedat, cur enim non potest Prælatus seipsum per indulgentiam prouocare ad illum actum exercẽdum in vtilitatem Ecclesiæ, quem alioqui ex officio facere tenetur? *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 1. §. *Atque hinc, & seq.*

19 Vbi euidenter non constiterit indulgentiã sine legitima causa esse concessã, contẽnenda non est, nec minoris efficaciæ reputanda, quam verba sonãt: quia superioris factum semper præsumendũ est legitimũ, quod maxime verum habet in Summo Pontifice, propter eius prudentiam, sanctitatem, & auxiliũ Dei, quod habet ad gubernãdũ *To.* 4. *disp.* 56. *sect.* 3. §. *Dico tertio.*

§. VII.

Indulgentia quoad formam.

1 FOrma concedendi indulgentias est duplex: vna continens indulgẽtiam latã, & alia ferendam, v.g. quãdo aliquando concedit alicui Papa, vt cũ venerit ad articulũ mortis possit à confessore absolui, nõ solũ à culpa, sed ab omni pœna, & est ferenda: vel quando Papa concedit alicui indulgẽtiã, eo ipso, quod in gratia, & omnibus culpis remissis moriatur, & hęc est indulgentia lata. Differũt tamẽ inter se in hoc, quod indulgẽtia ferẽda prẽter primariã concessionẽ Pontificis, necessarius est actº alterius hominis, vt effectus fiat: in lata vero minime, sed posita conditione, ipse Põtifex immediate absoluit. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Aduertendũ est, & sequẽ.* *videFelin. tractat. de indulg. nu.* 16. *Anto.* 1. *p. tit.* 1. *cap.* 3. *Cordub.* q. 39.

2 Indulgentia non dicitur odiosa, quia eneruat pœnitẽtias iniunctas, & continet dispensationem bonorum communiũ; sed quia non est extendenda ad personas, vel actiones, aut casu

similes, sed iuxta tenorē verborum, & quoad illum præcisè limitāda, & restringenda, non verò quod vltra tenorem ipsorū verborū liceat nobis addere aliquid, quo tenorē ipsum restringamus, hoc enim & contra rationē est, & cōtra omne ius. *Tomo* 4. *disp.* 50. *sec.* 3. §. *Dico secūdo.*

3 Vt indulgentia ferēda comparetur requirit nouā formam prēter primariā concessionem: quia per illā concessionem data fuit potestas, non vero fuit facta ipsa indulgentia; sed hęc postea fieri debet ab illa potestate: ergo necessaria est noua forma per quam fiat. Non enim fit per solā interiorem voluntatē, quæ forma est eiusdem rationis cum illa, quā solet indulgentia concedi actualiter, & ipso facto ff. *Cōcedo tibi tot annos indulgētię*, vel quid simile, iuxta tenorem priuilegij; solent autem in Bullis longissimę formæ apponi ad has indulgentias concedendas; sed vt omnes Doctores aduertunt, nō est necessarium omnes illas proferre: nec ordinariè a Pontifice ponūtur, sed à Commissarijs, qui bullas trāscribūt, magis ad instructionem, & compendiosam narrationem gratiarum, quā ad vsum absolutionis. Vnde illa verba, *Auctoritate Sedis Apostolicæ mihi commissa, concedo tibi talem, vel talem remissionem*, non sunt necessaria: nam quod id fiat auctoritate Sedis Apostolicæ supponendum potius est, quā in forma declarandum, etiamsi conuenienter dici possit. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Ex dictis ergo.*

4 Per excommunicationem ferendam per se, & ex vi illius non delegatur potestas ad illā ferendā: sed solum transgressor præcepti fit reus excommunicationis, quam ille debet imponere, seu aliàs habet ius excommunicādi, seu exequendi talem legem. At vero indulgentia ferēda intrinsecè habet delegare potestatem ad concedendā indulgentiam: quia hæc potestas regulariter non est ordinaria in cæteris: vnde non inuenitur in his, per quos præstanda conceditur, nisi per ipsammet concessionem detur. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Aduertendum est.*

5 Non est necesse, vt in forma indulgentiæ quantitas, vel materia remissionis indicetur; sed sufficit intentio cū cæteris circunstantijs externis, quę sem per occurrunt. Vnde in articulo mortis sufficiunt ista verba, *Ego te absoluo*, sub duplici intention. ff. faciendi sacramentum, concedendi indulgentias prolata; quia sicut verbū, *Absoluo*, de se est indifferens ad peccata, & ad indulgentiam, & alia; suppositā vero confessione sacramentali ex intentione sacerdotis sufficienter determinatur ad peccata, etiamsi in ipsa forma non exprimantur: ita suppositā petitione pœnitentis postulantis

tis absolutionem secũdum suũ indultum, sufficienter determinatur ad concedendã indulgentiam, in tali vel tanta quantitate. Vnde simpliciter necessariũ solum est verbum quodcunque significans remissionem de præsenti, seu indicatiui modi huic personæ concessam, vt *Remitto tibi*, vel *Absoluo te, &c.* Item denique non requiritur, vt is, cui talis indulgentia cõceditur, percipat, vel intelligat sibi cõcedi, quia sicut potest absolui à peccatis, & à cẽsura nõ intelligens, ita etiã potest absolui quoad indulgentiã. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Dubitari vero potest, & sequẽti.*

6 Confessor potest indulgentiam cõcedere per verba absolutionis sacramentalis, etiamsi nihil sciat de indulto pœnitẽtis, si ergo vniuersalem intentionẽ habeat. ff. absoluẽdi à culpa, & à pœna virtute alicuius indulti pœnitentis, licet ab illo non petatur; quia ex parte confessoris intentio sufficit, & verba sufficiunt; ex parte vero recipientis non deest saltem virtualis intẽtio, & voluntas, & interpretatiua videtur ad hoc sufficere: nã si hæc intentio sufficit ad recipiendam extremã vnctionem; cur non sufficiet ad indulgentiam? *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Vltimo infero.*

7 Non sufficiunt, vt intelligatur concessa potestas concedẽdi indulgentias, verba communia indulgentijs, & absolutioni sacramenti: quia sub concessione generali non veniũt ea, quæ non esset quis in specie verisimiliter concessurus. *cap.* 2. *de pœnit. & remiss. in* 6. *cap.* 3. *de offic. Vicar. in* 6. Sufficit tamen generalis concessio intra latitudinẽ indulgentiæ; quia hoc sufficienter exprimitur in tali forma. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Atque hæc videntur, & sequenti.*

8 Episcopus concedens alicui potestatem concedendi indulgentias indefinitè & absolute, videtur concedere totã suã potestatẽ concedendi illas. ff. quas ipse potest cõcedere; quia nec est aliquis probabilis ratio, vel modus limitandi illam concessionem; cum sit de se valde limitata. Tamen si dicat indefinite in singulari, *Concedo tibi potestatẽ dandi indulgentiam*, ex vi verborum solũ concedit potestatem semel concedendi indulgentiã; aut loco, aut personæ, de qua est sermo. Quantitas vero indulgentiæ erit tota, quam Episcopus potest concedere cũ proportione ad occasionem, cuius gratia conceditur. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Alio modo potest.*

9 Summus Pontifex concedens alicui indefinite, & generaliter facultatem concedendi indulgentias, etiã quascunque; nõ intelligitur de potestate cõcedendi illas defunctis, nisi specialiter exprimatur: quia hæc potestas est valde propria Summi Pontificis, quam iure ordi- *D. Tho. d.* 45. *Bonau. d.* 20. *Alens. q.* 83.

nario alteri non concedit: & ita declaratum est. Idem dicendū de indulgentia plenaria, nisi in specie proferatur, vt constat ex quadam declaratione cuiusdam regulæ cancellariæ: vnde quando sua Sanctitas vtitur generali clausula, concedit tantum facultatem, quam ordinarij pastores sub Pontifice habēt, sicut quando Pontifex cōcedit alicui absolutam potestatem audiendi cōfessiones & absoluendi, non cēsetur maiorem iurisdictionem concedere, quam parochi ordinarij habent: secus si aliud declaret. Item quando concedit potestatem concedendi indulgentiam plenariā, consequēter quęcumque minor conceditur; pars enim sub toto cōprehenditur. *Tomo 4. disp. 56. sect. 1. §. In Summo autē Pontifice. & disp. 53. sect. 1. §. His vero addendum.*

10 Forma verborum requisita ad indulgentiā ipso facto latam, est ipsamet cōcessio talis indulgētiæ: negari enim nō potest esse quandā absolutionem, & thesauri dispēsationem, quę cum conditionata sit, non operatur donec impletur cōditio; nec repugnat dari sub cōditione de futuro, quia non est absolutio sacramentalis: vnde nulla indulgentia, etiam pro defunctis, potest applicari per solam intentionem, & voluntatem interiorem eius, qui potestatem habet dispensandi thesaurum, quod probat consensus Theologorum, vsus, traditioque Ecclesię, debet enim dari humano, & ecclesiastico modo, visibili, & inuisibili, etiam erga seipsum. *Tomo 4. disp. 56. sect. 1. §. Circa indulgentiam, & seqq.*

11 In indulgentiæ indulto possunt aliæ gratiæ concedi varijs modis, vel concommitanter solū, vel in ordine ad indulgentiam; si priori modo, nihil participāt de indulgentia, cum non habeāt connexionē aliquā cum illa; si vero secūdo modo, tunc possunt pēdere aliquo modo ab indulgentia, vel saltem à bona fide, & animo lucrandi illam. Tamen sit hæc regula generalis pro illis discernēdis. Si fauor conceditur ratione indulgentiæ iam obtentæ, & quacumque ratione impediatur, etiam absque culpa, & mala fide, impeditur subsequens priuilegiū: v. g. si forma rescripti dicat: *Quicumque talem indulgentiam cō secuti fuerint, possunt tēpore interdicti in loco sacro sepeliri;* tunc enim ponitur indulgentia, vt cōditio necessaria ad alium fauorem: at vero si fauor antecedit indulgentiam, & propter illam conceditur, vt est absolutio à casibus reseruatis, tunc sufficit bona fides, & intentio obtinendi indulgentiam, licet postea impediatur, prior enim effectus non potest pendere ex futuro euētu. *Tomo 4. disp. 56. sect. 1. §. Posita ergo.*

12 In forma indulgentiæ duo sunt

sunt distinguenda, cum sit conditionata. ff. iniunctio operis, & concessio remissionis. Primũ continetur in illis verbis: *Qui hoc, vel illud fecerit, &c.* Secũdũ autem in illis: *Hoc, vel illud consequatur;* vel alijs similibus, & in hoc posteriori cõsistit propria, & quasi substantialis forma indulgentiæ. Priora autem verba magis spectant ad dispositionem, & causam indulgentię, vel interdũ ad faciendum tempus, per quod conceditur, in prioribus vero est attente considerandum an pertineant ad opus requisitum ad indulgentiã, vel potius ad limitandã illam, alioqui enim esse potest in hoc ambiguitas, & fit sensus valde diuersus. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Tandem circa.*

13 Forma indulgentiæ, vt est certum, debet esse sufficienter determinata, præsertim quoad effectum indulgentiæ, quia si in hoc esset forma indeterminata, nulla fieret concessio, vt v. g. si diceretur: *Consequatur indulgentiam,* aut quid simile, quia effectus non potest in re concedi, nisi determinatus. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 1. §. *Tandem circa.*

14 Concessio indulgentiæ intra latitudinem concedentis latissime interpretanda est, quantum veritas, & proprietas verborum patiatur: quia ad concedendam indulgentiam duo concurrunt ex parte dantis. ff. potestas, & volũtas: quamuis ergo potestas stricte interpretãda sit, nihilominus volũtas ample est interpretanda; tum quia quatenus indulgentia à voluntate manat, habet rationem beneficij, fauoris, &c. tum etiam quia habere potestatem non est in voluntate eius cui datur, sed eius qui illam dat. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 2. §. *Vltimo dicendum.*

15 Aliqua cõditio requiritur ad valorem indulgentiæ, quæ non semper in ea explicatur, nempe iusta, & pia causa, quia non oportet, vt hanc semper declaret Pontifex, sufficit enim quod eam in intentione concipiat. *Tomo* 4. *disp.* 56. *sect.* 3. §. *Hic vero dicendi.* *Caiet. to. 1 opusc. tract. 4. q. 2. Cordub. q. 22. de indulg.*

16 Concurrentibus causis necessarijs, indulgentiæ valent, quantum sonant infallibiliter, quod probat consensus cõmunis Theologorũ, ex defectu autem alicuius causę potest interdum, vel nihil, vel non tantum operari; at vero in particulari non est infallibile, quod indulgentia tantum valeat, quantum sonat, & in hoc etiam pro ratione tãtum sufficiat consensus Theologorum. *Tomo* 4. *disp* 3. §. *Vt ergo medium tenamus, & sequenti.*

17 Prędicans, aut denuncians indiscretas indulgentias vltra veritatem earum extendendo, gratia turpis lucri, committit graue sacrilegium, & pernicioſum mẽdacium, quod specialiter est prohibitum religiosis *in Clemen.* *Clement. Religiosi, c. cũ ex eo.*

Clement. religiosi, de priuileg. & Clement. 2. de pœnit. & remiss. nulla tamen pœna ipso facto incurritur. Per indiscretas indulgentias, non solum intellige falsas, sed etiã dubias, vt colligitur *ex cap. Cum ex eo, & Clement. 2. de pœnit. & remiss. Tomo 4. disp. 56. sect. 2. §. Vnde à fortiori sequitur.*

18 Licet aliqua indulgentia contineat errorem intolerabilem, non est publice spernenda, aut libere reprehendenda; quia omnino cauendum est, ne cũ hæreticis conueniamus verbis, aut factis diminuentibus authoritatem Pontificiam. Itẽ quia populus ex hinc accipit nullã ædificationem, sed scandalum. Vide *Conc. Trid. sess. 21. cap. 9. & sess. 25. in fine. Tomo 4. disp. 56. sect. 3. §. Vltimo dico.*

Cõc. Trid.

§. VIII.

Indulgentia quoad subiectum.

1 SOlus homo viator est subiectum capax indulgentię, quia solus homo est capax pœnæ temporalis, quæ per indulgentiam remittitur. Item requiritur quod sit baptizat⁹, quia per baptismũ subditur iurisdictioni spirituali Ecclesiæ: item quod sit habens vsum rationis, quia solũ ratione vtens potest cõmittere culpam, ex qua nascitur reatus pœnę temporalis, ad quam ordinatur indulgentia: vnde Angeli non sunt capaces indulgentiæ, carent enim culpa. *Tomo 4. disp. 52. sect. 1. §. Primum est certum, & seqq.*

2 Indulgentia pro viuis, est absolutio à pœna temporali, quia hic mod⁹ est possibilis, & maxime consentaneus potestati clauium Ecclesiæ, & cõmuni modo, ac formæ quo illa exercetur, & nullum habet conueniens, cur ergo negandus est? Vide *Tomo 4. disp. 49. sect. 4. §. Doctrina huius vltimæ.*

§. IX.

Indulgentia quoad defunctos, siue animas purgatorij.

1 INdulgentia pro defunctis conueniunt in communi ratione cum indulgẽtia pro viuis; ideoque vna definitione possũt definiri: & sic Doctor noster in definitione sua data §. 1. *conclusione 2.* non vtitur nomine absolutionis, & applicationis, sed in communi dicit esse actum clauium, quo mediante liberatur peccator à pœna temporali, siue per modum absolutionis, siue per modum suffragij. *Tomo 4. disp. 49. sect. 4. §. Altera pars.*

2 Defuncti sunt capaces fructus indulgentiarũ, quod probat cõsensus omniũ Theologorum, & Canonistarum, quod negari nõ potest sine errore, propter antiquissimã traditionem Ecclesiæ, & vsum illius, tũ propter

Theologi in 4. dist. 20. & 45.

pter autoritatem tantorũ Pontificũ talẽ doctrinã approbantium, vel facto ipso, vel eam cõ firmando, vt *Sixtus V. Leo X. in bulla contra Laterã. Innocen. VIII. Pius II. Calixtus Paschasius, & alij. Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 1. §. *Nihilominus dicendum, & seqq.*

Abulens. Matth. 25 *q.* 724.

3 Indulgentiæ solum possunt prodesse animabus purgatorij inter defunctos, quia illę adhuc sunt aliquo modo in via, quia nondum peruenerunt ad terminum, sed peregrinantur à domino, & per fidem ambulant, vnde animabus beatis non possunt prodesse, nullum enim debitum habent. Idem dicendum de animabus existẽtibus in sinu Abrahæ ante aduentum Christi. Idem denique de animabus damnatis, ex defectu gratię, quę omnino requiritur ad effectum indulgentiæ. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 1. §. *Hinc secundo.*

4 Oportet, vt indulgentię forma expresse declaretur, vt possit prodesse defunctis, generalis enim concessio pro omnibus fidelibus, non comprehendit defunctos, quoniã nomine fidelium, si nihil aliud explicatur, tantum viuentes comprehẽduntur. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 1. §. *Hic vero addendũ, & disp.* 55. *sect.* 3. §. *Tandem confirmatur.*

D. Thom. distin. 45. *Bonau. distin.* 20. *& Alens. q.* 83.

5 Summus Pontifex non potest concedere indulgẽtias per modum absolutionis animabus purgatorij, sed tantum per modum suffragij. Prima pars probatur, quia concedere indulgentias per modum absolutionis nihil aliud est, quam autoritate iudiciaria, quę solum exercetur erga subditos, remittere pœnã, animę vero purgatorij non possunt dici subditæ Põtifici Rom. ergo. Secũda pars constat, quia Summus Pontifex potest concedere indulgentias pro defunctis, & non autoritate absoluendo: ergo necessario id facere debet per modum suffragij, præter enim hos duos modos, non est adhuc inuentus alius. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 5. *per totam.*

6 Indulgẽtia per modum suffragij est tã infallibilis, sicut per modum absolutionis, in concedente enim nõ deest potestas, & in recipiente nõ datur obex, quæ est infallibilis tam ex æqualitate pretij oblati, applicatur enim satisfactio Christi, & sanctorum, quã ex diuina promissione contenta sufficienter in illis verbis. *Quodcunque solueris super terram, &c.* sub solutione enim comprehenditur hæc applicatio thesauri per modũ suffragij. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 3. §. *Hæc vero sententia, & §. Declaratur amplius.*

Soto disti. 21. *q.* 2. *ar ti.* 3. *& di sti.* 45. *q.* 2 *art.* 3.

7 Indulgentia per modũ absolutionis immediate cõfertur ei, in quo habitura est effectus, nullus enim absolui potest in alio, seu per aliũ, sed ad ipsummet, qui absoluitur, immediate, & directe dirigitur absolutio; indulgentia vero per modũ suffragij,

fragij, non cõceditur directe,& immediate defunctis in seipsis, sed alicui viuo simul etiam illi concedendo,vt possit illam applicare alicui defuncto,sicut potest illi aplicare suas satisfactiones, & ideo recte dicitur esse per modum suffragij,quia sicut conferre pro anima purgatorij meam propriam satisfactionẽ, est suffragiũ quoddam; ita etiã offerre pro anima purgatorij satisfactionem iam mihi quasi donatã ex communi thesauro, etiam est suffragium quoddam. *Tomo 4. disp. 53. sect. 3. §. Alia ergo differentia.*

8 Indulgentia per modum suffragij non potest cõcedi pro viuis, nulla enim indulgentia est concessa viuis tantum per modum suffragij, quia viuens semper est subditus concedentis indulgentias,à quo proinde absolui potest, vt colligitur *ex cap. Quod autem de pœnit. & remiss.* Ideoque Pontifices in concedendis indulgẽtijs nunquam addunt illam restrictionem per modum suffragij, nisi respectu defunctorũ. *Tom. 4. disp. 53. sect. 3. §. Nihilominus tamen, & seqnẽ.*

9 Indulgentia per modum suffragij non consistit in hoc,vt per alterius actionem obtineatur,quia interdum conceditur, vel concedi potest indulgentia vni viuenti, vt ea pro alio lucretur,& nihilominus,quod respectu eius, cui applicatur,sit vera absolutio; ergo aliquid aliud cõcurrit,seu deest respectu defuncti ratione cuius indulgentia illa concessa non est absolutio. Item non sufficit ad indulgẽtiam per modum absolutionis, vt alicui immediate conferatur, quia quando in suffragio ex thesauro interuenit hęc tertia persona,nõ est ipsa,quæ dat indulgentiã,sed Pontifex:ergo Pontifex nulla interueniente tertia persona potest illã cõcedere solum per modum suffragij. *Tomo 4. disp. 53. sect. 3. §. Atque hinc infero.*

10 Pontifex potest indulgentiam pro defunctis concedere absque opere viuentium,considerata nuda potestate Pontificis, & capacitate animarum: cur enim sicut ego offero immediate ipsi Deo meã priuatã orationem,& satisfactionẽ pro anima defuncti,non potest etiã Põtifex immediate offerre Deo satisfactionẽ de thesauro Ecclesiæ, applicando illã pro animabus purgatorij?plane hoc nõ repugnat rationi suffragij, vt sic. Quanuis indulgẽtia pro defunctis non debeat cõcedi nisi per viuos,frequenter enim vsus indulgentiarũ est, vt concedatur sub conditione alicuius operis propter grauescõiecturas,quas affert noster Doctor. Hoc opus non potest immediate exigi ab animabus ex defectu capacitatis,& quia commertiũ,nobiscũ non habẽt. *Tomo 4. disp. 53. sect. 3. §. Vt autem res, & seqq.*

In-

11 Indulgentia per modum suffragij, & absolutionis differunt tantum in modo causandi suum effectum: qui enim concedit indulgentiam per modum absolutionis, proxime, & immediate remittit pœnam tãquam minister Dei, & iudex locum eius tenens; at vero quando est per modum suffragij concedẽs non remittit pœnam, sed offert Deo pretium æquialens, vt ipse remittat, & in vtroque intercedit iustitia, diuerso tamẽ modo, nam in absolutione intercedit quasi vindicatiua ex parte absoluentis, in suffragio vero solum per modum cuiusdam æquialentis cõmutationis fundatæ in pacto, & promissione diuina. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 3. §. *Tertio igitur.*

12 Indulgentia per modum suffragij potest concedi non subditis, non sic per absolutionem, primum constat ex dictis, secundum vero cõstat, quia est actus iudiciarię potestatis, & de hac sola intelligendus est, *cap. Quod autem, de pœnit. & remiss.* Vtraque tamen est vera indulgentia. De indulgentia per modũ absolutionis est indubitatũ apud omnes: de concessa vero per modum suffragij probatur: quia definitio supra §. 10. *cõclu.* 2. data conuenit illi, nã est actus iurisdictionis clauium, quo mediante fit remissio pœnæ temporalis pro peccato actuali absque sacramento, ergo nihil illi deest ad veram rationem indulgentiæ. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 3. §. *Tertio igitur, & seqq.*

13 Qui lucratur indulgentiã pro defuncto debet facere opus postulatum à dispensatore indulgentiæ, conditio enim est. Item debet fieri ex intẽtione, & voluntate lucrandi indulgentiam, quia aliàs nõ est opus indulgentiæ. Tamen non requiritur, vt satisfactio eiusdẽ operis pro defuncto offeratur, nisi expresse declaretur in concessione: quia hoc opus non necessario exigitur, ab operante, vt satisfactoriũ, sed solum, vt piũ, vel pertinens ad cultum Dei, &c. Idem dicendum quando postulatur missa, loquendo per se, & in rigore, quamuis securius sit semper offerri pro anima cui conceditur indulgentia, quod semper faciendum est. *Tomo* 4. *disp.* 53. *sect.* 4. §. *Primum est, & seqq.*

14 Lucrans sibi indulgentiam potest operis satisfactionem alteri donare: quia indulgentia solum exigit executionẽ illius operis, non vero applicationẽ satisfactionis ei' pro se, vel pro alio. Item lucrãs indulgentiam pro defuncto, non requiritur vt sit in statu gratiæ, nec quando opus exequendum, vel pars eius tẽpore antecedit indulgentię effectũ, nec quando consummato opere statim tribuendus est effectus: quia status gratiæ solum requiritur ad tollendum obicẽm *Gabr. lect.* 57. *Cord.* *q.* 26.

obicem indulgentiæ, ideoque solum est dispositio necessaria in eo, qui recepturus est indulgentiæ effectũ. *Tomo 4. disp 53. sect.4. §. Atque hinc obiter, & sequenti.*

15 Vtrum in defuncto ad effectum indulgentiæ requiratur character baptismalis. Quidam probabiliter negant; alij probabiliter affirmãt: quia sicut potestas offerendi sacrificium solũ est limitata ad baptizatos, ita potestas cõcedendi indulgẽtias per modum etiã suffragij. Item sicut nõ potest Papa concedere indulgentias per modum absolutionis catechumeno viuenti, ita nec mortuo per modum suffragij, vsus Ecclesiæ confirmat; nullibi enim legimus talem indulgentiam fuisse concessam. *Tomo 4. disp. 53. sect. 4. §. Secundũ punctum & seq.*

16 Ad valorem indulgentiæ non requiritur in anima specia- *vide Greg. lib. 4. di a log. ca. 39.* le meritum de congruo, quod in hac vita præcesserit, tantum enim requiritur, vt non inuenia tur obex; nec requiritur notitia, aut acceptatio beneficij sibi impensi, quia per se loquendo nihil confert ad effectum eius, vnde incertum est, an Deus illam conferat per specialem reuelationẽ. *Tomo 4. disp. 53. sect. 4. §. Tertium punctum & seqq.*

17 Quando in forma indulgẽtiæ pro defuncto postulatur missa, securius est, illam pro eo offerre, quamuis in rigore, & per se nõ requiratur, vnde sem per verba rescripti attente pen sanda sunt, nam si forma dicat, *Dicendo, aut offerendo missam pro defuncto, liberet eius animã à purgatorio,* tunc erit necessariũ fructũ sacrificij in particulari tali animæ applicari; si vero solum dicat, *Dicendo missam, vel quoties missam dixeris, toties liberes animam à purgatorio,* tunc ex vi verborum sufficit illud pium opus facere, licet in particulari non applicet: quando autẽ non constat quibus verbis sit concessa indulgentia, tunc securius, & optimum cõsilium est semper in particulari pro anima offerre missam. *Tomo 4. disp. 53. sect. 4. §. Rursus certum est.*

§. X.

Indulgentia quoad vsum.

1 EXpediens est Ecclesiæ liberalis indulgentiarum concessio, exercetur enim fides in Christum, & circa pœnas peccatis debitas, & circa valorẽ meritorum Christi, & potestatem ab ipso datam ad peccata tollenda. Item crescit cultus, & religio, non tantum Christi, sed etiam Sanctorum, & obedientia, & amor erga Christi Vicarium. *Tomo 4. disp. 49. sect. 5. §. Ex quo facile solvitur.*

2 Vsus indulgentiarum est legitimus: probat autoritas concilio-

ciliorum approbantium illum. ſſ. *Trid. ſeſſ. vltim.* & aliorum. *Clemẽt. vnica, de reliq. & ven. ſanctor. Extrauag. vnigenit', de pœnit. & remiſſ. & ex multis decretis, tã in Decretalibus antiquis, quã in 6.* Item probat acceptatio conſenſus, & traditio antiqua Eccleſiæ à tempore Apoſtolorum deriuata. *Tomo 4. diſp. 49. ſect. 2. §. In præcedenti ſectione, & ſeqq.*

vide Aug. lib. 4. de baptiſm. c. 24.

3 Ex antiquo vſu relaxandi pœnitentias publicas, non colligitur fuiſſe tunc vſum indulgentiarum, quia licet huiuſmodi peccatores hanc veniam à prælatis Eccleſię acciperent, vt admitterentur ſine tali pœnitentia ad pacem, tamen hęc remiſſio, vel conditio præciſe ſumpta nihil ab eis auferebat de reatu pœnę pro tali peccato debitæ apud Deum, quod probat noſter Doctor. *Tomo 4. diſp. 49. ſect. 2. §. Quoad hanc igitur.*

4 Indulgẽtiarum vſus eſt antiquiſsimus, probant varia Patrum teſtimonia, Romanaque traditio confirmat, quę in vrbe habetur de ſtationibus aliquarũ Eccleſiarũ, in quibus plenariæ indulgentiæ lucrantur, quarum initium ignoratur. Item cõſtat *ex Extrauag. de pœnit. & remiſſ.* & vt ait *Bellarm. lib. 1. de indulg. c. 3.* Romæ in Eccleſia S. Martini in montibus extare memoriam in marmore exciſam litteris antiquiſsimis, indulgentiæ conceſſæ à Sergio Secundo. Denique ſatis conſtat ex antiquitate illius celebris indulgentiæ iubilæi pleniſsimi, quæ prius centeſimo quoque anno, poſt quinquageſimo, nunc autem vigeſimo quinto conceditur, vt conſtat *ex Extrauag. vnigenitus, & Extrauag. quemadmodum, de pœnit. & remiſſ. Tomo 4. diſp. 49. ſect. 2. §. Plurimum vero, & ſeqq.*

D. Thom. in 4. diſt. 20. q. 1. ar. 4. q. 2.

5 Antiqui Doctores, & patres Eccleſiæ expreſſam rationem indulgentiarum non fecerunt, nec faciunt, quia neque ad perſuadendum, neque ad defendendum fidem, erat neceſſarium, nondum exortis hæreticis indulgentiarum calumniatoribus: neque etiam propter mores fidelium componendos, id tunc facere oportebat, quia rigor diſciplinæ, & fauor pœnitentię, & ſatisfactionis tunc magis vigebat, &c. *Tomo 4. diſp. 49. ſect. 2. §. Nec mouere debet.*

6 Operari in finem lucrandi indulgẽtiam optimum eſt, nec tale opus poteſt eſſe imperfectionis, eſt de fide, frui enim theſauro Chriſti, modo ab ipſo conceſſo, ſanctum eſt, & per ſe euidẽs non excludere alia perfectionis opera. Item nec in genere ſatisfactionis poteſt dici hoc opus imperfectum, quia acquiſitio indulgentiæ non impedit, quominus poſsit homo, ſi velit, propriã, ac perſonalem ſatisfactionẽ exhibere propria opera pœnalia, & ita hoc lucrũ nullam perfectionem includit.

Tomo 4. disp. 49 sect. 1. §. Vltimo ex dictis, & seqq.

7 Indulgentias lucrari, est consentaneum statui religiosorum; nam etiam illi possunt indigere huiusmodi subsidio, & nihil repugnat, per se loquendo, statui eorũ: & si aliquando aliquod opus requisitum exercere non valẽt, hoc non prouenit ex eo, quod repugnat statui perfectionis, sed quia talis indulgentia hic, & nunc pro illis non est concessa, seu non est illis accommodata. *Tomo 4. disp. 49 sect. 5. §. Ex quo etiam.*

8 Melius est subsidium dare ad consequendam indulgentiã, quam in eleemosynam pauperum, quia tale opus ex illo fine ad pœnitentiam spectat, cuius munus est diuinam recompensationem, & solutionem intendere, licet sub alijs motiuis possit etiã esse à charitate, vel spe, quę omnes sunt virtutes perfectiores misericordia, quamuis in indiuiduo oppositũ, aut vtilius, aut necessariũ esse potest, prætermissa indulgẽtia, si vtrũque fieri non potest, vt v. g. si præceptum de eleemosyna tũc vrgeat. *Tomo 4. disp. 49. sect. 5. §. Cessat præterea.*

vide Caiet. tomo 1. opusc. tract. 10. q. 3.

9 Cæteris paribus opus maioris charitatis est lucrari indulgentiam, quam velle in purgatorio pœnam satisfacere, quia in pœnis purgatorij nõ crescit charitas, neque in illis est cõformitas ad Christum, neque pro alijs est aliqua vtilitas, sed solũ ad purificandam animam vtiles sunt: vnde melius est purificationem hanc fieri in hac vita, quam in alia, si cętera sint paria quoad meritum, & augmẽtum charitatis. *Tomo 4. disp 49. sect. 5. §. Cessat denique interrogatio.*

§. XI.

Indulgentia quoad cessationem.

1 INdulgentia ferenda est reuocabilis, quia cũ hæc indulgentia habeat vim cuiusdam delegationis, ex se non est perpetua, sed pendet à volũtate delegantis. Item nulla potestas concedẽdi indulgentias, est perpetua, nisi potestas Summi Põtificis, quæ à tali dignitate inseparabilis est, licet possit separari à persona renũtiando dignitati, aut incidendo in hæresim manifestam, si fieri potest. *Tomo 4. disp. 57. sect. 1. §. Principio supponenda.*

2 Indulgentia ipso facto, re ipsa perpetua, irreuocabilis est, non solum ab homine, sed ab ipso Deo, si semel illam acceptauit, & effectum eius perfecit, non tãtum quia dona Dei sunt sine pœnitentia, sed etiam quia semel ablato reatu, pœnitentia non potest iterum ab intrinseco fieri. *Tomo 4. disp. 57. sect. 1. §. Altera ergo.*

3 Indulgentia ad certum tempus

pus concessa, non durat vltra illud, quia non plus valet, quam sonat, tam quoad durationem, quam quoad reliqua. Imo intra tempus præfixum potest reuocari, quia effectus pẽdet ex formali, vel virtuali intẽtione eius, qui eam concessit, vel ab eius superiore, si habeat. *Tom. 4. disp. 57. sect. 1. §. Dico ergo primo.*

4 Indulgẽtia concessa, vt perpetua, semper durat, est tamen obnoxia reuocationi. Primum probatur, quia indulgẽtia tantũ valet, quantum sonat. Secũdum constat, quia semper pendet ex volũtate ipsius cõcedẽtis, superioris, vel successoris. *To. 4. disp. 57. sect. 1. §. Secundo dicendũ est.*

5 Indulgẽtia simpliciter concessa sine limitatione est perpetua, dũmodo per clausulã generalem non sit facta limitatio: est communis Theologorũ. Primo probatur, quia in tali indulgentia nõ ponitur tẽporis limitatio, ergo neque à nobis, neq; ab aliquo infra concedentẽ addi potest, ergo vel numquam est valida, quod dici nõ potest, vel sine limitatione tẽporis valet, quod est esse perpetuã. Secundo constat, quia si est aliqua limitatio in regulis cancellarię, semper manet limitata, si sine speciali declaratione concedatur, postquam enim sedes Apostolica sua verba declarauit, ac limitauit, idq. pro lege, ac regula statuit, semper in eo sensu loquitur, si aliud specialiter non exprimat. *Tomo 4. disp. 57. sect. 1. §. Vltimo dicendum.*

D. *Thom. q. 1. art. 4. q. 2. ad 4. Sylvest. in dulg. n. 16.*

6 Quando indulgentia conceditur indefinite visitanti tali die Ecclesiam, non potest lucrari toties, quoties act⁹ fuerit repetitus: quia quando indulgẽtia conceditur visitantibus locum pium sine differentia temporis, non est verisimile concedi vnicuique homini pro vna tantum vice in vita sua, quia nec verba id sonant, esset que nimia restrictio: solum potest limitari ad singulos dies, quia & locutio ipsa, iuxta communem vsum, optime admittit illam determinationem, & videtur esse necessaria, vt indulgentia sit prudenti, & rationabili modo concessa: quia alias posset quis ingrediendo, & ingrediendo, melius lucrari illam indulgentiam, quod non solum superfluum, sed etiam irrisorium videtur. Item indulgentia concessa ad definitum diẽ, vel paucos dies, pro vna tãtum vice dari censetur. *Tomo 4. disp. 57. sect. 1. §. Nihilominus de re ipsa.*

7 Tripliciter potest extingui indulgentia. ſ. ex parte concedentis, ex parte eius, cui, & in cuius gratiam concessa est, & ex parte causę propter quã fuit concessa, sicut enim hæc omnia tria ad indulgentiæ valorem, & effectum sunt necessaria, ab eis pendere videtur indulgẽtia, & consequenter ratione omnium

illorum posse desinere. *Tomo* 4. *disp.* 57. *sect.* 2. §. *Hæc quæstio.*

Sylu. verb. indulg. nu. 16. *Ang. nu.* 7. *Nau. Coment. de indulg not.* 31. *nu.* 26.

8 Indulgentia cum sit gratia, non extinguitur per mortem concedentis, vt habetur expresse in decisionibus antiquis Rotæ *in* 9. *de elect.* & 87. *de rescript.* & *cap. Si super gratia, de offic. de-leg. in* 6. & *ex reg. decret. in* 6. Idē dicendū de indulgentia ferenda, quæ per confessorem danda est, etiamsi res nōdum inchoata sit, quia imitantur gratiam, & non odium, seu delegationē fori contentiosi, quæ expirat per mortem concedentis, si negotium inchoatum non sit, nostra denique conclusio etiam locum habet in indulgētijs concessis per Episcopos, eorum enim potestas per ius tantum limitatur quoad quantitatem, & non quoad durationem, & idem dicendū de concessis per legatum secūdum omnes communiter. *Tomo* 4. *disp.* 57. *sect.* 2. §. *Primo ergo, & seqq.*

9 Indulgētia potest reuocari à concedente, vel successore cū pendeat ab eius voluntate, sumitur *ex Extrauag. quemadmodū, de pœnit. & remiss. Clement. dudū.* §. *Non autem, de sepult.* & reuocatio erit valida, & licita absque causa, cum sit quoddam beneficium, quamuis per accidens poterit esse illicita, si absque causa fiat ratione scandali, aut ex promissione non reuocandi, si forte adfuit, vel denique si est indulgentia valde vtilis animabus, aut si iam inchoata erat, v.g. si ego iam ieiunaueram bis ad lucrādum iubileum, videtur enim iam habere ius acquisitū. *Tomo* 4. *disp.* 57. *sect.* 2. §. *Secundo modo, & seq.*

10 Vt indulgētia cessēt, debet esse reuocatio sufficienter promulgata, quia intētio Pontificis præsumēda est prudēs, & corda ta: vnde ille, qui bona fide cōfessus est reseruata peccata in virtute talis indulti concessi, in ordine ad talem indulgentiā, cui reuocationem inuincibiliter ignorat, cōfessus est valide, & absolutus manet à censuris, & liber manet ab onere comparendi, quia verisimiliter creditur hanc esse intentionē Pontificis, & aliud esse valde onerosum, & periculosum. *Tomo* 4. *disp.* 57 *sect.* 2. §. *Rursus vero, & seqq.*

Naua sup. cit. Sylues. verb. indulgen. n. 14.

11 Summus Pontifex potest reuocare per actum interiorē: quia efficacia indulgentiæ pendet ex voluntate concedentis, tamen Pontifices nunquā reuocant, nisi per expressam, & externam reuocationem, nam aliud est grauis illusio, & deceptio Ecclesię. *Tom.* 4. *disp.* 57. *sect.* 2. §. *Dubitari autem.*

12 Indulgentia cessat per destructionem rei pro: qua fuit cō cessa: quia destructis nobis, destruuntur ea, quę sunt in nobis, non autem cessat per aduentū alterius, licet ambæ existere nō possint, existimat enim noster Doctor nunquam indulgētiam

hoc

hoc modo tolli, sed posteriorem irritam esse, loquendo ex iure communi, & ex vi ipsarum indulgentiarum, nec cessat per renuntiationem eius, cui priuilegium est concessum, nec per cessationem causæ, quia non est necesse, vt causa tantum duret quantum durat indulgentia. *Tomo* 4. *disp.* 57. *sect.* 2. §. *Tertius modus, & seqq.*

Infamia.

Leg. cognitionem.

1 Infamia est quædam bonæ famæ priuatio, vel diminutio: quia fama nihil aliud est, quam illæsæ dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus, vt dicitur *in lege cognitionem. ff. de variis, & extraord. crim.* Item infamia, est obscura notitia, reprehẽsione, seu vituperio digna: ait enim *Augustl. lib* 83. *quæstionũ, quæst.* 31 quod fama nihil aliud est, quam clara notitia cum laude; vnde recte dicitur infamia obscura notitia vituperio digna. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Constat ex voce.*

Vide Sylu. & alios, verb. infamia.

2 Diuiditur infamia sic, alia est de vitio, quod sit propriũ peccatum; alia est de alijs defectibus personæ diminuentibus sine culpa eius, statum suæ dignitatis. Item alia iuris, alia facti: de priori fit mentio *in leg.* 1. 2. & 3. *ff. de his qui notãtur infamia, & cap. infames* 3. *q.* 7. De posteriore vero *in ca.* 1. *licet, de testib. & c. licet, de prob.* Item alia legalis, alia popularis; legalis alia est ciuilis, alia canonica, iuxta *cap. vltim. de secund. nupt.* Et vtraque denique alia facti, alia iuris. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Vnde in primis, & seqq.*

3 Aliqua peccata inducunt infamiam canonicam, quæ non inducunt ciuilem: quia multa peccata inducunt irregularitatem, quæ secundum leges ciuiles, non efficiunt homines infames. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Vn de duplex solet.*

4 In infamia tria disti nguũtur. Primum est ius quod vnusquisque habet ad suam famam, & dicitur dominium famæ, ratione cuius nemo potest sine iniuria infamari, quandiu integrum habet dominium suæ famæ. Secundum, est veluti actualis possessio famæ, vel actualis eius priuatio per publicam notitiã, & opinionem talis delicti de tali persona. Tertium, sunt aliquæ inhabilitates, seu effectus morales, qui sequuntur in tali persona ex tali infamia. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Ad priorem partem.* *Supponitur.*

5 Per iudicis sententiam definitiuam aufertur ius ad famã, iuxta *leg.* 1. *cum sequentibus ff. de his qui notantur infamia & leg.* 1. *de postulando, c. ex quibus causam, & leg.* 5. *cum sequentibus, c. eodem. & cap.* 1. *Infames.* §. *Porro* 3. *q.* 7. Idem dicendum quoties in sententia infamiæ pœna imponi-

tur, quæ ostendit turpitudinem delicti, relinquit hominem infamem. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 6. §. *Quod ergo ad primum.*

6 Effectus legales infamiæ, v. g. reddere hominem inhabilē ad dignitatem, ad testimonium ferendū, &c. per ipsam iudicis sententiam inferūtur. Ratio est, quia pœna per sententiam infertur, & quoad hos effectus priuatiuos secum affert executionem, vt dictum est de censuris. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Secundū autem.*

Vide Sylu. & Sumistas verb. infamia.

7 Sola hominum notitia, vel opinio de aliquo delicto non inducit infamiam legalem, sine aliquo iuris adminiculo, id est, sine lege instituēte, vel mandante, vt tale delictū sit ex his, quæ reddunt homines infames, quia secluſa institutione iuris humani, non potest per modum pœnæ, vel legalis impedimenti obscurare personam, vel grauare illam, sed solum quantum ex natura rei, vel conditio ex se postulauerit. Tamen est aliqua infamia, quæ facto datur, & est illa, quæ sine sententia iudicis reddit hominem infamem, lex enim solum requirit factum, vt contrahatur. *Tomo* 5. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Occurrebat statim*, & *seqq.*

8 Delictum reputatur sufficienter publicum ad effectū infamiæ legalis, quando apud bonos, & cordatos viros talis spargitur opinio. Nam si personæ sint leues, non sufficiunt ad infamiam, etiamsi sint plures, *argument. cap. Sunt plurimi 6. quæst.* 11. Item requiritur, vt in tota, vel maiori parte communitatis, euulgata sit, & non oportet esse in tota prouincia, iuxta *Glos. vlt. in cap. Inquisitionis, de accusat.* Itē non requiritur ad infamiam facti, loquendo secundū se, euidētia delicti apud omnes ad quos fama peruenit, sed sufficit delictū famosum, ad quod satis est opinio publica orta ex indicibus probabilibus. Itē confessio rei in legitimo iudicio sufficit ad infamiā, si delictū est ex his, quæ in iure notantur infamia, si lex inferat ipso facto infamiā propter delictum, quia illa cōfessio sufficit, vt tale delictū sit publicū publicitate iuris, imo & notorium, licet confessio nō sit ex veritate rei, sed ex metu, quia magis fundatur hæc infamia in opinione, quam in reipsa. Secus dicendum si propter tale crimen non sit per legē infamia ipso iure imposita, nulla enim pœna, quā lex per se non infert, cēsetur imposita, donec per iudicem imponatur, quāuis reus fateatur delictum: ergo nec infamia. Vtrū vero hæc infamia orta ex cōfessione rei dicenda sit iuris, vel facti ante sentētiam definitiuā? Affirmat noster Doctor esse iuris, si lex imponit infamiam ipso iure, *Cum gloss. in ca. vestra, de cohabit. Cleric. & mulier. verb. non diffitetur,*

Vide Sot. relect. de tegend. secret. mēb. 2. quæst. 6.

tur,& probatur *ex c. teſtimoniũ, de teſtib. Cum Gloſſ. Tomo 5. diſp. 48. ſect. 1. §. Declarandum vero, & ſequentibus.*

9 Actus facti ab infamia ipſo iure ante ſentẽtiam declaratoriam non annullantur in gratiam communis boni,ſi ſint publicæ adminiſtrationis, & facti ſub titulo exiſtimato vero. Tamen actus priuati irritantur, quantum per legem poſſunt,& conſequenter ſententia poſtea lata ad eorũ nullitatem retrotrahitur: & tenetur huiuſmodi infamis etiam occultus per ſe loquendo,ad abſtinendũ quantum commode poſsit ab ijs actibus,ſunt enim illi prohibiti, eo ipſo, quod iure factus eſt infamis. *Tomo 5. diſp. 48. ſect. 1. §. Dices ergo.*

10 Infamia Canonica ſola tã iuris,quam facti,inducit irregularitatem, cũ ſit impedimẽtum Canonicum. Infamis enim non eſt admittendus ad Eccleſiaſticos ordines,iuxta *cap. Infamis 6 q. 1. & cap. Teſtes. 2. q. 7.* eſtque communis opinio: quæ irregularitas contrahitur per delictũ ſufficiens ad infamiam,& durat quantũ infamia etiã durat: vnde ablata infamia,tollitur irregularitas, *argument. cap. Cum ceſſante, de appellat. Tomo 5. diſp. 48. ſect. 2. §. Primo certum eſt, & ſeqq.*

Sylueſ. Infamia, & Irreg. Nau. c. 27. nu. 104. Maiolus lib. 3. c. 1.

11 Irregularitas, quæ oritur ex infamia,non tollitur per pœnitentiam,& emendationem,ſi peccata ſunt quę reddunt perſonam infamem,ex eo pręciſè, quod ſimul commiſſa ſunt,quia pœnitentia non facit innocentem,& ita non tollit infamiam, quando illius fundamentum eſt ſolum,hoc commiſiſſe delictũ. Vnde eſt neceſſaria diſpẽſatio: ſecus vero dicendum, quando peccata reddunt hominem infamem,ex eo quod in eis perſeueratur publice, vt permanendo in concubinatu: tunc enim pœnitentia, aut emendatio tollit talem infamiam. *Tomo 5. diſp. 48. ſect. 2. §. Contra hanc.*

12 Quodlibet crimẽ, ſeu peccatum mortale publicũ conſtituit hominẽ canonice infamẽ, atque adeo irregularem, quandiu in eo ſtatu publice perſeuerat, *ex cap. Teſtimoniũ, de teſtib. c. Conſtituimus. 3. q. 5. cap. Infame. cap. Illi. 6. q. 1.* At vero quando infamia per iudicis ſentẽtiam, vt per legem ipſo facto impoſita eſt, tunc irregularitas orta ex illa non aufertur per pœnitentiam,ſed per diſpẽſationem,vt eſt veriſimum, & commune. *Tomo 5. diſp. 48. ſect. 2. §. Sed vltetius, & ſeqq.*

13 Quando pœnitentia non ſufficit, ſolus Papa poteſt in irregularitate orta ex infamia, diſpenſare directe: quia nulli alteri commiſſum legitur: quãuis indirectè auferri poſsit per poteſtatem ciuilem. Quod cenſet verũ, & late probat noſter Doctor. *Tomo 5. diſp. 48. ſect. 2. §. Circa hanc vero, & ſequenti.*

Vide Sylu. verb. Bap. 6. nu. 2. Tabien. 8. Angel. 7. nu. 4.

14 Infamia facti tollitur per baptismum digne susceptum; per baptismum enim tolluntur omnino peccata, & quidquid ex peccatis, vt peccata sunt, nascitur: vnú autem ex his, est infamia: secus dicēdum ex infamia iuris, tam ciuilis, quam Canonici: quia hoc non spectat per se, aut intrinsece ad effectum baptismi. Vnde si Iudæus Romæ, vel Turca hic per sententiam esset cōdemnatus, vel flagellatus, vt fur, quamuis postea baptizaretur, maneret infamis ciuiliter, & inhabilis ad omnes actus ciuiles, quibus talis infamia priuat. *Tomo 5. disp. 48. sect. 2. §. Tandem inquiri potest, & seq.*

15 Infamis per leges ciuiles infidelium, si baptizetur, non manet infamis, nec irregularis: quia quando canones dicunt omnes illos esse infames, quæ leges ciuiles tales efficiunt; videntur plane loqui de legibus ciuilibus, quibus Principes, vel Reipublicę Christianę vtuntur, & de infamia, quæ intra Ecclesiam existit. *Tomo 5. disp. 48. sect. 2. §. Dixi autem.*

16 Ex infamia facti, quæ non fundatur in proprio peccato ipsius personę, non oritur irregularitas; secluso speciali iure; quia secluso humano iure, nullus sine culpa propria notatur tali infamia, quæ reddat illum inhabilem, vel moraliter impeditum ad aliquos actus legitimos, vel honores; ergo nec ad ordines. *Tomo 5. disp. 48. sect. 3. §. Communis, & certa doctrina.*

17 Sunt aliqui casus in quibus irregularitas incurritur ex infamia absque proprio delicto: hoc patet primo in filijs eorum, qui violentas manus in Cardinales sanctæ Ecclesiæ Romanæ iniecerunt. *cap. Fælices, vers. quod si quis, de pœnis in 6.* Secundo, in filijs prædictorū, qui committunt crimen læsæ maiestatis. *leg. Quisquis. §. Filiis. Cod. ad legem Iuliam Maiestatis,* & in his duobus exemplis fiunt infames. *Tomo 5. disp. 48. sect. 3. §. Secundo assero.*

18 Filij vilium personarum, quæ alicuius artis infamiæ vsu sunt infames, secūdum aliquod ius; vt histrionum, gladiatorum, carnificum, macellariorū, &c. non sunt infames, nec irregulares: quia secluso iure ignominiosum munus, aut ignobilitas, nec ipsam personam, nec filios reddit irregulares, vt significauit *Gloss. in cap. Quoniam. ver. Inuidiā. 24. q. 1.* & dato casu, quod sint parentes infames, filij non erunt: quia nullo iure est expressum. *Tomo 5. disp. 48. sect. 3. §. Aliud exemplum.*

Infans.

1 Infantibus in vtero materno morientibus, non fuit prouisum, sicut reliquis; quia pro illo statu non censentur capaces remedij, quod per homines, & modo

Vide maiol. lib. 3. c. nu. 5.

modo acommodato hominib⁹ applicari posſit, cum nondum in hanc lucem ſint editi, & vix cadant ſub cognitionem huma nam. Item quia, vt ait Auguſt. ſecluſo ſpeciali priuilegio, nun quã potuit homo renaſci prius quam naſceretur ex vtero matris, & iuſtificatio, quæ fit aliquãdo in vtero matris, ſemper exiſtimata eſt fieri ſpeciali priuilegio. Ratio autem huius rei petenda eſt ex diuina prouidẽ tia, & voluntate. Vnde interdũ permittit Deus, vt infans moriatur in vtero matris abſque remedio ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, & aliquando permittit, vt aliqua ex parte egrediatur ex vtero, vt baptizari poſsit ad oſtenſionem gratiæ & electionis ſuæ. *Tomo 4. diſp. 4. ſect. 1. §. Nihilominus, & diſp. 27. ſect. 3. §. Ad fundamentum & §. Ad vltimam confirmationem.*

2 Infantibus legis gratiæ non minus prouiſum eſt quã legis naturæ, aut veteris; quia quanuis materia, ſeu ſignũ baptiſmi ſit definitum ad talem cęremoniam, quæ non erat determinata in lege naturæ, nihilominus tam communis eſt hæc materia baptiſmi, & tam facile applicari poteſt eius cæremonia, ac ſi eſſet indifferens, & quælibet cæremonia ſufficeret, ſicut in lege naturę ſufficiebat, & aliunde facilius poteſt baptiſmus appli cari propter maiorem fidei cognitionem, & certiorem ipſius baptiſmi inſtitutionem. *Tomo 3 diſp. 27. ſect. 3. §. Ad ſecundã confirmationem.*

3 Infans in fluuium proiectus à miniſtro cum debita intentione formam baptiſmi pro ferente, baptizatus manet, quamuis numquam emergat, ſed ſolũ detur ſufficiens ablutio, quia dantur omnia eſſentialia. ſſ. materia, forma, intentio miniſtri cum debita intentione. *Tomo 3. diſp. 20. ſect. 2. §. Reſpondent aliqui.*

4 Infantes per ęqualia media iuſtificati, & in eo ſtatu mortui, æquales etiam in gloria erunt, in multis tamen poterit eſſe maior, & in alijs minor, propter diuerſitatem mediorum, quæ varietas pertinet ad oſtenſionem diuinæ gratiæ, & ad decorem, & ad ſplendorem diuinæ gloriæ. *Tomo 3. diſp. 28. ſect. 3. §. Quapropter.*

5 Omnes, & quilibet infantes ſunt capaces martyrij, quod non poteſt ſine temeritate negari, patet enim exemplo ſanctorum Innocentiũ, quos martyres fuiſſe conſtat ex traditione, & vſu Eccleſiæ celebrantis feſtum eorum, tanquam vere martyrum, & proponit eis recitandum officium martyrum, eoſque martyres appellat tum in collecta, tum in oratione, & in hymno, vt per ſe conſtat. *Tomo 3. diſp. 29. ſect. 1. §. Dicendum ergo eſt primo, & ſeqq.* *D. Tho. 2. 2. q. 124. ar. 1. ad 1. & quodli. 6. art. 4. Richard. in 4. diſt. 4 art. 2. q. 3.*

Infirmarius.

1 Habentes curam infirmorum, nunquã fiunt irregulares ratione accelerationis mortis, nisi interueniat culpabilis negligentia, ita vt periculum accelerationis fuerit præuisum, vel præuideri potuerit, & ex notabili negligentia prætermissum fuerit. Est communis sententia. Idem dicẽdum de clericis, exceptis casib⁹ in iure expressis, qualis est, *in cap. Tua nos, de homicid.* vbi clericus exercẽs artem chirurgiæ, etiamsi ex culpa infirmi sequatur mors, manet irregularis, quia actio illa illis prohibita est, quia periculosa. *Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 7. §. *Vnde etiam concluditur, & seqq.*

Ingratitudo.

1 In primo peccato mortali includitur circunstantia ingratitudinis, nõ solum ratione beneficij creationis, & aliorum, quæ homo à Deo recipit, sed etiam propter speciale beneficium perseuerantiæ, & innocentiæ quod vsque ad illum terminum recepit, nam hoc etiam magnum est diuinæ gratiæ beneficium, cui homo est specialiter ingratus amittendo innocentiam. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect* 3. §. *Vltimo concluditur.*

Tabie. irregu. 3. n. 12. & 13. Armilla n. 48. Augu. homicidiũ. 2. nu. 14. Sylues. q. 11.

2 Ille, qui habuit innocentiã per longum tempus, & postea peccauit, deinde vero per pœnitentiam gratiã recuperauit, magis ingratus in hoc secundo peccato est, quam in priori. Ratio est, quia posterius peccatũ semper est contra omnia beneficia præcedentia. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 2. §. *In hoc autem vltimo.*

3 Peccati remissio non est causa adæquata similis ingratitudinis in subsequenti: quia hæc circunstãtia generalis est. Item ingratitudinis circunstãtia quibusdam peccatis specialiter tribuitur propter peculiarem repugnãtiam, quam habent cum diuina misericordia, & gratia, licet in quocũque peccato mortali commisso post remissionẽ præcedentium huiusmodi circunstantia inueniatur. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 3. §. *Tertio obseruandum, & seqq.*

4 Circunstantia ingratitudinis nõ dat specialem malitiam, nisi sit specialiter extẽta. Ratio est, quia sicut actus interior obsequij, & beneficij erga alterũ, vt sit gratitudo necesse est, vt ex intentione grati animi procedat, ita etiã iniuria, vel offensio benefactoris nõ habet specialem malitiam ingratitudinis, nisi vel sic specialiter intenta, vel nisi alia circunstantia temporis intercedat, pro quo gratitudinis præceptum specialiter obliget. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sectio* 3. §. *Et in huiusmodi virtutibus.*

Inno-

Innocentia.

1 Triplex reperitur gradus innocentiæ. Primus eſt, ſi homo perueniens ad vſum rationis conſeruetur ſine nouo peccato mortali, non tamen accipiat remiſsionem peccati originalis, nec veram iuſtitiam, quæ innocentia non eſt vera, ſed ſecundum quid, quia ſolum illa eſt vera, quæ habet iuſtitiam apud Deum. Secundus eſt, quem homo habet poſt acceptã gratiam baptiſmalem, quãdiu mortaliter non peccat. Tertius denique eſt, quo homo iuſtificatus antequam peccet mortaliter, ita conſeruatur vſque ad finem vitæ, & poteſt talis innocens comparari cum alio homine, qui poſt multa peccata peruenit ad finem cum æquali gradu gratiæ, & ſanctitatis. *Tomo* 4. *diſp.* 13. *ſect.* 3. §. *In hac ergo, & ſeqq.*

2 Innocentia non eſt ſpecialis virtus, vt certum eſt, ſed ſignificat ſolum quandã continuationem in iuſtitia abſque interruptione per peccatum: quę interruptio, ſi ſemel facta eſt, non poteſt fieri per pœnitentiam, vt facta non ſit, & ideo licet omnes virtutes reſtituãtur, non reſtituitur innocentia, non enim reſtituitur illa cõtinuitas, ſeu perſeuerãtia. *Tomo* 4. *quæſt.* 89. *art.* 3. §. *Sed oritur difficultas in commento.*

§. I.

Interdictum quoad nomen, definitionem, & diuiſionem.

1 NOmen, *Interdictum*, relictis alijs ſignificationibus, ſignificat quãdam ſpecialem eccleſiaſticam pœnam priuatiuam quorundam bonorum eccleſiaſticorum, quæ per modum cenſuræ imponitur. Germana autem diffinitio traditur hic: *Eſt cenſura Eccleſiaſtica prohibens vſum quarundam rerum diuinarum, vt fidelibus communẽ, quatenus talis eſt. Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 1. §. *Vt nominis ambiguitas, & ſeqq.* *Cap. Non eſt vobis de ſponſal. & cap. quod inte, de pœnit. & remiſſ.*

2 Interdictum diuiditur in locale, & perſonale, *ex cap. præſenti, cap. Si ſententia, cap. Si ciuitas, de ſent. excom. in* 6. Locale dicitur, quod directe tendit, aut fertur ad locum, ad quod reducitur deambulatorium. Perſonale vero eſt, quod immediate dirigitur ad perſonã. Vtrumque ex his diuiditur in generale, & ſpeciale, *ex cap. Cum enim partibus, de verbor. ſignific.* Generale eſt, quod in aliquem locũ, quaſi generalem, & plura partialia loca complectentem, dirigitur. Speciale vero eſt, quo ſpecialis locus, nimirũ hæc, vel illa Eccleſia interdicitur. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Primo, ac præcipue, & ſeqq.*

In-

3 Interdictum perſonale diuiditur in generale, & ſpeciale: generale eſt quod reſpicit aliquod corpus politicum, collectiuum plurium perſonarum, & perſonas ſingulas ſolum, vt ſunt partes talis communitatis, iuxta *cap. Si ſententia, de ſent. excom. in 6.* Particulare vero eſt, quod in determinatam, aut determinatas perſonas fertur. *Tomo 5. diſp. 32. ſect. 2. §. Tertia diuiſio, & ſequenti.*

4 Item interdictum in totale, & partiale diuiditur: totale appellatur, quod ſimpliciter fertur quoad omnes effectus interdicti, quod erit quãdo interdictum in locum, ſeu perſonam profertur abſolute, & ſine vlla determinatione: partiale vero erit, quando ſolum fertur quoad vnum, vel alium effectũ, quod erit quoties verba iuris, vel ſententiæ ita illud limitauerint, verbi gratia, ſi dicãt ab ingreſſu Eccleſiæ, iuxta *cap. Is qui, de ſent. excom.* Item diuiditur in interdictum à iure, & ab homine. Itẽ denique aliud eſt, quod ponitur per modum cenſuræ propter cõtumaciam, & aliud, quod fertur in puram pœnam. De quo vide *Tomo 5. diſp. 32. ſect. 2. §. Quarta diuiſio, & ſeqq.*

Nauar. ca. 27. n. 180.

5 Interdictum omnium templorum eſt particulare, eſt certum, & cõmune. Ratio eſt, quia tunc non interdicitur ciuitas, aut caſtrum, vel aliquid ſimile, quod neceſſarium eſt ad generale interdictũ locale. *Tomo 5. diſp. 32. ſect. 2. § Tandem dubitari hic.* Item interdicto templo interdicuntur loca ſacra ei annexa. ff. capellæ, & cęmeteriũ, quia cenſetur vnum corpus ſacrum cum illo efficere; tamen interdicto cæmeterio, aut capella, non interdicitur Eccleſia, quia principale non ſequitur acceſſoriũ. *Ibidem §. Atque ex hoc exemplo. & §. Sed in hoc dicendum.*

Sylueſt. interdictum q. 3.

6 Interdicto populo, clerus non manet interdictus, quia, iuxta vſum Eccleſiæ, & iuris canonici, populus ſimpliciter dictus ſolet à clero diſtingui, & pro laico accipi, quia habet omnino iura diuerſa. Vide *cap. Si ſententia, de ſent. excom. in 6. Tomo 5. diſp. 32. ſect. 3. §. In quo poſſet.* Itẽ interdicto clero, non interdicũtur religioſi, aut religioſæ, nec vice verſa, quia in odioſis nomine clerici non veniunt religioſi, etiamſi in fauorabilibus veniant, & ita è cõtrario, nomine religioſi, non veniunt clerici. *Ibidem. §. Aliud debitum eſt.*

Couar. in c. Almap. 2. §. 8. n. 8.

7 Interdicta terra alicuius domini plures habentis, quãdo locutio eſt in ſingulari, & ſine ſigno diſtribuente, non comprehendit plures terras non continuas, non componentes vnum corpus politicũ, quod ſub propria ſignificatione hui⁹ iuris cadere poſsit, quia termin⁹ in ſingulari numero multa in rigore nõ comprehẽdit, niſi copulatiue ſi diſtribuatur, vel collectiue

ſi in

si in ea significatione sumi potest. At vero quãdo dicitur terra, vel ciuitas Petri, in rigore sermonis significatur illa, cuius ipse est dominus, & si æque possideat plures terras, per se loquendo talis locutio ambigua est, & propterea sententia nulla, nisi in illa vox soleat accipi pro principaliori, v.g. quæ est caput sui status, aut in qua habitat, aut in qua commisit delictum. *Tomo* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Ad hoc autem.*

8 Quando aliquis possidet plures terras inæqualibus titulis, si locutio sit singularis, intelligitur de illa, quæ propriissime est sua, id est, cuius est absolutus dominus, licet habeat aliàs in emphyteusim, vel in vsumfructũ, &c. Si vero locutio sit generalis, comprehendũtur omnes iuxta vim verbi quod adiungitur, & modus possessionis talis terræ, vt v. g. si verba sint: *Terræ, aut regna Petri;* & sic de alijs. *Tomo* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Tertia regula.*

9 Interdictum totius parochiæ simpliciter est generale, quatenus comprehẽdit totum ambitum, & destrictum parochiæ, quia tale interdictum habet obiectum collectiuum, & illud respicit totum quoddam quod generaliter prohibet: quod vero sit pars ciuitatis, est accidentarium ad rationem generalis interdicti: vnde licet in quadã ciuitate interdicatur tota parochia, v.g. sancti Ioannis Baptistæ, generale interdictum est, si absolute, & sine addito ponatur, quod est notatione dignum. *Tomo* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Hæc sententia absolute, & seqq.*

10 Interdicta tota ciuitate, licet vna, aut altera parochia eximatur, interdictũ est generale: quia particularis exceptio, & particulare priuilegiũ non tollit absolutam generalitatem, nã simpliciter verum est dicere talem ciuitatem esse interdictã. *Tomo* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Sed quid si interdicatur.* *Sylu. verb. interd.* 4. q. 3.

11 Interdictum generale loci habet suum effectum in locis particularibus, quia actiones, quæ interdicuntur non exercentur in loco in genere, seu confuso sumpto, sed in hoc, vel illo loco determinato. Itẽ per generale interdictum, vel particulare loci cõprehenditur Ecclesia exempta à iurisdictione eius, qui interdictum tulit, vnde nulla Ecclesia religiosorum, quatenus exẽpti sunt, excipitur ab obseruantia interdicti generalis ab Ordinario positi in tota ciuitate, iuxta *Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 12. & 22. *de regularibus. Tomo* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. §. *Ex dictis in hoc dubio, & §. His etiam annexa est.*

12 Interdictum collegij generale est, quia tale interdictum non fertur in determinatã personam, vnam, vel plures, sed in quoddã totum politicũ, quod col- *Nau. c.* 27 *nu.* 166.

collectiuo nomine optime ſignificatur. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Nonnulla vero.*

13 Per generale interdictum perſonale interdicuntur ſingulæ perſonæ, quæ ſunt partes cõmunitatis in quã fertur, & non aliç, neque totum corpus aliter quam in ſingulis partibus, vt tales ſunt, *ex cap. Si ſententia, de ſent. excom. in* 6. Quia ſententia ſolum extenditur ad perſonas in quas fertur, & non extra. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Secundum dubium.*

14 Interdicto populo generaliter, etiam habitãtes in ſubvrbiis interdicuntur, quia reuera ſunt ciues, & partes huius populi: nec excipiuntur nobiles, niſi habeant aliquod priuilegium: tamen non interdicitur habẽs duo domicilia, vt vnum in loco vbi eſt interdictus generaliter populus, & alium alibi vbi non eſt interdictum, quia non eſt maior ratio cur ſentiat onus vnius communitatis, quã libertatẽ alterius, cũ vtriuſque æque ſit pars. Idem dicendum de habitãte in loco interdicto, vt hoſpes, etiãſi longo tempore, quia reuera non eſt pars cõmunitatis: vnde ſcholaſtici habitantes Conimbricæ, etiãſi populus Conimbricẽſis interdicatur, nõ erũt interdicti, vt tenet certa ſententia. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Prima vero pars & ſeqq.* & §. *Secundum exemplum.*

15 Interdictum generale locale virtute ſemper includit interdictũ perſonale particulare, *ex cap. Si ſententia, de ſent. excom. in* 6. non tamẽ è conuerſo: quia ſi interdictũ perſonale loci nõ infert interdictum generale loci, multo minus interdictũ ſpeciale loci perſonale illud infert. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Atque hinc à fortiori.*

16 Interdictũ particulare ferri poteſt ſine generali eiuſdem generis, & è conuerſo: quia cẽſura vnius perſonæ ex vi ſua nõ extenditur ad communitatem: & idem eſt de particulari loco reſpectu cõmunis. *Tomo* 5. *diſp.* 32. *ſect.* 2. §. *Vltimo dubitatur.* At vero generale non ſine particulari materialiter, & non formaliter ferri poteſt. *Ibidem.*

17 Interdicto aliquo loco cõmuni, interdicuntur omnia particularia, vel partialia loca ſub illo comprehenſa, & nullum aliud, quia non eſt maior ratio de vno loco particulari, quam de alio in eodem toto comprehenſis. Quid vero intelligatur per loca particularia, conſule iuri, & ſi nihil diſponit, obſerua verborum proprietatẽ, & magis receptam & vſitatam eorũ ſignificationem. *Tomo* 5. *diſp.* 32 *ſect.* 2. §. *Secundo dicendum eſt.*

18 Interdicta diœceſi, aut ciuitate, in qua eſt Eccleſia Cathedralis, manet talis Eccleſia interdicta, eſt certum: tamen ſi interdictũ eſſet ſpeciale ſub generali nomine, & diſtributione

ne Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis, esset vtcunq; probabilis cõtraria opinio. *Tomo 5. disp. 32. sect. 2. §. Primum sit.* Itẽ inter dicta ciuitate, loca extra muros manent interdicta, si sint suburbia, vel ædificia, quæ continentia appellantur. Ita traditur in *cap. Si ciuitas, de sent. excom. in 6.* Quid vero intelligatur per hæc loca contenta, suburbia, vel ædificia, cum non sint per legem taxata, necessario debes interpretari iuxta prudẽs iudiciũ, vel iudicis, si declarare velit, vt glossa, & Doctores in dicto capite dicunt; vel si nolit, Doctorum, & sapientum hominũ, qui spectare debent, an in tali loco sic distanti respectu talis populi procedat prædicta ratio, quod si ibi celebrentur diuina, oriatur occasio contemnẽdi interdictum, tunc enim interpretabimus talem locum esse interdictum, & non alios. *Ibidem §. Secundum exemplum.*

19 Speciale interdictũ vnius templi, non comprehendit illi contiguum pariete communi, vel cæmeterio. Ratio est, quia contiguitas nõ tollit distinctionem: tale autem interdictum solum fertur in vnum determinatum locum. Vide *cap. Si ciuitas, de sent. excom. in 6. Tomo 5. disp. 32. sect. 2. §. Sed in hoc.*

2 Personale, & locale interdictum quatuor modis possunt inter se conferri. ff. generale cum generali, & particulare cũ particulari, vel generale personale cum particulari locali, aut generale locale cũ particulari personali. Item interdictum generale locale non infert personale generale, neque è conuerso, loquendo per se, sumitur *ex cap. Si sententia, de sent. excom. & cap. 1. de vsur. in 6. Tomo 5. disp. 32. sect. 2. §. Vltimo dubitatur, & sequenti.*

§. II.

Interdictum quoad effectum.

1 NOmine omnium sacramentorum administratio, seu receptio est prohibita tempore interdicti: est communis Doctorum Theologorum, & Summistarum, constatque *ex cap. Alma mater, de sent. excõ. ibi. Certis casibus, & sacramentis exceptis. Tomo 5. disp. 33. sect. 1. §. Ratio dubitandi.*

2 Per nullum prohibetur passiua, aut actiua administratio, siue priuata, siue solẽnis sacramenti baptismi. Vide *cap. Respõsio, de sent. excom. cap. Nõ est verbis, de sponsalib. & cap. Quoniã, de sent. excom. in 6.* Hæc enim iura absolute loquũtur. Vnde parochus, cuius parochia est specialiter interdicta, nõ tenetur aliã adire ad baptizãdum, nisi oriatur scandalum, solus autem dãs causam interdicto, aut speciali-

vide Sylue. interdictũ 5. nu. 9. Nau. c. 27. nu. 178. Couar. cap. Alma. p. 2 §. 2. nu. 7.

ter

ter interdictus, nō potest illud ministrare, nec illi ministrari. *Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. §. *Primo ergo, & seqq.* Quod dictū est de baptismo, eodem modo dicendum de sacramento confirmationis, vt constat ex cit. iuribus, & idē de Chrismate conficiendo in die Cœnę Domini, qui enim dat formam, dat etiam consequentiam ad formam. Itē qui dat, aut concedit aliquid, etiam concedit, quæ ad illud necessaria sunt, vt supponūt leges etiā ciuiles. *Ibidem* §. *De confirmationis, & seqq.*

3 Sacramentum pœnitentiæ potest cuicumque tempore interdicti, siue localis generalis, siue personalis generalis administrari. Sola autem persona specialiter interdicta, vel quia causam dedit interdicto, prohibetur hoc sacramentum ministrare, aut suscipere, tamen sacramentum hoc ministratum à persona specialiter interdicta, & nominatim denuntiata, erit validum, quia interdictum non tollit iurisdictionem. Vide *cap. Alma mater, de senten. excom.* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. §. *De hoc etiam, & sequenti.*

Cap. Quod in te.

4 Sacramentum extremæunctionis tempore interdicti, nec etiam ob mortis periculum dari potest, idque intelligendum non solum de solemnitate accidentali, sed de substātiali sacramento: quamuis personæ quæ vngi debeāt sint clerici, aut religiosi. Vide *cap. Quod in te, de pœnit. & remiss. Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. §. *De hoc sacramento, & sequentibus.*

5 Sacramentum ordinis tam laicis, quam clericis non potest ministrari tempore interdicti: quia prohibitio est generalis, & nulla facta est mentio de sacramento ordinis: extra locum tamen interdictū, potest suscipi hoc sacramentum ab illo, qui non dedit ei causam, vt constat, *Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 1. §. *De hoc sacramento non inuenio, & seqq.* De sacramento Eucharistiæ, vide *eodē verb.* §. 18. De matrimonio item proprio verbo infra.

6 Ecclesiæ ingressus non est prohibitus interdictis, quando in illa non celebrantur diuina officia, quia nullo iure cautum est, nisi quādo specialiter exprimitur. Quamuis in Ecclesia sit sanctum Eucharistiæ sacramentum ad videndū omnibus propositum, quod vocat (estar descubierto) non enim prohibitur, nisi in missa, quatenus prohibitum est videre aliquam partem missæ. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 1. §. *Tandem interrogabit. & disp.* 35. *sect.* 4. §. *De interdicto ergo.*

7 Missæ sacrificium tempore interdicti generalis loci, licet antiquitus, iuxta *cap. Permittimus, de sent. excō.* tantū semel in hebdomada possit fieri, nūc vero quotidie cū limitatione, *cap. Alma mater, de sent. excō. ſſ. submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis cam-*

Naua. cap. 27. *n.* 174. *Couar. cap. Alma. p.* 2. §. 4. *nu.* 4.

campanis, & expulsis personaliter interdictis, & qui interdicto causã dederũt, & denique non habentibus priuilegiũ, siue iuris cõmunis, siue particularis alicuius bullæ, vt supponitur *in Clement. 3. de sent. excommunicat. Tomo 5. disp. 34. sect. 1. §. Per interdictum, & seqq.*

Nau. c. 27. nu. 177. Sylvest. interd. 5. n. 7

8 Campanæ tempore interdicti possunt pulsari ad concionem, salutationem Angelicam, ad significãdas horas diei, & similia, quia illa pulsatio non est simpliciter prohibita, sed solũ vt circunstantia diuini officij. *Tomo 5. disp. 34. sect. 1. §. Prædicta etiam ratione.*

9 Per omne interdictum personale prohibetur celebratio, administratio, seu assistentia in missa, seu diuinis officijs, siue in loco interdicto, siue extra, iuxta *cap. Si ciuitas, & cap. Si sententia, de sent. excommunicat. in 6. & cap. 3. & 4. de cleric. excommu. minist. Tomo 5. disp. 34. sect. 2. §. De personali.*

10 Quando persona interdicta adest si sacerdos celebrat in loco interdicto, statim debet cessare per modum iam supra explicatum circa excommunicatum, nolentem exire ab Ecclesia, quia dicere sacrum in loco interdicto per se est iure prohibitum: ergo solum licet cum moderatione, & conditione, *cap. Alma mater, de sententia excommunicat.* ff. *Excusis interdictis, &c.* At vero si sacerdos celebrat in loco non interdicto, non debet sacerdos ob hãc causam omittere missam, quia de hoc nõ est vlla prohibitio, nec cogens ratio, quamuis noster Doctor affirmat se illam dicere cum formidine, non enim inuenit casum expresse tractatum, ac definitum à Doctoribus. *Tomo 5. disp. 34. sect. 2. §. De distinctione ergo, & seqq.*

11 Oblationes ab interdicto factæ in missa non sunt accipiendę, quia sunt prohibitæ ratione interdicti etiam localis, & à fortiori personalis, multoque magis specialis, quia tota missa, solemnitas, aut quælibet pars eius prohibita est ex vi interdicti: ergo, & oblatio prout in missa facta. *Tomo 5. disp. 34. sect. 1. §. Tandem, & seqq.*

Couarru. c. Alma. n. 5 Nau. n. 85.

12 Laicus potest tẽpore interdicti in necessitate ministrare sacrum facienti, dummodo alias inhabilis non sit, v. g. excõmunicatus, interdictus, seu causam dederit interdicto, quia licet hoc non sit concessum laico ratione sui, est tamẽ concessum ratione sacerdotis. *Tomo 5. disp. 34. sect. 1. §. Dico autem per se.*

13 Persona non interdicta potest missam audire ab interdicto non denuntiato, iuxta *Extrauag. ad euitanda.* Idem dicendũ si persona sit interdicta nominatim denuntiata: quia cooperatio cum persona interdicta ad rem diuinam faciendam ex natura rei est prohibita, suppo

sita tali cēsura, sola autem præsentia, seu auditio missæ, quam talis persona dicit, absque inductione, & consilio minime prohibita est: nullum enim est ius prohibens. *Tomo 5. disp. 34. sect. 2. §. Dubitari vero, & seqq.*

14 Missa non potest celebrari coram persona interdicta, nā iura semper admonent, vt personæ interdictæ excludantur, vt patet *cap. Permittimus, de sent. excom. & cap. Alma, eod. tit. in 6.* Vnde certum est ministros Ecclesiæ teneri rem diuinam non facere coram persona interdicta, & facere quantum in se fuerit vt expellatur. *Tomo 5. disp. 34. sect. 2. §. Rursus vero.*

§. III.

Interdictum quoad causam efficientem, & subiectum.

1 INterdictum potest, & à iure, & ab homine ferri: quoad primum patet ex multis capitibus iuris, in quibus est imposita sententia interdicti, de quib⁹ infra: quoad secundum probatur *ex cap. vltimo, de sent. excō. in 6.* nā hęc potestas in omnibus residet. *Tomo 5. disp. 36 sect. 1. §. Duæ regulæ.*

Sylvest. interd. 3. q. 3 Conarru. in cap. Alma p. 2. §. 2. num. 6.

2 Qui potest excōmunicare, & suspendere, potest censuram interdicti ferre iuxta *cap. Cū Ecclesiarū, de offic. ord.* Item qui potest condere ius canonicum, & sub censuris ad illud obligare, potest ipso iure interdictū ferre. Ab homine autem interdictum ferri potest, ab habēte potestatem ordinariam, aut delegatam, vt colligitur *ex cap. Sane, de offic. deleg. & cap. Episcoporū, de priuileg. in 6.* Ordinaria potestas residet in Summo Pontifice, Episcopis, Concilio generali, aliquibus Abbatibus participantibus iurisdictionē quasi Episcopalem, & in alijs. *Tomo 5. disp. 36. sect. 1. §. Secūda regula, & seqq.*

Canonistæ in ca. Quæ sunt, de his quæ fiunt à maior par. cap.

3 Episcopus potest interdictū ferre sine consensu capituli, tā in clericos, quā in laicos, iuxta *cap. 3. de cōsuetudine in 6.* Capitulum vero iure ordinario nō habet potestatem ferendi interdictum sine consensu Episcopi, *ex c. Quæ sunt, de his quæ fiūt à maio. part. cap.* De habētibus potestatem hāc delegatam non tractat noster Doctor, cum sit res pendens à voluntate delegātis. *Tomo 5. disp. 36. sect. 1. §. Specialiter autem, & §. Rursus inquiri potest.*

4 Solus Summus Pontifex potest interdicere vniuersam terram, nullus enim habet absolutam iurisdictionem supra illam, excepto illo. Item concilium generale, sede vacante legitimè congregatum. Episcopus vero solum totam suā diœcesim cum habeat sufficientem iurisdictionem, etiam quoad loca exēpta, iuxta *Cap. Cum inter, de consuetud.* Quod interdictum non potest extendi vltra termi nos suæ diœcesis, ex vi ordinariæ

riæ iurisdictionis, extra enim illos iurisdictionem non habet. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Suppositis diuisionibus, & seqq.*

5 Interdicto aliquo loco generaliter, etiam interdicuntur omnia particularia, etiam non sacra. Item possunt specialiter interdici loca nõ sacra, quia nulla est ratio, cur non possit locꝰ non sacer per se solus interdici, sicut interdicitur vt pars alicuius loci vniuersalis: tamẽ moraliter loquendo nunquam fit, quia esset inutile, & superuacaneum. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Tandem dubitari potest.*

6 Interdicto aliquo loco, si illi adiũgatur alius, vt pars eius, licet minus præcipua, & quasi accessoria, etiam manet interdictus, quia eo ipso quod fit pars illius toti interdicti, statim participat vinculum eius. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Ratio est.*

7 Omnes personæ, quæ excommunicari possunt, etiã interdici queũt, quantũ est ex parte personæ, si concurrat causa, & iurisdictio sufficiẽs, ex parte enim fidelium eadem est capacitas ad quamcũque censuram. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Dico secundo.* Tamen Episcopi non cõprehenduntur in generali lege, seu sententia interdicti, vt statutum est. *in cap. Quia periculosum, de sent. excom. in* 6. *Ibidem* §. *Sed propter.*

Sylues. interd. 3. *Nau. c.* 27. *num.* 168.

8 Communitates etiam possunt interdici, *ex cap. Si sententia, de senten. excom. in* 6. Item interdictum generale personale ligat etiam personas innocentes sine propria culpa, non ratione sui, sed vtsunt partes talis communitatis, vt constat *ex dicto cap. Si sententia. Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Sed præter, & sect.* 3. §. *Vna vero.* *Cap. Si sententia.*

9 Infantes, & perpetuo amẽtes non ligantur interdicto particulari personali, non enim infertur, nisi propter propriam culpam, cuius sunt incapaces. Item non ligantur interdicto generali personali; quia hæc cẽsura est quædam priuatio diuinorũ officiorum, priuatio autẽ supponit capacitatẽ in eo, qui priuatur. Item non priuantur sepultura ecclesiastica, per interdictum generale personale, licet priuentur per generalem interdictum locale, quia interdictum personale afficit personas, locum autẽ habilem relinquit: at vero interdictum generale loci afficit locũ, & absolute prohibet in illo fieri ecclesiasticam sepulturã. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Hinc vero, & seqq.*

10 Infans, qui durante interdicto personali peruenit ad vsum rationis, statim incipit interdicto ligari. Idem dicendum de infantibus denuo natis durãte interdicto per plures annos, idem de eo, qui durãte interdicto denuo fit membrũ communitatis interdictæ, quia statim participat vinculũ eius. *Tomo* 5.

disp.36.sect.2. §. Hic vero tertio, & seqq.

11 Nemo potest à seipso interdici directe, vel indirecte, quia ligare aliquem interdicto, pertinet ad potestatem coërciuam, quã nemo potest habere in seipsum, nec directe, nec per redundantiam, repugnat enim actui talis iurisdictionis, qui de se coactionem includit. *Tomo 5. disp.36.sect.2.§.Vltimo circa per sonam, & seqq.*

12 Quando ob communitatis delictum ipsa communitas interdicitur, omnes de tali ciuitate, seu oppido, qui illi causam dederunt tantum, & non innocentes, specialiter interdicuntur, quia interdictum illud non fertur directe in ipsum populũ, sed in locũ eius: ergo ex vi formæ interdicti non extẽditur ad ipsas personas, iuxta *cap. Si sententia, de sent.excom. in 6.* Extensio autem virtualis solum est ad eos, qui culpapiles extiterunt, vt constat ex eodem cap. ergo non extendenda ad innocẽtes. *Tomo 5.disp.37. sect.1. §. Atque hæc sententia.*

Cap.Si sententia.

§. IIII.

Interdictum quoad causam finalem.

1 INterdictum personale speciale non potest in aliquem ferri, nisi propter propriam culpam eius: quia est pœna, & requirit culpam, quæ debet esse mortalis, cum priuet hominem maximis bonis, quanuis sufficiat venialis, si interdictum sit leue, & limitatum, non in totum, sed ex parte. *Tomo 5.disp.36. sect.3. §.Dico ergo primo, & seqq.*

2 Interdictum personale generale longe grauiorẽ causam, & culpam requirit, quam speciale, quia hoc interdictum lon ge grauius est, quam speciale; non tamẽ eam exigit in omnibus personis, quæ tali interdicto ligantur, vt est *in cap. Si sententia, de sent.excom.in 6.* sed exigit eã in corpore morali, vt tale est, vel in magna parte personarum eius, vel in capite. v. g. si dominus, vel rector populi causam dedit interdicto, vel si delictum procedat à communitate, vt talis est. ff. à capitulo, a collegio, &c. vt constat ex capite cit. *Tomo 5. disp.36. sect.3. §. Dico secundo, & seqq.*

Cap.Si sententia.

3 Interdictum locale generale, vt iuste feratur, requirit causam grauissimam, quæ non solum peccatum mortale contineat, sed etiã sit generalis ex peccato aliquomodo publico, seu communi procedens. Ita sentiunt communiter omnes, quia hoc interdictum etiam est censura, & pœna grauissima, persona autem non debet esse priuata, sed communis, vide *cap. Non est vobis, de sponsalib.* vbi propter peccatum regis regnũ eius interdicto subijcitur, *&c.*

Sylvest.interd.3.q.5 Nau.c.27. num. 168.

Si

Si sententia, de sent. excom. in 6. vbi habetur propter peccatum domini, aut rectoris per se interdici ciuitatem, ergo non solum requiritur culpa mortalis, sed quod sit generalis. ff. Principis, seu communitatis. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 3. §. *Dico tertio.*

4 Ob peccatum spiritualis pastoris, v. g. Episcopi, potest poni interdictum generale, iuxta *cap. Sane* 2. *de offic. deleg.* Item potest imponi cõmissione Sũmi Põtificis propter temporale debitum, iuxta *Extrauag. proui de, de sent. excommunicat.* Interdictum vero particulare loci, v. g. in priuata Ecclesia, potest poni sine licentia Pontificis, quia, vt probabilius est, ibi tantum est sermo, de interdicto generali loci. Idem dicendum de interdicto generali personali, vt tenet Doctor noster cũ Panormit. *in cap. Cum in partibus. de verbor. signif. Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 3. §. *Dubitari tamen solet, & seqq.*

5 Interdictum locale particulare, etiam requirit culpam grauẽ, & aliquomodo communẽ, quamuis minorẽ quam interdictũ generale, cum sit multo minus grauis pœna, quã generale, generale autẽ maiorẽ, est enim etiam pœna grauis redundans in grauamen plurium personarum, etiam innocentium, vnde semper exigit peccatum mortale, & non vnius personæ particularis, cũ pœna sit aliquomodo communis. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 3. §. *Vltimo dicendum.*

6 Interdictum locale, aut generale personale, non in pœnã delicti, sed tantum ob contumaciam ferri potest, quia tunc solum est remedium efficax ad reprimendũ inobedientes Ecclesiæ, & ad defendendã Ecclesiæ authoritatem, & potestatẽ. Nõ potest ferri solum in puram pœnam, quia neque in iure tale interdictum inuenitur, neque à iudicibus Ecclesiasticis aliquando ita fertur. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sec.* 3. §. *Vna vero, & seqq.*

§. V.

Interdictum quoad formam.

1 VT feratur interdictũ, nulla est præscripta forma substantialis verborũ, vnde essentialia sola sunt illa verba quibus talis censura cum sufficiẽti specificatione, & determinatione fertur: quia solum per illa humanus iudex efficaciter operatur, supposita potestate, & alijs requisitis, & limitatio interdicti debet exprimi in ipsa forma, alioqui enim erit absolutum, quod semper durat donec auferatur. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sectio.* 4. §. *Duo possunt, & sequenti.*

2 Triplex solemnitas ad interdictum requiritur, vt diximus supra de censuris, v. g. monitio quæ semper debet præ- *Cap.* 1. *de sent. excõmun.*

cedere, si feratur per modũ censuræ, quod est antecedens. Secunda est illa solemnitas, quæ in sententia ferẽda seruãda est, iuxta *cap.* 1. *de senten. excom. in* 6. quod est concomitans. Tertia est denuntiatio censuræ interdicti, quæ solemnitas subsequens est. *Tomo* 5. *disp.* 36. *sect.* 4. §. *Superest dicendum.*

§. VI.

Interdictum quoad materiam.

1 IN interdicto speciali loci, si in eo Eucharistia seruatur, non prohibetur missa priuata, & cum debitis circunstantis ad renouandam illam: quod licet semel in hebdomada, iuxta *cap. Permittimus, de sent. excom.* Reliqua omnia quę in cap. Alma mater concessa sunt, in hoc interdicto nõ habẽt locum, quia expresse loquitur de interdicto generali, vnde priuilegiũ concessum Episcopis *in cap. Quod nonnullis, de priuileg.* vt possint celebrare iuxta formam *cap. Alma*, non extenditur ad hoc interdictum speciale loci. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 2. §. *Explicuimus latius.* Idẽ dicendum de interdicto personali, tam generali quam speciali, seruata proportione. *Ibidem sect.* 3. §. *Non superest, & seqq.*

Cap. Permittimus.

2 Non solum sacrificium missæ, sed etiam alia diuina officia prohibentur in loco generaliter interdicto fieri, *ex c. Ciuitas, cap. si sententiam, cap. cũ partibus, cap. Præsenti, & cap. vlt de sent. ex com. in* 6. *cap. Episcoporum, cap. Licet de priuileg. in* 6. Nomine autẽ diuinorum officiorum veniunt tantum ea, quæ sunt alicui ordini clericali deputata, & proprie dicuntur ecclesiastica: vnde per interdictum non prohibetur mensæ benedictio, nec dare publicum signum ad salutandam Virginem, nec adoratio publica Crucis in die Veneris sancti, & sine publicis precibus, seu laudibus ab Ecclesia institutis, nec introducere mulierẽ post partum in Ecclesiam sine sacer dotali solemnitate, & alia similia. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 3. §. *Certum est, & seqq.*

Cap. Nonnullis. *Cap. si ciu.* *cap. si sent.* *c. præsenti.* *c. Episcopi.* *cap. Licet.*

3 De iure nouo *in cap. Alma mater, de sentent. excommuni. in* 6. cõceditur, vt in interdicto generali loci, non solum sacrificium missæ, sed omnia alia diuina officia singulis diebus possint dici in Ecclesijs, seu monasterijs, sicut prius, seruatis quatuor cõditionib⁹. ff. *Submissa voce, ianuis clausis, non pulsatis cãpanis, & exclusis excõmunicatis, & interdictis non habentibus priuilegium,* iuxta *Gloss. receptã eiusdem cap. Alma.* Per diuina vero officia intelliguntur omnia, quæ per interdictũ sint prohibita. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 3. §. *Circa secundum punctum*; & præcipue §. *Igitur iure nouo, & sequenti, & sect.* 1. *per totam*, vbi explicat noster Doctor late

Cap. Alma cum Gloss.

late omnes quatuor conditiones.

Couar. 2. p. §. 5. nu. 5. & 6. Nau. c. 27. nu. 184.

4 In festo Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis Virginis Mariæ, vt patet *ex cap. Alma mater*, & in festo Corporis Christi, & eius tota octaua à primis vesperis vsque ad completorium cuiuscũque festi inclusiue, vt cõcessum est *ab Eugen.* 4. *& Martin.* 5. possunt celebrari omnia diuina officia apertis ianuis, alta voce, pulsatis campanis, & admissis interdictis non excõmunicatis, ita tamen, vt illi quorum culpa interdictum fuerit positum nullatenus altari propinquent. Itẽ permittitur in his festiuitatibus solemnis benedictio nuptiarũ dari; item benedictio fontis baptismalis: tamen non conceditur non habẽtibus priuilegiũ sacramentum recipere, aut ministrare, non enim datur specialis licentia, quãuis receptio Eucharistiæ non videatur prohiberi, licet dicat noster Doctor, consuetudinem iam introduxisse contrariam opinionem, à qua facile non est recedẽdum. Item certum est posse quemuis assistere dispensationi sacramẽti, si aliqui communicent ex priuilegio in missa, illa enim datio sacramenti est pars illius totalis actionis lato modo loquendo. Denique in his festiuitatibus non licet communicare extra sacrificium ex particulis præconsecratis (vt tenet probabilior opinio) quia nec est diuinum officium, vt hic sumitur, nec pars sacrificij: alij tamen possunt assistere tali cõmunioni, etiam extra sacrificiũ factæ, non ex vi cõcessionis *cap. Alma mater*; sed quia tempore interdicti non est prohibitũ videri, nec adorari corpus Christi, nisi in missa, & idem dicendum de assistẽtia alijs sacramentis, dempto sacramento ordinis, quia inter sacrificãdum ministratur. *Tomo* 5. *disp.* 34 *sect.* 3. §. *Obseruandum est, & seqq.*

§. VII.

Interdictum quoad interdictum ab ingressu Ecclesiæ.

1 INterdictum ab ingressu Ecclesiæ, non est species suspensionis, quia non est pœna clericorũ propria, qualis est suspensio, nec priuat actu proprio alicuius potestatis Ecclesiasticæ per se, ac necessario: sed est quoddã speciale genus interdicti, quia est censura quędã; propterea enim definitur fieri irregularẽ sacerdotem, si illam violando celebret. *Tomo* 5. *disp.* 35. *sect.* 4. §. *Propter difficultatem, & seqq.* *Sylu. verb. suspensio* 5. *& verb. interd.* 6. *q.* 5.

2 Ex vi huius interdicti prohibetur ingressus Ecclesiæ, non solum ad celebranda, audienda, vel recipienda diuina, sed etiam ad priuatas orationes fundendas, vel ad alias

Vide Coua. in cap. Alma. p 2. §. 1. nu. 3.

orationes, licet quoad hoc posterius, alij contrariũ probabiliter sentiant, & forte in praxi possit secure seruari: probatur *ex cap. Latorem 33. quæst. 2.* Vnde ex vi huius interdicti (licet alij oppositũ sentiãt) non est prohibitus omnis ingressus Ecclesiæ solũ quasi materialiter sumptus. ff. vel ad transeundum per eam, vel ad loquendum, vel disputandum, vel quidpiam simile, quia tunc non vtitur aliquis Ecclesia, nisi vt quodam communi loco, iura autem loquuntur de Ecclesia quoad sacrum aliquem vsum. Idem dicendum de ingressu Ecclesiæ ad audiendam concionem: nullo enim iure hoc significatur. Idem dicendum de alijs actibus pertinentibus ad iurisdictionem ecclesiasticam fori exterioris, vt eligere, absoluere à censura, &c. *Tomo 5. disp. 35. sect. 4. §. Vltimo loco, & seqq.*

3 Interdictus ab ingressu Ecclesiæ non prohibetur, quo minus possit celebrare diuina, aut ea participare, vel eis interesse, si fiant in cæmeterio, non contiguo alicui Ecclesiæ, vel contiguo, quia in rigore nomine Ecclesiæ non significatur cęmeterium: nihilominus tamen prohibetur ecclesiastica sepultura, etiam cæmeterio nõ contiguo: quod probat absoluta decisio, *cap. Is cui, de sent. excommunic. in 6. Tomo 5. disp. 35. sect. 4. §. Vlterius vero, & seqq. & præcipue, §. Est ergo res.*

4 Interdictus ab ingressu Ecclesiæ extra Ecclesiam existens non potest audire missam, aut diuina officia, quæ intra illam fiunt: quia ex vi illius interdicti hoc principaliter prohibetur. ff. vt particeps non fiat diuinorum officiorum quæ in ea celebrãtur: vnde si Diaconus sic interdictus Euangeliũ solemniter cantet extra Ecclesiam existẽs, ministrãdo tamen sacerdoti dicenti missam intra Ecclesiã incurrit irregularitatem, quia licet corporaliter videatur ministerium illud extra Ecclesiam exercere, tamẽ moraliter intra Ecclesiam ministrare censetur. Idẽ dicendũ de Diacono sic interdicto cantãte solemniter Euangelium, aut Epistolam intra Ecclesiam ministrãte sacerdoti missam dicẽti extra Ecclesiam. *Tomo 5. disp. 35. sect. 4. §. Quari autem potest, & seqq.*

§. VIII.

Interdictum quoad sepulturam Ecclesiasticam.

1 PEr interdictum generale loci prohibitum est, ne aliquis in illo loco ecclesiasticã sepulturam accipiat, nisi sint personæ, quæ à iure vel ab homine priuilegiũ, seu exceptionem super hoc habeant. Conclusio est expressa *in c. Quod inte, de pœni. & remiss. c. Cũ & plantare. §. Quod si cap.* *Cap. quod inte, cap. cũ & plantare, cap. vt priuilegia, c. Epis cop. Clemẽ tin. prima.*

si cap. Vt priuilegia, de priuileg. c. Episcoporũ eodem tit. in 6. & Clement. 1. de sepult. Quæ sepultura denegatur non tantum adultis, sed infantibus, iura enim simpliciter, & absolute loquuntur. *Tomo 5. disp. 35. sec. 1. §. Dico ergo*

2 Tempore interdicti generalis loci conceditur sepultura ecclesiastica omnibus clericis à prima tonsura vsque ad summũ ordinem, qui seruauerũt interdictum quatenus clerici, & non dederunt causam, dummodo in eis alię conditiones concurrãt,
Cõc. Trid. vel iuxta *cap. vnic. de cleric. coniug. in 6.* vel secundũ *Conc. Trid. sess. 23. cap. 6.* Seruatis tamẽ quatuor conditionibus *ex cap. cit. quod in te.* Primo, vt detur sepultura in cęmeterio Ecclesiæ. Secundo, vt fiat sine pulsatione cãpanarum. Tertio, vt fiat cessantibus solemnitatibus omnibus, quibus corpus mortuum deferri solet. Quarto, vt cum silentio tumulentur, iã vero de consuetudine intra Ecclesiã sepeliuntur, & de iure nouo, *cap. Alma*, etiam cum officio facto cũ moderatione dicti cap. Item missas dicere pro clerico sepeliendo, & etiam pro laicis mortuis, quia licet denegetur eis sepultura ecclesiastica, tamẽ sunt licita omnia diuina officia, *ex cap. cit. Alma*, pro quacunque causa iusta, & persona non excõmunicata: tamẽ si clericus sit sepeliẽdus in cęmeterio, aut loco aperto, debet sepeliri cum silentio, sine recitatione officij, aut psalmi, est enim prohibitũ *per cap. Quod in te, cit.* & non concessum *per cap. Alma mater*, & orationes solitæ possunt dici, vel ante, aut post intra Ecclesiam. *Tomo 4. disp. 35. sect. 1. § Addidim⁹, & seqq.*

3 Clerici coniugati, etiam cum vnica, & virgine, licet nõ sint bigami, non gaudent hoc priuilegio, solum enim gaudẽt priuilegio canonis, & fori, nisi consuetudo præscripta habeat contrarium. Idem dicendum de clericis degradatis, aut realiter depositis, non enim inter clericos computantur: secus de depositis tantum verbaliter, quia hęc non tollit priuilegia. *Tomo 5. disp. 35. sect. 1. §. Vnde etiam fit;* vnusquisque tamen consulat sua priuilegia, & verba illorum, atque id seruet, vt intelligat quid sibi concessum sit, relaxatio enim, vel suspensio interdicti, vel priuilegium, si sit præcise ad audienda diuina officia, ex vi verborum non extenditur ad ecclesiasticam sepulturam, vt est communis sententia Iuristarum, cum *Gloss. in Clement. 1. de sepult. Ibidem §. Vltimo addidimus, & seqq.* Vnde non habẽs priuilegium non potest sepeliri in loco sacro in illis festiuitatibus in quibus suspenditur interdictum: in illis enim solum conceditur solemnitas diuinorum officiorũ. *Ibidem.*

Couarru. in c. Alma. p. 2. §. 5. n. 6. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 23. n. 8

Vide Coua. cap. Alma p. 2. §. 2. Sylueſt. in terdictũ 5. q. vltima.

4 In interdicto ſpeciali loci, quoad ſepulturam acquiren dam eccleſiaſticam in tali loco, nulla priuilegia habent locum, conceſſa tempore interdicti ge neralis, præſertim moderatio, *cap. Alma mater*, loquitur enim tantum de generali interdicto, vt ſæpe diximus. Tamen priuilegium cõceſſum *in cap. Quod in te, de pœnit. & remiſſ.* clericis extenditur quoad hunc effectum ad interdictũ ſpeciale loci, quã do omnes Eccleſiæ ciuitatis eſſent interdictę, ſpecialiter cum omnibus cęmeterijs ad ſepultu ram fidelium deſtinatis; quia licet non comprehendatur ſub verbis formalibus illius decreti, comprehendi tamen videtur ſub intentione Pontificis: ſecus dicendum, ſi in populo eſſent plures Eccleſiæ, & vna tantum, vel altera ſit interdicta, vt patet *Tomo 5. diſp. 35. ſect. 2. per totam.*

Clement. 1 Cap. Epiſcoporum. Extrauag. ad euitanda.

5 Iterdictum perſonale ſpeciale priuat perſonam interdictam eccleſiaſtica ſepultura. *Clement. 1. de ſepult. & cap. Epiſcoporum, de priuileg. in 6.* à qua lege non eximũtur clerici per caput Quod in te, quia in eo ſolũ eſt ſermo de interdicto locali, & de perſonis aliàs nõ impeditis. Quod intellige ſi perſona fuerit nominatim interdicta iuxta generalem conceſſionẽ, *Extrauag. ad euitanda.* vnde in interdicto generali perſonali non habet hic effectũ locũ, niſi ſingulę perſonæ, v.g. talis communitatis, aut ciuitatis ſint nominatim interdictæ, quod requiritur, vt interdictũ generale perſonale ſeruetur reſpectu ſingularum perſonarum; non enim ſufficit, quod populꝰ ſit nominatim interdictus; quia illa nominatio eſt valde generalis reſpectu ſingularũ perſonarum talis populi. *Tomo 5. diſp. 35. ſect. 3. per totam.*

§. IX.

Interdictum quoad violationem.

1 VIolatio interdicti in materia ſacramentorum eſt peccatũ graue, cũ ſit contra prohibitionem Eccleſiæ, & eſt ex ſuo genere mortale, materia enim ſacramentorum eſt grauiſſima: quamuis hæc violatio ſit tantum in recipiendo ſacramentum matrimonij, aut benedictionem ſolemnem illius: eſt enim etiã materia peccati mortalis. *Tom. 5. diſp. 33. ſect. 2. §. Hãc violationẽ, & ſeqq.* Itẽ eſt peccatum mortale violare interdictũ in omni officio diuino, in perſonis eccleſiaſticis: nam ius directe & grauiter prohibet has actiones talis perſonis. Nomine autem perſonarũ eccleſiaſticarum veniunt clerici omnes à prima tonſura, vſque ad quẽlibet ſuperiorem ordinem. Itẽ clerici coniugati habentes conditiones requiſitas *à Conci. Trid. ſeſſ. 23.* *Couar. cap. Alma. p. 2. §. 4. nu. 5. Nau. c. 27. nu. 187.*

ſeſſ.23.cap.6.de reform. Item religioſi,etiam ordinem non habentes,imo & moniales ex omnium ſententia. *Ibidem diſp.34. ſect.4. §. Vt de hac re,& ſeqq.*

2 Exercens actum minoris ordinis contra formam interdicti peccat mortaliter, cum ſit actio ſacra, ad quã miniſter ex officio eſt conſecratus, licet in praxi non habeat hæc concluſio iam locum ſecundum præſentem conſuetudinem. Itẽ eſt peccatum mortale dicere diuinum officium,aut partem eius notabilem, aut vnam horam canonicam contra formam interdicti:non vero vnum pſalmum, aut verſum remoto ſcandalo. Item eſt peccatum mortale dicere orationem diuini officij prẽmiſſo *Dominus vobiſcũ*,videtur enim materia grauis. Idem dicendum de aſperſione ſoléni inDominicis,& de benedictione Epiſcopi ſoléniter data;ſunt enim actus in ſuo ordine graues. Idem dicendũ de celebratione inEccleſia interdicta non ſeruata aliqua circunſtantia debita,ſecundum *cap.Alma mater. v.g.nõ ianuis clauſis,&c.Tomo 5. diſp.34.ſec.4.§.Primũ eſt,&ſeq.*

3 Clerici violãtes interdictũ locale in ſacramentorum adminiſtratione, requirente ordinis miniſterium, fiunt irregulares, *ex cap.Is cui,de ſent. excom. in 6.* Præter irregularitatem incurrunt alias pœnas,quæ continentur in dicto *cap.Is cui,&is qui,de ſent.excom.in 6.*ſſ.vt ſint inhabiles,vt eligãtur,poſtulentur, priuentur eccleſiaſtica ſepultura, &c. Idem dicendum de exercẽte aliquam cæremoniam accidentalem alicuius ſacramenti contra prohibitionem interdicti. Idem de Epiſcopis violantibus interdictum huiuſmodi à iure,vel à Pontifice, ſunt enim ſubditi:argumento *cap.vltim.de exceſſ.Prælat.*vel violãdo interdictum à ſe poſitum,vel à quolibet alio : quia poſito interdicto ex iure communi obligãtur ad obſeruationem, ſicut diximus circa excommunicationẽ minorem.Quod intellige,ſi locus ſit nominatim interdictus propter *Extrauag. ad euitanda.* Deniq; in his pœnis obſeruandæ ſunt ſingulæ particulæ, ſeu voces textuum,in quibus huiuſmodi pœnæ feruntur,vt ſunt in dicto *cap.Is qui.*§.Is vero.particula *ſcienter*,&*in cap.Epiſcoporũ.* particula eadem,*ſcienter*,verbo *Præſumpſerint*,verbo *Contempſerint*, & ſimilia. *Tomo 5.diſp.33. ſect.3.per totam.*

4 Qui ſolum violat interdictum conferendo ſacramentum perſonæ interdictę in loco non interdicto,non manet irregularis, quia in his rebus non eſt facienda extenſio,nec argumentum à ſimili,cum ſit in materia pœnali. Item,quia qui dat ſacramẽtum excommunicato, non incurrit irregularitatem: ergo neque qui dat ſacramentũ in-

interdicto, cum non sit expressum in iure. *Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 3. §. *Tertius modus, & sequenti.*

5 Non interdictus, interdicto nominatim administrans sacra-cramenta, non est irregularis, sed tantũ manet interdictus ab ingressu Ecclesiæ, *ex cap. Episcoporum, de priuil. in* 6. Quia irregularitas tantum inuenitur imposita contra violantes interdictũ locale, non vero personale. Tamen si persona non erat denunciata nominatim, cui administrauit sacramẽtum, huiusmodi pœnam minime incurret, propter *Extrauag. ad euitãda. Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 3. §. *Sed dices, & sequenti.*

Cap. Episcoporum.

6 Assistentes, ministrantes, ac inseruientes ministranti, nullam pœnam impositam contra violantes interdictũ incurrunt. Quia iura solum loquuntur de administrantibus, nisi cooperatio illa includat aliquod ministerium sacrum per se annexũ alicui ordini, præsertim sacro. *Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 3. §. *Secundo est aduertendum.* Idem dicẽdum de illis, qui ignoranter, aut ex priuilegio ministrãt, iuxta *cap. Is qui, de sent. excom. in* 6. *& cap. Episcoporũ, de priuileg. in* 6. *Ibidẽ.* §. *Tertio ex his.*

Cap. Is qui Cap. Episcoporum.

7 Exempti quantumcumque vel cuiuscumque Ordinis, aut Religionis, violantes interdictum generale locale, aut admittentes publice excommunicatos, aut interdictos ad sacrificia, sacramenta, & ad ecclesiasticam sepulturam, ab ingressu Ecclesiæ suspenduntur, iuxta *cap. Episcoporum, de priuileg. in* 6. non incurrunt tamen propriam suspensionem, vt patet ex tenore eiusdẽ capitis. *Tomo* 5. *disp.* 37. *sect.* 1. §. *Quarto fertur, & sequenti. & sect.* 2. *disp.* 31. §. *Secundus casus.*

Cap. Episcoporum.

8 Conferens sacramentũ contra interdictum sine solemnitate requirente ministerium ordinis, nõ fit irregularis: quia nõ est expressa in iure. Idem dicendum de recipiente ordinẽ, aut in ipsa ordinatione ministrãte, aut de recipiente aliquod aliud sacramentum: excepto sacramẽto Eucharistiæ, non quatenus assumptio, sed quateuus consumptio, & quasi consummatio sacrificij, quę est proprius actus ordinis, qui tunc exercetur. *Tomo* 5. *disp.* 33. *sect.* 3. §. *Secunda regula generalis est, & seqq.*

9 Religiosi, & moniales, generale interdictum non seruantes excommunicantur ipso iure *in Clem.* 1. *de sent. excõ.* & specialiter fratres Minores *in Clemẽ.* 3. personas sui tertij ordinis admittẽtes ad diuina. Item excommunicantur *in Clemẽ.* 2. *eod. tit.* domini temporales, qui in terris suis cogũt aliquẽ ad diuina faciẽda tempore interdicti. *To.* 5. *disp.* 33. *sect.* 3. §. *Præter has*

Clemen. 1. *Clemen.* 2. *Clemen.* 3.

10 Clerici violantes interdictum locale exercendo actum proprium sui ordinis, fiunt irregulares, incurruntque alias pœnas,

nas, & inhabilitates in iure expressas, colligitur *ex cap. Is qui, de sent. excom. in 6.* à qua excusat ignorãtia probabilis, dũmodo affectata non sit, requiritur tamẽ, vt locus interdictus sit denuntiatus propter Extrauag. ad euitanda. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 4. §. *Dico secundo, & seqq.* Eandem irregularitatem incurrit clericus violans interdictum personale, siue speciale, siue generale, vt colligitur *ex cap. Is cui, de sentent. excommunicat. in 6. Ibidem.* §. *Ex his vlterius, & sequenti.*

Nauar. 27 *nu.* 187.

11 Qui facit celebrare diuina in loco interdicto, præter alias pœnas, manet interdictus ab ingressu Ecclesiæ, iuxta *cap. Episcoporum, de priuileg. in 6.* Quod caput intelligitur, tantum de exẽptis à iurisdictione ordinariorum, iuxta expositionem ordinariam. Item *in Clement. 2. de sent. excom.* huiusmodi cogentes celebrari in loco interdicto, vel prohibitos publice vocantes, vel prohibentes ne interdicti, qui missæ intersunt, exeant, postquam à celebrantibus moniti sunt. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 4. §. *Veruntamen non existimo, & sect.* 5. §. *Vltimo dicendum est.*

Cap. Episcopor. Clement. 2.

12 Clericus non interdictus, coram personaliter interdicto ministrans, non fit irregularis, quia non est expressa in iure: nam *cap Is cui, de sent. excommu. in 6.* solum loquitur de celebrante interdicto, non vero de celebrante coram persona interdicta, si ille interdictus nõ sit. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 4. §. *Tandem inquiri potest.*

Cap. Is cui

13 Violãtes interdictũ quoad sepulturam ecclesiasticam grauem culpam committunt, vt constat *ex Clement. 1. de sepult.* vbi excommunicatio ipso iure fertur in eos, qui in loco interdicto aliquem sepeliunt, vnde est culpa mortalis, quæ committitur in hac transgressione, mortui tamen sepulti non incurrunt hanc pœnam, & ideo non sunt exhumandi, sed ibi relinquendi. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 1. §. *Vltimo ne specialem, & seqq.*

Ang. verb. interd. 6. 33.

14 Item violantes interdictum personale quoad sepultu ram ecclesiasticam, peccatum mortale committunt, & incurrunt excommunicationem. *Clement. 1. de sepult.* latã contra sepelientes personas scienter no minatim interdictas: secus dicendum, si sepeliatur persona tantum generatim interdicta, quia in rigore non potest dici persona nominatim interdicta eo quod populus eius sit nomi natim interdictus. Item in hoc casu carebunt culpa post Extra uag. ad euitanda. *Tomo* 5. *disp.* 25 *sect.* 3. §. *Atque hinc tandem, & seqq.*

Clemen. 1.

15 Laici in suo genere peccant grauiter violando personale interdictum non speciale, sed generale: quia censura est

per-

Panormit. cap vlt. de exceſſ. præ lat. Syluеſ. interd. 6. q. 7.

perſonale interdictum directe impoſita ipſi perſonæ, iuxta *cap. Si ſententia, de ſentent. excom. in 6.* ergo non differt, quod ſit laicus, aut clericus, vt totam ſuam obligationem inducat. Idem dicendum de violãtibus interdictum locale, ſiue generale, ſiue ſpeciale, tamen requiritur vt interdictum ſit denuntiatum, iuxta *Extrauag. ad euitanda;* & ſeruetur ab his, in quorum gratia poſitũ eſt, iuxta *cap. Petiſti, de priuileg.* Excipitur tamen priuilegiatus à Summo Pontifice *exGloſſ. in cap Ad hæc, de appellat.* Item familiaris perſonæ priuilegiatæ comitans illam, iuxta *cap. Licet, de priuileg.* Item qui ob neceſsitatem cleri co miniſtrat. Nullã tamen laici pœnam, vel cenſuram incurrunt ob meram tranſgreſsionem interdicti, ſe ingerendo diuinis officijs, nulla enim in iure inuenitur. *To. 5. diſp. 34. ſect. 5. per totam.*

Vide Sylu. verb. interdict. 6. n. 3 Armilla interd. nu. 58.

16 Clerici qui prẹter modum in iure conceſſum, ordinem in loco interdicto exercent, non incurunt propriam ſuſpenſionem ab irregularitate diſtinctã, ſed ſolum, vt in illa includitur, nullus enim textus inuenitur, in quo hæc ſuſpenſio lata ſit, prout eſt cenſura ab irregularitate diſtincta. *Tomo 5. diſp. 31. ſect. 2. §. Prima ergo, & ſequenti.*

(?)

§. X.

Interdictum quoad obligationem.

1 INterdictũ perſonale particulare à iure latum ſtatim obligat perſonam, in quam fertur, non tamen alios ante denũtiationem, iuxta *Extrauag. ad euitanda,* nam illa nullum fauorem contulit ipſis delinquentibus, ſed alijs, verbi gratia, vt poſsint cum illis communicare. *Tomo 5. diſp. 37. ſect. 2. §. Primo ergo, & ſequentibus.*

2 Interdictum generale perſonale, vt alios obliget ſufficit quod communitas ſit nominatim denuntiata, vt patet, at vero vt ipſos de communitate liget, ſatis eſt quod ſit peccatum publicum, quæ publicitas poteſt haberi per euidentiam facti de ſe publicam, & communitati notam, nihil enim iura plus requirunt. Tamen interdictum locale, tam ſpeciale, quam generale, non ligat donec nominatim denuntiatum ſit, vt conſtat *ex Extrauag. ad euitanda;* quia nullus tenetur ſe abſtinere ab officijs diuinis in tali loco, donec denuntietur interdictum ſufficienter. *Tomo 5. diſp. 37. ſect. 2. §. Secundo idem, & ſequenti.*

§. XI.

§. XI.

Interdictum quoad suspensionem.

1 INterdictum suspenditur per *c. Alma mater, de sent. excom.* quoad officia diuina in quatuor festiuitatibus. ss. in die Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis gloriosæ Virginis Mariæ, dummodo excõmunicati, & qui dederunt causam interdicto non appropinquent altari, id est, vt non admittantur ad oblationem faciendam, vel ad communicandum: item, vt sint lõge ab altari, decet enim, tum vt ipsi erubescant, tum vt alij timeant. Nomine vero officiorum diuinorum, veniunt ea omnia, quæ singulis diebus fieri permittuntur cum quatuor circunstãtijs *cap. Alma mater.* ss. cõceditur in his diebus festiuis, vt fiant absque illis, & cum solemnitate publica, siue sint horæ canonicæ, siue benedictiones solemnes, &c. quod latius diximus supra §. 6. conclu. 4. quam vide. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 1. §. *Tandem aduertenda, & seqq. & sect.* 3. §. *Quarto dubitari potest.*

Nau. c. 27. nu. 184. & 185.

2 Item suspenditur interdictum in festo Corporis Christi, & tota eius octaua, vt constat, *ex constitutionibus Martini* 5. & *Eug.* 4. Denique suspenditur in Hispania ex priuilegio Leõ 10. in festo Cõceptionis Virginis, & eius octaua, in Ecclesijs habentibus priuilegium ad recitandum officium Conceptionis ordinatum per Leonardum, & dicitur missa quæ incipit *Egredimini*; quamuis noster Doctor dicat sibi non constare de tali limitatione: quando autem incipiant, aut finiantur, diximus supra §. 6. conclu. 4. quam vide *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 1. §. *Est autẽ, & seqq.*

Sylvest. interdictũ 5. *q.* 2.

3 Interdictum suspenditur per apellationem interpositã, post latam eius sententiam: expresse traditur *in cap. Is cui, de sent. excom.* Tamẽ quodcunque interdictum suspendi potest ad tempus, vel simpliciter, vel quoad aliquod effectum ab eo, qui illud tulit, *ex cap. Dilectis, de appellat.* Item interdictũ à iure Põtificio sine reseruatione potest suspendi ab Episcopo, ex legitima causa, per concessionẽ illi factam ab eodem iure ad relaxandum tale interdictũ. *Tom.* 5. *disp.* 38. *sect.* 3. §. *Vltimum dubium, & seqq.*

Nau. c. 27. nu. 165. *Sylvest. interd.* 3. *q.* 8.

§. XII.

Interdictum quoad relaxationem.

1 NVllum interdictum fertur, vt perpetuo duret, probat vsus Ecclesiæ, quia cum hæc censura sit spiritualis, non conuenit esse perpetuam. *Tomo* 5. *disp.*

5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Supponimus in hæc.*

2 Interdictũ pro delicto præterito non tollitur, nisi per relaxationem, aut absolutionem, quando est positũ absque limitatione temporis, quia est pura pœna, & non limitata ad certũ tempus: ergo de se est indefinita: ergo non potest tolli ex voluntate superioris. Tamẽ interdictum latum pro tẽpore definito, cessante tempore, cessat, quia lex, aut sententia solum operatur pro illo tẽpore, quod illa determinat, & antea non nisi per relaxationem habentis potestatẽ. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Atque ex his, & seqq.*

3 Interdictum latũ, vt à contumacia recedatur, vel sub conditione tacita, vel expressa, v. g. donec satisfaciat, vel restituat &c. illa cessante, aut impleta nõ aufertur, donec accedat absolutio, quia nulla propria censura aufertur, nisi per absolutionem, aut relaxationẽ eius, qui iurisdictionem habet. De suspẽsione affirmat Abbas, & Innocent. *in cap. A nobis, de ætat. & qualit.* De excommunicatione constat, *ex cap. Cum desideres, & cap. A nobis* 2. *& cap. Quod in dubiis, de sent. excõ.* De interdicto vero clarius cõstat, *ex cap. Quanquam, de censib. in* 6. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Difficultas vero, & seqq.*

Cap. A nobis 2. *cap. cum consideres, cap. quod in die bus, c. quanquam.*

4 Interdictum loci non tollitur, vel minuitur per limitationem, siue physicam, siue moralem, quia hoc interdictum est veluti onus quoddã loci interdicti, cum autem res alienatur transit cũ suo onere, argumẽt. *cap. ex litteris, de pignorib. & cap. pastoralis, de decimis*: vnde pars quouis modo separata à loco generaliter interdicto, adhuc manet interdicta, quia nulla separatio intelligi potest sufficiẽs ad hunc effectum tollendum. At vero locus de nouo acquisitus à domino cuius terra est interdicta, nõ manet interdictus, quia talis locus non fuit in principio comprehensus in sententia interdicti, nisi per sententiã interdicatur omnis terra talis personæ, possessa, aut possidenda. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Difficultas vero, & seqq.*

Sylvest. interd. 2. *n.* 3. *Calde. tract. de int. terd. mẽb.* 2.

5 Quando interdictũ loci est particulare, per destructionem loci, v. g. templi interdicti, non omnino extinguitur interdictũ, quia manet aliquid in quo durare potest. v. g. solum ipsum in quo possunt sepeliri corpora mortua: vnde si templum in loco interdicto reædificetur, manebit interdictũ ratione soli, quia semper moraliter est idem locus, qui interdict⁹ fuit: secus dicendum, si totum ædificium in alium locum mutetur, quia ratione soli non est illud templũ, quod interdicto specialiter subiectum fuit. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Eadem proportione.*

In-

6 Interdictum deambulatorium cum persona mutatur, per illud enim interdicitur locus, in quo talis persona detinetur, aut existit: ergo hoc ipso, quod persona ab illo loco trãsfertur, tollitur interdictũ illius loci sine alia relaxatione: sicut è conuerso alius locus, in quẽ persona transit, incipit esse interdictus sine noua sententia. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Solum videtur.*

Canonistæ in c. si sent. de sent. ex com. Sylu. verb. interdict. 2. *nu.* 10. 11. & 12.

7 Interdictum personale generale tollitur dissoluta communitate in quam est latum, iuxta illud *Destructis nobis, destruantur quę sunt in nobis.* Vnde qui desinit esse membrum communitatis, desinit ligari interdicto, v.g. si aliquis omnino dimittat societatem, & habitum illius collegij, vel si interdicto populo, aliquis mutet domicilium aliò. Ratio est, quia illa persona non est per se interdicta, sed quasi per participationẽ ex toto, cui erat vnita, nisi causã interdicto dederit, tunc enim tale interdictũ non est generale, sed habet vim specialis respectu illius, afficit enim talem personam per se. Deniq. qui de nouo fit pars illius communitatis interdictæ, statim manet ligatus, quia efficitur membrum illius, quod sufficit. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Secundus casus, & sequenti.*

8 Populus interdictus ob peccatum domini, si desinat esse illius domini, non liberatur eo ipso ab interdicto, quia qui per se primo interdicitur, est talis populus, & ille idẽ manet sub ratione talis corporis politici. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Tandem possit.*

9 Qui ligatus interdicto personali particulari, pœnitẽs moritur, non liberatur eo ipso ab interdicto, censura enim non tollitur per pœnitentiam, vnde post mortẽ absoluẽdus, quoad viuos, illi enim sunt qui proprie obligantur, vt non tradãt illum sepulturæ, eorum autem obligatio non tollitur per pœnitentiam alterius, argument. *cap. A nobis, de sent. excom.* ergo *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 1. §. *Tertius casus, & seqq.*

10 Effectus relaxationis interdicti, est tollere hanc censuram, & restituere homini omnia illa bona, seu moralem aptitudinem ad illa, quæ interdictũ tollebat, vel impediebat, & propter hoc præcipue datur, quamuis requirat causam motiuam, vel pœnitentiam, seu satisfactionem eius, qui causam dedit interdicto. *Tomo* 5. *disp.* 38. *sect.* 2. §. *Reliqua quæ.*

11 Interdictum per hominẽ latum per particularem sententiam, solus ille qui eum tulit, vel eius superior, vel ex commissione, potest illud auferre: est communis: interdictũ vero à iure latum in pœnam totum delicti commissi ad certum tẽpus, eo elapso perfinitur, ante

Sylvest. interd. 3. *nu.* 16. *Soto in* 4. *dist.* 22. *q.* 3. *art.* 4. *concl.* 3.

autem tempus nō potest tolli, nisi à legislatore, vel eius superiore, vel ab eo, qui potest dispensare in tali lege. Idem dicēdum de interdicto simpliciter lato in puram pœnam, absque limitatione tēporis. *Tomo 5. disp. 38. sect. 2. §. Circa priorem, & seqq.*

12 Interdictum ob contumaciam latum, si fuerit reseruatū tolli non potest, nisi à reseruante, vt per se constat; & si fuerit casus occultus, potest tolli ab Episcopo *per Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de reform.* At vero si non fuerit reseruatum, latum à iure simpliciter, sine reseruatione, siue sit locale generale, siue personale generale, tolli potest ab Episcopo illius, vel ab eo, qui participet Episcopalem iurisdictionem. *Tomo 5. disp. 38. sect. 2. §. Superest vt dicamus, & seq.*

13 Interdictum à iure latum speciale personale, potest tolli ab Episcopo, si non fuerit reseruatū. Item potest, vt probabilius iudicat noster Doctor, tolli à quolibet proprio sacerdote, a quo potest auferri excommunicatio iuris non reseruata, quia hæ duæ cēsuræ quoad hæc æquiparantur, iuxta *Gloss. in cap. Præsenti verb. generaliter, de sent. excommun. in 6. Tomo 5. disp. 38. sect. 2. §. De interdicto, & sequentibus.*

Vide Sylu. interd. 3. q. 10.

14 Ad substantiam formæ huius relaxationis, nulla verba sunt determinata, sed sufficiunt quæ voluntatem tollendi illud in habente potestatem significant: vnde signa tātum non sufficiunt, cum non sit absolutio verbalis, quæ requiritur: tamen si talia signa coniūgantur cum aliquibus verbis, habet effectū absolutio, seu relaxatio: v. g. si Episcopus dicat intētionem suam esse interdictum relaxare, cum primum illud non seruauerit, quia licet illud per se non sufficiat, tamen cum verbis coniunctum, est sufficiens signum, & dici potest verbalis relaxatio: at vero solum non seruare interdictum Episcopum à se latum, non sufficit, vt censeatur auferri interdictum, argument. *cap. Cum consideres, de sent. excom. Tomo 5. disp. 38. sect. 3. §. Quod attinet.*

15 Absolutio, seu relaxatio interdicti ad cautelam non habet locu in interdicto generali loci, vt habetur expresse *in cap. Præsenti, de sent. excom. in 6.* In alijs vero interdictis maxime, quia cū in illo cap. non negetur, non videtur cur neganda sit ex vi iuris, nisi forte praxis, aut cōsuetudo aliud habeat: tum etiam, quia hoc beneficiū communiter cōceditur in quacumque cēsura, ergo vbi speciale non negatur, concessum manet. *Tomo 5. disp. 38. sect. 3. §. Dico tamen, & sequenti.*

Couarr. ca. Alma. p. 2 §. 2. nu. 5.

§. XIII.

§. XIII.

Interdictum quoad interdicta personalia specialia in iure lata.

Cap. primum.

1 PRimum interdictũ sumitur *ex cap.* 1. *de sent. excom. in* 6. vbi Ecclesiasticus iudex, qui in ferendis censuris non seruat formam ibi præscriptam, per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs suspenditur. *Tomo* 5. *disp.* 37. *sect.* 1. §. *Primum.*

Cap. sacro.

2 Secundum interdictum fertur *in cap. Sacro, de sent. excom.* vbi per mensem interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, qui excõmunicationis sententiam profert in aliquem, nisi competente admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas possit admonitio probari. *Tomo* 5. *disput.* 37. *sect.* 1. §. *Secundo.*

Cap. Præsenti.

3 Tertium interdictum ab ingressu Ecclesiæ fertur *in c. Præsenti, de offic. ordin. in* 6. specialiter contra Episcopos, & eorum superiores, qui vsurpant bona Ecclesiarum, aut beneficiorum vacantium, vel fructus eorum, ad ipsorum vtilitatem pertinẽtes, vel ad eos, qui in talibus beneficijs succedũt, quousque restitutionem fecerint de prædictis. *Tomo* 5. *disp.* 37. *sect.* 1. §. *Tertio.*

4 Quartũ interdictũ ab ingressu Ecclesię fertur *in cap. Episcoporum, de priuileg in* 6. contra solos exẽptos à iurisdictione ordinariorum, cuiuscũque ordinis, aut religionis existentes, qui violãt interdictũ locale, vel ab homine, vel à iure latum, scienter celebrando, vel faciendo celebrare in ciuitatib⁹, castris interdictis, &c. diuina officia, nisi quatenus eis à iure cõceditur. Item fertur contra eos, qui excõmunicatos publice, vel interdictos ad diuina officia, seu Ecclesiastica sacramenta, vel ad ecclesiasticam sepulturam admittunt. *Tomo* 5. *disp.* 37. *sect.* 1. §. *Quarto fertur, & seq. Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. §. *In hac re.*

Couar. cap. Alma. p. 1 §. 6. *nu.* 9.

Cap. Exigit. ca. Romana, Extrauag. vnica.

5 Quintum interdictum ab ingressu Ecclesiæ fertur *in cap. Exigit, de cens. in* 6. cõtra Episcopum, aut superiores Prælatos, qui ob procurationẽ sibi rationẽ visitationis debitã, recipiũt aliquid contra constitutionem Innocẽt. 4. *in cap. Romana, de cẽs. in* 6. si intra mensem duplum eius, quod receperint, nõ restituerint, *in Extrauag. de cens. in* 6. extenditur ad duos menses, & ad omnes de familia visitatoris, qui per se, vel alios, aliquid recipiunt ab his, qui visitandi sunt, præter id, quod illi est iure concessum. *Tomo* 5. *disp.* 37. *sect.* 1. §. *Quinto fertur.*

6 Sextum interdictum absolute, & sine restrictione vlla fertur cõtra ecclesiasticos iudi-

ces, qui officiales Romanæ Curiæ, vel alios qui eandem curiã pro ſuis negotijs profecti ſecuntur, priuant ſuis beneficijs eccleſiaſticis, & alijs eam conferunt, eademque cenſura extenditur ad eos, qui ea recipiunt. *Tomo* 5. *diſp.* 37. *ſect.* 1. §. *Sexto fertur.* Quod interdictum non comprehendit Epiſcopos, cum ſit generaliter latum. *Ibidem.*

7 Septimum interdictum fertur *in cap. Qui deinceps* 16. *q.* 7. in eum qui Epiſcopatum, vel Abbatiam, vel quãcumque inferiorem dignitatem eccleſiaſticam de manu laicæ perſonæ ſuſceperit, quouſq. locum reſipiſcendo non deſeruerit. *Tomo* 5. *diſp.* 37. *ſect.* 1. §. *Septimo fertur.*

8 Octauum interdictum fertur *in Extrauag. ambitioſę, de reb. Eccleſ. non alien.* cõtra Epiſcopũ vel Abbatem, qui bona Eccleſiæ, inconſulto Rom. Pontifice, aut non ſeruata forma dictæ Extrauag. alienauerit: incertum autem eſt, an iſta conſtitutio quoad pœnas recepta ſit, conſule conſuetudinẽ, & reſerua eã in hac parte. *Tom.* 5. *diſp.* 37. *ſect.* 1. §. *Octauo interdicitur.*

9 Nonum interdictum fertur *in Extrauag. vnica, ne ſede vacante aliquid innouetur*, contra Epiſcopos, & ſuperiores, qui contra præſcriptum illius decreti aliqua bona beneficiorum vacantium vſurpant, ſi intra menſem ea cũ effectu non reſtituũt ijs, ad quos pertinent. *Tomo* 5. *diſp.* 37. *ſect.* 1. §. *Nonum.*

10 Decimum interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ fertur contra omnes clericos in ſacris, qui in crimine fornicationis iacent, *in cap. ſi qui ſunt* 81. *diſtin.* Simileque interdictum fert Pius 4. in bulla confirmationis Conc. Trident. contra Prælatos commentaria edentes in Concil. Tridentin. *Tomo* 5. *diſp.* 37. *ſect.* 1. §. *Decimum interdictum.* *Cap. Si qui ſunt.*

§. XIIII.

Interdictum quoad interdicta generalia perſonarum in iure lata.

1 PRimum interdictum afferri poteſt *ex cap.* 1. *de vſur. in* 6. vbi collegia & vniuerſitates vſu rarijs alienigenis habitationem concedentes interdicuntur. Secundum fertur in *cap. vnic. de in iuris in* 6. contra vniuerſitates concedentes, vel extendentes repreſalias contra clericos, aut ipſorum bona, niſi intra menſem eas reuocauerint. Tertium fertur *in Extrauag. ſaluator, de prę hend.* cõtra vniuerſitates quę ex certa ſcientia præſumpſerint reſiſtere ſtatutis, ibi á Summo Pontifice circa diuiſionem Epiſcopatus Toloſani. Quartum fertur *in Extrauag. vnica, ne de ſede vacante aliquid innouetur*, contra *Cap.* 1. *de in iuris.* c. 1. *de vſur. Extrauag. ſaluator. Extrauag. vnica, cap. clericis.*

contra capitulum, vniuersitatē, vel collegium, quod non obseruat constitutionem Ioan. 22. circa fructus vacantium beneficiorum. Quintum interdictū fertur *in cap. cleric. de immunit. Eccles. in 6.* contra vniuersitates agentes contra diuisionem textus illius, quamuis illud cap. sit reuocatum *per Clement. 1. de immunit. Eccles. Tomo 5. disp. 37. sect. 1. §. Primum huius.*

2 Sextum interdictum fertur *in clausula 2. Bullæ Cœnæ* contra appellantes ad Concilium futurum. Septimū sumitur *ex Conc. Trid. sess. 7. cap. 10.* vbi Capitulis Ecclesiarum præcipitur, ne sede vacante infra annum à die vacationis literas dimissorias ad ordines recipiendos alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti, vel recipiendi occasione arctatus non fuerit, concedat, Et subditur, Si secus fiat, capitulum contraueniens, ecclesiastico subiaceat interdicto. *Tomo 5. disp. 37. sect. 1. §. Sexto afferri.*

Cōc. Trid.

3 Octauum interdictum ferri potest *ex cap. Quanquam, de censib. in 6.* in quo fertur censura excommunicationis contra exigentes tributa ab ecclesiasticis personis. Et subdit, Si autem collegium, vel vniuersitas ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscumque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus interdicti sententiam ipso facto incurrant, de quo consule consuetudinem, & obserua eam. *Tomo 5. disp. 37. sect. 1. §. Octauum.*

Cap. Quāquam.

§. V.

Interdictum quoad interdicta generalia localia in iure lata.

1 PRimum interdictū generale loci sumitur *ex cap. Fœlicis, de pœnis in 6.* contra hostiliter insequentes Cardinales. Secundū fertur in *Clement. 1. de pœnis*, contra eos, qui personam cuiuscumque Pontificis corporali iniuria afficere audent, vel contra ferentes iniuriam suo Episcopo. Tertiū fertur *in cap. Extrauag. Vbi periculum, de elect. in 6.* contra non obseruantes modum ad electionem Papæ præscriptum in dicto cap. Quintum fertur *in Extrauag. super gentes, de consuetudine*, contra prohibētes Pōtificis Legatis terras aliquas ingredi. Sextum denique contra admittentes alienigenas ad habitandum, & fœnerandum in terris suis, *cap. 1. de vsur. in 6.* Interdicta particularia localia referuntur ad localia generalia; nam si contingat talem locum esse particularem, interdictum ipsum etiam erit particulare, & ideo non immoror. *Tomo 5. disp. 37. sect. 1. §. Nonnulla etiam, & seqq.*

Cap. fœlicis. Clemē ti. 1. de pœnis, c. vbi periculum Extrauag. super gentes.

Interrogatio confessoris.

Mag.in 4. dist.17.& 19. Soto ist.18.q. 1.art.4. Augu.lib. de ver. & falsa pœn. cap. vlt.

1 Confessor nō tenetur nonnulla interrogare ante confessionem, v. g. statum, & conditionem pœnitentis, tempus in quo vltimo confessus est,&c. quia ex discursu confessionis facile cognosci poterunt, si oportuerit:nec tenetur interrogationes facere post illam factam, si intelligat ex circunstantijs integre confessum fuisse pœnitentem, quia tūc potius esset interrogatio otiosa,& curiosa, & onerosa pœnitēti, quā vtilis: secus si intelligat pœnitentem non satis explicuisse conscientiam suam:ita communiter Doctores.*Tomo 4.disp.32.sect.3.§. Duo sunt ex parte, & §. Secundo inquiri potest.*

D.Tho. in 4.dist.16. q.3. Soto dist. 18.q.1.ar ti. 4.

2 Quando pœnitens non patitur se amplius examinari, & interrogari dicens sufficienter esse confessum, non debet illi conformari confessor, si certus sit pœnitentē temere,& imprudenter procedere,quia id esset ad malum cooperari: secus si probabiliter iudicet confessionem integre esse factam,vt patet. Item nō oportet de omnibus rebus interrogare, sed de his, quæ considerata conditione pœnitētis probabiliter possunt in illum conuenire, vnde (vt admonēt omnes Doctores) non debet confessor esse nimius in interrogādo, pręcipuè in materia castitatis, ne aut pœnitentem doceat,aut se,vel illū periculo alicuius tētationis exponat. *Tomo 4.disp.32.sect.3.§. Addit vero.*

Nauar.ca. 5.num.2.

3 Si confessori constet pœnitentem aliquid omittere,etiam facta morali diligentia, tenetur illum interrogare, quia confessor non solum tenetur ex officio cauere peccatum pœnitentis in mutilatione confessoris, sed etiam per se tenetur curare,vt iudciū ipsum integre fiat. *Tomo 4.disp.32.sect.3.§.Difficultas vero, & seqq.*

4 Quando confessor pœnitētem videt non solum tacere aliquod peccatū, quod euidenter scit illum commisisse, sed etiā postquā interrogatus est, illud in confessione negat, regulariter tenetur stare confessioni, & dicto pœnitentis: quia tenetur in hoc iudicio ipsi pœnitenti credere tam pro se,quam contra se. Idem dicendum si oculis videt peccatum, & probabiliter existimare possit pœnitentem iam illum confessum fuisse alteri. At vero si sit euidens omnino illum mentiri contra integritatem confessionis, tunc non tenetur stare ita dictis pœnitentis,vt non possit vti scientia sua ad conuincendum, & redarguendum illum: quia licet in externo, & publico foro necessaria sit scientia publica, in hoc foro secreto,& ad bonum ipsius rei ordinato, scientia priuata ipsius confessoris

ris vtilis eſſe poteſt. Idem dicendum, ſi euidẽter videat illũ eſſe indiſpoſitum, aut non intergre confiteri. *Tomo* 4. *diſp.* 32. *ſect.* 3. §. *Vltimo quæri.*

Interſtitia.

1 Qui in eodem die, etiã dies vnus ſit fictione canonica, plures ordines ſacros recipit, manet ſuſpenſus ipſo iure ab illo ordine, quem poſteriori loco ſuſcepit, priorem enim legitime ſuſcepit: vnde ſi tres ſacri Ordines fuerũt eodem die ſuſcepti, ſuſpenſio erit de vltimis duobus, iuxta *cap. Dilectus*, & *cap. Litteras, de tẽp. ordin.* Tamẽ qui in eodem die ordinatur ſacerdos, & conſecratur Epiſcopus, non manet ſuſpenſus: quia Epiſcopatus nõ numeratur inter ordines ſacros. *Tomo* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. §. *Octaua ſuſpenſio.* *Nau. c.* 25. *num.* 71.

2 Qui ſuſcipit omnes ordines minores eodem die, non manet ſuſpenſus, & ſubdiaconatũ ſimul, vt conſtat *ex cap.* 2. *de eo, qui fuit ord. ſuſcip.* Et ex congregatione Cardinaliũ, ſupra *Conc. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 13. *de reform.* dicente. *Qui ex conſuetudine illius regionis quatuor minores Ordines, & ſubdiaconatum eodem die ſuſceperunt, non ſunt ſuſpenſi. Et Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 11. ſolum generaliter dixit: *Vt hi ordines per temporum interſtitia niſi aliud Epiſcopo videatur, conferantur. Tomo* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. §. *Dubium autẽ, & ſequentibus.* *Cõc. Trid.*

3 Qui ſuſcipit ordines ſacros in diuerſis diebus, & legitimis temporibus, non ſeruãdo inter vnum & alium, eam temporis moram, quam *Conc. Triden. ſeſſ.* 23. *cap.* 13. & 14. ſtatuit, ſine diſpẽſatione, aut indulto Apoſtolico, non manet ſuſpenſus, Concilium enim nullam pœnã, aut cenſurã impoſuit. *Tomo* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 3. §. *Tertium delictum.* *Cõc. Trid.*

§. I.

Irregularitas quoad nomen, definitionem, & diuiſionem.

1 NOmẽ, *Irregularitas*, datum eſt à regula, ſeu regulare, addita præpoſitione, In, quæ vim habet ſignificandi priuationẽ. Vnde ſumpta eſt hæc vox, *Irregularitas*, ad ſignificandum impedimentũ, ratione cuius homo fit incapax illius gradus, vel actionis, quę alijs cõmunis eſt, atque ita extra generalẽ regulam conſtituitur. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 1. §. *Primo circa.*

2 Irregularitas definitur ſic. *Eſt inhabilitas, ſeu impedimentum Canonicũ ex ſe directè, ac primario impediens acceptionem Ordinũ Eccleſiaſticorũ, & conſequenter vſum eorum, qui ſuſcepti ſunt*, cuius explicatio poteſt videri apud noſtrum Doctorem. *Tomo* 5. *diſp.* 40 *ſec.* 1. §. *Suppoſita ergo, & ſeqq.* *Vide Sot. in* 4 *d.* 22. *ar.* 1. & *d.* 21. *q.* 1. *ar tic.* 2.

3 Incapacitas ad Ordines ſuſcipiendos ex diuino iure orta, non eſt irregularitas, v.g. Omnis

nis homo non baptizatus, quia non eſt impedimentum canonicum, ſed diuinum. Item nec peccatum mortale licet impediat ſuſceptionem ordinum, iuxta *cap. vlt. de temp. ord.* quia peccatum nõ habet ex aliqua lege eccleſiaſtica, quod tale impedimentum ſit, ſed natura ſua, nec indecentia, quanuis ſuppo nat ad inducendam irregularitatem, licet reddat ordinationem peccaminoſam, non enim introducitur ab humano iure. *Tomo 5. diſp. 40. ſect. 1. §. Addimus vero, & ſeqq.*

4 Nulla irregularitas eſt cen ſura, cum non ſit pœna medicinalis, & ad correctionem poſita, ſed eſt perpetua, & diſtinguitur ab omnibus tribus cenſuris. *Tomo 5. diſp. 40. ſect. 1. §. Additur vero, & ſeqq. & ſect. 3. §. Tandem aduertere oportet.*

5 Irregularitas alia totalis, alia partialis: totalis eſt, quæ ex ſe priuat toto ordine clericali, v. g. irregularitas homicidij, Bigamiæ, &c. partialis vero, quæ priuat aliquomodo ordinibus, non tamen in totum, prohibendo omnes ordines. *Tomo 5. diſput. 40. ſect. 3. §. Vltimo ergo.*

6 Item irregularitas alia eſt, quæ contrahitur per peccatum proprium irregularis: alia vero ſine ipſius actu: prior aliquando per actum licitum, v. g. ex defectu ſacramenti, vt eſt bigamia: aliquando vero per actum illicitum, vt ex homicidio, aut adminiſtratione ordinis contra eccleſiaſticam cẽſuram, aut ex iteratione baptiſmi: poſterior vero eſt illa, quæ fundatur in aliquo actu paſsiuo, in quo eccleſiaſtica lex ſufficientem indecentiam conſiderauit, ratione cuius hanc inhabilitatẽ appoſuit. *Tomo 5. diſp. 40. ſect. 3. §. Alia vero diuiſio, & ſequenti, & expreſſius. §. Sexto dubitari poteſt.*

7 Irregularitas non bene diuiditur in magnam, & paruam. *Tomo 5. diſp. 40. ſect. 3. §. Nihilominus dicendum.*

8 Irregularitas pœnalis orta ex proprio actu nulla eſt, quæ contrahatur propter actum pure mentalem: quia nulla eſt canonica lex imponens hoc impedimẽtum propter actum pure internum: nec Eccleſia habet poteſtatem ad illum impo nendum, quod probat perpetuus non vſus Eccleſiæ. vnde loquendo de facto requiritur actus externus conſummatus, quia verba legis pœnalis reſtricte intelligenda ex vulgari regula, *cap. Pœnæ, cum ſimilibus, diſtinct. 1. de pœnit.* vt v. g. ſi irregularitas fertur propter homicidium, non ſufficit velle, aut attentare, aut quæcunque vulnera lethalia infligere, niſi mors ſequatur, etiamſi contingat per miraculum impediri. *Dixi de facto*, quia de poſsibili poteſt Eccleſia inducere irregularitatem

Anto. 3. p. tit. 28. c. 2. Nauar. ca. 27. nu. 19. Sylueſ. verbo Homici. 3. q. 1. 2. & 8.

pro-

propter actum tantum inchoatum, vt probat noſter Doctor, vt ſolet. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 3. §. *Nihilominus dicendum, & ſequentibus.*

9 Irregularitas non contrahitur per actum in quo defuit omnino voluntas interna: vt ſi dormiens, vel amens occidat, nec per actum in quo deeſt voluntas, quæ reddit illum actum voluntarium, quatenus culpabilis eſſe poteſt, vt ſi excommunicatus celebret ex naturali obliuione cenſuræ, nec per actum liberum, & humanum, habentem tamen effectum nullo modo voluntarium, aut præuiſum, ratione cuius eſt impoſita hæc irregularitas, & non ratione actus ſecundum ſe: vt ſi quis libere venationem exercens, caſu omnino inuoluntario hominem interficiat. Ratio primi puncti eſt: quia cum tale opus humanum non ſit, non ſolum à culpa, ſed etiam à pœna, & legitima indecentia excuſat. Ratio vero ſecundi, & tertij puncti eſt: quia cum hæc irregularitas imponatur propter culpã, ceſſante illa, ceſſat etiam irregularitas. *Tomo* 5. *diſp* 40. *ſect.* 3. §. *Tertio dubitari poteſt, & ſeqq.*

10 Irregularitas pœnalis nec imponitur, nec imponi poſſe videtur propter culpam de ſe venialẽ, quia nulla eſt lex canonica, quæ propter talem culpã, talem imponat pœnam: vnde probabili[ter] videtur, quoties interuenit excuſatio à culpa mortali, licet venialis committatur, non incurri irregularitatẽ, quæ propter actum, qui de ſe peccatum mortale eſt, imponitur. Item nõ imponitur per quodcunque peccatũ mortale, quia licet peccatum mortale multo maiori pœna ſit dignum, tamẽ hæc non eſſet proportionata, nec prudenter fertur, niſi pro criminibus ſpeciali modo repugnantibus ſtatui clericali, & decentiæ illius. Quæ autem hæc ſint, de poſsibili relinquendum eſt prudentiæ legiſlatoris, de facto vero conſulenda ſunt iura. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 3. §. *Quartum ergo dubium, & ſequentibus.*

11 Voluntas quæ ſufficit ad peccandum mortaliter contra legem imperantem irregularitatem, ſufficit ad illam incurrendam, ſi alioqui in exteriori actu eſt ſufficiens integritas, & malitia requiſita ex vi verborum legis, quod probat noſter Doctor ex iuribus, quæ docent ad irregularitatem incurrendã ſufficere ignorantiam craſſam, vel ſupinam, vt *in cap.* 1. *de ordin. ab Epiſc. qui renunt. Epiſcop.* & ſæpe alias licet peccatum externum ſit omnino occultum, vt omnes, excepto *Caſtro de leg. pœn. lib.* 2. *cap. vltim. conclu.* 3. fatentur. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 3. §. *Quintum dubium.*

§. II.

Irregularitas quoad effectum.

1 IRregularitas impedit acceptionem ordinũ, *cap. Curandum, dist.* 43. *& cap. Si cuius vxorem, eadem dist.* licet ordo acceptus ab irregulari valid⁹ maneat, Ecclesia enim non potest impedire effectũ sacramenti concurrentibus omnibus institutis à Christo. Tamen grauiter peccat suscipiendo illos, siue sacros, siue minores: quia facit contra præceptum Ecclesiæ, in re valde graui, & sacra, quamuis propter hanc culpam, nulla incurratur pœna ipso iure, nullo enim iure lata legitur, & irregularitas non est nisi sit iure expressa, *cap. Is cui, de sent. excom. Tomo* 5. *disp.* 40. *sect.* 2. §. *Ex hac quæstione, & seqq.*

2 Irregularis peccat ministrãdo in ordine suscepto ex officio, sumitur *ex cap. vlt. de temp. ord & cap. Inquisitionis* 1. *de accusat.* nulla tamen pœna propter hanc culpam ipso iure incurritur, quia nullibi inuenitur expressa, quod procedit in omni irregularitate. *Tomo* 5. *disp.* 40. *sect.* 1. §. *Tertio cum eadẽ, & seqq.*

3 Irregularitas non impedit actum quantũuis sacrum, prout à laico fieri potest, quia non est actus ordinis, qui tantum prohibetur per irregularitatem, vnde irregularis potest recipere quæcumque sacramenta, excepto ordine. Item potest baptizare in necessitate sine solemnitate, secus cum solemnitate, quia nullum sacrum ministerium etiam actiuum, quatenus per laicos exerceri potest, prohibetur clericis irregularibus. Idem dicendum de omnibus actibus pertinẽtibus ad ordines minores, & ꝺ recitatione particulari diuini officij, & de ministratione priuatim sacerdoti ad altare. Denique itẽ per se irregularitas non priuat hominẽ potestate iurisdictionis, nec impedit vsum eius, vt est communis sententia, quia potestas iurisdictionis, etiam ecclesiasticæ, distinguitur à potestate ordinis. *Tomo* 5. *disp.* 40. *sectio.* 2. §. *Quarto dicendũ, & seqq.*

4 Qui habebat iurisdictionẽ ordinariam in foro pœnitentiæ, non amittit illam absolute, & simpliciter ipso facto per irregularitatem, quia non amittit officium, vel beneficium, nec ab illis suspenditur: sed nõ potest irregularis accipere hãc iurisdictionem de nouo ordinariam, iuxta communem opinionem. Item clericus non habens hanc iurisdictionem, nõ potest licite vti illa, per seipsum absoluendo sacramentaliter à peccatis, quia est priuat⁹ executione ordinis, & non potest vti illa iurisdictione, quin vtatur ordine: absolutio vero data à tali sacerdote,

dote, nisi aliud detur impedimentum, vel obex, vt probabilius iudicat noster Doctor, est valida, cum nihil desit ex parte ministri, quod sit de substantia. Idem dicendum de sacerdote habente hanc iurisdictionē delegatam, quia si irregularis fiat, non amittit illā ipso facto. Idē vt probabilius est de suspēsione ab ordine, quia non impedit executionem iurisdictionis, sed ordinis tantum. Idem denique dicendum de interdicto personali sacerdotis absoluētis, quia secluſa excommunicatione non videtur per se tollere iurisdictionem. *Tomo* 5. *disp.* 40. *sect.* 2. §. *Dico ergo in primis, & sequenti.*

§ III.

Irregularitas quoad causam formalem, & efficientem.

1 IVs Ecclesiasticum habet potestatem ad irregularitates imponendas, multæque à solo illo sunt introductæ, vt supponitur. *Tomo* 5. *disp.* 40. *sect.* 4. §. *Circa efficientem causam.* Item nulla est de iure diuino. *cap. Is qui, de sent. excom. in* 6. *Ibidem* §. *Dicendum vero est.* Item nulla per sententiam iudicis fertur, sed declarar, vt colligitur ex illo principio, quod irregularitas non incurritur, nisi in casibus iure expressis. *Ibidē* §. *Secundū dubium, & seqq.* Itē non imponitur per statuta inferiorum prelatorum: quia ius particulare non est simpliciter ius, sed appellatur statutum Episcopi. *Ibidem* §. *Tertium dubium;* sed per solum ius Pontificium imponitur, *cap.* Is *qui, de sent. excom. in* 6. *Ibidem* §. *Secundo dicendum est, & seqq.* Itē nulla de facto inuenitur extra corpus iuris, item vt contrahatur, non sufficit, vt in simili casu, vel minori posita sit, sed necesse est, vt in propria specie talis delicti, v. g. vel talis causæ lata sit, vt colligitur satis ex dicto *cap. Is qui. Ibidem* §. *Aduertendum est, & seqq.*

Naua. cap. 27. *n.* 191. *Anto.* 3. *p. tit.* 28. *c.* 1 *Soto dist.* 22. *q.* 3. *ar ti.* 1.

2 Quoties verba legis non significant pœnā ipso facto, sed requirūt actionem hominis, vt imponatur in tali lege, non est sermo de irregularitate, quia pœnalis lex nunquā per ipsam operatur, absque sententia, vel facto hominis, nisi per verba eius sufficiēter exprimatur. Itē quando priuatio fertur per verbum præsentis, aut præteriti, significatur per ipsam legem statim ferri: quando vero fertur per verba futuri, significatur pœnam ferendam, nisi ex alijs verbis adiunctis satis significetur alius sensus pœnæ ipso iure latæ, vel ferendæ, v. g. si dicat cum verbo de futuro irregularis erit, aut fiet, aut eo ipso, ex tūc ipso facto. Itē quoties pœna in canone imponitur

per

per hæc verba, Deponatur, vel Degradatur, &c. aut raro, aut nunquam eſt ſermo de irregularitate. Exempla ſunt multa in canonibus Apoſtol. & cap. *Si quis Epiſcopus, diſtinct.* 38. Item quamuis priuatio ordinum, ex vi verborum canonis ipſo iure feratur, non ſemper fertur irregularitas, niſi vel ex verbis expreſsis, vel ex alijs indicijs ſufficientibus colligatur: vnde vt ſignificetur irregularitas, neceſſaria ſunt verba, aut indicia ſpecialia: quod probat noſter Doctor ex varijs exemplis iuris canonici. *Tomo* 5. *diſp* 40. *ſect.* 8. §. *Ex his principijs, & ſeqq.*

3 Formulæ quæ in iure inueniuntur ſufficienter indicantes irregularitatē, ſunt omnes excludentes hominem, ſeu ab ordine, ſeu clericatu. *Prima, can.* 18 *Apoſt. non poteſt eſſe clericus. Secūda, can.* 21. *ne ſit clericus. Tertia, can.* 60. *ad clerū non promoueatur. Quarta, can.* 78. *ne fiat clericus. Quinta cap.* 1. *de cleric. non ordin. miniſt. nunquam ordinetur. Sexta, cap. Curandum diſt.* 34. *non aſpiret ad ordines. Septima c. vlt. diſt.* 55. *illi non poſſunt ſecūdum canones ſacerdotij iura concedi. Octaua, cap. miror diſt.* 50. *ſacerdotio priuatus.* Alias omitto, quas noſter Doctor affert, eas tamen excludit: videantur à curioſo lectore. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 8. §. *Ex dictis colligere, & ſeqq.*

4 Operari cum dubio, aut timore irregularitatis nihil refert ad illā incurrendā, vel euitandam: quia ſi poſtea, re ſatis perſpecta, & examinata, conſtiterit talem actum non eſſe ſufficientem ad incurrendam irregularitarem, non erit contracta propter dubitationem operantis, ſed ablato dubio poterit ordines exercere, vel aſſumere ſine alia diſpenſatione. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 5. §. *Atque hinc.*

5 Quando dubium, vel ſuperuenit, vel manet poſt effectū opus, ex quo irregularitas timetur, non licet cum tali dubio operari contra irregularitatem, non facta prius ſufficienti diligentia morali ad expellendum tale dubium, & cognoſcēdum an irregularitas ſit contracta tali opere necne? quia ſic operādo ponit ſe manifeſto periculo errandi, vel violandi irregularitatē. *Tomo* 5. *diſp.* 40. *ſect.* 5. §. *Supereſt dicendum.* Et quando facta morali diligentia non poteſt dubium deponi, tenetur homo practice deponere dubium, & ſe gerere perinde ac ille, qui nullam habet irregularitatem, quanuis teneatur nacta opportunitate maiorem adhibere diligentiam: quia in eo caſu poſt factam diligētiam, ignorantia, quæ manet, inuoluntaria eſt, & ideo practice nullum eſt periculum peccati, ſecluſo autem hoc periculo, tutiſsima eſt illa pars. *Ibidem.* §. *Difficultas vero, & ſeqq.*

§. IIII.

§. IIII.

Irregularitas quoad subiectum.

1 NVllus est capax irregularitatis, qui per se, & iuxta Christi institutionem non sit capax sacramenti ordinis, quia irregularitas est priuatio, omnis autē priuatio supponit capacitatem: vnde fœmina ratione sexus nec est irregularis, nec est capax alterius irregularitatis superuenientis, fœmina enim est incapax sacramenti ordinis ex iure diuino, vt probat traditio Ecclesiæ, & factū Christi, qui in nocte Cœnæ non ordinauit nisi viros, vt sumitur *ex cap. vnico, de pœnit. & remiss.* Itē non baptizatus non est capax irregularitatis, cum non sit capax ordinis, *cap. 1. & cap. Veniens, de presb. non bap.* Denique irregularitas potest in eodem subiecto multiplicari. *Tomo 5. disp. 40 sect. 7. §. Post efficientem, & sequentibus.*

Castro contra hæres. verb. mulier. Bellarmin. lib. 1. de sacram. in gener. c. 1. & 25.

2 Omnis capax ordinis habens superiorem in terris, est capax irregularitatis: vnde infantes, & adulti baptizati sunt capaces irregularitatis, cū sint capaces ordinis. Itē Episcopi, quia *caput periculosum, de sent. ex com.* solum loquitur de suspensione, & interdicto, Papa vero nō est capax irregularitatis, ex defectu superioris. Tamen Episcopus sub excommunicatione prohibitus ne ordinet irregularem, non incurrit talem censuram ordinando fœminam, aut cathecumenum, etiamsi alias il legitimum, bigamum, &c. quia talis persona non est iure irregularis, nec impedimenta eius sunt proprie canonica. Idem dicendum si ordinet indignum iure diuino, aut naturali. *Tomo 5. disp. 40. sect. 7. §. Secunda igitur generalis, & seqq.*

3 Aliquæ sunt irregularitates ita clericorum propriæ, vt non possint in alijs inueniri, vt patet in irregularitate, v. g. quæ contrahitur propter violatam excommunicationem per executionem ordinis ecclesiastici, hæc enim causa non potest in mero laico reperiri. *Tomo 5. disp. 40. sect. 8. §. Prius enim.*

4 Irregularis est ad ordines suscipiendos, ille, qui in amentiam incidit, licet sanitatē recuperet, vt colligitur *ex cap. maritum dist. 33.* Idem dicendum de lunaticis amittentibus per tempus vsum rationis. Idē de epilepticis, seu morbum caducum patientibus, qui pro tūc etiam amittunt vsum rationis. Idem de arreptitijs, qui à dæmone vexantur, etiam pro vna vice, vt constat *ex cap. citat.* Tamen ad vtendum ordinibus iam susceptis, non manet irregularis, licet requiratur iudicium Episcopi, vt constat de epilepticis

Nau. c. 27. nu. 203. Anto. 3. p. tit. 28. c. 5

in

in *cap. Communiter, dist.* 33. & de arreptitijs *ex cap. cit. Maritũ, & cap. Clerici, dist.* 33. & idẽ dicendum de amẽtibus, licet non sit expressum in iure. *Tomo* 5. *disp.* 51. *sect.* 1. §. *Statim vero, & seqq.*

Nauar. Couar. 5 Non omnis, qui alium facit irregularem, est irregularis: in nullo enim iure reperitur expressum, & tanquam falsum refellit illud *Nau. cap.* 27. *nu.* 207. *& Couarru. in Clement. si furiosus, p.* 3. *in principio num.* 8. *Tomo* 5. *disp.* 42. *sect.* 5. §. *Octauo Episcopus.*

6 Contrahens cum repudiata ab alio cognita carnaliter, fit irregularis, iuxta *cap.* 1. *de bigamis, cap. Si quis viduam* 50. *dist. cap.* 1. *Maritus, dist.* 33. *& canõ.* 16 *Apostolorum, cap. Si quis viduam,* 2. *dist.* 34. *Tomo* 5. *disp.* 49. *sect.* 3. §. *Atque ex his intelligitur.*

§. V.

Irregularitas quoad oblationem, seu dispensationem.

Angel. Sylu. verb. irreg. Armilla nu. 88. *Soto in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *artic.* 3.

1 IRregularis, aut canonice impeditus non restituitur per pœnitentiam ad pristinam ecclesiasticam dignitatem, per se loquendo, tollitur enim per dispensationem superioris: quãuis pœnitentia sit congrua dispositio ad obtinendam dispensationẽ. *Tomo* 4. *q.* 89 *art.* 3. §. *Primum est in comment.*

2 In homine denuo baptizato nulla manet irregularitas ratione præcedentium actionum, aut conditionum, nisi oppositum sufficienter in iure constiterit: quia per baptismum regeneratur quis, & efficitur quasi nouus homo. Vtrũ autem irregularitates tollãtur per ingressum religionis, consulẽda sunt iura, & priuilegia religionum, cum non possit dari certa regula. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Ratio dubitandi, & seqq.*

3 Irregularitas tolli potest per propriam dispensationem, quia sicut dispensatio potest cadere in ius commune, ita & in irregularitatẽ, *cap. Præposuit, de concess. præb.* Non vero per absolutionem, quantumcumque homo per confessionem absoluatur, neque manet liber ab irregularitate. Tamen vt dispensatio locum habeat necesse est, vt causa irregularitatis duret, nã illa cessante, per se cessat irregularitas; nec est necessaria dispensatio, quod probat noster Doctor varijs exemplis, quę videri facile possunt. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Circa tertium, & sequenti.*

4 Irregularitas tollitur per abrogationem legis illam ferentis, verb. gra. si Ecclesia auferat legem faciẽtem illegitimos irregulares, eo ipso aufertur talis irregularitas; quia efficacior est abrogatio, quam dispensatio: quod intellige non tantum

quoad

quoad irregularitates nondum contractas, sed etiam quoad iã contractas ante tempus abrogationis, siue sint ex delicto, siue nõ, si abrogatio simpliciter, & absolute fiat. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 1. §. *Vnde obiter.*

5 Irregularitas tollitur per electionem ad Summũ Pontificatum eo ipso, quia statim desinit ligari iure Põtificio, quoad vim coërciuam, sicut enim est incapax nouæ irregularitatis, ita etiam antiquæ, seu conseruationis eius. *Tomo* 5. *disp.* 40. *sect.* 7. §. *Addita vero in fine.*

6 Potestas dispensandi in irregularitate, spiritualis, ac supernaturalis, & à Christo domino concessa est, quia potestas ferendi leges, & dispensandi in illis, eiusdẽ ordinis sunt, & potestas ligandi, & soluendi respectiue sumpta. Item est potestas iurisdictionis, non enim est ordinis, & ideo nõ potest exerceri, nisi in subditos. *To.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *Supponendum in primis.*

7 Summus Pontifex ex diuino iure, & immediate à Christo habet ordinariam, vniuersalẽ, & supremam potestatem dispẽsandi in irregularitate, quia habet eam immediate à Christo, & ordinaria est ex vi proprij muneris, ligat enim totã Eccleſiã, & omnes pẽdent à Summo Põtifice, & ideo est suprema, & sic nulla est irregularitas, in qua ille non possit dispensare, non solum quoad loca, & personas, sed etiã quoad irregularitates, cũ sint de iure positiuo, in quo ille potest, vt cõstat *ex cap. proposuit, de conces. præb. cap. significasti, de elect. & cap. quidam* 25. *q.* 1. Vnde tantum requiritur causa, vt dispensatio sit iusta, non tamen valida. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *His suppositis.*

8 Episcopi iure ordinario nõ possunt dispensare nisi in casibus concessis: est communior opinio Canonistarum, & comprobari potest *ex cap. Cum illorum, de senten. excom.* Ratio est, quia inferior non potest dispẽsare in lege superioris. *Tomo* 5. *disp* 41. *sect.* 2. §. *Secundo dicendũ est.* *Ang. verb. dispensatio nu.* 5. *Sylu. q.* 9. 10. 11. *& alijs*

9 Episcopi possunt dispensare in omnibus irregularitatib⁹, suspensionibus, &c. ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum, vt colligitur ex *Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 6. *de reform.* non solum per se, sed per alium committẽdo vices suas. Item potest vti hac potestate erga seipsum, si forte incidat in aliquam irregularitatem occultam, committendo vices suas confessori, vt constat ex congregatione Cardinaliũ. An vero possit exercere hanc potestatem secũ per seipsum, non resoluit noster Doctor, sed remittit ad materiã de legibus, & de voto. Item potest vti hac potestate per se, vel delegando illam

illam circa subditum absentem in alia diœcesi versantem ex Congregat. Cardinalium, dispensatio optime concedi potest absenti. Per subditos intellige omnes habentes domiciliũ in Episcopatu, licet exemptos, nam semper sunt aliquo modo subditi, si aliud priuilegium non obstat. *Ibidem.* §. *Tandem hinc. Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *Alia regula sumitur, & seqq.*

10 Archiepiscopi non possunt dispensare cum subditis suffraganeorum, etiam dum visitant in casibus occultis concessis Episcopis. ff. irregularitate, & suspensione, &c. quia hæc facultas non conceditur eis, vt Archiepiscopi, sed vt Episcopi, & hic est communis sensus harum facultatum, nisi aliud exprimatur. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *Tandem hic in fine.*

11 Collegium Cardinalium, Apostolica Sede vacãte, potest dispensare in irregularitate in ordine ad electionem Pontificis, quia delegata potestas ad aliquem actum principalẽ censetur delegata ad alia accessoria, quæ ad illum ordinantur: ergo si conceditur facultas ad eligendum Pontificem, etiam conceditur ad tollendum aliquod impedimentum in iure humano fundatum: secus dicendum de potestate tollendi irregularitatẽ circa alias personas, in nullo enim iure inuenitur cõcessum. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *Hic vero occurrebat.*

12 Capitulũ Cathedralis Ecclesię, sede vacante, non potest dispensare in irregularitatibus concessis Episcopis in decret. Concil. Trident. vt colligitur ex ipsomet decreto, adiuncta interpretatione Cardinalium, dicente illam esse facultatem soli⁹ Episcopi priuatiue quoad omnes alios: ergo excludit etiã capitulum sede vacãte. *Tomo* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. §. *Quæri vero potest.*

13 In irregularitate contracta per vsum ordinis cum excõmunicatione, solus Papa potest dispensare de iure communi, vt patet *ex cap.* 1. *de sent. excõ. in* 6. *& cap.* 1. *de sent. & re iud. in* 6. si tamen proueniat ex delicto occulto, poterit Episcopus ex decret. *Conc. Trid sess.* 24. *cap.* 6. *de reform.* dispensare, v. g. si excommunicatio occulta sit, etiamsi celebratio sit publica; vel si excõmunicatio sit nota, celebratio autẽ occulta. *Tomo* 5. *disp.* 11. *sect.* 3. §. *Vltimo potest.* *Nau. c.* 27 *n.* 45. *Vgo li. tab.* 1. *c.* 14. §. 1. *n.* 27.

14 Nullus habet in iure hanc potestatem delegatam generaliter; vtrum autem facta sit delegatio extra ius, vix potest cadere sub scientiam, cum pertineat ad factum, & ideo priuilegia personarum consulenda sunt: solũ aduerte, quod duob⁹ modis potest fieri hæc commissio. Primo, per priuilegia perpetua, vt prælatis religionũ, quę ipsi

ipsi scire tenentur. Secundo, ad vnum, aut alterum actũ, & tunc debent ponderari verba rescripti. *Tomo 5. disp. 41. sect. 2. §. Vltimo dubitari potest.*

15 Nulla forma verborum, aut solemnitas est prescripta in iure circa hanc dispẽsationem, vt omnes docent: vnde solum ea postulanda sunt, quæ ex natura rei requiruntur. Vt ergò dispensatio sufficienter fiat, necessarium est aliquod signum, quo sufficienter voluntas dispensantis ostendatur, quia dispensatio ab illa pendet, & non sufficit interior voluntas tantum, nisi manifestetur. Item necesse est, vt qualitas seu effectus dispensationis sufficienter explicetur, potest enim irregularitas dispensari, aut in totum, aut in partem, id est, vel quoad vnum ordinem, vel quoad omnes, vel quoad vsum ordinis suscepti, & non quoad ordinẽ suscipiendũ. Vnde quoties dispensatio irregularitatis absolutè, & sine addito conceditur, signum est dispensationem esse totalem. Verba enim absoluta significant absolutam dispensationem. *Tomo 5. disp. 41. sect. 3. §. Primo ergo, & sequenti.*

16 Pontifex per factum potest dispensare in irregularitate: verbi gratia, si Papa sciens esse aliquem irregularem, illum ordinet, aut literas dimissorias concedat, quia non est credendum Pontificem agere contra ius, cum possit in iure dispensare. Idem dicendum de Episcopo habente potestatem dispensandi in aliqua irregularitate; datur enim eadem ratio quæ in Summo Pontifice. *Tomo 5. disp. 41. sect. 3. §. Vltimo aduertẽdum, & sequenti.*

Vide Nau. c. 25. n. 74 Sylu verb. Irregular.

17 Irregularitas etiam propter crimen contracta, non potest tolli virtute Bullæ Cruciatæ: quando vtitur hoc verbo, *Absoluendi ab omnibus cẽsuris, & pœnis*, quia irregularitas nõ absoluitur, nec est censura, & sic non comprehenditur, iuxta regulã, *cap. vlt. de offic. Vic. in 6.* vbi dicitur, *In generali concessione, nequaquam veniunt ea, quæ non esset quis verisimiliter in specie conceſſurus*. Per pœnas autem intelliguntur, quæ sacramentorum vsum, seu receptionem impedire possunt, quia huiusmodi priuilegia, in eum finẽ præcipuè concedi solent. *Tomo 5. disp. 1. sect. 3. §. Vnde etiam falsum est, & sequenti.*

Iubilæus.

1 Iubilæus significat annum remissionis, qui apud Hebræos erat quinquagesimus, in quo agrorum cultus cessabat, & omnes possessiones venditę prioribus dominis reuertabantur. *Leuit. cap. 23. & 27. num. vltim.* vnde vsurpata est hæc vox ad significandum annum illum, in quo maxime indulgentiæ con-

ceduntur, qui prius fuit centesimus, nunc vero post viginti quinque annos reperitur, & significat totalem indulgẽtiam, quæ sub plenissima forma conceditur, simul cum alijs fauoribus, & priuilegijs, v.g. vt absolutio à casibus reseruatis, commutatio votorum, &c. & in hoc differt ab indulgentia plenaria, quæ sine illis conceditur. *Tomo 4. disput. 50. sect. 4. §. De iubilæo autem.*

Iudas Iscariotes.

1 Iudas fuit ordinatus sacerdos, & Episcopus, quando fuerunt alij Apostoli, quia Iudas adfuit quãdo dixit Christus dominus: *Hoc facite in meam commemorationem;* & probatur ex illis verbis, *Episcopatum eius accipiat alter;* quod de Iuda exponit Petrus. *Actor. 1. Tomo 3. disp. 4. sect. 3. §. Dicendum vero est.*

2 Peccatum Iudæ soli Ioanni supra pectus Christi recumbenti, secreto dictum est, vt exponunt omnes, at vero poterat Christ⁹ vni, & alteri manifestare, quãuis esset occultum, tum quia Deus erat Dominus famæ eius, tũ quia poterat esse vtile ad confirmationem fidei: noluit vero manifestare omnibus, sed in hoc famę Iudę prospicere, licet eius peccatum, paulo post esset omnibus manifestandum, volés se gerere vt homo, & suo facto nobis exemplum præbere, quod nos parum obseruamus, quasi nostræ salutis homines obliti. *Tomo 3. disp. 4. sect. 3. §. Ad fundamenta.*

Iudex.

1 Iudex Ecclesiasticus, si existens in mortali, sententiã proferat, vel alios actus iurisdictionis exerceat, non peccat mortaliter, quia nulla est lex positiua, vel humana, in qua possit huiusmodi obligatio fundari, vt patet de actu prædicationis, de prælato corrigente subditum, &c. in peccato mortali. *Tomo 3. disp. 16. sect. 3. §. Hinc vero.*

2 Excommunicatus non potest esse iudex etiam in sæculari foro, iuxta *cap. Decernimus, de sent. excom. in 6.* & ita est prohibitus per excommunicationẽ, suum munus exercere, vt sit etiam sua iurisdictione priuatus, iuxta *cap. Ad approbãdum, de sent. & re iudic. cap. tantum, de excess. prælat. cap Audiuimus. 24. q. 1. & cap. Pia, de except. in 6.* vnde omnes actus à iudice excommunicato sunt nulli, si sit denuntiatus, iuxta *Extrauagã. ad euitanda:* quia propter commune bonum excommunicatus nunquã priuatur à iurisdictione, donec denuntiatus sit. Quod intelligit noster Doctor, si partes velint coram tali iudice nondum denuntiato comparere, & causam agere: non tamen opinatur posse ab illo compelli, simpliciter loquendo, nisi forte ex conuen-

Est communis sententia.

uentione, & pacto earum. Item peccat mortaliter iudex excómunicatus, licet non denunciatus, quia actio iudicandi per se, ac præcise sumpta est valde grauis, & publica, & per excommunicationem prohibita. *Tomo* 5. *disp.* 16. *sect.* 1. §. *per totam.* Item excommunicatus non potest valide in iudicem, vel aliam téporalem dignitatē iurisdictionem habentem, eligi, vel creari, iuxta *cap. vlt. de cleric. excom. minist.* Licet non sit talis electio ipso iure nulla. *Ibidem sectio.* 2. *per totam.*

§. I.

Iurisdictio quoad definitionem, & diuisionem.

1 IVrisdictio est duplex, alia est ordinaria, alia vero delegata: ordinaria est illa, quę competit alicui ex vi sui muneris: delegata vero est illa, quæ solum committitur ab eo, cui iure ordinario conuenit, vt ab altero vice sui exerceatur. *Tomo* 4. *disp.* 55. *sect.* 3. §. *Aliorum igitur opinio.*

2 Actus iurisdictionis non semper requirit distinctionem personarum, quia non repugnat exerceri ab eodem erga se, vt patet in Pontifice, quando dispensat secum ex rationabili causa. *Tomo* 4. *disp.* 52. *sect.* 1. §. *Probatur ergo minor.*

3 Iurisdictio dupliciter inueniri potest in aliquo proximo iudice ad dicendum ius inter aliquos. Primo, ex partium conuentione, vt contingit in iudice arbitro. Secundo ex vi proprij muneris sui, seu ex influxu alicuius superioris, vt est in ordinario iudice, vel delegato. Item iurisdictio prouenies per commissionem à superiore, aut emanat per delegationē immediate factam, circa ipsam personam, quæ iudex constitutur, aut per electionem ipsius rei, vel personæ iudicandæ ex facultate superioris: hoc totum supponit noster Doctor. *Tomo* 4. *disput.* 16. *sect.* 3. §. *In modo vero.*

4 In Ecclesia duplex est iurisdictio spiritualis: vna dicitur in foro exterioti, & contentioso, quæ est ad gubernandam Ecclesiam, ad ferendas leges, censuras, &c. Alia vero est in foro interno, & pœnitentiali, hoc supponit noster Doctor. *Tomo* 4. *disp.* 16. *sect.* 3. §. *De potestate iurisdictionis.*

5 Potestas soluendi latius patet, quam ligandi, quia Pontifex soluit hominem à voto, quāuis ipse illū non ligauerit: quod intellige nisi potestas ligandi priuatiue sumatur. *Tomo* 4. *disp.* 49. *sect.* 5. §. *Quæstionem hanc.*

6 Iurisdictio ex humano iure potest esse ordinaria, vt patet in Summo Pœnitentiario, &

Sylu. Confessor. 1. q. 14. Victor. in sum. n. 151

Vicario generali cuiuscunque Episcopi, qui non habet iurisdictionem ex iure diuino, sed humano, & est Ordinarius verus. Idem dicendum de Parochis habentibus titulum beneficij. *Tomo 4. disp. 55. sect. 3. §. Aliorum igitur.*

Sylue. Confessor. 1. q. 13. Naua. in cap. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 33.

7 Iurisdictio in foro pœnitentiæ terminatur personis, & non localibus terminis; vnde Episcopus potest absoluere suũ subditum, si cumillo simul versetur extra suam diœcesim; vel potest illi dare facultatẽ eligendi confessorem, vbicunque extiterit. Item Sacerdos habens iurisdictionem ab Episcopo, v. g. Conimbricẽsi in omnes suos subditos, potest absoluere aliquem illorum, etiamsi ambo extra diœcesim inueniantur. Iurisdictio enim requisita, nec acquiritur, nec amittitur ratione præsentiæ, vel absentiæ localis. *Tomo 4. disp. 25. sect. 1. §. Duo tamen.*

8 Iurisdictio in sacramentali foro nõ acquiritur ratione delicti commissi in aliquo loco. Vnde si aliquis subditus huius Episcopatus, verb. gra. Vlysiponẽsis, in alio peccauit mortaliter, non debet, nec potest per se loquendo, absolui in hoc foro ab illo delicto, ab Episcopo, vel Ordinarijs ministris eius loci in quo peccauit, sed a suo Episcopo, aut Parocho, aut ex licentia, iuxta cap. *Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* Tamen de censuris aliud est dicendum. *Tomo 4. disp. 25. sect. 1. §. Ad posterius dubium.*

9 Triplex est iurisdictio ordinaria. Prima, in Summo Pontifice habẽte eam immediate à Christo, & imminẽtiorem omnibus alijs, & vniuersalissimam quoad loca, & personas, & culpas, quoad modum vtendi illa, iuxta Ioan. 21. *Pasce oues meas. & cap. vlt. & penul. 9. quæst. 3. & cap. Cũcta per modum, de maiorat. & obedien.* Secunda est, Episcoporum habentium à Summo Pontifice, & consequenter à iure humano. Tertia est, Parochorum habentium etiam eam ex iure humano; illi enim etiã sunt iudices in hoc foro, vt probat vsus Ecclesiæ, & cap. Omnis cit. *Tomo 4. disp. 25. sect. 1. §. Tres sunt ordines in Ecclesia, & sequentibus.*

D. Thom. opus. 1. ca. 32. & opus cu. 19. c. 4. & 22. q. 39. art. 3.

§. II.

Iurisdictio quoad delegatam.

1 IVrisdictio in foro sacramentali est delegabilis, est de fide, vt probat vsus Ecclesiæ, & *cap. Aqua, de consecratione Eccles. & Alt.* & probant multa Concilia. At verò dupliciter potest delegari, vel directè ministro, vel per facultatem pœnitentis. Primo, quando Parochus assumit Sacerdotẽ coadiutorẽ ad tẽpus; vel quãdo Papa, aut Episcopus cõmittit alicui hoc munus. Secũdo, quãdo alicui

alicui conceditur facultas eligẽ di confessorem. *Tomo 4. disp. 26 §. Supponimus ante primam sectionem.*

2 Iurisdictio delegata directe ministro tribus modis delegatur. Primo, à iure, licet non inueniatur aliqua concessa. Secundo, à consuetudine, vt in articulo mortis, quia licet cõstet ex multis iuribus, tamen est antiquior omni iure canonico scripto. Idem dicẽdum de confessione venialium, vel de peccatis iam confessis. Tertio, per concessionẽ hominis. *Tomo 4. disp. 26. sect. 2. §. Diximus de potestate, & seqq.*

3 Iurisdictio delegata potest recipere magis, & minus, solũ quoad impositionẽ satisfactionis condignę, quia potest superior taxare pœnitentiam imponendã inferiori sacerdoti pro peccato reseruato. Item potest concedere alicui facultatem iudicandi suo arbitrio, & in hoc videtur magis, aut minus. Item potest recipere magis, aut minus quoad curationem peccati in futurum, cur enim non poterit prælatus vltimum iudicium quoad hanc partem sibi reseruare, & ob hanc causam imponere onus subdito coram se cõparendi? *Tomo 4. disp. 30. sect. 5. §. Dices in diuersis, & seq.*

4 Concessio, quę datur laicis, aut fœminis ad prouidendum de confessore suis famulis, non est delegatio iurisdictionis, sed tantum potestas ad designandã talem personam, sunt enim incapaces iurisdictionis spiritualis. *Tomo 4. disp. 26. sect. 1. §. At vero.*

§ III.

Iurisdictio delegata quoad causam efficientem.

1 SOli habẽtes iurisdictionem ordinariã possunt delegare iurisdictionẽ in foro sacramentali, *tit. 17. c. 1 can. Inter cætera, de offic. ord. & cap. Vtriusque sexus, de pœnit. & remis.* v. g. sub Põtifice Summus pœnitentiarius eius, sub Episcopo Vicarius, sub parocho Vicarius perpetuus, & Vicarius positus ab Episcopo loco curati. *Tomo 4 disp. 26. sect. 1. §. Circa secundum & seqq. & Tomo 5. disp. 2. sect. 3. §. Excipiuntur autem.* *Medin. de cõfes. q. 36 Anto 3. p.*

2 In delegante debet esse potestas delegandi non impedita: quia nihil fit ab eo, qui non habet potestatem faciẽdi: vnde si excõmunicatus deleget, talis delegatio nulla est, iuxta *c. 1 de offic. Vicar. in 6.* Idem dicẽdum, si sit suspensus. *Tomo 4. disp. 26. sect. 3. §. Rursus à fortiore. & Tomo 5. disp. 2. sect. 3. §. Tertio dico. & disp. 14. sect. 1. § Atque hinc fit.* *Vgoli. lib. de cens. ca. tab. c. 10. §. 2. nu. 4.*

3 Cessante in delegante iurisdictione, cessat etiam in delegato, causa integra existente, id est nondum causa inchoata, vt constat, *ex cap. licet, cap. Gratum, cap. Relatum, cap. vltim. de offic. deleg.* Quod generaliter

verum est in iurisdictione fori contentiosi, exceptis Inquisitoribus in causa fidei ex singulari fauore, vt patet ex *cap. Ne aliquid, de hæret in 6. Tomo 5. disp. 2. sect. 3. §. Et quoniam is, & sequenti.*

4 Voluntas dantis, & recipientis requiritur ad delegationem, quia hic est veluti contractus humanus, qui sine mutuo consensu non perficitur. *Tomo 5. disp. 2. sect. 3. §. Vltimo requirebamus.*

5 Irregularis non amittit iurisdictionem ante irregularitatem illi delegatam: quia sicut beneficium non amittitur ipso iure, nisi in casibus à iure expressis, ita neque aliquod ecclesiasticum beneficium, siue illud sit ordinarium, siue ex cõmissione, nullum autem ius est, per quod irregularis priuetur ipso facto his officijs, aut iurisdictionib⁹, ergo, &c. *To. 5. disp. 40. sect. 2. §. Vltimo ex dicta;* nec est incapax, vt ei de nouo delegetur, delegatio enim illi facta est valida. *Ibidem §. Tandem.*

§. IIII.

Iurisdictio quoad formam delegationis.

1 NVlla certa forma est necessaria ad delegandam iurisdictionem, sed sufficiens est voluntatis manifestatio, per quodcumque verbum, aut scripturam, quia nec ex natura rei, nec ex speciali iure positiuo aliud requiritur. *Tom. 4. disp. 26. sect. 1. §. Atque ex his.*

2 Ratihabitio de futuro non sufficit ad delegationẽ iurisdictionis in foro sacramẽtali, quia sacramentũ non potest esse pẽdens ex futuro euẽtu. Et idẽ affirmat noster Doctor de ratihabitione d̃ prẽsẽti, videtur enim repugnãtia in terminis, quia ratihabitio proprie respicit præteritum, & ideo dicitur retrotrahi, in reg. iuris in 6. & æquiparari mandato. *Tomo 4. disp. 26 sect. 5. §. Atque ex his, & seqq.* Vnde ad hanc delegationem semper est necessari⁹ expressus consensus superioris sufficienter manifestatus, aut proprie, & explicitis verbis, aut litteris claris, & expresis, quod est optimum consilium, aliquando generalibus verbis ministrandi sacramenta, aliquãdo etiam fieri potest tacito consensu. *Ibidem §. Imo etiam si faciat.* *Vide Sylu. Confessor 1. q. 6. Naua. c. 9. nu. 6 Ant. 3. p. tit. 17 cap. 4. c. 8.*

3 Potest superior ita delegare iurisdictionem in foro sacramentali, vt satisfactio cum subordinatione ad ipsum imponatur, in hoc enim nulla est repugnantia, quia non est necesse, vt quoad hanc partem iudicium confessoris semper sit supremum. *Tomo 4. disput. 30. sect. 5. §. Atque hinc.*

§. V.

§. V.

Iurisdictio quoad subiectum.

1 SOlis Sacerdotibus potest delegari iurisdictio in foro pœnitentiæ, vt per se illa vtatur: quia solus sacerdos potest illam per se exercere. *Tomo 5. disp. 26. sect. 1. §. Potest hæc quæstio.* Nulla tamen iurisdictio ad audiendas cõfessiones alicui sacerdoti ex iure datur: non enim inuenitur data. *Ibidem sect. 2. §. Diximus.* Neque consuetudine circa materiam necessariam. *Ibidem §. Secundus mod°.* Sed delegatur per hominis concessionem. *Ibidem §. Tertius ergo.*

2 In mortis articulo interue- *Nau. c. 26.* niente morali periculo ex par- *n. 31. & c.* te pœnitẽtis, quilibet sacerdos *27. n. 171.* habet iurisdictionem absoluen- *Medin.* di à quibusuis peccatis, vtpatet *Cod. de con* ex Conc. Trid. *sess. 14. cap. 7.* & est *fess. q. 16.* antiquissima traditio Ecclesiæ. *Sylvest. Cõ* Quæ est delegata, non enim est *fessor. 1. q.* ordinaria ex munere alicuius *6. & inter* beneficij: sed est à iure eccle- *dictum. 5.* stico, quia si esset ex iure diui- *q. 7.* no, omnes sacerdotes essent æquales in illo articulo, neq; posset vnus priuari tali iurisdictione, etiamsi esset copia alterius approbati: quod intellige licet sacerdos sit degradatus, vel hæreticus, vt probãt verba Conc. loco cit. *Tomo 4 disp. 26. sect. 4. §. Responsio, & seqq.*

§. VI.

Iurisdictio quoad iurisdictionem Ecclesiasticam.

1 IVrisdictio vnius Prælati dupliciter potest esse alteri subordinata. Primo, quando tota iurisdictio vnius est, quasi pendens in fieri, & conseruari ab alio, vt delegatus respectu delegantis, *c. Pastoralis. §. Præterea, de offic. ordin.* & Vicarius respectu Episcopi: & Conciliũ respectu Papæ. Secundo, quando superior potest causam ad se reuocare ab altero inchoatam, vel in ea ius dicere, aut media legitima appellatione, seu prouocatione: vt Archiepiscop° respectu Episcopi suffraganei. Et sic potest Archiepiscopus absoluere à censura per suffraganeũ lata, iuxta *cap. Per tuas, de sent. excom. & cap. Venerabilibus, eod. tit. in. 6.* Aut sine media appellatione, sed per voluntatem: vt Episcopus respectu alicuius Prælati inferioris, & sibi iubiecti, vt sunt ali qui Abbates, Archidiaconi, vel Archipresbyteri, qui generali nomine Plebani dicũtur *in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. Tomo 5 disp. 7. sect. 2. §. Quotiescunque ergo, & seqq.*

2 Potest in mortuum ferri sentẽtia declaratoria criminis, ob quod in vita contracta fuit declaratoria: nam ex vi excommunicationis habet ius Ecclesia

priuandi illum ſuffragijs, & ſepultura, & hoc præcipit à fidelibus obſeruari, & per illam declarat Eccleſia illum hominem eſſe in ſtatu damnationis, & animam eius eſſe incapacem ſuffragiorum, & ſepultura Eccleſiaſtica corpus eius indignum, non ſolũ propter cenſurã, ſed etiam propter ſtatũ: vnde omnis moriens impœnitẽs, etiamſi nulla cenſura affectus ſit, Eccleſiaſtica ſepultura priuatur: conſtat *ex cap. Placuit 33. q. 5. & cap. ex parte, de ſepult. Tomo 5. diſp. 5. ſect. 1. §. Sed hæc ſi recte, & ſeqq.*

3 Poteſt Eccleſia mortuum priuare ſuffragijs, licet non iudicet eſſe damnatum, neque in vita incurriſſe cenſuram, propter delicta tantum in vita commiſſa, & ſic legitur de D. Greg. priuaſſe quendam religioſum ſuffragijs, & eccleſiaſtica ſepultura propter inuẽtam apud eũ pecuniam, cum tamẽ non conſtaret illum fuiſſe damnatum, & adduci poſſunt textus *in cap. 4. de ſtat. monach.* & factu Cypriani *in cap. neque 88. diſtinct.* At vero tunc non ligatur mortuus directe, & in ſeipſo, ſed præcipitur viuis, ne hoc, vel illud faciant circa ipſum. *Tomo 5. diſp. 5. ſect. 1. §. Propter hoc, & ſeqq.*

§. VII.

Iuriſdictio quoad excommunicatum.

1 Actus iuriſdictionis factus ab excommunicato publico, vel ſimpliciter iuxta antiquum ius, vel iuxta nouum à manifeſto percuſſore clerici, aut nominatim denunciato, irritus eſt, & nullius valoris, *cap. ad probãdũ, de re iudic. Tomo 5. diſp. 14. ſect. 1. §. Eſt vero.* Factus tamẽ ab excommunicato non denunciato validus eſt, quod cõſtat à contrario ſenſu ex cit. *cap. ibidẽ §. De occulte, & ſeqq.* aut ab excõmunicato denunciato occulto ob bonum commune reipublicæ, vt iudicat verius noſter Doctor. *Ibidẽ §. Dicet aliquis, & §. Sed quæri vlterius.* Ipſe vero excõmunicatus non poteſt licite exercere actum iuriſdictionis, præſertim quando alij fideles non ſunt in neceſsitate, aut ius ſuũ non exigũt, quia Extrauag. ad euitãda nullum fauorem cõceſsit illi, nec ſubditi tenentur illius actu vti, cum ſit priuilegium illis conceſſum, quo poterunt, vel non poterunt vti. *Ibidem §. Solum oportet.* *Nau. c. 27. num. 21. Couar. cap. Alma. p. 1. §. 11. n. 4.*

2 Peccat grauiter ſubditus obediens prẽlato excommunicato vitando præcipienti: quia illi obedire, eſſet cum illo communicare, aut vtens diſpenſatione, aut iuriſdictione ab illo delegata, quia omnes iſti actus ſunt iuriſdictionis, & delegatus vtẽs iuriſdictione vſurpat iuriſdictionem, quam non habet, incurritque pœnas latas, ſi aliquæ

ſunt

sunt, in eum, qui sine licētia, aut iurisdictione aliquid agit. *Tomo 5. disp. 14. sect. 1. §. Atque hinc, & seqq.*

§. VIII.

Iurisdictio quoad durationem.

1 IVrisdictio delegata potest reuocari à delegāte, & tunc non amplius durat, vt cōstat ex toto tit. de offic. deleg. Item à superiore ipsius delegantis, existente rationabili causa. *Tomo 4. disp. 26. sect. 3. §. Agimus de hac, & seqq.*

2 Iurisdictio delegata, quoties est ad præfixum tēpus, pro illo durat, si antea non reuocetur, illo autem finito, ipsa cessat: quia à principio, & in ipsamet concessione facta est reuocatio pro illo puncto. *Tomo 4. disp. 26. sect. 3. §. Atque hinc secundo.*

3 Pontificis delegatio indefinite facta, perpetua est donec reuocetur, nisi ex verbis aliud constet, vt omnes concedunt: quia in ipso residet suprema potestas: vnde etiam post mortē eius durat donec reuocetur à successore. Idē dicendum de Episcopo cōcedēte delegationē indefinite, delegatio enim huius iurisdictionis non est pēsanda secūdum regulas iustitiæ, sed gratiæ. Regula autem gratiarum est, vt non expiret per mortem concedentis. De paracho vero consideranda est consuetudo, nam videtur hoc pendere ex voluntate tacita, vel expressa Episcoporum. *Tomo 4. disp. 26. sect. 3. §. De Summo Pontifice, & seqq.*

Nau. in ca. Placuit de pœnit. dist. 6. nu. 161.

4 Iurisdictio delegata non finitur per delegantis suspensionem, aut excommunicationem, v.g. si Episcopus post delegationem factam excommunicetur, aut suspendatur, tunc enim Episcopus non priuatur omnino à iurisdictione, sed tantū impeditur ab vsu eius, quod non videtur referre, vt delegatus vti possit iurisdictione, quæ in ipso manet: secus dicēdum si suspēsio, aut excommunicatio antecedat delegationem, quia tunc delegatio est nulla, cum sit actus iurisdictionis, à quo est priuatus excommunicatus, iuxta *cap. 1. de offic. ord.* At vero in foro contentioso aliter dicendum. *Tomo 4. disp. 26. sect. 3. §. Rursus à fortiori.*

Ius.

1 Ius naturale duobus modis sumitur. Primo sumitur pro dictamine rationis naturalis pure sumptæ absque illustratione gratiæ. Secundo pro dictamine connaturali ipsi gratiæ, seu rationali naturæ, vt illuminatæ lumine fidei: quomodo distinguūtur à Theologis tres status, seu leges humani generis. ff. status

legis naturæ, veteris, ac legis gratiæ. *Tomo 4. disp. 1. sect. 2. §. Aduertendum ergo.*

Iustificatio.

1 Ad nostram iustificationem concurrit fides, vt fundamentum pœnitentiæ, dilectio vt dispositio, sacramenta vero, vt instrumenta, sicut *Conc. Trid. sess. 6. cap. 7.* declarauit. *Tomo 3. disp. 7. sect. 1. §. Contra hanc.*

2 Ad iustificationem dispositio requiritur ex parte intellectus supernaturalis, etiam ex parte voluntatis, quia dispositio intellectus est magis remota, & voluntatis propinquior, quæ magis perficit conuersionem, & sanctificationem homi nis. *Tomo 3. disp. 28. sect. 2. §. Dico tertio in fine.*

3 Per actum pœnitentiæ non est homo certus de sua iustifica tione, incertum enim est, quando, & quomodo ad remissionem peccati sufficiat, cum possit dari aliquis naturalis actus pœnitentiæ, & hoc sufficit, vt iustificatio sit incerta. *Tomo 4. disp. 3. sect. 2. §. Nec vero.*

4 Cogitans de vno solo peccato, si illud ex perfectissimo motiuo detestatur, iustificabitur, licet alia peccata habeat oblita. Ratio est quia illa vniuersalis detestatio est virtualis omnium peccatorum, quantum moraliter fieri potest. *Tomo 4. disp. 4. sect. 6. §. Dico tertio.*

Medin. tract. 1. de pœni. q. 12 ar. 2. Cord. lib. 1. q. 15 cũ Bonau.

5 Licet non possit malum culpæ in nobis, sine nobis fieri, id est, aliquo modo cooperantibus, vel voluntate propria in peccatis actualibus, vel voluntate capitis, in originali: Deus tamen potest de potentia absoluta, suam iustitiam infundere solus, quia remittere peccatum est opus Dei, quod potest se solo facere, quamuis nunc non infundat illam adultis, nisi propria voluntate consentiant, nec paruulis, nisi saltem consentiãt aliena. ſſ. per Christum tãquam per supremum caput hominũ, & mediatorem inter ipsos, & Deum, & Ecclesiam applicantem illi remedium à Christo relictum. *Tomo 4. disp. 9. sect. 2. §. Dices nonne, & seqq.*

6 Formalis amor Dei per se loquendo est necessarium medium ad iustificationem peccatoris: quia detestatio peccati, vt sit cõtritio, debet esse propter Deum summe dilectum, potest tamen sine illo aliquando homo iustificari, vt est valde conforme diuinę prouidentię, quia non potest homo sine magna difficultate ad plura simul aduertere, & circa illa operari, & maxime in re tam graui, & ardua. *Tomo 4. disp. 4. sect. 2. §. In hac re primum, & seqq.*

L

Latro.

1 BOnus latro nec aquæ baptismo, nec sanguinis, nec flaminis fuit baptizatus, de primo constat: quia ante quam Cruci affigeretur, nondum in Christum crediderat, & in Cruce nemo eũ baptizauit, quis enim minister eum baptisasset, aut formam protulisset, aut qua aqua baptizatus esset? illa enim, quæ exiuit à latere Christi, non potuit ad illũ pertingere sine miraculo, quod nõ est fingendum sine fundamento, & fortasse priusquam illa manaret iam ille erat mortuus, prius enim fregerũt eius crura, vt interficeretur, quam latus Christi aperirent. De secundo constat: quia multo tempore ante mortem, & ante a lethalia vulnera, ac omnino desperata, iustificatus est, nec passio, nec mors eius, potest dici baptismꝰ sanguinis, quia nec fuit verum martyrium, quia non propter fidem, aut virtutem, sed propter sua scelera passus est. De tertio denique patet: quia licet veram habuerit contritionem, verumque Dei amorem super omnia, non tamen oportuit in eis includi votum baptismi, quia nondum erat necessarius, quod tamen votum semper est de necessitate baptismi flaminis. *Tomo 3. disp. 27. sect. 4. §. Ad fundamentum contrariæ.*

Legitimatio.

1 Legitimatio proprie sumpta, seu totalis, differt à dispensatione stricte sumpta in irregularitate illegitimi, quia legitimatio dicit integram dispensationem in defectu natalium, & quoad omnes effectus eius: dispensatio vero vocatur, quando solum fit, quoad aliquem, vel aliquos effectus, vt tradit Panormit. cum alijs. *cap. Venerabilem, qui filij sint legit. Tomo 5. disp. 50. sect. 5. §. Secundus modus.* *Couar. 2. p. 4. §. 8. Sylueſt. illegitimus nu. 4.*

§ I.

Lex quoad naturalem, & veterem.

1 TEmpus legis naturæ fuit illud, in quo tantum vigebat lex naturalis in mentibus hominum scripta, & nulla erãt præcepta specialia à Deo data, quibus peculiaris cultus, aut determinatæ cæremoniæ, ordinarie, ac regulariter hominibus præciperentur: vnde solum ad institutionem Circũcisionis extenditur, & in hoc nomine legis naturæ intelligitur dictamen

men rationis non solum ex naturali, sed etiam ex supernaturali lumine ortum, cum creata esset ad supernaturalem finem, semper habuit à Deo media supernaturalia ad illum dirigentia, qualia sunt præcepta fidei, spei, charitatis, & pœnitentiæ, quæ ex natura rei sunt necessaria ad vitam rectè instruendam ad finem supernaturalem, quæ lex respectu aliorum à populo Israël durauit vsque ad Christũ, & legem gratiæ, quia præcepta legis scriptæ non omnes obligabant, nisi tantum populum Israëliticum. *Tomo 3. disp. 4. §. Distinguimus ante primam sectionẽ.*

2 In lege naturæ adulti per conuersionem ad Deum ex fide poterant iustificari, & ab originali peccato facilius, quam ab actuali, quod est certum. *Tomo 3. disp. 4. sect. 1. §. Permittimus quæstionem.* Item est dogma omnium Theologorũ esse aliquod remedium ad infantiũ salutem à Deo institutum. *Ibidem §. Nihil ominus omnino.* Quod remediũ applicabatur per aliquem actũ externum, qui esset veluti exterior professio interioris fidei, secundum probabiliorem sententiam, quia necesse erat in lege naturæ esse cultum Dei externum & sensibilem. *Tomo 3. disp. 4. sect. 2. per totam.*

3 In lege naturæ fuit quoddam sacramentum ad iustificationem paruulorum, & remedium originalis peccati institutũ: quãuis ex diuina institutione nõ fuerit determinata cæremonia, seu actio sensibilis ad significandum imposita, sed ex hominum arbitrio, ad certum actionis modum definiretur, vt tenet *D. Tho. 3. p. q. 61. ar. 3. ad 2. & alij. Tomo 3. disp. 4. sect. 3. per totã.* Quod sacramentum non poterat infantibus applicari sine voluntate parẽtum, sicut dicimus hodie de baptismo, propter iuriam factam parentibus. *Tom. 3. disp. 25. sect. 3. §. Ad confirmationem autem.* *Alẽs. 4. p. q. 1. mẽb. 3 ar. 3. & q. 5. memb. 1 Palud. in 4. q. 5. art. 5. d. 1. Maior q. 4.*

4 In lege naturæ fuit cultus Dei externus, per sacrificia, oblationes, & alias similes cæremonias: in hoc conueniunt ferè omnes. Tamen nullæ habebant propriam rationem sacramẽti, excepto illo instituto ad remedium paruulorũ, quia non fuerunt aliæ cæremoniæ, in quibus significaretur gratia, aut præsens, aut vt futura: sed de ratione sacramenti est, quod significet gratiã: ergo. Quãuis alia im proprie sacramenta fuerint, nõ tamẽ necessaria necessitate medij. Tamen ex singulari Dei beneficio, & reuelatione fuit vsus alicuius sacramenti propriè dicti in aliqua familia particulari. *Tomo 3. disp. 4. sect. 4. per totam.* *Conueniũt fere omnes Doctores citati in præcedenti conclus.*

5 In statu legis naturæ fuerant plura sacrificia, quam sacramenta, quia de ratione sacrificij, per se solum est significatio moralis interioris cultus diuini, quę potest haberi ex homi

num

num impositione, sine institutione Dei speciali. At vero sacramentum proprie constituitur, per significationem mysticam gratiæ sanctificantis, quæ non potest haberi certa, & infallibilis, nisi ex institutione Christi. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 4. §. *Dicos in lege naturæ.*

6 In statu legis naturæ sufficiebat ad salutē implicita fides Christi, quia tunc erat fides imperfecta, & obscura *To.* 3. *disp.* 4 *sect.* 3. §. *Prima sentētia.* Itē nulla lex, aut determinata cæremonia creditur eo tempore data, quia non erat illi statui consentanea, propterea enim vocatur status legis naturæ. *Ibidē, & Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Quod ergo deficit.* Nihilominus parentes tenebantur remedium originalis peccati applicare filijs: hoc enim remedio instituto, & dato à Deo statim ex natura rei sequebatur obligatio parētum de filiorum salute procuranda per tale remediū. *Tomo* 3. *disp.* 4 *sect.* 2. §. *Secunda sentētia, in fine.*

7 Lex naturalis, aut vetus, & remedia salutis, quæ in ea erant, non amiserunt suam vtilitatem vsque ad perfectam Euangelij promulgationē, quia illa non erant ita cæremonialia, & vmbræ futurorum, sicut veteres cæremoniæ, sed erant quasi connaturalia, & per se ordinata ad salutem hominum: vnde circūcisio non fuit in eodem instanti, in quo mortuus est Christus, mortifera, licet fuerit mortua. *Tomo* 3. *disp.* 27. *sect.* 4. §. *Obijci vero potest.*

§. II.

Lex in communi.

1 VNa virtus potest obligare ad actum alterius: patet exemplo religionis, v.g. si hic, & nunc ad reddendum Deo cultum debitum sit necessarium exercere actum fidei, ipsa virtus religionis obligabit ad exercendum illam, ita vt omissio talis actus non sit contra fidem, sed contra religionē. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 1. §. *Sed instabit.*

2 Aliquis modus virtutis potest cadere sub præcepto, & esse materia eius, patet in amore Dei super omnia, nam sub illo modo cadit sub præcepto, vt per se notum est. Idem dicēdum de dolore de peccato super omnia. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 1. §. *Ad obiectionem.*

3 Lex potest ipso facto pœnam positiuā inferre per ipsum delinquentē in se exequēdam: quia quod is, qui deliquit circa seipsum, vel circa res suas exerceat actionem pœnalem, nō est per se malum, imo honestum, neque iniustū, si pœna non excedat gravitatem delicti. *Tomo* 5. *disp.* 3. *sect.* 1. §. *Quæ quidem responsio, & seqq.*

Eo-

4 Eodem præcepto, quo actus exterior præcipitur per Ecclesiam, iubetur etiam interior de eius substantia, est certa, & vniuersalis regula: quia tũc exterior, & interior nõ sunt duo, sed vnus actus, veluti compositus ex spirituali forma, & materia sensibili. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sec.* 2. §. *Tandem dicendum.* Vnde Ecclesia potest præcipere actum internum, præcipiendo externũ, quod ab alio substãtialiter pendet, & sic præcipit in orandis horis canonicis attẽtionem; secus si actus interior sit tantum accidentarius externo, quia tũc per se, & directe purus intern⁹ actus præcipi videretur: quod non potest Ecclesia præcipere, vt in re morali certum est. *Ibidem* §. *Ex quibus obiter.*

5 Metus mortis, vel alterius grauis nocumenti, quando est vrgens, & cadens in const. virum, regulariter loquendo excusat ab obseruatione legis humanæ, quia præcepta ecclesiastica ordinarie non obligant cum maiori rigore, secus si talis metus incutiatur directe in contẽptum religionis, aut ecclesiasticæ potestatis, tunc enim potius sustinenda est mors: quia tunc iam non agitur de sola obseruatione legis, sed de vitando graui dãno nostrę religionis, quod præferendum est propriæ vitæ. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 3. §. *Quis autem metus.*

6 Lex lata à non habente potestatem est nulla, quia actus sine potentia esse non potest. Itẽ est nulla quando est de re manifeste iniqua, aut inutili, turpi, aut communi bono contraria, quia tunc non potest obligare in conscientia. *Tomo* 5 *disp.* 4 *sect.* 6. §. *Tota vero difficultas, & seqq.*

7 Duobus ex capitibus potest lex iusta non obligare. Primo, quãdo non est sufficienter promulgata. Secundo, quando non est acceptata, aut iam abrogata tacite, vel expresse, superiore consentiente. Qualis autẽ promulgatio necessaria sit, quæ itẽ acceptatio sufficiat, aut quæ resistentia, aut consuetudo contraria, non explicat noster Doctor, sed remittit in propriã materiã de legibus. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 6. § *Suppositatamen iustitiæ.*

8 Quoties per aliquã legem prohibetur aliquid sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, si lex sit iusta, & valida, quoad talem pœnam, transgressio eius est peccatum mortale: est communis omniũ: quia si illa pœna iusta est, supponit proportionatã causam, vel culpam, sed culpa proportionata est mortalis, ergo. *Tomo* 5. *disp.* 18. *sect.* 3. §. *Tertio principaliter.*

9 Per particulare præceptum potest prælatus subditos extra territorium obligare: patet ex dictis *in* §. *Censura in communi*: etiam imponendo pœnam, vt diximus supra de excõmunicatione; & de depositione dicitur

in

in cap. Si quis presbyter. 7. q. 1. Non vero per statutum generale, vt loquitur *ex cap. 2. de cõstit. in 6. & lex 2. de iurisd. omn. iudic. Tomo 5. disp. 26. sect. 1. §. Atque hinc colligitur.*

D. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. ar. 1. q. 3. Bernard. lib. 1 de consid. ad Eug.

10 Lex canonica non potest ferri, nisi sub aliquo spirituali titulo, est certa in materia de fide, vbi agitur de potestate Ecclesiæ, & Summi Pontificis, & fere in terminis asseritur ab Innocent. 3 *in cap. Nouit. de iudic. & ab Alexãdro 3 in cap. Causam, quæ inter, qui filij sunt legit. Tomo 5. disp. 20. sect. 1. §. In quo puncto, & sequenti.*

§. III.

Lex pœnalis.

1 QVando quis in pœnam delicti, vt hæreticus, priuatur per legẽ suis bonis, non priuatur ante sententiã ab illis, quia supponitur reum habere verum dominium talium bonorum, & consequẽter legitimam eorum possessionem, & vsum, vel vsumfructum, & ideo licet ex seueritate legis, à tempore delicti priuetur dominio directo talium bonorum, tamen ex benignitate, & moderatione eiusdem legis, non cogitur seipsum à possessione & vsu talium bonorum priuare, donec per sentẽtiam de crimine condemnetur. *Tomo 5. disp. 13. sect. 2. §. Nonnulla vero maior.*

2 Iudex non tenetur excommunicatum egentem, dum in sua pertinacia perseuerat, ex fructibus beneficij sustentare, quia totum hoc meretur ob suã contumaciam. An vero possit licite iudex, qui fructus illos in pia opera distribuit, aliquã eorum partem per modum eleemosynæ, huiusmodi clerico applicare ad illius prudens arbitrium pertinere existimat Doctor noster. *Tomo 5. disp. 13. sect. 2. §. Durante ergo.* Tamẽ ipse excommunicatus contumax non potest aliquid de fructibus vsurpare, etiamsi indigeat, cum sit contra iustam Ecclesiæ voluntatem. *Ibidem §. Hinc vero.* Si tamẽ excommunicatus iam recessit à cõtumacia, poterit licite iudex, si absolutionem differat, etiam ex iusta causa, illũ ex huiusmodi reditibus alere, quanuis non de iustitia, cum ante absolutionem nõ faciat fructus suos, sed ex quadã æquitate, ne cogatur mendicare quãdo per illũ non stetit. *Ibidem §. At vero.* Et ipse excõmunicatus propria authoritate potest ex fructibus beneficij sibi succurrere, vt expresse tenẽt *Nauar. Sylvest. & alij. Ibidẽ §. Tandem addo.* Non tamen omnes fructꝰ potest absque necessitate accipere, quia quælibet diligẽtia ad absolutionem obtinendam non est sufficiẽs, vt excommunicatus faciat fructus suos, donec reipsa ab excommunicatione absoluatur. *Ibidẽ.*

Nemo

Cap. Cum secundum.

3 Nemo potest priuari rebus, vel obsequijs debitis propter delictum ante sententiam iuxta modum legis, probatur *ex cap. Cum secũdum leges, de hæret. in 6.* Tamen ob alias causas possunt subditi principem comunibus tributis, & alijs obsequijs priuare, v. g. si sit hæreticus, vel schismaticus, & rebellis Ecclesiæ, & timeant subditi ex eius principatu maximum periculum fidei, & religionis sibi imminere. *Tomo 5. disp. 15. sect. 6. §. Est autem vlterius, & seqq.*

Liberum arbitrium.

1 Liberum arbitrium non amittitur in hac vita ad agẽdam pœnitentiam propter grauitatem, vel multitudinem peccatorum, quia peccatum non tollit vsum rationis, nec facultatem voluntatis in se minuit, licet augeat habitus prauos, & inordinatos affectus, quibus nihilominus potest voluntas dominare. *Tomo 4. disp. 8. sect. 2. §. In hac re fuit.*

Litteræ dimissoriæ.

Traditur cũ D. Tho. in 1. 2. q. 8. art. 1. & 2.

1 Capitulum sede vacante dans alicui litteras dimissorias intra annum, qui beneficij ecclesiastici recepti, seu recipiendi occasione arctatus non fuerit, manet interdictum. Item qui virtute illarum accipiũt ordines sacros manẽt suspensi ad beneplacitum futuri prælati, & si accipiant tantum ordines minores, nullo priuilegio clericali, saltem in criminalibus, possunt gaudere: hoc totum constat *ex Conc. Trid. sess. 7. cap. 10. de reforma. Tomo 5. disp. 31. sect. 1. §. Tertio hic.*

2 Qui impetrat ab Episcopo litteras dimissorias ementito titulo, qui reuera nullus est, sed falsis testimonijs cõprobatur, vel quolibet alio modo fingitur, si postea ordinetur, duplicẽ suspensionem incurrit, vnam, quia sine validis dimissorijs, aliam, quia sine vero titulo ordinatur, quod constat ex motu proprio Sixti Quinti qui incipit, Sanctum, & salutare, contra cleric. male prom. quod lege attente. *Tomo 5. disp. 31. sect. 1. §. Quæri vero hic.*

3 Litteræ dimissoriæ impetratæ ad titulum donationis fictæ, sunt irritæ: quia sunt subreptitiæ, & contra Episcopi iustã voluntatem, quia ipse minime concederet talem facultatem, si de talis tituli conditione plena ei narratio facta fuisset. *Tomo 5. disp. 31. sect. 1. §. In illo autem.*

Locus exemptus, & sacer.

1 Locus exẽptus quoad effectum ferendi censuras pro illo obligantes, non sunt Ecclesiæ, aut monasteria religiosorũ exẽptorum, quæ non nisi rattione talium *Vgol. tab. 1. c. 9. § 3.*

talium perſonarũ exempta vocantur; ſed loca exempta, propriè dicuntur Parochiæ aliquę, aut oppida, quæ quoad iuriſdictionem ordinariam exemptæ ſunt. Vt Parochia Sanctæ Crucis Conimbricæ, quæ eſt exempta à iuriſdictione Ordinarij, & Priori illius monaſterij ſubiecta eſt, iuxta *cap. Olim. 2. de priui leg. Tomo 5. diſp. 5. ſect. 4. §. Atque hæc ſententia.*

2 Locus ſacer in quo prohibentur ſepeliri excommunicatorum corpora, dicitur templum conſecratum, aut benedictum, vt conſtat. Item cæmeterium eius deputatum ad ſepeliendos fideles, ſiue cõtiguum, ſiue diſiunctum à templo. Item locus, in quo cõſueuit dici Miſſa, quamuis aliter non ſit conſecratus, aut benedictus, vt dicitur *in cap. Eccleſiæ, de immunit. Eccleſ.* & ſumitur *ex cap. vltim. de cõſecrat. Eccleſ. vel altar.* Item locus deputatus auctoritate Epiſcopi, vt in eo officia diuina peragantur, vel, vt in eo tantum corpora fidelium ſepeliantur, licet aliter conſecratus non ſit. Item locus, in quo recepta conſuetudine ſepeliuntur fideles, etiamſi de auctoritate Epiſcopi non conſtet, quia conſuetudo habet vim legis. *Tomo 5. diſput. 12. ſect. 4. §. Rurſus quæri poteſt.*

Cap. Eccleſiæ.

Cap. vlti. de conſecr. Eccleſ. vel Alt.

M

Malum.

1 VT aliqua res, ſeu qualitas diſconueniens ſit alteri, & habeat rationẽ mali, non eſt neceſſarium, vt aliam rem, vel qualitatẽ ab illa excludat, ſed tantum, vt illi ſit naturaliter improportionata, quodpatet, quia nimius calor vltra octo gradus eſt diſconueniens igni, etiamſi illũ nulla qualitate priuet, & rebus mõſtruoſis ſuperflua multitudo membrorũ, aut partium non naturalium, eſt diſconueniens, etiamſi alia re non priuet. *Tomo 4. diſp. 46. ſect. 2. §. Vnde ad ſecundum & tertium, & diſp. 11. Metaph.*

Manna.

1 Manducatio mannæ, & tranſitus maris rubri, licet rei ſacrę ſignũ eſſet, non erat ſacramentum, quia non erat cæremonia ſacra, ſtabilis, ac firmata lege. Item, quia illud ſignum non conferebat aliquam ſanctificationem, etiam imperfectã, *Tomo 3. diſp. 1. ſect. 2. §. Dices quomodo.*

Manus impoſitio.

1 Manus impoſitio multiplicem habet ſignificationem in

sacra pagina. Primo dicitur curatiua, iuxta illud Marc. vlt. *Super ægros manus imponent & bene habebunt.* Secundo dicitur confecratiua, seu ordinatiua, de qua dicitur 1. ad Timoth. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij, & alibi.* Tertio dicitur confirmatiua, quæ idem est quod sacramentum Confirmationis, de qua probabile est sermonē esse ad Hebræos 6. & Acto. 8. Quarto dicitur cæremonialis ad baptismum, quæ fit ad aliquam catechumeni sanctificationem, vt docet *Aug. lib. 7. de peccat. merit. cap. 26.* Quinto dicitur reconciliatiua, de qua loquitur *Conc. Arausicanum. 1. cap. 3.* Vltimo reperitur alia, quæ est tantum deprecatiua, qualis fuisse videtur illa de qua est sermo Actor. 13. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. *Tomo 3. disp. 34. sect. 1. §. Vnde est tertia responsio. & Tomo 4. disp. 18. sect. 6. §. Vltima cæremonia.*

D. Tho. q. 84. art. 4. Vualdens. lib. 1. de Sacram. c. 147.

Maria.

1 Gratia Beatæ Virginis Mariæ aucta fuit per baptismum, gratia enim viatoris semper augeri potest. *Tomo 3. disp. 10. sect. 1. §. Dico tertio.*

2 Beata Virgo Maria fuit capax sacramenti Baptismi: quia per se, & iuxta suum statum, & conditionem suam erat capax augmenti gratiæ, & hoc sufficit vt esset capax baptismi. Quamuis ratione suæ perfectionis, & confirmationis in gratia nō poterat amplius primā gratiā recipere, nec in ea crescere post filij conceptionem. *Tomo 3. disp. 14. sect. 1. §. Dico primò.*

Martyrium.

1 Priuilegium martyrij ante Christi aduentū cœpit, vt patet ex martyrio Innocentiū, quod habuit hūc effectū ante Christi mortē, & ante verba, & promissionem eius. Itē sumi potest ex martyrio Machabæorum, & alijs antiquioribꝰ. Quia erat etiā ante Christi aduētum maximū opus, & quodammodo magis laudabile, in illo enim tempore erant pauciora exempla tantæ fortitudinis, quia erat fides obscurior, & minor diuinæ gratiæ communicatio. *Tomo 3. disp. 29. sect. 3. §. Vnde ad tertium.*

2 Martyrium in quantum est actus fortitudinis nō reperitur in infantibus: secus quatenus est actualis mors pro Christo: quia, vt sic, non est de ratione eius, quod sit actꝰ virtutis. Imò nec est necessarium, vt mors sit voluntaria in eo, qui non est capax proprij consensus. *Tomo 3. disp. 29. sect. 1. §. Ad rationē ergo.*

3 Martyrium in infantibus non requirit consensum voluntariū, sed sufficit violenta mors à tyranno propter Christū, seu in odium Christi illata, at vero in

D. Tho. 2. 2. q. 124. ar. 1. & 2.

Soto in 4. dist. 15. q. 1. & lib. 2 de natur. & gra. ca. 16.

in adultis requiritur volũtarius consensus, vt omnes docent, vnde occisus à tyrãno in somno, in odium Christi, si nullam habuit prius voluntatem, non erit martyr: voluntas vero, qua mors pro Christo acceptatur, requirit, vt sit honesta, & supernaturalis aliquo modo, quia necesse est, vt procedat ex honesto motiuo, & non vana gloria, fama, aut alio simili humano motiuo. Itẽ quia alias non putaretur homo Christianus, sed vt philosophus. *Tomo 3. disp. 29. sect. 2. §. In hac re, & seqq.*

4 Non est de ratione martyrij procedere ex formali dilectione Dei super omnia, per se loquendo, & considerata arbitrij libertate diuina gratia adiuta, vnde potest hic actus elici à fortitudine infusa ex proprio motiuo absque actuali imperio charitatis, vel ex imperio religionis, & intẽtione diuini cultꝰ, quomodo potest quis velle mori, ne cultum soli Deo debitum transferat in idolum, vel ex imperio virtutis obedientiæ: vt si quis velit mori potius quam diuinam legem transgredi, vel ex ipsa affectione ad fidem, vt contingere potuit in multis martyribus, vel denique ex solo motiuo intrinseco fortitudinis, quia intrinsece, & per se honestum est constanter tolerare mortẽ, quãdo oportet propter maius bonum, quælibet enim ex his rationibus sufficiens est ad mouendam voluntatem. *Tomo 3. disp. 29. sec. 2. §. Potest autem vlterius, & §. Veruntamen.*

5 Martyrium confert gratiã martyri in aliquo instanti vitæ, in quo videtur mors naturaliter ineuitabilis, idest in aliquo priori instanti, inter quod, & instãs mortis necesse est vt aliquod breue tempus intercedat, quia tunc iam apud Deum est completum, & acceptum martyriũ, licet vita non sit consummata, satis enim est, quod per vulnera lethalia, aut aliud genus passionis iam sit homo in eo statu constitutus, in quo mors est ineuitabilis. *Tomo 3. disp. 29. sect. 3. §. In tertia parte.*

6 Existẽs in mortali data occasione martyrij tenetur conteri prius; colligitur ex generali ratione, & obligatione charitatis, quia homo tenetur suæ saluti prouidere, & occasio martyrij non tollit obligationem adhibendi media necessaria ad salutẽ, quanuis attritio possit ex accidẽti sufficere, seu intercedẽte bona fide per ignorantiã iuris, vel facti: probatur ex doctrina sanctorũ, omnes enim tribuunt baptismo sanguinis vim ad remittẽdum peccatum mortale, non solum quoad temporalem pœnam, sed etiam quoad culpam, si autem semper in reipsa fuisset prius necessaria contritio, semper supponeret martyrium culpam iam ablatam, & nunquã haberet efficaciã remittendi

tendi culpam, sed tantum pœnam, ergò, &c. *Tomo 3 disp. 29. sect. 3. §. Dico primo, & seqq.*

Materia.

1 Materia per ordinē ad determinatam formam, determinatam accipit quantitatē, quod in vniuersum est verū, siue hæc determinatio oriatur ex communi ratione specifica formæ, siue aliunde, iuxta illud Aristotelicum principium *Omnium natura constantium datus est certus terminus magnitudinis & augmenti:* quod de viuentibus propriè intelligendum est. *Tomo 3. q. 74 art. 2. §. In solutione, & sequenti in comment.*

2 Materia licet naturaliter duabus formis non possit informari, bene tamē supernaturaliter: quia eadem materia in tantum non potest plures formas simul recipere, in quantum ipsæ formæ inter se formaliter pugnāt. Potentia enim passiua subiecti, de se indifferens est ad accipiēdum quamcunque formam alteri non repugnantem: formæ autem, vt actu sibi repugnāt, & vt vna expellat aliam, vendicant, vt non solum circa idem subiectum versentur, sed & in eodē loco; & supposito priori miraculo per quod ablata fuit prima radix repugnātiæ sequitur conclusio. *Tomo 3. disp. 48. sect. 6. §. Tertio probatur conclusio, quasi in fine.*

Mater.

1 Matrem prægnantem aperire adhuc viuētem, ne prius filius sine baptismo moriatur, nū quam licet, etiā si mater sit morti proxima, & infallibiliter expectetur mors eius, ac probabiliter timeatur ne filius prius moriatur: non enim sunt facienda mala, vt eueniāt bona. Itē quandiu vita durat, nemo est Dominus eius. Tamen posset accelerari suppliciū, si morti esset destinata, si credatur prius moriturus paruulus, si differatur supplicium vsque ad partum, propter bonū prolis, vt habetur *in leg. Prægnantē. ff. de pœnis.* Ratio est: quia tunc nemini fit iniuria. *Tomo 3. q. 68. ar. 11. §. Hic verò solū, in comment.*

Matrimonium.

1 Consensus vtriusque coniugis, siue verbis, siue nutibus exprimatur, quatenus mutuam traditionē continent, habent rationem materiæ sacramenti matrimonij: quatenus vero efficiūt mutuam acceptationem, habēt rationem formæ. *Tomo 3. disp. 2. sect. 1. §. Sed occurrit difficultas.*

2 Ratio ob quam neque in materia, neque in forma huius sacramenti, requirantur verba in proprio rigore, sicut in alijs, est: quia Deus nihil aliud voluit ad hoc sacramentum, vt sensibile signum exigere, quam quod ad perficiendum humanum contractum esset necessarium, ad quod sufficiunt quilibet

bet nutus, vel signa exprimentia consensum contrahentium. *Tomo 3. disp. 2. sect. 1. §. Sed occurrit difficultas. & Tomo 4. disp. 19. sect. 1. §. Atque hoc magis, in fine.*

3 Matrimonium solum habet determinatam formam in genere, quæ sit ad humanum cõtractum sufficiat, siue sit proprium verbum, siue non, quia Christus noluit magis determinare materiam, & formam huius sacramenti, quam ad rationem contractus esset necessariũ. *Tomo 3. disp. 2. sect. 3. §. Quæres an hæc.*

4 Per decretum Tridenti. irritans matrimonium clandestinum celebratũ sine parocho, & duobus, vel tribus testibus, non fuit mutata materia, nec forma essentialis huius sacramẽti, quia Ecclesia non potest mutare eã, neque impedire quominus illis adhibitis fiat sacramentum. At vero quia hoc sacramentum supponit contractum, in quo fundatur, & valor contractus potest pendere ex modo contrahendi, qui modus potest ab Ecclesia præscribi, & ideo fieri potest vt expressio consensus, quæ aliquando sufficiebat ad valorem contractus sine aliqua solẽnitate, alio tẽpore, sine illa nõ sit sufficiẽs. *Tomo 3. disp. 2. sect. 6. §. Ad fundamẽta.*

5 Sacramentum matrimonij nulli in particulari est necessarium, cum non sit ordinatũ ad effectũ simpliciter necessariũ, & melius sit castitatem seruare, quam coniugio copulari, licet sit vtilissimum respectu eorũ, qui illud contrahere decreuerunt. *Tomo 3. quæst. 65. ar. 4. §. De hac re in comment.* Est tamen necessarium Ecclesiæ, ne in Ecclesia desint sacerdotes, nec Christiana coniugia ad conseruandã ipsam Ecclesiam necessaria. *Tomo 3. disp. 17. sect. 1. §. Dicendum est primum, in fine.*

6 Contrahentes, cum sint baptizati, volentes facere contractũ, non tamen sacramentũ, volentes separare quantum in se est rationem sacramenti, à ratione contractus, nihil efficiũt, cum contractus, & sacramentũ sint inseparabilia post Christi institutionem, & defuit necessaria intentio. *To. 3. disp. 13. sect. 2. §. Superest, vt respõdeam° in fine.*

7 Error personæ in matrimonio semper est substantialis, irritat enim contractum, & consequenter sacramentũ, nã in illo negotio contrahentes, quatenus mutuo sibi tradũt dominiũ corporis, sunt principales causę illius, & merito limitãt intentionem ad hãc personam excludendo omnẽ aliã, quia ratio, & equitas humani contractus hoc intrinsece postulat, & maxime necessarium est in hoc grauissimo matrimonij onere suscipiẽdo. *Tomo 3. disp. 13. sect. 3. §. Sed quæri in fine.*

8 Matrimonij minister sunt ipsi contrahentes, quia materia

& forma illius hoc requirunt, nam in ipso exteriori cõtractu posita est, licet nunc ex Ecclesiæ ordinatione necessaria sit præsentia parochi, non vt ministeriter, sed vt testis simpliciter necessarius ad valorem cõtractus, & consequenter sacramenti, tã quam conditio sine qua non. *Tomo 3. disp. 16. sect. 1. §. Secundo dicendum est, & §. Secundo obseruandum est, in fine.*

9 Contrahentes ipsi in mortali administrando sacramentum, non peccant quatenus ministri, cum nõ sint consecrati ad illud munus, peccant vero quatenus recipiunt sacramentum indigne, quia ponunt obicem effectui, ideſt gratiæ. Item non peccat sacerdos assistẽs in peccato, vt Ecclesiæ minister, nec benedicens contrahentes, quia ille non ministrat, sed tantum adhibet accidentalem cęremoniam. *Tomo 3. disp. 16. sect. 4. §. Ad fundamentum ergo.*

10 Matrimonium, & extrema vnctio habent effectum recedente fictione, cum non possit iterari viuente vtroque coniuge, & non expediat hominem carere perpetuo eius effectu: & idem de extrema vnctione, cum item non sit iterabile in eadem infirmitate. *Tomo 3. disp. 28. sect. 6. §. Secundo hinc infero.* Idem dicendum est, si fictio tollatur soluto iam matrimonio, quia institutio absolute facta est, & sine limitatione; vnde nõ oportet, vt in quocunque particulari contingat ratione, seu necessitatem cessare, vt eo ipso cesset effectus sacramenti: & idem dicendum de extrema vnctione, si post sanitatem recuperatã pœniteat ægrotus. *Tomo 3. disp. 28. sect. 6. §. Dices ergo.*

11 Qui excommunicatus matrimonium contraxit, non est prohibitus sub aliqua pœna ab illius vsu; talis enim non reperitur; non potest tamen benedictionem Ecclesiæ ante absolutionem recipere, quia licet illud matrimonium sit validum, vt expresse traditur *in cap. Signi ficasti, de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adult.* nihilominus tamen non debet, quasi solemniter ab Ecclesia approbari per publicam benedictionẽ, quamdiu excõmunicationis vinculũ perseuerat. Item non potest cũ coniuge copulari, quatenus nõ possunt ante benedictionem Ecclesiæ susceptam; tamen non erit peccatũ mortale copulari secluso scandalo, quantum colligi potest *ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de reform. matr.* Item excõmunicato non est prohibitus vsus matrimonij tam quoad cohabitationem, quam quoad petendum aut reddendũ debitũ, vt breuiter attigit. *Anton. tract. de excom. cap. 76. nu. 22. Tomo 5. disp. 10. sect. 3. §. Denique vltimus punctus, & §. duobus autem modis, & §. Alter modus.* *Cap. Signi ficasti. Cõc. Trid.*

12 Sacerdos excommunicatus

Cap. Cum in cunctis. Cõc. Trid. tus vitandus potest adesse matrimonio in articulo mortis, quando vult ducere concubinã ad spiritualem salutem morientis, vel ad magnum commodũ temporale filiorum, si nullus alius adsit, nisi excommunicatus, qui possit interesse, quia talis necessitas est moraliter grauissima, & ita habet locum illa particula, *Necesse*: ité quia nõ est actus ordinis, cum possit parochus non sacerdos, *ex cap. Cum in cunctis de elect. & Concil. Trid. sess. 7. cap. 3. de reform. Tomo 5. disp. 11. sect. 1. §. Ordo vero, & matrimonium.*

13 Parochus excommunicatus non fit irregularis assistens matrimonio, quia illa assistentia non est administratio sacramenti, nec alicuius cæremoniæ sacræ. Tamen si solemniter benedicat coniuges, manet irregularis, quia illud ministerium est proprium sacerdotis, vt constat *ex cap. 1. & 3. de secund. nupt. Tomo 5. disp. 11. sect. 3. §. Tandem vero, & §. Alius concursus.*

14 Sponsalia de futuro licite, & valide fieri possunt tempore interdicti, siue in loco interdicto, siue inter personas interdictas, quia illud neque est sacramentũ, neque aliud sacrũ, aut diuinum officium, sed est tãtum quidam humanus contractus. *Tomo 5. disp. 33. sect. 1. §. In matrimonio.*

15 Benedictiones nuptiales nõ possunt tempore interdicti celebrari, quia inter diuina officia computantur, nisi sponsi habeãt priuilegium, vt possint diuinis officijs interesse, cum sit quoddã sacrum officiũ cuidam missæ annexum. *Tomo 5. disp. 33. sect. 1. §. Secundo est certum, & seqq.*

16 Matrimonium non potest licite celebrari in loco interdicto, vel à personis interdictis, vt cõstat *ex cap. Responso, de sent. excõ. & cap. Alma mater, eod. tit.* vbi dicitur nulla esse ministranda sacramenta, certis casibus, & sacramentis exceptis, sed matrimonium nullo iure exceptum est, ergo est simpliciter prohibitum. Matrimoniũ vero celebratum in tempore interdicti, aut à personis interdictis, erit validum, seruatis alijs conditionibus essentialibus, iuxta Conc. Tridẽt. vt tenet communis opinio, quam probat *Gloss in cap. Alma, verb. sacramentis. Tomo 5. disp. 33 sect. 1. § Tertio est certũ, & §. Nihilominus.* *Cap. Responso, cap. Alma.*

17 Ob vilem conditionem vxoris, etiam virginis, incurrit vir aliquando irregularitatem: vt si quis cõtrahat cum ancilla, scurruli, seu mima, vel cænica, fit irregularis, etiamsi illa virgo sit propter conditionẽ personæ cui similis efficitur, qui cũ illa contrahit, & ideo censetur indignus ordinibus, vt omnes norant, *ex can. 17. Apost. cap. Si quis viduam 34. dist. Tomo 5. disp. 49. sect. 3. §. Certum in primis.* *Cap. Si quis viduã*

18 Parochus irregularis potest valide & licitè interesse matrimonio, non obstãte irregularitate, quia matrimonium factũ coram tali Parocho est validũ, si alia concurrant essentialia. Ille enim est verus parochus, & Concilium nihil aliud requirit, nec peccat in eo actu, cum non sit actus ordinis, qui ei prohibitus sit. Vnde infertur posse licite, & valide licentiam dare, vt alter assistat, est enim actus iurisdictionis, qui illi nõ est prohibitus. *Tomo 5. disp. 40. sect. 2. §. Tertio iuxta hæc.*

19 Nunquam in Ecclesia fuit permissum tanquam validum matrimonium cum repudiata ab alio vero marito, quod euidenter colligitur *ex cap. Gaudemus, de diuort.* vbi Pontifex ostẽdit hanc esse doctrinam Christi: nec arbitrandum est, aliquãdo fuisse toleratum, seu permissum tale matrimonium, licite inualidum: nulla enim historia, aut auctoritas ostendi potest. *Tomo 5. disp. 48. sect. 3. §. Verunta men matrimonium.*

Cap. Gaudemus.

Medicus.

1 Medicus tenetur admonere ægrotũ, vt confiteatur priusquam curationem corporis incipiat, iuxta *cap. Cum infirmitas, de pœnit. & remiss.* quam legem Pius Quintus in Motuproprio anno 1566. qui incipit *Super gregem*, renouauit, addẽdo, ne Medici vltra tertium diem visitent ægrotum, nisi de illius confessione sibi constet, per fidem Confessoris in scriptis datam. Addit etiam, vt ante gradum Doctoratus exigatur ab illis iuramentum, hanc consuetudinem seruãdi, quod ita fit: quod intellige tantum in morbo periculoso, graui, vel qui prudenter iudicatur à Medico in principio periculum morale esse, ne graue fiat. Et si infirmus nolit hanc legem obseruare, potest, & forte debet Medicus abstinere à curatione eius, si non inueniat probabile periculum mortis deferendo ægrotũm, quia si probabile periculum mortis sit, si illum deserat, Doctor noster non credit teneri, nec debere Medicum illum deserere, quia non credit hanc fuisse mentem Papę, nec legem cum hoc rigore acceptatã esse. *Tomo 4. disp. 35. sect. 3. §. Vnum vero hic obiter, & seqq.*

Cap. Cum infirmitas

Vide Nau. c. 25. n. 61 & Caiet. verb. Medicus.

Mendacium.

1 Mentiri in confessione, siue affirmando, siue negando circa circunstantias nullo modo pertinentes ad materiam illius, non est peccatum mortale, nec contra valorem: quia illud mendacium concomitanter tantum est in Sacramento, & non fit materia eius, & ideo non continet grauem iniuriam. At vero erit veniale grauius, quam

Ang. verb. Confessio. 1 nu. 16. 17. Sylue. 161 q. 8.

quã esset simile mẽdacium extra illum actũ, est enim aliqualis indecentia contra sacramentum. *Tomo 4. disp. 22. sect. 20. §. Circa primum genus. & §. Nihilominus est secunda.* Idem dicendũ de mendacio, siue negatiuo, siue affirmatiuo circa materiam inadæquatam, nec necessariam, vt sunt peccata venialia: secus si fuerit materia integra, & totalis confessionis, tũc enim datur sacrilegium, & sacramentum nullum. *Ibidem §. Circa secundam materiam, & seqq.*

2 Mentiri in confessione, in materia necessaria, vt sunt peccata mortalia, negãdo peccatũ quod fecerat, est peccatũ mortale, quia directe, ac formaliter tollit integritatem sacramenti, quod intellige quãdo peccatũ nó habet excusationẽ ad occultandum illud, aliàs iam hic, & nunc non esset materia necessaria. Item erit peccatum mortale contra, substantiam sacramẽti accusare se de peccato mortali quod non commisit per se, & excluſa ignorantia inuincibili, quia illa est materia grauis sacrilegij, cum sit deceptio in materia graui, & necessaria sacramenti. *Tomo 4. disput. 22. sect. 10 §. Circa tertium, & sequenti.*

Sylu. verb. Mendaciũ nu. 3. Soto lib. 5. de iust. q. 6. arti. 1. & q. 10. arti. 2. Victo. nu. 130. Nau. c. 27. nu. 248.

3 Si interrogetur quis in confessione de materia nõ necessaria, potest sine mẽdacio factum negare, si prudenter sciat respõdere, & ad mentẽ, quæ in interrogante esse debet, nam quãdo iudex non interrogat iuridice, non mentitur aliquis negando factum, etiãsi illud fecerit, quia non censetur simpliciter negare se fecisse, sed negare ita fecisse, vt teneatur in illo foro illud reuelare: vnde facile vitabit mẽdacium, & peccatum veniale, si neget factum ita fecisse, verbi gra. vt tibi dicere illud tenear. *Tomo 4. disp. 22. sect. 10. §. Quin potius.*

Melchisedech.

1 Oblatio Melchisedech in pane & vino, non solum habuit rationẽ sacrificij, vt sacra oblatio, sed etiam habuit rationem sacramenti, vt res oblata, sic habet *August. & Clem. Alexand. & alij. Tomo 3. disp. 4. sect. 4. §. Dico tertio. & tom. 1. circa quæst. 22. D. Thom.* Item Melchisedech obtulit panem, & vinum, vt cõstat *ex Genes. cap. 14.* Omnesque intelligunt panem illum fuisse triticeum. *Tomo 3 disp. 44 sect. 1 §. Dicendum vero est in fine.*

Aug. epist. 95. ad Innocent. Clem. Alexandr. li. 4. stromat. Ambr. lib. 4. de sacra mẽt. c. vlt.

Meritum.

1 Ad omne meritum de congruo nõ sufficit fides informis, & præsertim ad merendam alteri gratiam & sanitatem. Item meritum de congruo non semper, & infallibiliter habet suũ effectum, sed quando intercedit promissio diuina. *Tomo 3. disp. 4. sec. 2. §. Prima sentẽtia est.*

2 Acquisito iure ad primam gloriam nullus deinceps gloriã meretur, nisi merẽdo eius

& gratiæ augmentum, & ideo de Abraham dicitur *Iacob.* 2. fuisse ex operibus iustificatum, quæ verba de merito de condigno, & augmento iustitię expo suit *Conc. Trid. sess. 6. cap.* 10. *Tomo* 3. *disp.* 10. *sect.* 3. §. *Dico secundo.*

3 Anima in eodem instanti, quo separatur à corpore, si iusta fuit, immediate ante, ita confirmatur in iustitia, vt cadere non possit, & statim existit extra statum merendi, & demerēdi pręmium essentiale, vel augmentum gratiæ, vt patet manifeste in animabus non indigentibus purgatione. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 4. §. *Vltimo vero in fine.*

4 Merita mortificari nihil aliud est, quam respectu talis personæ reddi inefficacia, vt secundum præsentem statum perducant hominem ad vitam æternam propter impedimentum peccati. Item merita viuificari nihil aliud est, quam illud impedimentum tolli, quo ablato illa merita iam erunt efficacia respectu talis personę in ordine ad vitam æternam, quia ipsa merita secundum se semper retinuerunt eandem vitam, & efficacitatem in diuina acceptatione, totaque inefficacia quoad inducēdum effectū circa talem personam, ex impedimēto eius proueniebat: ergo hoc sublato viuificantur omnino talia merita, aufertur autem tale impedimētum per pœnitentiā, ergo per eandem viuificantur mortifera merita. *Tomo* 4. *q.* 89. *art.* 5. §. *Respondet in comment.*

5 Merita viuificantur in ordine ad essentiale prēmium, integre quoad totum illud, ita, vt tam viua, & efficācia sint, sicut antea erant, quia ex parte ipsorum nihil eis deest, ex parte vero hominis solum erat impedimentum, quod totum sublatū est per pœnitentiam, ergo nihil ex eorum efficacitate diminui potest. *Tomo* 4. *q.* 89. *art.* 5. §. *Respondet in comment.*

Metus.

1 Metus excusans à culpa, etiam excusat à censura eadem lege lata, censura enim supponit culpam, quia lex humana non obligat cum tanto dispendio, & rigore: vnde metus non excusans à culpa, non excusat etiam à censura. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 3. §. *Hinc vero statim.*

2 Propter nullum metum licet actum efficere in quem ex censura resultat circunstantia intrinsece mala, quia non obstante metu actio manet eiusdē naturæ, & cum ijsdem circunstantijs, iuxta regulam vniuersalem Apostoli: *Non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Tomo* 5. *disp.* 6. *sect.* 3. §. *Quando ergo.* *Regula vniuersalis Apostoli.*

3 Ob metum incussum in contemptum religionis, aut Ecclesiæ, nunquam licet facere actum prohibitum, quia nullā legem *Cap. Super ueniente, cap. vlti. 24. q. 1.*

legem Ecclesiasticam licitum est trãsgredi ob huiusmodi metum, quia esset vel virtualiter negare fidem exterius, vel virtute contemnere, & contemptori cooperari, & ita intelligunt multi factũ Herminigildi, qui potius mori voluit, quam Eucharistiam ab hęretico sumere, *cap. Superuenięte 1. q. 1. & cap. vlt. 24 q. 1. Tomo 5. disp. 6. sect. 3. §. Deinde quando.*

Miraculum.

1 Per miraculum intelligitur omnis effectus diuinæ omnipotentiæ supra omnes leges naturæ factus, siue extraordinarie, siue ex aliqua ordinaria potestate supernaturali hominibus data, &c. fiat. *Tom. 3. disp. 46. sect. 5. §. Docet D. Thom.*

2 Quædam miracula fiunt vt credantur; alia, vt ad credendum iuuent, & sint testimonia credibilitatis: priora solét esse occulta, sunt enim ad exercendam fidem, & ad meritum eius; posteriora vero oportet vt sint publica, & nota, vt ad credendum inducant. *Tomo 3. disp. 46. sect. 5. §. Docet D. Thom.*

§ I.

Missa quoad nomen, vsum, & diuisionem.

Ambro. li-bro 1. epist. 33. sermo.

1 VSus huius vocis *Missa*, in Ecclesia Latina est antiquissimus, vt constat *ex Concil. Carthag. 2. can. 3. & Conc. Carthag. 4. can. 84. Meleuit. cap. 12. Valens. cap. 3. & 4. Agatens. can. 11. & alijs. Tomo 3. disp. 47. sect. 3. §. In hac sectione.* 61. & 241 *de temp. Greg. epist. 2. lib. 1 & 4. epist. 10.*

2 Hæc vox *Missa* quidam putant esse Græcam, alij Hębreã, deriuatam à verbo *Misac*, quod spontaneam oblationẽ significat. Est Latina deriuata à verbo *Mitto*, seu *à mittendo*, vt alij volunt. *Tomo 3. disp. 74. sect. 3. §. Secundo de origine, quem vide.*

3 Missa, quoad substantiã sacrificij à Christo domino instituta est, quod est de fide, nam Christus in nocte Cœnę obtulit hoc sacrificium, & potestatem, ac legem perpetuo duraturam, de illo in Ecclesia offerendo, tradidit illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*; tamẽ quoad alia accidentia, quę complectitur, nõ est instituta à Christo, nam canon Missæ, non à Christo, sed ab Apostolis, & eorum successoribus institutũ est, vt *Conc. Trid. sess. 22.* dicit de alijs cæremonijs, & collectis colligi potest, ex Clement. & alijs Pontificibus, & Concilijs. *Tomo 3. disp. 74. sect. 3. §. Quod igitur, & seqq.* *Amb. in 1. præparat. ad miss. Aug. cõc. in psal. 33 Lcõ. Papa sermone de Passione.*

4 Si Christus Dominus, neque instituisset hoc ministeriũ quoad rationem sacrificij, neq; quoad actionem ipsam, in qua significatio sacrificij fundatur, id est, quod nõ dederit hominibus corpus, & sanguinẽ suum, non potuisset Ecclesia tale sacrifi-

crificiũ constituere, vnde enim illa haberet potestatem ad conficiendum corpus Christi, si Christus non dedisset. Tamẽ si Christus dedisset hanc potestatem in ordine tantum ad sacramentalẽ vsum, non vero quoad rationem oblationis, seu sacrificij, tunc potuisset Ecclesia instituere, sed addere huic ministerio rationem sacrificij, dummodo Christus non prohibuisset, ita enim supponendum est. *Tomo 3. disp. 74. sect. 3. §. Sed quæret.*

Conc. Valent. cap. 1 & apud Cassiã. lib. 11. instit. cap. 15.

5 Missa, alia Cathecumenorũ quæ erat à principio illius vsq; ad finem Euangelij, quo finito dimittebantur cathecumeni, & aliqui infideles, si aderant, & ideo dicebatur cathecumenorum, & à prima oblatione, vsque in finem missæ manebant fideles, & appellabatur Missa fidelium. *Tomo 3. disp. 74. sect. 3. §. Secũdo de origine.* Alia vero dicitur missa solemnis, quæ est illa in rigore, quæ celebratur cũ diacono, & subdiacono, vnde patet qualis sit missa solemnis. *Tomo 3. disp. 88. sect. 1. §. Dico secundo, & seqq. & disp. 74. sect. 3. §. Secundo de origine.*

§. II.

Missa quoad essentiam, & significationem.

1 MYsterium Eucharistiæ, prout in Ecclesia conficitur, & missa appellatur, verum sacrificium est nouæ legis, licet sit repręsentatio sacrificij cruenti, est de fide, probatũ que ex traditione antiquissima Ecclesiæ, consensuque Theologorum. *Tomo 3. disp. 74. sect. 2. per totam.*

2 Sacrificium Eucharistiæ vni cum est, probat consensus omnium Theologorum, & *Concil. Trident. in proœm. sess. 22. cap. 1. & can. 1.* Et Ecclesia hactenus nullum instituit sacrificiũ, neque aliud vnquam, vel alicubi præter Eucharistiam, in quo consentiunt omnes scriptores Catholici, neque (vt est probabile) Ecclesia habet potestatẽ ad instituendum aliud sacrificium, vt satis colligit noster Doctor ex doctrina Theologorum, quamuis fere nullus expresse, & in termi nis illud asserat. *Tomo 3. disp. 74. sect. 4. per totam.*

D. Thom. in tota q. 83. & alij Doctores in 4. d. 12. & 13. Caieta. 22. q. 85. arti. 4. & alij.

3 Significatio moralis huius sacrificij communis est cum cęteris sacrificijs, omnia enim sunt signa interioris cultus latriæ, & recognitionis excellentiæ diuinæ: mystica vero significatio in commemoratione passionis Christi consistit, quę non proprie fit, nisi per cõsecratio nem vtriusque speciei, & oblationem, cum sit vnica quædam, & expressa repręsentatio sacrificij cruenti, in quo vt esset per fectum, fuit effusio sanguinis. *Tomo 3. disp. 43. sect. 3. §. Secundo censeo. & disp. 75. §. Essentia sacrificij, ante primam sectionem.*

Obie-

Vide Epiphã. hæres. 78. & 79. Aug. 20. contra Faustum. c. 20

4 Obiectum huius sacrificij, est tota Trinitas, quia hoc sacrificium non tantum Patri, sed etiã Filio, & Trinitati offertur, & supposita veritate de trium personarũ deitate, nulla ratio dubitãdi relinquitur, quin omnibus, quatenꝰ vnus Deus sunt, sacrificiũ offeratur. *Tomo 3. disp. 75. §. Essentia sacrificij, ante primã sectionem.*

5 Sola consecratio vtriusque speciei est de essentia huius sacrificij, cum ordine ad sumptionem, prout est à Christo institutũ. Prima pars patet ex verbis, & facto Christi, ipse enim in vtraque specie obtulit, & post illud factũ præcepit nobis, vt eodem modo offerremus, dicés: *Hoc facite in meã commemorationẽ. Tomo 3. disp. 75. sect. 6. §. Dico ergo secũdo, & seqq.* Secũda pars etiam probatur, quia verisimilius est de facto sumptionem sacerdotis non esse institutam vt sit de essentia huius sacrificij, cõstat enim Christum cõsecrasse, & non constat sumpsisse. Tamẽ dici potest de ratione huius sacrificij esse ordinẽ ad sumptionem, quiã licet per se primo sit propter diuinum cultum, consequẽter etiam est institutum, vt hostia in eo immolata, & consecrata sit animarum, seu fideliũ cibus, & hoc modo ordo ad sumptionem, potest aliquo modo dici de ratione huius sacrificij, quamuis sumptio ipsa non sit de substantia eius, sed extrinseca quædam perfectio, & consecutio cuiusdam finis intẽti in ipsa re cõsecrata, & sacrificata. *Tomo 3. disp. 75. sect. 5. §. Dico tertio, seq. & sect. 2. & sect. 3. & sect. 4. per totam.*

6 Actio essentialis huius sacrificij necessario includit consecrationẽ, prout cõtinet transubstantiationem panis, & vini in corpus, & sanguinẽ Christi, & separationem accidentium à substãtia, quia huiusmodi actio, & trãsmutatio necessaria est ad hoc sacrificium, prout institutũ est, vt per se euidens est, quia sine hac ratione impossibile est Christũ offerri sub speciebus, est ergo necessaria, & non vt aliquod præsuppositum ad sacrificium: ergo vt intrinsece pertinens ad essentiam sacrificij. *Tomo 3. disp. 75. sect. 6. §. Dico tertio, & seqq.*

7 In hoc sacrificio, quia per actionem supernaturalem, & diuinam perficitur, licet substãtia panis, & vini destruatur, tamen quod potissimum, & primario intẽditur est effectio, & præsentia corporis Christi, & sanguinis super altare Dei in honorẽ eius, & ideo res oblata in hoc sacrificio principaliter, ac simpliciter est Christus, qui est terminꝰ talis actionis. *Tomo 3. disp. 75. sect. 5. §. Ad secũdam rationẽ, & sect. 6. §. Secundo est certum, & §. Atque hinc infertur.*

8 Sacrificium missæ non differt specie, aut essentia à sacrificio

ficio incruento, quod Christus obtulit in Cœna, distinguitur tamen numero, & quibusdã accidẽtalibus conditionibus. Prima pars recepta est ab omnib⁹, quia hæc duo sacrificia conueniunt essentialiter. Primo in materia oblationis. Secundo, in re principaliter oblata. Tertio, in forma, seu actione, per quam fit oblatio. Quarto, in offerente principali, ergo essentialiter cõueniũt. Secũda item pars probatur, quia in Cœna oblatus est Christus mortalis, nunc vero offertur immortalis, & glorioſus. Secundo, quia in Cœna obtulit Christus per seipsum, nunc autem per manus, & os sacerdotis. Tertio, quia nocte Cœnæ sacrificiũ illud fuit meritoriũ, & satisfactorium, vt fuit à Christi persona, nunc autem, vt est ab eadem, nec meritorium, nec satisfactorium, quia illa persona iam non est in statu merendi, & satisfaciendi. Quarto, quia sacrificiũ Cœnæ significabat mortẽ Christi, tũc futuram, nunc autẽ prẽteritam. Quinto, quia sacrificium Cœnæ non fuit imago alterius sacrificij incruẽti, sed potius veritas respectu prẽteritorũ sacrificiorũ, præsertim Melchisedech, & exẽplar respectu nostri, nostrum autem quamuis sit etiam veritas respectu antiquorum sacrificiorum, est vera imago, & repræsentatio ipsiusmet sacrificij Cœnæ. Sexto, differunt in alijs circunstantijs, vel physicis, vt sunt tempus, locus, hæc, vel illa numero materia panis, & vini, vel moralibus, vt quod cum hoc ritu, vel apparatu fiat, quæ differentiæ sunt accidentales. Denique nostrum sacrificium conuenit cum sacrificio Crucis in re oblata, differt tamẽ essentialiter quoad actionem, & ritum offerendi, & sacrificandi, quod totum sumitur *ex Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. Tomo 3. disp. 76. sect. 1. per totam.*

9 Sacrificium missæ, si sumatur pro re oblata, rationem sacramenti includit. Ratio est, quia de ratione eius est, vt sit sensibilis, & consequenter, vt per sensibiles species significetur, in quo ratio sacrificij includitur. *Tomo 3. disp. 76. sect. 3. §. Sed supersunt.*

10 Probabilius est ex nulla intentione ministri ab hoc sacrificio, rationem sacramenti posse separari. Ratio est, quia ex institutione Christi hæc consecratio, & oblatio sacrificij, ita sunt necessaria coniuncta, vt posita vna, non possit minister voluntate, seu intentione sua aliã auferre, sicut substantia sacramenti, & effectus eius, ita sunt connexa, vt non possit minister intentione sua impedire effectum, si verã habuit intentionem faciendi sacramentum. *Tomo 3. disp. 76. sect. 3. §. Secunda difficultas.*

§. III.

§. III.

Missa quoad rem oblatam.

1 CHristus Dominus est res primo, ac principaliter oblata in hoc sacrificio: consentiũt omnes Catholici, probaturque ex illis verbis: *Hoc est corpꝰ meũ, quod provobis frãgitur: Hic est sanguis qui pro vobis effunditur*, non vt in propria specie existẽs, certum enim est, nullo modo esse rem oblatam, vt terminus huius sacrificationis, quia vt est in propria specie nullo modo fit, aut immutatur per actionem, quam hic sacrificatur: ergo nullo modo est terminus eius: at vero, vt existens sub speciebus sacramentalibus est res oblata in hoc sacrificio, vt terminus sacrificationis, nõ proprie vt materia, quæ actioni sacrificandi supponatur. Prior pars sequitur: quia Christus est res oblata, & non vt in materia: ergo saltem, vt terminus, & non existit in modo naturali, ergo vt existit sub speciebus modo sacramẽtali. Posterior vero pars probatur, quia materia huius sacrificij debet præsupponi actioni sacrificãdi, ergo debet supponi consecrationi, quia consecratio est actio sacrificandi, sed Christus vt sacramẽtaliter existens, non supponitur consecrationi, vt per se notum est: ergo neque est materia huius sacrificij. *Tomo 3. disp. 75. sect. 1. §. Dico primo, & seqq.*

2 Species sacramentales panis, & vini intrinsece pertinent ad rem oblatam in hoc sacrificio, ita vt huiusmodi res oblata per modum termini, non sit tãtum Christus nude sumptus, sed simul cum speciebus, seu quatenus cum ipsis vnum compositum sacramentale constituit, & iuxta hoc existimat noster Doctor intelligenda verba *Conc. Trident. sess. 22. cap. 1.* quod vide: at vero principalius pertinet ad rem oblatam Christus, quam species sacramentales, quia Christus est qui principaliter consecratur in Dei honorem, species vero comparantur ad ipsum, vt accidentia ad substantiam. *Tomo 3. disp. 75. sect. 1. §. Dico quarto, & seqq.*

3 Panis, & vinum offeruntur in hoc sacrificio, etiam tanquam materia ex qua conficitur sacrificium, quia constat ex locutionibus Ecclesiæ, & sanctorum, panem, & vinum hic aliquo modo offerri, sed non offeruntur tantum quoad accidentia, sed etiam quoad substãtiam, ergo quoad vtrũque pertinent ad rem oblatam, sed secundum substantiam non sunt res oblata, tanquam manens in termino sacrificationis, ergo vt materia transiens. *Tomo 3. disput. 75. sect. 1. §. Dico vltimo.*

Hoc

4 Hoc sacrificium missæ differt à sacrificijs antiquis, quia in illis materia sacrificij erat res principaliter oblata, cuius destructio erat, etiã præcipue intenta in cultum Dei: in hoc vero nõ materia, sed terminus sacrificationis est res præcipue oblata, & destructio materiæ, non est tam per se intẽta, sicut effectio termini ad quem tendit actio; nec desitio panis tantũ est quasi via ad introductionem corporis Christi. Ratio huius differentię sumenda est tum ex dignitate ipsius rei, tum ex modo actionis tendẽtis magis ad efficiendum, quã ad destruẽdum, tum ex intentione offerẽtis. *Tomo 3. disp. 75. sect. 1. §. Ad argumenta.*

5 Ratio ob quam aliquando Patres Christum in Eucharistia immolari concedere renuunt, est: quia immolatio in rigore, & proprietate vocis videtur significare cruẽtam oblationem, seu veram mutationem cum reali sanguinis effusione, & in hac proprietate verum est, non esse hic realem immolationẽ, sed tantum repræsentationem eius, vnde in hunc mundum loquuntur Patres. *Tomo 3. disp. 74. sect. 2. §. Superest respondeamus.*

(?)

§. IIII.

Missa quoad dignitatem.

1 SAcrificium missæ habet maximam dignitatem, & excellentiam, tum ratione rei oblatæ, quæ est infinitæ dignitatis; tum ratione modi offerendi in se, qui est maxime supernaturalis, ac diuinus; tum denique ratione significati, est enim expressa quædam, & viua imago passionis Christi, & consequenter Incarnationis, & aliorum Christi mysteriorum. *Tomo 3. disp. 76. sect. 2. §. Duobus modis.*

2 Sacrificium missæ habet eminenter omnium aliorum sacrificiorum perfectiones, est enim holocaustum, quia potissimum fit in recognitionem diuinæ excellentiæ. Item sacrificium laudis, & gratiarum actionis, vt tradit *Conc. Trid. sess. 22. cap. 2.* Item propitiatorium, vt idem Conc. docet. Item denique est impetratorium, nam in eo repræsẽtatur passio Christi, & ideo est aptissimum ad impetranda omnia bona, quæ in passione sua Christus nobis promeruit. Item quia in eo Christum offerimus, in quo, & per quem omnia diuina beneficia speramus, omnesque virtutis rationes, quæ in veteris omnibus sacrificijs excogitari possunt,

Vide Dionys. cap. 3. de Eccles. Hierarch. p. 3. Ambr. 1. offic. c. 48.

sunt, sunt in hoc collecta, vt cõcludit idẽ *Conc. sess. 22. c. 1. To. 3. disp. 76. sect. 2. §. Duob⁹ modis, & disp. 73. sect. 7. §. Quarta diuisio in fine.*

3 Hoc sacrificium non minus dignitatis habet, quã sacrificiũ Cœnæ, cum sint eiusdem rationis, & consequenter eiusdem essentialis perfectionis, quamuis in accidentali aliquo modo differant. Item habet æqualem dignitatem cum sacrificio cruẽto Crucis, cum idẽ in vtroque sit principale offerens, eademque res oblata. *Tomo 3. disp. 76. sect. 2. §. In secunda comparatione.* Item omnia sacramẽta à se realiter distincta, & omnia simul sacrificia antiqua superat in dignitate, tum in principali offerente, & re oblata, tũ in modo offerendi, tũ deniq; in efficacia ex opere operato, & in valore ad impetrandum propter realẽ Christi præsentiam, & oblationem. *Tomo 3. disp. 76. sect. 2. §. Ex his facile est.*

§. V.

Missa quoad valorem.

1 VAlor missę distinguitur ab eius effectu; valor enim significare videtur dignitatẽ moralem, quam oblatio habet, vt ea sufficere possit ad meritũ, satisfactionem, vel impetrationẽ, si iuxta diuinã ordinationem ad aliquid eorũ referatur, effectus autẽ est id, quod de facto datur, vel dari potest iuxta Christi institutionẽ ob talẽ oblationẽ; loquimur enim de effectu ex opere operato. *To. 3. dis. 79. sect. 9. §. Vt & rẽ explicemus.*

2 Hoc sacrificium secundum se, & prout à suo prncipali offerente offertur, est infinitũ in ratione sacrificij, atque adeò infinitum habet valorẽ, quia hoc sacrificiũ non solũ ex parte rei oblatæ, sed etiã ex parte offerẽtis infinitum est, de facto tamen nulla est in eo satisfactio, nullũve meritum, vt est opus Christi, quia iã ipse Christus est extra statum merendi, vel satisfaciendi pro nobis, sed solum est in eo impetratio, cum sit infinitum in impetrando, non solum ratione rei oblatæ, sed persõnæ offerentis. *Tomo 3. disp. 79. sect. 11. §. Dico ergo primo.*

3 Hoc sacrificiũ quatenus offertur in persona Ecclesiæ, habet effectũ, & valorem finitum ad impetrandum; in hoc conueniũt omnes: quia hic valor fundatur in sanctitate Ecclesiæ; sanctitas autem Ecclesiæ est finita: ergo hic valor est finitus. *Tomo 4. disp. 97. sect. 11. §. Dico tertio.*

4 Valor, & fructus huius sacrificij, vt est ex opere operãtis respectu sacerdotis, vel cuiuscũque alterius offerentis priuati, est finitus intensiue, tũ in ratione meriti: quia non meretur nisi vnum, aut alterũ gradũ gratiæ, aut gloriæ; tum in ratione satisfactionis, quia non delet, *Vide Gregor. hom. 5 in Euangelica.*

nisi certam pœnam, & finitam, tumetiã in ratione impetrationis, quia persona sic offerẽs finita est, cuius quęcunq. actio est simpliciter finita, etiã in genere moris. *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Dico quarto.*

5 Multiplicatio orationũ in missa, non impedit earum valorem ad impetrãdum. Ratio est, quia non impedit earum valorem, aut dignitatem, sicut vnũ meritum non impedit aliud, si opera concomitanter multiplicentur, & habeant easdem morales circunstãtias. *Tomo 3. disp. 79. sect. 12. §. Dico tertio, in fine.*

§. VI.

Missa quoad effectum.

1 Effectus huic sacrificio respondens ex opere operato, statim post consecrationẽ vtriusque specie datur, & non antea, quia effectus sacramẽti non datur donec sacrificium sit essentialiter perfectum, in quo differt effectus sacrificij ab effectu sacramenti, nam effectus sacramenti datur quamprimum sumitur quęlibet species, effectus vero sacrificij, non nisi in consecratione vtriusque speciei. *Tomo 3. disp. 43. sect. 3. §. Secundo cẽseo in fine, & disp. 75. sect. 5. §. Quarto potest, in fine, & disp. 75. sect. 6. §. Atque hinc intelligitur.*

2 Sacrificium missæ habet alium effectum ex opere operato, vt proxima causa illius moralis. Probatur ex cõmuni consensu Ecclesiæ, & nullus inuenitur catholicus cõtradicẽs. *Tomo 3. disp. 79. sect. 1. §. Dico primo, & seq.* Tamen nulla ratione dici potest causa vniuersalis ex opere operato conferens, vel concurrens ad omnes effectus gratię, qui ex redemptione Christi nobis proueniunt: quia hæc causalitas nec fundatur in excellentia, vel satisfactione actuali talis sacrificij, nec in speciali promissione, & institutione Christi, vt probat late noster Doctor. *Tomo 3. disp. 79. sect. 1. §. Dico secundo, & seqq.* *Soto q. 1. ar. 1. lib. 9 de iust. q. 2. ar. 2.* *Cord. lib. q. 2. Cou. c. Alma p. §. 5. 6. & reliqui.*

3 Effectus ex opere operato huius sacrificij fundatur, & nititur crucis sacrificio, & ab illo habet virtutẽ, & efficaciã: est de fide: quia passio Christi est vniuersalis causa omnium effectuum gratiæ, siue per sacramẽta, siue per quodcumque aliud instrumentum conferatur. Tamen non fundatur in meritis Ecclesiæ, & sanctorũ, quia Christus nõ fundauit institutionem suam, neque sanctorũ, neque sacrificij in alienis meritis, sed in proprijs, quia nec alijs indigebat, nec aliter fieri decebat. *To. 3. disp. 79. sect. 1. §. Ex quib⁹ infero*

4 Datur differẽtia duplex inter sacrificiũ, & sacramentum, vt causæ sunt. Prima est, quod sacramentum per se primo est ad sanctificationem conferendam, & significandam; sacrificium

cium vero per se primo institutitur in cultum Dei, quoad significationem moralem: vnde hoc sacrificiū institutū est in repręsentationem passionis Christi, quoad significationē mysticā. *To. 3. disp. 79. sect. 1. §. Fundamentū prioris.* Secūda differētia est, quod sacramentū non applicatur multis, nisi per realem multiplicationem, etiamsi contingeret idem numero sacramentum Eucharistiæ dari multis, sal tē sumptiones ipsæ multiplicarentur, quia in receptione non consistūt, & ideo mirū non est, quod multiplicētur effectus; at vero oblatio sacrificij, vel multis applicata quoad fructū eadē omnino est, solumque extrinseca voluntas applicātis est diuersa, ergo non potest illa sola efficere, vt effectus augeatur. *Ibidē sect. 12. §. Dico secundo, in fine.*

5 Sacrificium missæ differt in duobus à sacrificio cruēto. Primo, quod Christus offerens in vtroq; sacrificio non est nūc in statu merendi, & satisfaciendi, vt fuit tempore passionis, hinc enim fit, vt hæc sacrificia nō habeant æqualitatē in actuali merito, & satisfactione, & cōsequēter, vtvnū possit in efficacia sua ab alio pendere. Secūdo, quod hęc duo sacrificia ad diuersos fines instituta, & ordinata, sunt vnum ad sufficientiā, alterū ad efficaciam, & ideo nō oportet vt causalitas sit tā vnius vniuersalis, sicut alterius, sunt enim diuersarum rationū. *Tomo 3. disp. 79. sect. 1. §. Fundamenta secundæ.*

6 Hoc sacrificium ex opere operantis Christi habet effectū impetrationis, vt est a Christo principali offerente, quamuis enim Christus nunc non sit in statu merendi, vel satisfaciēdi, est tamen in statu orandi, & impetrandi. *Tomo 3. disp. 79. sect. 2. §. Ex his igitur, & seqq.*

7 Hoc sacrificium missæ primam gratiam, & mortalium etiam remissionem peccatorū impetrare valet: constat enim ex vsu Ecclesiæ, non solum offerri pro obtinēda remissione pœnæ, sed etiam pro iustificatione peccatoris, ergo ipsamet iustificatio potest aliquo modo esse effectus huius sacrificij, at vero non confert per se, & ex directa institutione sua primā gratiam, vel remissionē peccati mortalis ex opere operato: quia hic effectus nō potest colligi ex sola rei natura, etiā suppositā substantiali institutione huius sacrificij, sed necessaria est promissio Christi, hęc autē non potest affirmari vllo probabili fundamēto, ergo. *Tom. 3. disp. 79 sect. 3. §. Dico ergo primo, & seq.*

8 Hoc sacrificium non potest valere etiam per modum impetrationis ad conferendam, vel obtinendam immediate gratiā, aut remissionē peccati, homini existenti in peccato mortali, & per solā attritionē dispositio, huius odi enim effectus est cō

tra, vel præter legem ordinariã à Deo institutam, cũ statuat neminem iustificari, nisi per baptismum, aut absolutionem in re susceptam, vel in voto per contritionem; at vero si hoc sacrificium nobis impetret dispositionem necessariam, tũc potest nobis impetrare primam gratiam, & remissionem peccati mortalis, vt sentiunt omnes Patres. *Tom.* 3. *disp.* 79. *sect.* 3. §. *Dico tertio, & seq.*

9 Per hoc sacrificium, vt verisimilius est, potest interdum impetrari, non solum auxilium sufficiens, sed etiam efficax, atque adeò cõtritio ipsa, quia hic effectus impetrabilis est, & pro eo impetrãdo potest hoc sacrificium sancte offerri, ergo impetrabitur aliquando, tamen hic effectus non potest vocari infallibilis, vt probabilius est, quia effectus proprij sacrificij, & sacrificij prout infallibiles sunt, non dantur iuxta præsentiam Dei respectu futurorum, sed iuxta dispositionẽ eius, cui sacramentũ applicatur, vel pro quo offertur sacrificium, item quia nullum est sufficiens fundamentum, vt asseramus Christum promisisse huiusmodi effectum, aut absolute sub aliqua certa conditione. *Tomo* 3. *disp.* 79. *sect.* 3. §. *Hęc res mihi videtur.*

10 Hoc sacrificiũ nõ confert gratiæ augmentũ ex opere operato: quia Christus non instituit hoc sacrificiũ ad hunc finẽ, neq; ei promisit huiusmodi effectũ, vnde per illud non impetrari potest, neq; omnino debet peti à Deo secundum legem ordinariã, quia esset petere effectũ gratiæ præter ordinariũ modum à Deo institutũ. Itẽ per hoc sacrificium non potest conferri prima gratia, aut remitti peccatũ mortale, etiã per accidẽs, nam quod non potest per se conferre ex opere operato augmentum gratiæ, non potest per accidens etiã dare primam gratiã, sed hoc sacrificium non potest per se dare augmentum gratię, ergo nec per primã gratiã per accidens, ergo nec remissionẽ peccati mortalis, quę non fit sine primæ gratiæ infusione. *Tomo* 3. *disp.* 79. *sect.* 4. *per totam.*

11 Hoc sacrificium habet circa remissionem venialiũ, vt minimum totã efficaciam quã habet ad remissionem mortaliũ: quia si habet infinitã dignitatẽ ad impetrandũ peccatori auxiliũ, quo conuertatur, multo magis habebit ad impetrandũ iusto peccatorum venialiũ remissionem, & delet ea sine peccatoris physica mutatione, & sine infusione habitualis gratiæ, & sine actu peccatoris, cum veniale peccatum non relinquat propriam maculam, quæ priuationem alicuius doni includat, an vero ita de facto fiat, est valde dubium, quia ille modus remittendi venialem culpã (quã supponitur esse distinctã à reatu

tu pœnæ, aliàs nulla esset quæstio) per solam extrinsecã condonationem, licet de potentia absoluta possibilis, tamen non videtur ita expediẽs, & consentaneus rebus ipsis, vel, vt ita dicã, proportionatus naturis rerum. Item denique impetrare potest venialium remissionẽ, vt certissimum cõstat ex dictis supra concl. 7. de impetratione remissionis peccati mortalis, non tamẽ semper infallibiliter, quamuis verisimilius sit frequẽtius impetrare quã in peccato mortali, ac fere semper habere effectum, quia, & culpa leuior est, & cum subiectum supponatur gratum, magis est dispositum, & dignum, vt hoc beneficium impetretur. *Tomo 3. disp. 79. sect. 5. per totam.*

12 Hoc sacrificium præter effectum ex opere operato habet ex vi suæ institutionis specialem vim ad impetrandũ eos effectus, pro quibus obtinẽdis offertur, constat ex vsu Ecclesiæ, quo vbique seruatum est, vt in oblatione huius sacrificij oret minister pro viuis, & defunctis, pro Ecclesiæ pace, & alijs similibus necessitatibus hominum. Hic tamen modus impetrationis & effectꝰ inde proueniens multis modis differt à propria causalitate, & effectu ex opere operato. Primo, quia prior causalitas fundatur in speciali promissione, distincta à substantiali institutione sacrificij, & nõ necessario ex illa secuta, sed ex Christi beneplacito adiuncta. Posterior autẽ modus impetrationis, nõ requirit specialem promissionem, sed ex natura talis sacrificij necessario consequitur. Secundo, quod ad effectum ex opere operato nõ est necesse, vt offerẽs specialiter petat, vel cõsequi intendat illum effectum, at vero effectus puræ impetrationis nullum cõfert, nisi ex speciali intentione sacrificantis, seu offerentis. Tertio, quod effectꝰ ex opere operato infallibilis est ex promissione absoluta Christi respectu non ponentis obicem, at vero effectus impetrationis non habet vnde sit infallibilis. Quarto, quod effectus impetrationis vniuersalior est, quam effectus ex opere operato, tũ ex parte personarũ ad quas extenditur, tum etiã in effectibus, & opus operatũ, habet definitũ effectũ; & determinatũ. *Tomo 3. disp. 79. sect. 2. §. Dico primo. & seqq.*

Vide Dionys. c. 3. de eccles. hierarch. Clementẽ lib. 8. constit. Cyril. Hierosolymit. Catech. 5. Mystag. Tertul. li. de orat. & lib. ad Scapulã. c. ap. 2.

13 Ratio ob quã petitiones, quibus hoc sacrificium adiungitur non necessario sortiũtur effectũ est, quia solũ fundantur in persona Christi, vt repræsentata in persona ministri, ex vi primæ institutionis, & sic non includunt absolutã volũtatem ipsius Christi de effectu impetrãdo, quia illã non necessario habuit quãdo sacramentum instituit, non enim voluit absoluta volũtate, vt omnia, quę per hoc

sacrificium postularentur, omnino concederentur. *Tomo* 3. *disp.*79.*sect.*2. §.*Sed contra, nam.*

14 Ratio ob quam efficacia ad dandam, & augendam gratiã ex operè operato, & ad remittẽda peccata sit in sacramẽto,& non in sacrificio, est: quia sacramentum per se primo ordinatur ad sanctificationẽ suscipientis, sacrificium vero per se ordinatur ad colendumDeum, item quia sacramentũ, vel in receptione consistit, vel per eam applicatur. At vero sacrificium de se,& per solam extrinsecam dominationẽ applicari potest, & ideo non erat proportionatum instrumentum ad huiusmodi effectũ. *Tomo* 3. *disp.* 79. *sect.* 3. §. *Ex his ergo omnibus.*

15 Hoc sacrificium remittit aliquam pœnam temporalem ex opere operato,vt tenẽt multi Doctores,& expresse *D.Tho.* 3.*p.q.*79.*art.*5. vbi dicit hoc sacrificium habere vim satisfactiuam ex directa institutione, & etiam per modum impetrationis sine aliquo actu eius,cui remittitur. *Tomo* 3. *disp.*79.*sect.*6. *per totam.*

16 Bonorum temporalium consecutio potest esse effectus huius sacrificij,vt constat ex cõsuetudine Ecclesiæ offerendi hoc sacrificium pro temporalibus beneficijs obtinendis:item probat ritus missæ, quem nunc seruat Romana Ecclesia, at vero non ex opere operato, sed per modum tantum impetrationis. *Tomo* 3.*disp.*79.*sect.*7. §. *Secundo dicendum.*

D.Tho. 2. 2.*q.*83.*ar.* 15.& 16.

17 Hoc sacrificium non causat distinctum effectum, vt à Christo primario offertur,& vt à sacerdote, sicut neque oblatio distincta est, nec sacerdos, & Christus sub hac considerationè sunt duo, sed vnum ad eum modum, quo Aristoteles dixit imaginem, & rem repræsentatam esse vnum terminum vnius animi motus:item in ministerio sacramentorum, non est alius effectus respondens sacerdoti ministranti, & Christo per illum operanti, quamuis Christus sit baptizans,absoluẽs &c. sic ergo in præsenti idẽ est fructus oblationis,vt est à Christo,& vt est à sacerdote.*Tomo* 3 *disp.*79.*sect.*8. §.*Primo igitur de Christo.*

18 Nullum effectum ex opere operato causat hoc sacrificium fidelibus, quatenus sunt offerentes remotissimi solũ in habitu,& extrinseca denominatione, nisi pro eis à sacerdote offeratur.Ratio est,quia sola denominatio extrinseca offerentium non videtur satis ad percipiendum fructũ ex opere operato. *Tomo* 3.*disp.* 79. *sect.* 8. §. *Secundo de Ecclesia.*

19 Impetratio differt à satisfactione,quia ad impetrandum sufficit sanctitas habitualis totius Ecclesiæ,ad quam respiciẽs Deus,quando nomine illius fit ora-

oratio, seu oblatio, ratione illius inclinatur ad concedendū id, quod petitur, & ideo ad illā sufficit illa habitudo, vel denominatio extrinseca, quāuis ipsa Ecclesia per seipsam non oret: vt quando à Deo petimus, vt nos exaudiat propter merita alicuius sancti, ad satisfaciēdum vero necessaria est realis actio, vel passio alicuius personæ gratæ Deo. *Tomo 3. disp. 79. sect. 8. §. Secundo de Ecclesia.*

20 Sacerdoti offerenti hoc sacrificium in persona Christi respondet aliquis fructus ex opere operato huius sacrificij, quia hoc sacrificium habet effectum ex opere operato, vt constat: ergo maxime respondet illi, vt est actio ministri à Christo deputati, & per quem Christus operatur. Idem dicendum est de clerico priuatim offerente, quia non debet esse peioris cōditionis, quam reliqui priuati offerentes, vt dicemus concluſ. sequenti. *Tomo 3. disp. 79. sect. 8. §. Tertio quod pertinet, & §. Atque ex hac.*

Caiet. to. 2 opusc. tract. 3. q. 2. Sylu. verb. Missa. 1. q. 9.

21 Fideles concurrentes ad hoc sacrificium, vt homo assistens, aut administrans sacrificio missæ, aliquem fructum ex opere operato participant, vt pie, & probabiliter cōcedi potest, quia ex huiusmodi concursu plurium offerentium cum ministro, resultat vnum quasi morale offerens cum maiori deuotione, reuerentia, & dignitate, ergo respondet illi maior fructus ex opere operato, cæteris paribus. *Tomo 3. disp. 79. sect. 8. §. Quarto de cæteris.*

D. Thom. q. 82. ar. 6 in 4. dist. 45. q. 2. art. 1. q. 3.

22 Fructus huius sacrificij respondēs publico ministerio sacrificij, differt à fructu respōdente priuatis oblationib⁹. Primo, quod fructus respondens oblationi sacrificij, vt in persona Christi à sacerdote offertur, nō est principaliter propter ipsum, sed propter populum, seu alios, pro quib⁹ potest sacrificiū offerri, tunc enim gerit personam publicam, & est intercessor inter Deum, & homines, at vero alius priuatus fructus præcipue est propter singulos offerentes, quia non offerunt, vt publici ministri, sed vt personæ priuatæ. Secundo, quod prior fructus est de se indifferens, & quasi vniuersalis, & ideo soli sacerdoti Christi ministro potestas est data, vt huic, vel illi applicet illud, at vero alius fruct⁹ priuatus respōdens priuatis offerentibus ex se, & absque alia applicatione, est vnius cuiusq; offerentis, quia hic fructus principaliter est propter ipsum. Tertio, quod ad priorem fructū nō est necessaria sanctitas sacerdotis, quia non gerit personam suam, sed Christi, vide *cap. Non nocet, cap. Intra cathedra 1. q. 1. & cap. Vtrum sub figura, de consecra. dist. 5.* At vero fructus respondens priuato offerenti, requirit in illo gratiam, & sanctitatem,

vt possit illo fieri. Quarto, quod fructus respõdens sacrificio secundũ se non est maior, vel minor propter sanctitatẽ maiorẽ, vel minorem ministri, at vero fructus respondens priuatis offerentibus, eo maior est, quo ip si meliori affectu, & dispositione offerũt, quia si necessaria est dispositio offerentis, ergo quo hęc dispositio fuerit melior, eo erit sacrificiũ fructuosi⁹ quoad hunc effectum. *Tomo 3. disp. 79. sect. 8. §. Sed quæris, & seqq.*

23 Hoc sacrificium in eo pro quo specialiter offertur, si non ponat obicem, sortitur effectũ ex opere operato infallibiliter: est communis omnium, hoc enim est de ratione effectus ex opere operato. *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Hæc quæstio.* Tamen nõ sortitur effectũ ex opere operato in alijs membris Ecclesiæ, nec sacerdotes tenẽtur, neque de iure diuino, neque humano applicare aliquã partem illius effectus pro tota Ecclesia, vt inter omnia membra eius distribuatur; nec de facto accidit ita, quia vel illa obligatio seu applicatio fundatur in ipsamet institutione, & voluntate Christi, vel in ordinatione Ecclesię, neutrum autem dici potest cũ fundamento probabili, ergo, vbi est enim hoc præceptum, aut quo scripturæ testimonio, quaue Patrum traditione, vel Ecclesię declaratione constat? *Ibidem §. Secundo inquiri.*

24 Fructus huius sacrificij triplex est, alius specialissimus respondens sacerdoti, vt priuatæ personæ; alius specialis, quẽ sacerdos debet applicare ei pro quo tenetur offerre; alius denique est generalis, aut generalissimus, quem omnia Ecclesię mẽbra participant: quæ diuisio intelligenda est de sola impetratione, vel in cõmuni, & abstracte de fructu, siue in rigore ex opere operato, siue per modũ impetrationis eueniat. *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Secundo inquiri, & §. Secundum scilicet.*

25 Si nulli applicetur effectus intentione formali, vel virtuali ministri, sacrificium nullum sortitur effectum, nõ enim est sufficienter applicatum, ad operandum. Tamen rarissime potest contingere similis casus. Vnde si sacerdos ante oblatũ sacrificiũ ipsius fructũ non applicet, postea applicare non valebit, quia aliàs posset sacerdos, etiam ex instituto, & directa intentione suspendere hunc effectum, & reseruare illum, vt alio tẽpore fiat arbitrio suo, quod iã est condemnatũ. *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Tertio inquiri potest.*

26 Si sacerdos applicet sacrificium referendo intentionem suam ad intentionem alterius hoc modo: *Applico hãc missam, cui Petr⁹ applicauerit;* tũc si alius tẽpore oblationis cõditionem impleuerit, & sacrificium applicuerit alicui, valida est, & sufficiens

ciens applicatio. si autem contingat alterum non applicuisse alicui sacrificium, tunc caret effectu suo, quia cum applicatio sacerdotis fuerit quasi cõditionata, & non inuenerit cõditionem impletam, omnino inefficax redditur. *Tomo* 3. *disp.* 79. *sect.* 9. §. *Ex dictis colligo.*

27 Priuati offerentes portionem ex opere operato huius sacrificij sibi correspondẽtem, alijs applicare non valent, vt probabilius iudicat noster Doctor, nulla enim est specialis ratio ad exceptionem faciẽdam, nec sufficienter aliqua authoritate constare potest. *Tomo* 3. *disp.* 27. *sect.* 9. §. *Superest dicendũ, & seqq.*

28 Effectus ex opere operato, quem hoc sacrificiũ potest conferre, est finitus intensiue, quia non pertinet ad sufficientiam, sed ad efficaciam, & sic nõ potest sacrificium esse infinitũ. *Tomo* 3. *disput.* 79. *sect.* 11. §. *Dico secundo.* Tamen quodãmodo potest augmentari in infinitum extensiue, v. g. quando plures offerentes concurrunt cum sacerdote ad idem numero sacrificium, omnes, & singuli, quatenus offerentes sunt, accipiũt integrum fructum, non minorem, quam si vnus tantum esset offerens; quia aliàs audientes missam minorem fructum reciperẽt solum ob multitudinem audientium, quod est absurdũ. *Ibidẽ sect.* 12. §. *Dico ergo primo.*

Vide infra §. *Quoad ministrum concluſ.* 8.

Denique supposita in subiecto capacitate huius fructꝰ, quãtitas ex applicãtis intẽtione est desumenda, nam hic effectus respectu eius pro quo offertur, vt sic totus, pendet ex intentione sacerdotis applicantis; ergo tantus est, quantum esse vult applicans. *Ibidem sect.* 10. §. *Nihilominus censeo.*

29 Quamuis certum sit quod sacerdos possit, si velit, quoties sacrificat, applicare aliquẽ fructum ex opere operato, & vniuersæ Ecclesiæ, & singulis membris eius, tamen non tenetur, præsertim satisfactionis, quia neque ex præcepto Ecclesiæ obligatur, nullum horũ inuenitur scriptum, nec traditione habetur: tamen sacerdos aliquem à communi oblatione excludẽs, grauiter peccat, vel propterscãdalũ si publice id faciat, vel propter odium formale, vel virtuale, nam licet non teneamur pro singulis orare ex charitate, tamen tenemur eos à communibus orationibus nõ excludere, at vero excluſus manet sine fructu, licet enim peccet minister, per illius intentionem non applicatur. *Tomo* 3. *disp.* 78. *sect.* 2. §. *Sed quæres, & sequenti.*

30 Infãtes sunt incapaces fructus huius sacrificij ex opere operato, non tamen impetrationis, vt per se cõstat, & hoc satis est vt pro illis possit offerri sacrificiũ. Idem dicendum de existẽtibus in peccato mortali, po-

test enim pro eis offerri, vt conuertãtur à Deo, & bene disponãtur. Item est certum de energumenis excludi non debere, nã in primis illa vexatio dæmonis non est culpa, sed pœna, qua nõ ablata digni esse possunt, & capaces fructus etiam ex opere operato, deinde potest eis impetrari, vt ab illa met dæmonis vexatione liberentur. *Tomo* 3. *disp.*78. *sect.*2. §. *Superest vero difficultas*.

31 Cathecumenis potest prodesse hoc sacrificiũ quoad fructum impetrationis, & ita est intelligenda generalis oblatio. De fructu vero satisfactionis ex opere operato, non potest eis applicari, vt probabilius iudicat noster Doctor, & sic debet intelligi *Conc. Brachar.* 1. *can.* 35. vbi prohibetur oblatio pro Cathecumenis. *Tomo* 3. *disp.* 78. *sect.* 2. §. *Dico secundo*.

32 Effectus sacrificij respondẽs oblationi sacerdotis, vt sic, quem ipse potest pro alijs offerre, finitus est, & vnus tantus: vnde si pro multis offeratur, siue diuersis intentionibus, specialibus, siue vna tantum communi, vt pro populo, vel communitate, minuitur fructus in singulis tantoque magis, quanto illi plures fuerint suppositi vnifor mi applicatione, quia aliàs sequitur per se loquẽdo, & ex vi institutionis, posse sacerdotem plura stipẽdia integra accipere ratione vni⁹ sacrificij, vel quod idem est, postquam à pluribus stipẽdium accepit, omnibus satisfacere vnico sacrificio, totũ illud singulis applicando, quia æque illis prodest, ac si pro singulis tantum offerretur, quod est absurdum, & contra vsum Ecclesiæ. *Tom.* 3. *disp.* 79. *sect.* 12. §. *Dico secundo*.

33 Sacrificium hoc ex se habet infinitum valorem ad impetrandum, & ideo quantum est ex parte eius oblatum pro multis, non minus prodest singulis quoad impetrationem, quam si pro vno tantum esset oblatum, quãquam aliunde fieri possit, vt non æque prosit; quia vis impetrandi, quæ est in hoc sacrificio, non est secundũ in speciali promissione, sed intrinseca dignitate, & valore ipsius sacrificij, ergo hæc impetratio est de se infinita, id est, sacrificium de se sufficiens est ad impetrandum quodlibet beneficium, aut beneficiorum multitudinem, etiãsi in perfectione, vel numero in infinitũ augeantur. *Tomo* 3. *disp.* 79. *sect.* 12. §. *Dico tertio*.

§ VII.

Missa quoad personas pro quibus potest offerri.

1 HOc sacrificium potest offerri pro aliquo, cum sit impetratorium, & propitiato- *D. Thom.* 3. *p. q.* 79. *ar.* 5. *&* 7.

tiatorium. Item potest offerri pro ipsis offerentibus indigẽtibus impetratione, iuxta *Paul. ad Hebr. 5.* dicentem, *& propterea debet.* ſi. ſacerdos, *quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis, &c.* Itẽ iuxta vium Ecclesiæ potest ſacerdos hoc ſacrificium pro alijs offerre, quod intellige iuxta capacitatem illius pro quo offertur. Denique non ſolum ſacerdos, ſed quilibet alius non ſacerdos offerens potest pro alio ſacrifi cium offerre, eo modo quo ad ipſum ſpectat, & ab ipſo offerri potest, nam vnus potest pro alio orare, & impetrare, & ad hoc opera pietatis facere, ergo & ſacrificium impetratorium offerre. *Tomo 3. diſp. 78. ſect. 1. per totam.*

2 Hoc ſacrificium debet offerri pro vniuerſa Eccleſia militante, & pro omnibus membris illi colligatis, id eſt, pro baptizatis viuentibus, qui nec per infidelitatem, nec per excommunicationem ſunt ab ea eiuſque communicatione ſubiuncti, cõſtat ex *cap. Viſum, de conſecrat. diſt. 1. & Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 2. & can. 3. Tomo 3. diſp. 78. ſect. 2. §. Dico primo, & ſeqq.*

3 Hoc ſacrificium etiam pro Cathecumenis potest offerri fi delibus nondum baptizatis, & fortaſſe quando fit oblatio pro vniuerſa Eccleſia, illi etiã comprehenduntur, ſunt enim vniti Eccleſiæ per fidem, licet non ſint per baptiſmum, quod confirmat antiqua conſuetudo Eccleſiæ. Item potest offerri pro quibuſcũque infidelibus, dummodo per Eccleſiã excommunicati ſint, cũ ex natura rei non ſit malum, nec ſpecialiter prohibitum. Secus dicendum de ligatis maiori excommunicatione, iuxta *cap. Nobis 2. & c. Sacris de ſent. excom.* Tamen potest ſacerdos in memẽto miſſæ orare pro eis priuata oratione, & intentione, cum nulla ab Eccleſia ſit facta prohibitio. *Tomo 3. diſp. 78. ſect. 2. per totam.*

Vide Clement. Octauum. c. 4. 5. & 6.

4 Hoc ſacrificium non potest offerri pro damnatis, & impijs defunctis, quando eos in peccato mortali mortuos eſſe conſti terit, cum iam non ſint membra Chriſti, quibus poſsit prodeſſe paſsio illius. *Tomo 3. diſp. 78. ſect. 3. §. Primo igitur.* *Aug. cap. 109. in Euch. lib. 1. de orig. animæ, c. 6. & 10. & lib. de cur. pro mort. agẽda. c. 1.*

5 Sacrificium hoc, vt eſt propitiatoriũ, non potest pro beatis offerre, liberi enim ſunt ab omni malo, tam culpæ, quam pœnæ; potest tamen aliquo modo pro illis offerri, quatenus eſt laudis, & gratiarum actionis, ideſt pro beneficijs in ipſos collatis, qui modus nõ dicitur proprie offerri pro aliquo, qui reuera non applicatur ei fructus ſacrificij, quãuis hoc ſacrificio poſsit impetrari beatis honor aliquis ex viatorum actionibus reſultans, id eſt gloria accidentalis. *Tomo 3. diſp. 78. ſect. 3. §. Secundo loco, & ſeqq.*

Certum

6 Certum est de fide posse hoc sacrificium offerri, etiam, vt impetratorium pro animabus purgatorij, quia illæ animæ adhuc sunt in pœnis, quæ per oblationem huius sacrificij remitti possunt. Ita definit *Conc. Trid. sess. 22. cap. 2. & can. 3.* confirmatque satis vsus, & traditio Ecclesiæ. *Tomo 3. disp. 78. sect. 3. §. Tertio loco.*

7 Effectus ex opere operato huius sacrificij non potest offerri, nisi pro baptizatis, nã illi sunt proprie fideles in foro Ecclesiæ: vnde quando diximus posse offerri pro cathecumenis, intelligitur quoad effectum impetrationis, vt dictũ manet §. 3. *concl.* 31. Item non tantum baptizatis, sed viatoribus, nam si iã sunt in termino vltimo beatitudinis, aut damnationis, vel non indigent, vel frui non possunt hoc fructu sacrificij, per viatores comprehendimus animas in purgatorio existentes, nam quatenus illic sunt, aliqua saltem ex parte viatoris sunt, maxime quod remissionẽ pœnarum, vel etiam culparum venialium obtinendam. *Tomo 3. disp. 79. sect. 10. §. Primo igitur, & seqq.*

Bellar. lib. 2. de purg. cap. 18.

Naua. in c. in Leuitico not. 22.

8 Fructus huius sacrificij ex opere operato habituali gratia ornatum requirit subiectũ, quia is qui est in peccato mortali non est capax satisfactionis pro pœna temporali, imo nec satisfactionis, & præter illam nulla alia dispositio est necessaria, & solum sufficit consensus virtualis, aut interpretatiuus, qui nulli deest. Itẽ requiritur, quod is, pro quo offertur, habeat indigentiam illius, id est, quod habeat aliquem reatum pœnæ temporalis relictum ex culpa remissa, quia si non habet, non applicatur, nec acceptatur, non enim est conueniẽs prouidentię modus, vt ante culpam commissam fit iam satisfactum veluti pro pœna. Item requiritur intentio offerẽtis, seu applicatio, aliàs enim manebit in thesauro Ecclesiæ. Denique effectus huius sacrificij est maior cęteris paribus in eo, qui est melius per gratiam dispositus, vel per maiorem deuotionem, quia causa perfectius operatur in subiecto melius disposito. *Tomo 3. disp. 79. sect. 10. §. Tertio requiritur, & seqq.*

Vide Caie. tom. 3. opusc. tract. 3. q. 2.

9 Effectus huius sacrificij nõ redit recedente fictione: quia sola illa sacramenta habent effectum recedente fictione, quæ iterari non possunt, & ideo habent necessitatem aliquam, sed hoc sacrificium facillime iterari potest, & nulla est necessitas huiusmodi priuilegij: ergo non est gratis, & sine fundamento asserendum in fauorem hominis in suo peccato perdurantis. *Tomo 3. disp. 79. sect. 1. §. Tertio requiri potest.*

§. VIII.

§. VIII.

Missa quoad Ministrum.

1 SEmper principale offerens est Christus, qui actu offert, licet per Sacerdotem quandocunque & vbicũque offertur, quod insinuatur *in Concil. Lateranen. in cap. Firmiter, de sum. Trinit. & fide Cathol. in Conc. Florẽt. in decret. Eug. & Trid. sess. 22. cap. 1. & 2. Tomo 3. disp. 77. sect. 1. per totam.*

D. Tho. in 4. d. 13. q. 1. ar. 1. vbi cæteri. Bellar. lib. 1. de Mis. cap. 4.

2 Solus Sacerdos rite ordinatus sacrificium offerre potest vt proximus minister, ita vt si aliàs facere id tentet, nihil efficiat. Est certum de fide *ex Concil. Nic. cap. 14. Concil. Florent. & Tridẽ. sess. 22. cap. 1. Tomo 3. disp. 77. sect. 2. per totam.*

Vide D. Tho. in 4. d. 13. vbi Bonau. ar. 1. q. 1. Soto q. 1. art. 8.

3 Omnes fideles, etiam non Sacerdotes, offerre possũt hoc sacrificium. Est concors Catholicorum sententia, verbi gratia, cooperando aliquo modo exteri° oblationi, quod est, procurare, aut petere sacrificium, dare eleemosynam, seu stipendium Sacerdoti, inseruire illi sacrificanti, vel denique assistere consentiendo, ac moraliter cooperando. Vnde tanto perfectius hanc rationẽ participant, quanto & magis pluribus modis cooperatur, & ita magis offert qui in Missa ministrat, quã qui assistit. *Tomo 3. disp. 77. per totam.*

D. Tho. 3. p. q. 81. ar. 6. 7. ad 3. Innocent. lib. 3. de hoc mist. c. 3. Augu. 10. de ciuit. c. 20.

4 Sacerdos mereri, satisfacere, & impetrare potest ex opere operãtis per hoc sacrificiũ, si sit in gratia, & debita intentione, & circunstantijs offerat. Est enim hæc oblatio honestũ, & religiosum opus: sicut ergo per alia bona opera homo iust° meretur, & satisfacit. ita & Sacerdos iustus per hoc opus. *To. 3. disp. 79. sect. 2. §. Ex his igitur.*

5 Offerentium hoc sacrificiũ varius est ordo: at verò possunt reuocari ad quatuor capita. Primus offerens est Christus Dominus. Secũdus dici potest Ecclesia, cuius nomine etiã offertur, sub qua aliquo modo cõprehenduntur omnia membra eius. Tertius, offerens est Sacerdos, vt Minister, & in persona Christi qui offert. In quarto denique ordine sunt omnes alij, qui specialiter concurrũt cum Sacerdote ad sacrificium offerendum. *Tomo 3. disp. 79. sect. 8. §. Diximus de omnibus.*

6 Applicatio fructus sacrificij pendet omnino à voluntate ministri, ita vt non subijciatur voluntati superioris, aut Ecclesiæ: quia tunc operatur Sacerdos, tanquam Christi vices gereus; & hic actus cõuenit Sacerdoti ex vi potestatis, & characteris Sacerdotalis, vt patet ex forma ordinationis eius. *Accipite potestatem offerendi sacrificium, &c. Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Alij nihilominus.*

7 Sacerdos non tenetur, nec

de

de iure diuino, nec ecclesiastico partem huius sacrificij ex opere operato offerre pro tota Ecclesia, quia dicere Christū imposuisse hoc præceptum, est friuolum, vbi est enim hoc præceptum, aut quo scripturæ testimonio, quaue Patrum traditione, quaue declaratione Ecclesiæ constat? *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Secundo inquiri.*

8 Priuati offerentes portionem ex opere operato huius sacrificij correspondētem sibi, alijs applicare non valent, (vt probabilius est) quia, vt censet noster Doctor, omnis effectus ex opere operato est propriū, & personale beneficium, & quasi priuilegiū personæ concessum, quod non potest in alium transferri, sicut de indulgentia dicitur, non posse lucrari alio, nisi speciali facultate concedatur, ut solet fieri in bulla Cruciatæ erga defunctos. *Tomo 3. disp. 79. sect. 9. §. Nihilominus censeo.*

9 Ex duobus ministris quorum vnus vnam speciem, alius aliam consecrat, verisimilius est applicationem fructus à posteriori voluntate pendere. Ratio est, quia posterior intentio cæteris paribus, hoc ipso quod posterior est, solet esse præcipua, & efficax ad retractandam priorem, & sic appareret esse efficaciorem, quā priorem intētionem, licet in vtramque partem possunt adduci coniecturæ probabiles. *Tomo 3. disp. 79. sect. 12. §. Sed tunc occurrit.*

10 Ob morbum corporis excluduntur à munere sacrificandi hoc sacrificium, omnes illi, qui caducum morbum, aut capitis vertiginem, aut similem ægritudinem patiūtur, item patientes periculum vomitus, aut aliquid huiusmodi, per *cap. Communiter 14. dist. & 2. quæst. 7. per totam.* Leprosis vero, & alijs similibus, non omnino prohibetur hoc ministerium, sed solum vt nō publice, sed occulte fiat. *Tomo 3. disp. 82. §. Postquam dictum est, ante primam sectionem.* *Cap. Communiter.*

11 Sacerdos sacrificaturus ante omnia necesse est, vt sine cō scientia peccati mortalis accedat præmittendo confessionē, si potest; vel si non potest, saltē contritionem habendo cū proposito confitendi, quia est communicaturus. Itē tenetur accedere ieiunus, quamuis nulla pœna specialis iure imposita sit sacerdoti non ieiūno sacrificāti, licet deponi interdum, aut excōmunicari præcipiatur *in Cōc. Brach. 2. can. 10. cap. Nihil 7. quæs. 1.* Nulla alia dispositio requiritur in celebraturo obligans ad mortale, quamuis de consilio regula missalis quamplurima disponat, vt recitatio certorum psalmorum, & orationum, &c. *Tomo 3. disp. 82. §. Postquam dictum est, ante primam sectionem.* *Cap. Nihil*

12 Nullum est præceptum obligans sub peccato mortali singulos sacerdotes ad recitandum

dum Matutinum prius quam sacrificium offerat missæ, siue priuatim, siue solemniter missam cantando, nullum enim est præceptum, nec à Christo, nec ab Ecclesia, nec consuetudine introductum: vnde nec veniale erit, vt probabilius videtur, dicere missam ante Matutinum, etiam sine legitima causa, quia in hoc, nec contra, nec præter præceptum fit, quamuis multo certius sit, si ex rationabili causa hoc fiat, nullum esse peccatũ etiam veniale, vt fere omnes Doctores docent. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 1. §. *Dico primo, &* §. *Ex his vero, & seqq.*

13 Licet contingat male fecisse sacerdotem, nimirum differendo Matutinum, tamen si post illam negligentiam occurrat occasio dicendi missam, nec potest cõmode expectare donec Matutinũ recitet, tunc sine noua culpa potest dicere missã prius, & postea recitare Matutinum, quia tunc iam sufficiens causa ad illam maiorem dilationem est, ne amittat opportunitatẽ dicẽdi missam. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 1. § *Secundo sequitur.*

14 Multo minus peccat sacerdos celebrans non dicta Prima, quod de peccato mortali non est dubium, & de peccato veniali per se loquendo, id est, si diuinum officium debito tẽpore persoluatur, quia de alio ordine nullum est præceptum, nec consuetudo, cum non sit momenti. Item nulla est culpa recitare totum officium diuinum vsque ad Completorium, & postea dicere missam per se loquendo, idest, si aliàs diuinũ officium ex legitima causa interponatur, quia hoc stante in reliquo nulla est indecentia, aut irreuerẽtia. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 1. §. *Secundo sequitur.*

Nau. cap. 25. *n.* 79. *cum Sylue. & Soto.*

15 Etiam loquendo de publica recitatione, seu cantu diuini officij in choro, etiam hoc modo non habet per se ordinẽ cum missa, nihilominus tamen regulariter non potest publica, & solemnis dici missa dici ante recitatum Matutinũ in choro, item ante Primam sine graui culpa. Prima pars constat, quia officium missæ est distinctum ab horis canonicis, tam in choro, quam extra illum, & tam in missa solemni, quam in priuata. Alteravero pars probatur, quia in hoc officio publico multo magis necessarium est, vt horæ canonicæ dicantur suis definitis tẽporibus, quia notabiliter postponere, vel anteponere cõtra Ecclesiæ consuetudinem, graue peccatum est, non excusante aliqua rationabili causa. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 1. §. *Vltimo dicendum est.*

16 Sacerdos tenetur ad seruandum integrum ritum missę, prout in missali statutus, ac diffinitus est, iuxta *Conc. Trid. sess.* 22. *cap. De obseruãdis in celebra. miss.* & ex verbis Pij V. in principio missa- *Cõc. Trid.*

missalis, quod præceptum obligat ad peccatum mortale, nisi leuitas materiæ, aut inaduertentia excuset. *Tomo 3. disp. 83. sect. 3. §. Dico primo.* Itē tenetur sub eodē præcepto non addere ex propria deuotione nouas precationes, aut alia verba, præter ea, quæ iuxta ritum Ecclesię institutа sunt, vt constat ex loco *Conc. cit. & Pij V. Ibidem §. Dico secundo, & disp. 84. sect. 2. §. Hæc quæstio, & seqq.*

17 Dicere missam alterius diei, seu de alia re, quā in missali præscribuntur, non est peccatum, imo licet sacerdoti: quia non videtur esse latum præceptum proprie in rigore de missa dicenda de feria, aut de festo, nam cum sacerdos absolute non teneatur hodie, v.g. missam dicere, non est cur obligetur ad dicendam hanc determinate, si illā vult dicere. *Tomo 3. disp 83. sect. 3. §. Dico primo.*

18 Sacerdos siue proprius parochus, siue non, excommunicatus toleratus potest in die festo missam celebrare, si non sit alius à quo possit populus illā audire. Quoad parochū probatur, nam parochiani tenentur missam audire, & alioqui habēt ius petendi à parocho, ergo licite possunt ab eo exigere, & ipse etiam licite potest id facere. Quoad non parochū, cōstat ex verbis Extrauag. ad euitand. cum hic non attendatur fauor ipsius excommunicati, sed fidelium, vel potius eorum necessitas, & tunc non incurrit aliquam pœnam, cum non violet censuram: secus vero dicendum si peccet, v.g. in gerendo se illicite, quia data culpa datur irregularitas, & Extrauag. nullum fauorem excommunicatis concessit. *Tomo 3. disp. 11. sect. 4 §. Et videtur quidem, & seqq.*

§ IX.

Missa quoad vestes quibus debet celebrari.

1 ECclesia potest instituere peculiares vestes, quibus sacerdotes vtantur in sacris ministerijs, quibusque vti non liceat extra sanctū ministeriū, conuenienterque vsa fuit Ecclesia hac potestate, vt constat ex antiquissimo, conuenientissimoque vsu Ecclesiæ à tempore Apostolorum deriuato, vestes autē præcipuę sunt sex. ff. *Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, & Casula*, vt patet *ex Concil. Remens. 4.* ex quibus omnibus resultat grauis quidam, ac decens ornatus sacerdotis ad sacrificādum accedentis, vt constabit ex conclusionibus sequē tibus. *Tomo 3. disp. 82. sect. 2. §. Dicendum est primo, & sequentibus.*

Vide Anacletū Papā in epist. 1. decretali. Damas. in Pontificali c. 24. Beda lib. 1 histor. cap. 29. & alij

2 *Amictus*, significat fiduciam, seu spem, qua debet Sacerdos accedere ad offerendum Deo, tan-

tantum sacrificium. *Alba*, significat munditiam cordis, atque adeo totam hominis iustitiam. *Cingulum*, carnis continentiam, & castitatem indicat. *Manipulū*, significat cordis compunctionem, veramque pœnitentiam, qua sacerdos debet accedere, poniturque in manu sinistra, vt ostēdatur in temporali vita tædiū nos pati superflui amoris, ac carnalis delectationis, estq; veluti sudariū quo detegamus sordes. *Stola*, quæ aliter dicitur Orariū, proprie significat suaue iugū Christi, vnde cum in ordinatione sacerdotis ei stola imponitur, dicitur: *Accipite iugum Domini. Casula, seu planeta*, significat etiam iugum Domini, sed diuersa ratione, nam Stola significat iugū Christi Crucis, Planeta iugum amoris. Vide multa *in Conc. Brachar.* 1. *can.* 27. *& cap. Non oportet. dist.* 13. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 2. §. *Dico secundo, & seq.*

Cōc. Brac. Cap. Non oportet.

3 Per comparationem vero ad Christum, *Amictus*, significat vel linteum illud quo Iudæi faciem Christi velabāt dicētes: *Prophetiza nobis, quis est qui te percussit*; vel ipsam Christi humanitatem, quo diuinitas velata est. *Alba*, vel significat diuinitatis splendorem, vel gloriam Dominicæ Resurrectionis, vel certè vestem albam, qua Herodes Christum illusit. *Cingulum*, significat, vel decorem, ac fortitudinem, qua Christus Dominus induit, & præcinxit se, vel funes, seu vincula, quib⁹ primū in horto Christ⁹ ligatus est, vel certè flagella, quę Christi corp⁹ ambierūt. *Manipulus*, significat humanitatem Christi in hac vita, vel pugna eius pro iustitia. *Stola*, obediētiam repręsentat, qua Christus crucem sustinuit, vel designat Christi passionem, quam debet sacerdos in pectore, & corpore semper ferre. *Casula*, indicat vestem coccineā, seu purpuram, quam Christus ob militum irrisionem indutus est, vel designat vestem Christi inconsutilem, qua Christus exutus est, vt crucifigeretur, nam etiam extensio manus sacerdotis intra casulam, extensionem Christi in cruce denotare dicitur. Multa alia mysteria videantur in Doctore. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 2. §. *Vltimum indumentum.*

Vide Durādum lib. 2. de ritib. Eccles. c. 9

4 Vsus dalmaticę est antiquissimus in Ecclesia, vt constat ex multis sanctis eius mentionem facientibus. Et prius Episcopi tantum illa vtebātur, & aliquando illis non erat licitum, nisi ex licentia Papæ, vt cōstat *ex Greg. lib.* 7. *epist.* 111. Nunc vero tam Diaconi, quā Subdiaconi vtuntur illa. Ad missam autem dicēdā, soli Episcopi interdum ea vtūtur sub casula in solemni, & Pontificali missa, qui etiā vtuntur sandalijs, annulis, mitra, baculo, & alijs insignibus ad nostrum institutum non pertinentibus. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 2. §. *Vltimum indumentum.*

5 Circa materiam harum vestium nihil reperitur præscriptum in iure, & ideo consulenda est consuetudo; ex quo colligitur Amictum, & Albam ex linea materia confici debere. Alia vero quatuor indumenta certum est posse esse, vel linea, vel lanea, vel serica, vel ex quacumque alia materia, dummodo apta sit ad tegendũ corpus humanũ. Item nullus color certus, ac determinat⁹ est, de essentia talis materiæ, quãuis ex congruitate ordinatum sit, vt certis festiuitatibus certi etiam colores existant. *Tomo 3. disp. 82. sect. 2. §. Secundo est.*

6 Omnia hæc indumenta debẽt esse benedicta ex institutione Ecclesiæ *ex cap. Vestimẽta, de consecrat. dist. 1.* & ex Pontificali Rom. quæ benedictio pertinet ad eorum essentiam, vt fiat ab Episcopo, vel à simplici sacerdote habente priuilegium, quæ durabit donec non amittantur, vel inepta sint ad vsum sacrum, argument. *cap. Quod in dubiis, de consecrat. Eccles. vel Alt.* Vnde si manica Albæ omnino separetur, perditur benedicto, etiãsi postea assuatur: secus vero erit si priusquã figura destruatur, vestis ipsa paulatim reficiatur, sẽper enim censetur manere eadem. Item si cingulum omnino frãgatur, ita vt neutra pars eius sufficiat ad cingendum, amittit benedictionem, & ideo nõ potest in vsum venire etiãsi reficia tur: secus vero si post ruptionẽ altera pars sufficiat, in illa enim manet benedictio. Itẽ Stola potest deseruire loco cinguli, quia habet sufficientem formã ad illũ vsum. Item potest in manipulum cõmutari, quia sunt eiusdẽ figuræ, & maior aut minor longitudo non refert, & eadem ratione manipulũ potest poni loco stolæ, si habeat sufficientem longitudinẽ. Deniq; si hę vestes duplices sint, v.g. ex duplici parte interiori, & exteriori constãtes, singulæ partes benedictæ manent, etiãsi inter se separentur, quia vtraq; per se est integra casula, stola, &c. & ita benedicũtur, ac si essent plures casulę, aut stolæ, quæ vna benedictione simul possunt benedici. *Tomo 3. disp. 82. sec. 2. §. Tertio obseruãdũ.*

Cap. Vestimenta. c. quod in dubijs.

7 Sex vestimẽta supra numerata sunt simpliciter necessaria necessitate præcepti ecclesiasti ci ad hoc sacrificiũ celebrandũ, ita vt si aliquid eorum voluntariè omittatur, peccatũ sit mortale, *ex cap. Ecclesiast. dist. 23.* Itẽ est necessarium, vt sint omnia benedicta ex præcepto; hæc enim est consuetudo Ecclesiæ. Tamen omittere in casu necessitatis aliquid horum vestimentorum, pręcipuè stolã, aut cingulum, viri graues censent non esse peccatum mortale. Item excusabitur ab omni culpa, si per inaduertentiam prorsus naturalem relinquatur aliquid horum, si vero negligentia fuerit culpa-

Palud. Soto, & omnes, in 4. dist. 13. Naua. cap. 25. nu. 84.

culpabilis, leuiter tamen, & absque perfecta aduertentia, & voluntate, excusabitur à mortali, non tamen à veniali; si vero sit crassa, & supina, non excusabit a mortali, quia nō tollit sufficiēs voluntarium, & hæc regula seruanda in omnibus ecclesiasticis præceptis. *Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 4. §. *In hac re, & seqq.*

8 Sacerdos sacrificaturus debet accedere calceatus, vt tenet consuetudo, quæ iam cessauit erga sandalia, quibus vtebantur antiquitus sacerdotes, solum hodie vtuntur illis Episcopi, vt constat ex Pontificali. Item debet Episcopus, sacerdos, & diaconus accedere cum capite nudo, seu discooperto, iuxta *cap. Nullus, de consecra. dist.* 1. Tamen occurente graui necessitate celebrandi cooperto capite, v.g. si id grauis infirmitas exigat, & non possit tam facile dispensationem petere, poterit id facere sine graui culpa, præcipuè quando talis modus non est continuus, sed semel, aut iterum occurrit, quod debet fieri secrete ad tollendum scandalum. Circa reliqua indumenta, quibus vtitur Ecclesia, obserua consuetudinem. *Tomo* 3. *disp.* 82. *sect.* 3. §. *Secundo dubitari solet.*

Cap. Nullus.

§. X.

Missa quoad tempus in quo celebranda.

1 MIssa non potest dici ante auroram, iuxta cōsuetudinem, & regulas missalis. Aurora autem est initium crepusculi diei, seu prima lucis irradiatio: vnde hora, & dimidia ante solis ortum celebrare nō est mortale, & vt clarius dicit Victoria, potest inchoari missa dimidia hora ante crepusculum, ita vt finis missę sit sub initium crepusculi plus, minusve; quod est in praxi seruandum, excipitur ab hac regula generali, nox Natiuitatis Domini, in qua potest dici prima missa statim post mediam noctem, de qua nō est dubium, & idem de alijs duobus quoad priuatas, vt probat late noster Doctor. Excipiuntur etiā aliqua priuilegia in quibus conceditur, vt possit dici missa vna, aut duabus horis ante auroram, sed non excipitur nox Resurrectionis Domini, quia iam antiqua consuetudo cessauit, dicitur enim illa missa Sabbatho sancto, paulo ante meridiem. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 4. §. *Dico primo, & seqq.*

D. Thom. 3. p. q. 83. & in 4. dist. 13. q. 1. art. 2.

2 Missa non potest dici post meridiem, iuxta consuetudinē, & regulas missalis: sed vt legitime dicatur, debet semper inchoari ante meridiem, iuxta rubricas missalis, & consuetudinē obtinentem iā vim præcepti; in raro tamen casu licet post meridiem celebrare, v.g. si festum sit solemne, & missa publica, &

Soto ibi q. 2. ar. 2. & lib. 10. de iust. q. 5. art. 4. Ioannes Andreas in c. 1. de celebra. miss.

concio non finiatur, nisi post vnam, vel duas horas post meridiem, maxime si aliqua pars populi missa priuetur. Idem dicēdū si ratione itineris occurrat necessitas celebrandi die festo paulo post meridiem, dūmodo vnius horæ tempus non excedatur. Itē ex priuilegio datur aliquibus personis, & religiosis, vt possint dicere missam post meridiē, sed potest Episcopus ex rationabili causa in hoc dispensare, generaliter tamē solus Sūmus Pontifex. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 4. §. *Dico secundo, & seqq.*

3 Missæ particulares possunt dici quacūque hora ab aurora, vsque ad meridiē, solēnis vero à nona vsq; ad duodecimā tunc enim illa hora crucifixus est Dominus, vt veritas Euāgelij Marci requirit. At vero olim tardiꝰ missę inchoabantur, maxime in diebus ieiunij, quæ consuetudo iam cessauit; solumque seruatur quoad ecclesiasticā horam, quia his diebus cōsueuit prius hora nona ex choro recitari, & deinde missa cantari, & prandium dierum ieiunij ad meridianum tempus, & adhuc amplius anticipatū est. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 4. §. *Vltimo inquiri potest.*

Naua. lib. de orat. c. 21. nu. 31. & in sum. c. 25. n. 85

4 De iure communi, & ordinario non licet sacerdotibus, nisi tantū semel in die sacrificare, iuxta *cap. Sufficit, de consecrat. dist.* 1. *cap. Consuluisti, cap. de referente, & celeb. miss.* Excipe tamē aliquos casus in quibꝰ licet pluſ quā vna vice celebrare. Primo, in nocte Natiuitatis Domini, iuxta *cap. Nocte sancta, de consecrat. dist.* 1. Secundo, quando post celebrationē diei occurrit aliquē mori, iuxta *cap. Sufficit, de consec. dist.* 1. Si necesse sit, & oporteat statim sepeliri, & iuxta consuetudinē debeat missa pręcedere, seu cātari. Tertio, si dicta missa superueniat aliqua magna persona volens missā audire. Quarto, si occurrat necessitas cōmunicādi infirmū. Quinto, si necesse sit ad benedicendas nuptias, nec id fiat sine sacro. Sexto, si eodē die occurrat duplex officium, v.g. vnū de festo, aliud de vigilia, vel rogationibus. Septimo, quādo sacerdos habet duas Ecclesias parochiales, & non potest cōmode habere coadiutorem, & in vtraque est populus auditurus missam. Octauo, si propter paupertatem Ecclesię, vel sacerdotis, iudicio prudentium id necessarium censeatur. Nono, & vltimo, si ob solēnem festiuitatem tam numerosus est populi conuētus, vt vna basilica eū simul capere non possit, qui casus fere omnes iam non sunt in vsu, & consuetudine, & licet aliquis cōcedatur, sēper sacerdos debet esse ieiunꝰ, iuxta *cap. ex parte, de celeb. miss. to.* 3. *dis.* 80 *sect.* 3. §. *Primo certū est, & seqq.*

Anto. 3. p. tit. 13. q. 2 art. 2. Naua. cap. 25. nu. 87. Sylu. verb. missa. 1. q. 7.

5 Licitū est cuilibet sacerdoti feria quinta Cœnæ Domini sacrificare, quamuis prudens consilium erit secreto, & absque

que cõcursu populi id facere, quia circa id nulla est præscripta lex prohibens, nec consuetudo legis vim habens. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *Superest vero.*

6 Nulli Sacerdoti licitum est in die Parasceues, seu ferię sextæ hebdomadæ Sanctæ offerre sacrificium, iuxta *cap. Sabbatho, de consecrat. distin.* 3. Communicare tamen eo die more laicorũ licet, vt probabilius est, per se loquendo. Item non est peccatũ mortale in Sabbatho sancto priuatim celebrare, præsertim ab ea hora, in qua iam incipit, vel incipere potest solẽne, & Paschale officium: quia eo ipso quod antiqua prohibitio abrogata est quoad solemne officium, quod fiebat in nocte, cessauit etiã pro eodem tempore quoad omnia sacrificia, & ideo per se licet, secluso scandalo. Quę opinio licet sit practice probabilis, & secura, non tamẽ cõsulerem vsum illius, nisi in aliquo casu cũ causa, vel occasione rationabili, & scandalum omne diligenter vitando. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *Secundus dies, & seq.*

Cap. Sabbatho.

§. XI.

Missa quoad locum vbi celebranda.

1 SAnctum, & necessariũ est in Ecclesia publica loca esse, in quib' singulariter colatur Deus, & plebs Christiana ad Religionis opera perficiẽda cõueniat. Est de fide, constatque ex vsu, & antiquissima traditione; & præcipuus finis propter quem tẽpla eriguntur in Ecclesia Dei, est, vt in eis Deo sacrificium offeratur, & consequenter, vt in eis alia quoque sacramenta ministrentur, & fideles conueniant, & ad sacras cõciones, & lectiones, & vt reliquiæ Martyrum, & aliorum Sanctorum custodiantur, & ipsi Sancti in eis honorẽtur; ac denique vt in eis fideles sepeliantur. Quod totũ probat fides, & vsus. *Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 1. *per totam.*

2 Semper fuit perpetua Ecclesię consuetudo, vt magna põpa, & celebritate fiat dedicatio Ecclesiæ seu templi, imò aliquę Ecclesiæ grauiores recoluntur annuis festiuitatibus. Vt Dedicatio Sanctę Mariæ Maioris, Lateranẽsis Ecclesiæ, & templorũ Apostolorum Petri, & Pauli, & aliæ multæ. Item est sancta, & decens Ecclesię consuetudo cõsecrandi, ac benedicendi Ecclesias ad sacrificium Eucharistiæ offerendũ. Probat fides, auctoritasque Ecclesiæ. Vide multa, quæ congerit Gratianus, *de consecrat. dist.* 1. specialiter *cap. Ecclesijs.* Quæ templorũ consecratio est etiam hominibus vtilis; quia ex se homines excitat ad maiorem reuerentiam & deuotionem. Est enim homo sensibilis, ideoque plurimum sensibilibus signis mouetur. *Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 2. *per totam.*

3 Iure communi, & ordinario non potest licite hoc sacrificium extra Ecclesiam, seu locũ sacrũ ad hoc specialiter deputatum offerri, vt constat *ex Cõc. Trident. sess. 22. cap. de observat. in celeb. miss.* & alijs quæ referũtur distin. 1. Et transgressio huius præcepti obligat ad peccatum mortale ex suo genere. At vero licet ius antiquum requirat Ecclesiam, seu locum ad sacrificium offerendum cõsecratum, iam consuetudo obtinuit, vt sufficiat benedicta, quæ si fundata sit authoritate Papę, vel Episcopi, eisdem iam priuilegijs gaudet sicut consecrata, vt notat *Gloss & Doctores in cap. vlt. de cõsecrat. Eccles.* Requiritur tamẽ, quod semper altare sit cõsecratum. *Tomo 3. disp. 81. sect. 3. §. In hac re vnic. & seqq.*

Sylu. Ang. & alij ver bo Missa. Naua. cap. 25. nu. 82. Anto. 3. p. tit. 13. c. 6

4 Episcopus potest dare facultatem ad sacrificandum in oratorio priuato, iuxta *cap. Missarũ de consecrat. distin. 1. cap. Hic ergo, & cap. In his, de priuileg.* quauis non interueniat necessitas, non enim est dispensatio in lege, sed vsus propriæ potestatis: at vero nõ potest dare licentiã sacrificãdi vbique in altari portatili, etiam intra propriã diœcesim; nec potest sine causa, vel necessitate dare facultatem dicendi missam in aliquo loco honesto, & bene præparato, non tamen deputato ad religiosum tantum ministerium, iuxta *Conc. Trid. sess. 22.* Secus dicendum in casu necessitatis, cũ possit hoc fieri iure ordinario, Cõcilium enim nihil loquitur de casu necessitatis. *Tomo 3. disp. 81. sect. 3. §. Secundo obseruandum est.*

5 In casu necessitatis vbique potest sacerdos celebrare, etiã extra Ecclesiam, & oratorium, imo, & extra domum in quocũque terræ loco decente, iuxta *cap. 1. & cap. Concedimus, de consecrat. dist. 1.* Episcopus vero potest extra necessitatem, iuxta *cap. vlt. de priuileg. in 6.* Neuter tamen in mari, etiam titulo necessitatis, propter periculũ effusionis sanguinis. *Tomo 3. disp. 81. sect. 3. §. Tertia exceptio.*

D. Thom. 3. p. q. 83. ar. 3. ad 1. Alẽs. 4. p. q. 36. mem br. 1.

6 Multi religiosi, vt Prædicatores, & Minores, habẽt priuilegium ad celebrãdum in quocumque loco honesto, cum altari portatili, vt constat *ex cap. In his, de priuileg.* quod priuilegium fuit reuocatum per *Conc. Trid. sess. 22.* vnde non licebit illo vti, nisi quatenus post illud renouatum fuerit. *Tomo 3. disp. 81. sect. 3. §. Quarta exceptio.*

7 Missam dicere in Ecclesia violata, ex suo genere peccatũ mortale est. Ita omnes. Episcopus tamen potest dare licentiã sacerdoti, vt celebret in Ecclesia violata ante reconciliationẽ, quia si potest eam dare, vt celebretur in loco non sacro, ergo & in loco nondum reconciliato, vide *cap. Hic ergo, de consecra. distin. 1.* At vero vt iustè talis licentia concedatur, requiritur

Omnes in 4. dist. 18. q. 8. Naua. c. 25. n. 83 & c. 26. n. 250.

gra-

grauissima causa, cum sit dispẽsatio in lege ecclesiastica, & tanta potest esse, vt si non possit accersiri Episcopus, etiam sine eius licentia, id liceat, & sic excusantur celebrantes in regionibus Septentrionalibus, in locis in quibus sepulti sunt hæretici. *Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 4. §. *His positis.*

8 Celebrans in loco violato nullam pœnam incurrit, vt latè probat noster Doctor: tamẽ si violatio cõtingat dum celebrat sacerdos, debet non cessare, & absoluere missam, si contingat post canonem inceptũ; si autem cõtingat ante canonẽ, debet cessare, & exui vestimentis, donec sit reconciliata. Nota tamẽ si Ecclesia sit tantũ benedicta, potest sacerdos simplex eam reconciliare, iuxta cap. *Si Ecclesia, de cõsecrat. Eccles. & alt.* Si autem sit consecrata, à solo Episcopo proprio, aut alio, de eius licẽtia debet reconciliari: simplici autem sacerdoti id cõmitti non potest, nisi per Summum Pontificem; sicut nec Ecclesiæ consecratio, iuxta cap. *Aqua, & cap. Proposuisti, de consecrat. Eccles. vel Alt. Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 4. §. *Sed quæret, & seq.*

Sylu. verb. consecra. 2 *q.* 9. *cũ Paludan. Sot. & Nauar.*

9 Ecclesia potest pollui, seu violari sex modis. Primo, per homicidium voluntariũ, & iniuriosum, iuxta *cap. Proposuisti, de consecrat. Eccles. vel Alt. & cap. si motum, de consec. dist.* 1. Secundo, per iniuriosã sanguinis effusionẽ, *ex cap. si Eccles. de cõsec. Eccle. vel Alt. & cap. Eccles. de consecra. dist.* 1. Tertio, per humanã seminis effusionẽ, iuxta citata decreta, vel per copulã coniugalem illicite, & iniuriosè factam in Ecclesia, dummodo non sit pollutio, aut fornicatio occulta, ad quod requiritur, aut euidentia facti, aut iuridica probatio, aut facta per confessionem, aut per sufficiẽtem probationem: vnde si duo, vel tres sciant delictum, non est pollutaEcclesia, si taceãt. Quarto violaturEcclesia si in ea publicus excommunicatus, aut notorius percussor clerici sepeliatur, *ex cap. Cõsuluisti, de cõsecra. Eccles. vel alt.* Quinto, quãdo aliquis paganus, seu infidelis in ea sepelitur, aut sepultus iacet, ex *cap. Ecclesiã* 1. & 2. *de consec. dist.* 1. Nomine autem pagani, & infidelis veniunt etiã pueri moriẽtes ante baptismũ, sunt enim infideles saltẽ negatiue, quod non solum locum habet in Ecclesijs consecratis, sed etiam in tantum benedictis, ex *cap. Consuluisti, & cap. Si Ecclesiã, de consecrat. Eccles. & Alt.* Item habet locũ in cæmeterijs eodẽ modo benedictis sicut Ecclesia, *ex cap. Vnico, de consecrat. Eccles. in* 6. Nota tamen quod violata Ecclesia, violatur cæmeterium illi contiguum, & annexum, & non è cõuerso, quia accessoriũ sequitur principale, & nõ è conuerso. Vltimo violatur quando parietes Ecclesiæ comburuntur,

D. Thom. 3. p. q. 83. ar. 3. ad 2. & 3. & Doctores in 4. dist. 13. Soto q. 22. arti. 3. ad

tur, vel ita destruuntur, vt eam integrã reædificare oporteat; tunc enim iterum consecrãda, vide *cap. Ligneis, de consecrat. Eccles. vel cap. Ecclesiis, de consecrat. distin. 1. Tomo 3. disp. 81. sect. 4. §. Hæc quæstio, & seqq.*

Isidor. lib. 15. Orig. c. 4. Greg. Nazianz. orat. 4.

10 Altare, ab ara dictum est quasi alta ara. Ara vero dicta est, vel à precationibus, quæ cõ iunguntur sacrificijs, Græci enim precationes aras vocant, vel ab ardore, quia ibi mensæ victimæ ardere solebant. Altare est duplex, aliud fixum, aliud portatile, quod ex vsu constat. *Tomo 3. disp. 81. sect. 5. §. Postquã dictum, & seqq.*

Cap. Altaria.

11 Necessarium est ad celebrandum missam, altare lapideum consecratũ, iuxta *cap. Altaria, de consecrat. distin. 1.* Item oportet, vt sit tantæ longitudinis, & latitudinis, vt capere possit pedem calicis, & hostiã, seu patenam, vt possint post consecrationem supra illã collocari; & ex communi vsu solet esse quadratum, seu quadrangularis figuræ. Ad consecrationẽ vero primo requiritur vnctio chrismatis. Secũdo, benedictio cum aqua benedicta, & signo crucis, & alijs orationibus, & ritibus, quæ in Pontificali tradũtur, quę benedictio debet esse ab Episcopo facta, aut à simplici sacerdote ex commissione Papæ, duratque cõsecratio tandiu, quãdiu lapis consecratus integer manet. Denique extra altare cõsecratum, nec Episcopus potest dare licentiam vt celebretur; & Summus Pontifex solum ex graui causa. *Tomo 3. disp. 81. sect. 5. §. Dicendum ergo est, & seqq.*

12 Altare maius non est necesse, vt respiciat ad orientem plagam, quia licet fuerit antiqua consuetudo, tamẽ non fuit tam vniuersalis, quin contrariũ alicubi factum fuerit, & cũ non pertineat ad præceptũ, sed ad decentiã, non oportet semper seruari, sed quando commode potest esse. Cur autẽ in veteri lege altare tabernaculi, seu templi, versus occidẽtem constitũ fuerit, vide *Anastasium Niss. lib. quæst. sacræ scripturæ. q. 48. & D. Thom. 1. 2. q. 102. ar. 4. ad 5. Tomo 3. disp. 81. sect. 5. §. In tertia parte in fine.* *Anast. Niss. D. Thom.*

13 Requiritur, vt missa dicatur, quod altare sit præparatũ aliquibus rebus, seu ornamentis secundum ius canonicũ. Vnde primo requiritur aliquod linteum extẽsum super altare, seu aram consecratã, quo operiatur superior pars, seu superficies altaris, cõstat ex vsu. Secũdo requiritur palla linea super quã immediate extẽdatur corporale, itavt ante corporale ad minus duæ pallæ sint extensæ super altare, vel vna saltẽ plicata ex *c. Altaris palla, de consec. dist. 1.* Licet probabile sit prẽter ob longam mapam cooperientem totũ altare, supponi duas alias pallas corporali, quod videtur

ob-

obseruari ab his, qui diligẽtius has res diuinas tractant, ex *cap. Si per negligentiam, distin.* 2. quæ pallæ non est necesse, vt sint benedictæ, sed tantum linea. Tertio requiritur corporale benedictum ab Episcopo, aut simplici sacerdote, ex commissione Summi Pontificis, *cap. Consulto, de consecrat. distin.* 1. & in medio illius non debet serico ornari, in ora autem, seu extremitate maxime, quæ benedictio durat quandiu corporale est integrum: vnde dicere missam sine illo, aut pallis non benedictis est mortale; præceptũ enim est graue, & consuetudo vniuersalis. Secus dicendum, si adhibeatur tantum vna, & altera omittatur. Ex eodem præcepto est necessaria filiola linea benedicta ad cooperiẽdum calicem. Quarto requiritur quod in altari sit lumen, seu lucerna aliqua ardens, sine qua dicere missam est peccatum mortale in omnes, quę debet essecerea, & non ex ceuo, aut simili materia; & quamuis non condemnarem ad peccatum mortale illũ, qui sine scandalo, aut contẽptu sed ex deuotione, cum lucerna ex oleo diceret missam, tamen in nullo casu consulerem propter indecentiam. Admonet vero *Concil. Triden. sess* 22. *cap. de obseruat. in celeb. Miss.* ne certus aliquis numerus candelarum ex aliquo superstitioso cultu adhibeatur. Quinto, requiritur secundũ omnes, vt in altari sit liber Missalis, saltem continentis integrũ canonẽ. Sexto requiritur crux in altari secũdũ regulas missalis. Denique licet maior templorum ornatus simpliciter necessarius non sit, illũ tamen adhibere cum debita decentia non est malum, imo ad pietatem spectat. *Tomo* 3. *disp.* 81. *sect.* 6. *per totam.*

Cap. Consulto. c. Altaris. c. Si per negligentiam. Cõc. Trid.

§. XII.

Missa quoad defectus supplendos.

1 SI in materia, vel forma commissus sit essentialis defectus, est omnino supplendus, quia facere sacrificium mutilum, & imperfectum intrinsece malum est; & si defectus nondum sit commissus, omnino præcauendus est, si sit in hominis potestate, & præuideatur: vt v.g. si post consecrationem hostiæ, ante consecrationẽ calicis, sacerdos præuideat in eo non esse vinum, omnino debet illud apponere, priusquam progrediatur, & si nullo modo possit habere vinum, missa absoluẽda est, nulla tamen facta mentione sanguinis in signis, vel alijs locis, in quibus fieri solet, & sic de alijs. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Prima regula.*

2 Sacerdos qui pane iam consecrato aduertit non miscuisse aquam, & nunc miscere po-

test, non est propterea omittenda sanguinis consecratio, in solo vino, quia magis necessarium est essentiam sacramenti perficere, quã cæteros effectus vitare. Item si post consecratũ purum vinũ, recordetur sacerdos non miscuisse aquam, non debet illã postea miscere, etiãsi possit, propter reuerentiam sacramenti, non enim habet iã locum illa cæremonia. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Prima regula.*

3 Sacerdos qui in sola aqua consecrauit, si sentiat defectum post consecrationem corporis, sufficit calicem iterum consecrare, & statim sumere absque aliarum cæremoniarum repetitione, quia hic modus est sufficiens ad perficiendum sacrificium: at vero si sentiat defectũ ante sumptionem corporis, sta tim debet vinum apponere, & vinum conficere, & sic sacrificium perficere, vt per se constat: si vero vero sentiat defectũ post missam, omnino absolutã, non potest consecrare solum sanguinem ad integrum prius sacrificium, quia iam actio est omnino distincta moraliter. *Tomo* 3. *disp.* 85 *sect.* 1. §. *Sed circa hanc, & seq.*

4 Quando defectus contingit in hostia, v. g. si inueniatur post consecrationem sanguinis hordeacia, &c. & ante sumptionem vtriusque solum est iteranda consecratio panis, saltem quando non potest vinum adhiberi, vt consecretur, quia ille ordo inter consecrandi vtramque materiam non est admodũ necessarius. Idem dicẽdum est si defect⁹ percipiatur post sumptionẽ. Hæc opinio est probabilis, quamuis in hoc casu libentius vterer remedio consecrandi iterum vtramque materiam, si commode possem, quia ille ordo consecrationis vtriusque speciei semper mihi videtur magni momenti. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Atque ex his.*

5 Si in forma cuiuslibet speciei, mutatio substantialis fiat, quouis tempore supplẽda est: quia hoc, & necessarium, & sufficiens est ad sacrificium integre perficiendũ: secus dicendum, si in vtriusque speciei formæ essentialis mutatio fiat, quia tunc si aduertat defectum post sumptionem, non obligat præceptum integrandi sacrificium, imo obligat præceptũ non sumendi hoc sacramentum post cibum, & potum: & quãdo non fractum est ieiunium, tunc si fortasse ex defectu intentionis, vel formæ neutram speciẽ consecrauit, tenetur secreto iterare, & consecrare antequã sumat ex vi præcepti non fingendi aliquid falsum in hoc ministerio. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Secundo etiam constat.*

6 Quando consecratio panis iteranda est, repetẽdum est ab illis verbis: *Qui pridie quam paterétur*; si vero sola consecratio cali-

calicis, ab illis: *Simili modo postquam cænatũ est*, quia hic modus ponitur in missali, estq; aptior, si commode fieri potest: tamen simpliciter non est necessarius, quia sola verba formæ sufficiũt ad perficiendum sacramẽtum. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Sed quæres tandem.*

7 Quãdo venenum alicui ex specieb⁹ inueniatur admistum, tales species non sunt sumẽdæ, est omnium sententia, sed seruandæ donec corrumpãtur, vel exsiccentur, & postea in sacram piscinã proijciendę: iam enim Christus ibi non adest. Sed in missali Rom. additur, quod si species fuerint vini in panno linteo, vel stupa esse imbibendas, & pannum seruandum donec deficcetur, & comburatur, & tenetur sacerdos supplere, quod deest ad integrũ sacrificiũ, & ad integrã sumptionẽ necessarium, v.g. si in vtraque materia erat impedimentum, vtrãque consecrare, si in vna tãtum illam solam consecrare, siue altera sumpta sit, quãdo sentitur defectus, siue non. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Secunda regula.*

8 Quando post consecrationem animal aliquod in sanguinem cadit, tunc si sacerdos potest sine periculo vomitus, debet totũ illud sumere propter reuerentiam sacramenti; si vero non potest sine detrimento, primum debet extrahere animal, & comburere illud, & seruare sanguinem in aliquo vasculo ad hoc apto cũ reliquis. Idẽ dicendum si animal fuerit venenosum, timeatur venenum manere calici mixtum, at vero si nullum venenum relinquatur, sumendus est, si sacerdos horrorem nõ sentiat, nec timeat periculum vomitus. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Secundo potest accidere.*

9 Si post consecrationem calix congeletur, debet extrinsec⁹ calor adhiberi, donec liquefiat, vt sumi possit: sed si tale remedium adhiberi non possit, neque inuenitur vinum non cõgelatum, vt consecrari possit, saltem poterit digitis comminui, & in particulas redigi, vt sumi possit. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Tertio accidere.*

10 Quando timetur hostium incursus, si ante consecrationem tale periculum timeatur, non est consecratio facienda, etiam si missa sit inchoata. At vero si iam sit facta cõsecratio, debet sacerdos accelerare sumptionem sacramẽti: prętermissis intermedijs, maxime si hostes sint infideles, & irreuerentia sacramenti timeatur, quia cæremoniæ non obligant cum tanto rigore, cum sint de iure ecclesiastico. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. §. *Quarto accidere.*

11 Si hostia consecrata dispareat miraculosè, aut si in ea appareat caro, aut sanguis, ita vt sumi non possit, & idem accidere potest in specie sãguinis,

iterũ est consecranda, iuxta regulas missalis. Et idem videtur dicendum quotiescunque propter apparẽs in ea miraculum sumi non possit; est enim omnino eadem ratio. *Tomo 3. disp. 85. sect. 1. §. Quinto potest accidere*

Cap. Si per negligentiam.

12 Si sanguis omnino effundatur, & ideo à sacerdote sumi non possit, si post effusionẽ aliquid manſit in calice, quod sumi possit, licet sit minima pars, illud sufficiet ad perfectionem sacrificij, neque oportebit aliquid iterari; quia sub qualibet minima parte specierum est totus Christus. Et idẽ est in illo casu, quo hostia consecrata à mure corroditur, si maneat aliquid quod sumi possit: si vero totum sacramentum effundatur, seu dispareat, iterãda est consecratio circa talẽ speciem, vt diximus *cõclus. 8. & 11.* Quando vero sanguis effunditur, aut hostia cõsecrata cadit in terrã, aut super altare; vide statutum à Pio Papa *in cap. Si per negligentiam, de consecrat. dist. 2. Tomo 3. disp. 85. sect. 1. §. Sexto euenire.*

Conc. Tolet. 7. ca. 1.

13 Quando defectus substantialis non potest ab eodem sacerdote suppleri, id debet fieri per aliũ, ita habetur in cap. *Nihil 7. q. 1.* Tamen vt hæc necessitas contingat, requiritur vt sacerdos non solum inchoauerit missam, sed etiam aliquam speciem consecrauerit: quia si ante cõsecrationem moriatur, non est necesse, vt per alium sacerdotem perficiatur, cum non sit essentialiter inchoatum. Et secũdus sacerdos debet incipere, vbi prior desijt, si id sciri possit: si vero id nesciatur, debet à capite incipere: itaq; si certũ sit priorẽ sacerdotẽ defeciſſe ante perfectã consecrationẽ panis, non est, quod ministeriũ illud per aliũ sacerdotẽ absoluatur, aut suppleatur, cum nulla sit necessitas integrandi sacrificium, quamuis fortasse, etiam posset sine peccato secũdus inchoare, vbi alius desijt, etiam ante consecrationem. Rursus si certum sit priorem sacerdotem consecrasse hostiam, & calicem, non autem constet, quid dixerit, aut fecerit eorum, quæ post consecrationem dicũtur, à capite incipere debet secũd' sacerdos, ſi. ab illa oratione *vnde, & memores Domine, &c.* Et si constet priorem consecrasse hostiam, & non calicem, sacerdos secundus incipere debet ab illis verbis, *Simili modo, &c.* Denique si non constet priorem sacerdotem consecrationem hostiæ nõ absoluisse, & res dubia sit, debet posterior incipere à capite canonis, vt certum sacrificium, & integrum conuenienti modo possit efficere, quamuis non sit ieiunus, quia necessitas perficiẽdi sacrificiũ maior est quã ieiune communicandi, & quamuis sit in peccato mortali, cũ possit & bene disponi per contritionem, deficiente copia confessoris,

ris,& non solum potest,sed tenetur in his casibus sacerdos supplere defectum sacrificij, quia ad mun⁹ sacerdotale pertinet, vt sacrificium nō maneat imperfectum. *Tomo* 3. *disp.* 85. *sect.* 1. § *Tertia regula,& seqq.*

14 Defectus accidētales postquam commissi sunt, non sunt supplēdi regulariter loquēdo, vt insinuatur in regula missalis, v.g. si panis sit fermentatus,vel vel si vino non misceatur aqua, item si omnino non sit hostia integra, aut si maculam aliquā habeat, aut si reliquit propter obliuionē aliquas cæremonias accidentales, interpositis alijs verbis,non debet repetere, nā cum hæc non sint de essentia, magis perturbat illa repetitio, quam ad reuerentiam sacrificij iuuet, & potest interdum scandalum generare. *Tomo* 3. *disp.* 85 *sect.* 2. *per totam.*

§ XIII.

Missa quoad ritus & cæremonias.

1 ECclesia sanctè, & religiosè potuit in celebratione huius sacrificij,præter verba essentialia,adiungere alia partim antecedentia, partim subsequētia, pertinentia vel ad Dei laudes, & gratiarū actiones,vel ad populum instruendum in fide, vel ad deuotionem excitādam, vel ad eius petitiones,& vota Deo præsentāda. Est veritas de fide, constatque ex vsu,& traditione Ecclesiæ. Item in totoverborū, seu deprecationum ritu, quem nūc Ecclesia in missa obseruat, nihil est ab Apostolica doctrina alienū, aut quod ab antiqua traditione originem non ducat, aut quod ad pietatem, aut religiosum cultū nō pertineat, quod clarius constabit ex concluſ. sequenti. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Principio vero,& seq.*

2 Primus ritus huius sacrificij est confessio peccatorum, breuesq; orationes pertinentes ad maiorem sacerdotis,& populi deuotionē. Secundus est Introitus,ita appellat⁹, vel quia in eo missa inchoatur,vel certè, quia dum à choro cātatur, sacerdos ad altare ingreditur,qui significat aduentum Christi in hunc mundum,seu antiqua desideria veterū Patrum de aduentu eius. Vterque ritus est antiquissim⁹. *To.* 3. *disp* 83. *sec.* 1. §. *Circa missā.* *Missa Catechumenorum.*

3 Tertius rit⁹ est, *kyrie,& Christe eleison*, repetitus nouem à sacerdote, qui idem est,quod *Domine miserere*, significans recordationem propriæ miseriæ, & diuinæ potentiæ,& gratię,& repetitus toties ad confessionem Trinitatis contra triplicem miseriam ignorantiæ,culpæ,& pœnæ, vel contra nouem genera peccatorum,qui ritus etiam est antiquissimus. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Tertio kyrie.* *Innoc. lib.* 2. *de hoc myst. c.* 19.

4 Quartus ritus est, *Gloria in*

ex-

excelsis Deo;inchoatus ab Angelis & ab Ecclesia consummatus, totusque est diuinis laudib⁹, & gratiarum actione plenus, non dicitur in missis defunctorum, in diebus luctus ieiuniorum, & in communibus diebus, quia in illo cõmemoratur cælestis gloria, quæ merito reijcitur, quando lugetur propria miseria: sumitur *ex cap. Hi duo, de consecrat. dist. 1. & ex cap. Consiliũ, de celeb. miss.* Item dicitur in feria quinta Cœnę Domini propter sacrificij institutionẽ in eodem die factam, *ex cap. Autem porro, de cõsecrat. dist. 1. Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Quarto additur.*

5 Quintus ritus est *Dominus vobiscum*; quo sacerdos salutat populũ, est inchoatus ab Angelo dicenti Virgini *Dominus tecũ*; loco autẽ eius Episcopi in prima salutatione missæ dicunt: *Pax vobis*; quia hæc fuit prima salutatio Christi post Resurrectionem, ad quã salutationem respondent ministri: *Et cũ spiritu tuo*; qui ritus est etiam antiquissimus. *Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Quinto post.*

Cyrill⁹ lib. 12. Ioan. cap. 14.

6 Sextus ritus est *Oratio publica, seu collecta*, & ideo dicitur, quia nomine totius populi in vnum collecti fundatur, vel quod omnium petitiones compendiosè colligit, & ideo ante illam præmittit sacerdos *Oremus*; in aliquibus specialibus diebus luctuosis, seu ieiunii dici solet: *Flectamus genua*; & statim *Leuate*; ad significandum, quod quoties genuflectimus, & rursum erigimus re ipsa ostendimus, quod propter peccatũ in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius, qui cõdidit nos, ad cœlum reuocati sumus. Deinde sequitur oratio, quæ solet esse, vel vna propter solemnitatem, vel tres, vel septẽ propter varias petitiones, & vltra septem non licet multiplicari; numerus impar dicitur esse mundus, & ternarius Trinitati orationum conuenit, vel trinæ orationi conuenit Christi in horto, quinquies dicũtur propter quinquies partitã Christi passionem, septem propter septiformem Spiritus sancti gratiam, vel quia oratio Dominica septem petitionibus concluditur. Denique cõcluditur oratio illa adiuratione. *Per Dominũ nostrum, &c.* & vt firma sit spes impetrandi, & quia Christus est vnicus mediator, propter cuius meritum omnia nobis donantur; & qua re multa dixit noster Doctor tom. 1. agens de Christi merito ad quæst. 19. D. Thom. quia finita respondet minister: *Amen*; ad concredendũ orationi quę vox adhibetur etiam ad affirmandum sic Christus sæpe dixit: *Amen amen dico vobis, &c. Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Sexto subiungit, & seq.*

Durã. lib. 2. de ritib. Eccle. c. 6 & lib. 4. c. 15.

7 Septimus ritus est Epistola aut lectio sumpta, aut ex testamento veteri, aut nouo, qui

Innocent.

mos

mos cæpit à tempore Apostolorum, de qua vide plura, cur. ff. antecedat Euangelium, & cur interdum ex nouo, interdū ex veteri testamento sumatur, & alia similia, legi possunt *ex Innocent. lib. 2. de hoc myst. cap. 29. Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Septimo in suo.*

8 Octauus ritus est versus, qui in festis, & solemnitatibus dicitur *Graduale*, quia iuxta pulpiti gradus cantatur, qui dicitur omnibus diebus, præterquam in his, quæ non sunt gaudij, sed meroris, vt dicitur in *Conc. Tolet. 4. can. 10.* & quamuis vox *Allelvia*, interdū taceatur, omni tamen die cogitāda est, cum nihil aliud cōtineat, nisi laudem Dei, quæ semper in ore saltem cordis habenda est: quando tacetur *Allelvia*, dicitur tractus in signum gemitus, & tristitiæ. *Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Octauo post epistolam.*

Raban. lib. 1. de inst. cler. c. 36.

9 Nonus ritus est Euangeliū, cuius consuetudo est antiquissima, vt constat *ex Conc. Valent. Hisp. can. 1.* vnde etiam colligitur fuisse consuetudinem concionandi post lectum Euangelium, quod officiū pertinet ad Diaconos, vt colligitur *ex Synodo Rhemens. can. 4. & 5.* De ritu quo cantari solet, videātur *Ambros. lib. 1. offic. cap 8. & 11. & lib. de Helia cap. 20. Augu. serm. 144. de tempore & alij.* Denique populus audito Euāgelij nomine respondet, *Gloria tibi Domine*. ff. quia verbum salutis nobis locutus est. *Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Nono legitur.*

Cic. Valē. Augusti.

10 Decimus ritus est symbolum, vt quod audito Euangelio, corde creditur, per symbolum ore confiteamur. Tamen non semper dicitur, sed aliquā do omittitur, vel propter aliquod mysterium, vel propter aliquam minorem solemnitatē. Ante Conc. Nicænum solebat cantari symbolū Apostolorū; post vero Conc. Nicænum symbolum Nicænum ad cōfutationē hęresis Arrianæ, postea vero Damasus statuit, vt diceretur symbolum Constantinopolitanum, in quo addita est particula illa, *Filioque procedit*, ad maiorem expressionem Trinitatis, quod hodie dicitur specialiter in Ecclesijs Hispaniæ. Hæc sunt pertinentia ad missam Cathecumenorum, quæ omnia sunt antiquissima, & nihil in eis est, quod ab hæreticis iustè carpi possit. *Tomo 3. disp. 83. sect. 1. §. Decimū post Euangelium.*

Innoc. lib. 2. cap. 52.

11 Circa aliam partem missę, quę dicitur fidelium, finito symbolo. Primus ritus est, salutatio *Dominus vobiscum*; dicens sacerdos post illā *Oremus*, incitās populum, vt attēdat ad sacrificiū, & vt vnusquisque se præparet, vt eius oblatio acceptabilis sit Domino. Secundus dicitur *Offertorium*, quia eo tēpore sacerdos suscipit oblationes populi, & ideo dicitur *Offertoriū*: quę cō

Innoc. lib. 2. cap. 53.

sue-

suetudo inducta est ad fidelium animos incitandos, vt hilari animo offerant, vnde etiam in lege veteri legimus Lenitas canere dum imolabātur victimæ. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Circa alteram partem.*

12 Tertio, finito offertorio dum panem offert, & aquā vino miscet, & calicem etiam offert, quasdam orationes, & depreca- *Innoc. lib. 2. cap. 54.* tiones profert, quibus, & oblationem suā, ac totius populi ad Deū dirigit, & ab eo postulat, vt ei placita sit, & vt dignis mētibus offeratur, dicūturque secretè, vt cum maiori reuerentia, & deuotione interiori omnes Deo offerant oblationem suam. Item vt eo tēpore, instante iam Dominicę Passionis repręsentatione, illam possint ad memoriam reuocare, vnde, & in illo silentio est aliqua significatio mystica initij passionis Christi, quando iam palam ambulabat inter Iudæos. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Circa alteram partem.*

13 Quarto, dū sacerdos abluit manus profert illa verba, Psal. *Clemens lib. 8. c. 11 & 12. & alij.* 25. *Lauabo inter innocētes manus, &c.* indicans ad futurum sacrificium non solum à grauioribus culpis, sed etiam à leuioribus esse hominē mundandū: quod etiam significauit Christus per ablutionem pedum dicens Petro. *Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.* Quæ cæremonia est antiquissima. *Tomo* 3. *disp.* 83 *sect.* 1. §. *Quarto dum.*

14 Quinto, finito prædicto psalmo sacerdos secretè profert quandā orationem ante altare, postulans vt oblatio à Deo acceptetur in memoriā passionis Christi, honorem sanctorū, nostrāque vtilitatem, & ad populum conuersus, ad idem petendum hortatur dicens: *Orate fratres;* & populus annuendo respondet: *Suscipiat Dominus sacrificium, &c.* ac tandem secundam orationem, seu collectam submissa voce pronuntiat, quæ ideo dicitur secreta, quæ omnia sunt valde antiqua, & mysterijs plena. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Quarto dum.* *Conc. Laodicens.*

15 Sexto, adiungitur Præfatio antiquissima in Ecclesia, & aptissima ad prępparandas mentes audientium ad futuram consecrationem, & ad eorum corda ad Deum subleuanda, & ad Angelorum consortium in diuinis laudibus canendis, gratijsque Deo agendis. Præter præfationem communem sunt aliæ speciales in Ecclesia, quæ nouem tantum numerantur à Pelagio Papa *in cap. Inuenimꝰ, de consecra. distin.* 1. si. Resurrectionis, Ascensionis, Pētecostes, Natiuitatis, Epiphaniæ, de Apostolis, de Trinitate, de Cruce, de Quadragesima; additur denique de Beata Virgine *ab Vrbano in Concil. Placentiæ celebrato.* Finita præfatione sequitur modo Canon. de quo vide §. sequēti. *Tomo* 3. *disp.* 83. *Vide Cyprianū lib. de expēsis orat. dominicæ.*

83. *sect.* 1. §. *Sexto post.*

16 Septimo, finito Canone sequitur quidã versiculus appellatus: *Cõmunio, seu Communicãda,* à communione, solebant enim fideles finito sacrificio communicare, interimq; cãtabatur Antiphona cum psalmo *Benedicam Dominum, &c.* & eius loco nunc recitatur iste versicul⁹. Deinde sequitur salutatio sacerdotis: *Dominus vobiscum*; supra explicata concluſ. 5. Deinde sequitur oratio, seu collecta, cõmuniter continẽs gratiarum actionem, & perficiens numerũ ternariũ, qui solet perfectionẽ significare. Deinde repetita iterum salutatione: *Dominus vobiscũ*; fit populi dimissio per illa verba, *Ite missa est*, aut *Benedicamus Domino* in diebus profestis, aut per illa *Requiescant in pace* in missis pro defunctis, deinde respõdet populus, *Deo gratias*; vt gratiarum actio cuncta concludat. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sec.* 1. § *De secũda vero, & disp.* 74. *sect.* 3. §. *Secũdo de origine*

Clemens lib. 8. *c.* 13.

17 Octauo, dicto à populo, *Deogratias*, sequitur illa oratio: *Placeat tibi sancta Trinitas, &c.* deinde sequitur benedictio populi ad imitationem eorũ quæ leguntur, *Leuit.* 9. & *Numer.* 6. *Benedicetis filijs Israel, &c.* & ad imitationẽ Christi qui discessurus ab Apostolis benedictionẽ prius illis impertiuit, Luc. 24. Deinde recitat sacerdos Euãg. *S. Ioã. In principio erat Verbũ, &c.* nisi aliud iuxta regulas missalis dicendũ sit. Dicitur autẽ bis Euangeliũ in missa, vt si cõtingat proprium Dominicæ, vel feriæ Euangeliũ, propter festũ omitti, possit in fine missæ recitari; vel si quis fortasse prius Euãgelium audire non potuit, saltẽ in fine missæ audiat. Deniq; sacerdos discedens ab altari, seq; sacris vestis exuẽs recitat hymnũ *Triũ puerorum, &c. Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *De secunda vero.*

Vide Durand. in rationali. li. 4. cap. vlt.

18 Deprecatio illa, quæ fit super munera consecrata, non fit nec additur, vt per illam postuletur consecratio corporis Christi veri, sed mixtici, id est, non petitur vt fiat sacramentũ, sed vt ita fiat, vt illis proficiat, qui ad illud adorãdum, vel suscipiendum accedunt. Hanc responsionẽ dederunt patres Græci in Conc. Florent. & patet ex ipsis verbis: *Hæc comistio, & consecratio corporis & sanguinis Domini, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Tomo* 3. *disp.* 58. *sect.* 3. § *Quarto ergo.*

19 Valde conueniẽs fuit missam non celebrari in lingua vulgari, quia omnia mysteria populo non facile proponenda sunt, sed aliqua occulta esse oportet, vide *Conc. Trid sess.* 22. *cap.* 8. & *can.* 9 & vide Doctorem nostrũ afferentem multa ad probandũ quod in omni Ecclesia, tam Græca quam Latina, missa dicitur in lingua distincta à vulgari. *Tomo* 3. *disp.* 83. *sect.* 1. §. *Tertio principaliter.*

Vide Bellarm. lib. 2 *de verbo Dei c.* 15. & 16.

20 Ritum dicendi quædam alta voce, & alia submissa in missa, approbat *Conc. Trid. sess. 22. cap. 5. & can. 9.* In hoc enim sacerdos imitatur Christum, nũc orantem in cruce, alta voce dicentem: *Pater ignosce illis, &c. In manus tuas commendo, &c. Deus, Deus meus, vt quid, &c.* nũc ad stantes loquentem. ſſ. ad matrem, discipulum, & ad latronem, nunc vero tacentem, & intra se orantem: & sic oratio secreta commemoratio est secretæ orationis Christi in horto, vel in cruce; & ideo sacerdos imitans Christũ, nũc ad populum loquitur, nunc ad Deum clara voce, nũc vero sub silẽtio orat. *Tomo 3. disp. 83. sec. 1. §. Ad confutandum hunc errorem, & seq.*

Orig. hom. 5. in Num. Chryſoſt. hom. 24. in Matth.

21 Illa verba quę dicuntur in missis defunctorum. ſſ. *Libera eas de ore leonis, ne absorbeat eas tartarus, &c.* & alia similia, non continent errorem: quia, vel petimus, vt eis remittantur pœnę, & vt æterna requie donentur, vel oratur pro illis secundum quandam anticipationem, seu repræsentationem; repræsentat enim Ecclesia statum illarum animarum in eo puncto, quo à corpore exeunt, & ad iudicium afferuntur, & hoc modo orat, intercedit, &c. vt ne absorbeat eas tartarus. Item constat hunc esse verũ sensum ex illis verbis: *Fac eas Domine transire de morte ad vitam;* illa enim non possunt intelligi de morte secũda, cum nullus ab illa possit ire ad vitã: intelliguntur ergo, vel de morte corporali, vel de morte peccati. Item proportionaliter iudicandum est de alijs, quæ ponuntur ad colendos sanctos; huiusmodi enim ratio magis est gratiarum actio, quæ Deo fit propter gloriã sanctis concessam, quam nouæ gloriæ, aut beatitudinis postulatio. Deinde si quod eis petitur solum est accidentalis aliqua gloria, seu gaudium de nostris cõmodis, vel d honore, aut cultu, qui exhibetur in terris per hoc sacrificiũ; & in quocumque horum sensuum possunt rite retineri illa verba quæ dicuntur in collecta S. Leonis *in cap. Cum Marthæ, de celeb. miss. ſſ. Annue, quæsumus Domine, vt animæ beati Leonis hæc prosit oblatio, &c. Tomo 3. disp. 83 sect. 1. §. Tertio afferri possunt, & seqq. vide etiam Tomo 4. disp. 48. sect. 5. §. Tandem aduerto.*

22 Sunt aliquę cæremonię institutæ ab Ecclesia, nihil aliud continẽtes, quã commodũ, modestiam, ac prudentem modum operãdi in celebratione huius sacrificij, v.g. vt sacerdos antequam vestib⁹ se induatur, lauet manus; dum se signat, siniſtram manũ ponat in pectore; dũ benedicit oblata, habeat siniſtram manum super altare; dum dicit *Per Dominum nostrũ, &c.* adiũgat manus; dum dicit, *Sursum corda*, eleuet manus; dum benedicit, aut salutat populũ, ad illũ conuer-

uerſatur,& ſic de alijs,qui ritus fundatus eſt in illis verbis *Pauli* 1. *ad Corint.* 14. *Omnia ſecundum ordinẽ fiant in vobis.Tomo* 3.*diſp.* 84.*ſect.* 1. §. *Primo ergo.*

23 Sunt aliæ ceremoniæ inſtitutæ propter exteriores actus latriæ exercendos:vt eſt capitis inclinatio,genuflexio,aut ſimiles.Item quod Sacerdos ſacrificet capite diſcooperto.Aliæ ordinãtur ad cultum Sanctorum, vt inclinatio capitis ad nomen ſancti explicati in oratione. Aliæ ad imaginum, & rerũ ſacrarum venerationem, vt inclinatio capitis ad crucem,imaginẽ, ad altare oſculũ,vel reuerẽtiam altaris,Miſſalis,aut patenę.Alię denique ordinãtur ad reuerentiam ipſiuſmet ſacramẽti,vt eſt genuflexio corã ipſo,tunſio pectoris,cũ illa oratione, *Domine non ſum dign⁹*,vel *Agnus Dei*,&c. *To.*3.*diſp.*84.*ſect.*1.§.*Secũdo ſunt*

24 Sunt aliæ cæremoniæ inſtitutæ propter ſignificationem moralem; quæ præcipua eſt eleuatio panis, & vini conſecrãdi, oculis,& manibus adDeum eleuatis. Tunſio pectoris, ſignum veluti naturale cõtritionis.Oſculum quod datur ſub duplici ſignificatione. ſſ. aut ſignificatione reuerentiæ, quando oſculatur veſtis,aut altare,vel ſignificatione amoris, vel beneuolentiæ,vt oſculũ pacis.*Tomo* 3.*diſp.* 84.*ſect.* 1.§.*Tertio ſunt*, &*ſeq.*

Leuit. 8. *Chryſoſ.homil.*77.*in Ioan.* *Tertu.lib.* 1.*de orat.* *cap.vlt.*& *alij.*

25 Sunt aliæ cæremoniæ inſtitutę propter ſignificationem mutuam, vt mixtio aquæ & vini,manuum, ſeu digitorum ablutio facta poſt priorem ablutionem,ad ſignificandum, non tantum grauiora, ſed leuiora peccata eſſe tollenda:manuum extenſio, quæ fit ſuper oblata, dicẽs, *Hanc igitur oblationẽ*,&c. Acceptio panis,& calicis in manus,eleuando oculos in cælum, & benedicendo oblata. Denique fractio hoſtiæ, qua ſignificatur diuiſio corporis Chriſti, quod intelligendum eſt, vel de diuiſione animæ, & corporis, vel de diuiſione facta flagellis, clauis,ſpinis,lancea,quoad partes ſimilares ſine oſsium confractione.*Tomo* 3.*diſp.*84.*ſect.*1. §. *Alia ſignificatio harum.*

*Chryſoſ.homil.*24.*in* 1.*ad Cor.*

26 Vſus ſigni crucis religioſus,ſanctuſque eſt: tum ad commemorationem paſsionis Chriſti,tum ad impetrãdum aliquid à Deo,dæmoneſque fugandos; & ex hac cauſa tam frequenter adhibetur in hoc ſacrificio,nũc circa ipſum Sacerdotem, nunc circa populum eum benedicendo, nunc circa librum, altare, vel ſuper oblata ante & poſt cõſecrationẽ.At verò ſuper oblata nũquam huiuſmodi ſigna in numero pari,ſed aut ſemel,aut ter, aut quinquies. Semel propter eſſentię vnitatem,ter propter Trinitatẽ perſonarũ,quinquies propter quinquevulnera Chriſti Domini, & expreſſam repręſentationẽ paſsionis eius. Sed ſacerdos poſt cõſecrationẽ

Baſil. lib. *de Spirit.* *S.cap.*27.

non vtitur signo Crucis super oblata ad benedicendum, sed tantum ad commemorandum Christi passionem: modũ eius, ac virtutem crucis. *Tomo 3. disp. 84. sect. 1. §. Octauo loco.*

Dionis. c. 5 de hierar. Eccles.

27 Vsus musicæ, thuribuli, & apparatus ministrorum, vt Diaconus, & Subdiaconus, & lucernæ accensæ, præcedentes Sacerdotẽ & ministros, est valde conueniens, tum ad reuerẽtiam, & venerationem tanti sacrificij, tum ad excitãdam fidelium deuotionem. Idem dicendum de alijs cæremonijs, quibus vtitur Ecclesia in missis solẽnibus. *Tomo 3. disp. 84. sect. 1. §. vltimo loco.*

28 Dicere missam non seruando ritũ ab Ecclesia institutũ, aut cæremonias addendo aliquid, vel omittẽdo, est peccatũ mortale ex suo genere; quia est præceptum latum ab Ecclesia, non solum quoad verba, sed etiam quoad actionẽ. Constat *ex Conc. Trid. sess. 22. & ex Pio V. in regulis missalis*, quod est de re graui, nisi ratione leuitatis materię ex cusetur à mortali; vel ratione impotentiæ, quæ cognoscitur quando facienda erat cæremonia, vt si deficiat aqua ad miscẽdũ, si bona fide incipit missam, putans esse eam: secus si præuidit deficere, & incepit: quia potius est omittenda missa. *Tomo 3. disp. 84. sect. 2. per totam.*

Cõc. Trid.

§. XIIII.

Missa quoad Canonem.

1 HOC nomen *Canon*, regulam sacrificãdi propriè significat, *Tomo 3. disp. 83. sec. 2 §. Octaua pars, in fine.* Incipit ab illis verbis, *Te igitur Clementissime Pater*, vsque ad consummationẽ sacramenti: vocatur Canõ quasi regula præscripta & obseruãda in actione huius sacrificij, instituta ab Ecclesia multis ante temporibus, constatque ex Christi verbis, Apostolorum traditionibus, & Pontificũ institutionibus; & est ab omni errore pura, & nihil est in ea, quod non maxime sanitatem, ac pietatem redoleat, mẽtesque offerentium in Deum erigat. Vide *Conc. Trid. sess. 22. cap. 4. & Can. 6. Ibidẽ. §. Concilium Tridentinum.*

D. Gregor. lib. Epistolarũ epist. 63.

2 Canon secundum formam, qua nunc in missa dicitur, nec est de substantia sacrificij, nec à Christo Domino institutũ; nullibi enim extat talis institutio, sed est institutũ ab Ecclesia, eius Author quoad principium fuit D. Petrus, & successu temporis paulatim perfectus à posterioribus Pontificibus aliquid addentibus, præsertim vsque ad Gregorium Primum; & nullam aliam accepit additionem nouam. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Circa primam, & seqq.*

Innocen. 3. in cap. Cũ Marthę de celebr. miss. & Patres communiter.

3 Prima pars Canonis cõtinet orationem, quæ dicitur ante viuorũ commemorationẽ, in qua fit oratio ad Patrem per Iesum Christũ pro vniuersa Ecclesia: quæ

quæ licet specialiter fiat ad patrem, nō propterea excluditur Filius, & Spiritus sanctus; nam propter essentiæ vnitatem sub vna persona alię intelligūtur in his, quæ de se communia sunt. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Prima ergo.*

4 Secunda pars Canonis continet commemorationem viuorum, ab illo verbo: *Memento Domine*, vsque ad illud: *Hanc igitur oblationē seruitutis nostræ;* in qua conueniētissimè orat sacerdos specialiter; tū pro his, qui eius curæ, aut deuotioni specialiter commissi sunt, tumetiam pro his, qui cum illo offerūt; petitque illis spiritualia, & temporalia bona, & protectionem in omnibus diuini auxilij per sanctorū intercessionem. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Secunda pars.*

5 Tertia pars continet illam orationē, *Hanc igitur oblationem*, quæ oratio continet petitiones rerum maxime decentium, vt per se manifestum esse potest discurrenti. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Tertia pars.* Quarta pars continet illam orationem: *Quā oblationē tu Deus in omnibus quæsumus, &c.* quę est antiquissima, nihilq; in ea petitur, quā ex pane corp°, & ex vino fiat sanguis Christi, quæ tota petitio refertur ad ipsius materiæ consecrationem. Item non fit simpliciter de consecratione ipsius materiæ, sed de illa in ordine ad effectum in nobis faciendum, & ad oblationem nostram: quia non petitur, vt simpliciter fiat, sed vt nobis. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Quarta pars.*

6 Quinta pars continet illa verba: *Qui pridie, &c.* vsque ad illa: *Hæc quotiescunque feceritis, &c.* quæ verba sunt antiquissima, legūtur enim apud veteres. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Quinta pars.* Sexta pars continet illam orationem: *Vnde, & memores Domine, &c.* vsque ad illa: *Memento etiam Domine;* nam licet videatur tripartita oratio, tamen vna est quasi continua, quę illis verbis concluditur: *Per eundē Christum Dominum nostrum. Ibidem §. Sexta pars, & seqq.* A *mbr. lib. 4. de sacrament. c. 5. & 6. & libro 5. c. 4.*

7 Septima pars continet orationem pro defunctis, *Memento etiam Domine*, quæ quia solum fit pro iustis, ideo dicitur fieri pro his: *qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in Christo cum somno pacis;* mors enim iusti dicitur dormitio, quæ verba sunt antiquissima. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Septima pars.* *Clemen. libro 8. c. 7. Chryso. homil. 13. in epistol. ad Philippē s.*

8 Octaua pars, quæ incipit in illis verbis: *Nobis quoque peccatoribus, &c.* continet aliā orationem in qua iterum fit sanctorū cōmemoratio, eorumque consortium, & societatem sibi; & sacerdos alijs humiliter postulat per Christum Dñm nostrū, in qua ex duodecim Apostolis priori loco commemoratis, solius Ioannis hic repetitur, propter virginitatis prerogatiuam,

licet alij censeant hunc Ioannē esse Baptistam. Item Stephanus prius nominatur quā Matthias, quia prius martyr fuit, & quia Matthias assumptus est ad Apostolatum post Christi Ascensionem. Paulus vero prius nominatur propter singularem prerogatiuam, &c. de cæteris hic pertinentibus, vide *Ambr. lib. 6. de Sacrament. Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Octaua pars.*

9 Nona pars cōtinet orationem Dominicam cum illis ver bis præābulis, *Præceptis salutaribus moniti, &c.* quę omnia sunt antiquissima. Idem dicendum de sequentibus verbis: *Pax Domini sit semper vobiscū*, & de illa oratione: *Hæc commistio, & consecratio, &c.* Idem dicendum de illis verbis: *Agnus Dei, &c.* quæ continent veram de sacramento Eucharistiæ confessionem, & latrię adorationem. Tādem adiungit sacerdos tres orationes, quibus, & Ecclesiæ pacem, & sibi condignum sacramenti fructum postulat, & ita sācramentum sumit adiungens alia contenta in missali, quę explicatione non indigēt. *Tomo 3. disp. 83. sect. 2. §. Igitur post omnia, & seq.* vbi affert quamplurima scitu digna, quę causa nō peruertendi nostrum institutum, omisi.

Innoc. lib. 3. de hoc myst. c. 10.

10 In Canone missæ non nominantur confessores, sed tantum martyres; quia fortasse quando hæc oratio Canonis facta est, nondum confessores in Ecclesia colebantur, vel fortasse hoc factum fuit ad commendandam martyrij dignitatem, quia sanguinē pro Christo fundendo, eius passionis facti sunt veri imitatores, cuius in hoc sacrificio fit expressa repræsentatio: non autem omittitur Virginis Mariæ memoria, tum propter singularem excellentiam, tum quia plusquā martyr fuit. *Tomo 3. disp. 83. sect. 83. §. Secunda pars Canonis.*

§. XV.

Missa quoad vasa, quibus celebranda.

1 MIssa nō potest offeri sine calice, & patena ad hoc sacrum ministerium deputatis, *ex cap. Vasa, de consecrat. dist. 2.* Vsus vero patenæ licet non sit simpliciter necessarius, fuit tamen confirmatus quodā miraculo, vt refert, *Greg. Turonens. in historia mart. c. 85.* & Christus vt creditur panē cōsecrauit in catino, seu patena. Tam calix quam patena debent esse argētea, iuxta *c. cit.* licet sine peccato possint esse stannea; ex aliā verò materia minime, & probabile est solam cupam sufficere esse argenteam, cum solum illa pars deseruiat proximè ad vsū sacramenti; curandum tamen est, vt tot° integer sit argēteus.

Circa

Circa formã physicam horum vasorum obserua consuetudinem, iuxta quam patena solet esse orbicularis. Itẽ debẽt esse consecrata hæc vasa ab Episcopo, iuxta Põtificale Romã. *cap. Vnic. de sacr. vnc. §. vltim. c. in sancta, de consec. dist. 1. cap. Sacratas, cap. Non liceat, cap. Non oportet, dist. 23. & vlt. de celeb. miss.* Episcopus tamen non potest committere hanc consecrationẽ alteri: sacerdotes tamẽ Societatis Iesus in remotissimis locis habent priuilegiũ consecrãdi ea, & altare. *ex Paulo tertio. Tomo 3. disp. 81. sec. 7. §. Dico primo, & seq.*

Cap. Vasa, c. in sãcta, c. sacratos, c. nõ liceat c. non oportet.

2 Quando interior pars calicis, vel illa superficies patenæ, in qua corpus Domini collocatur denuo deaurantur, iterum sunt consecranda: quia hæc consecratio præcipue fit propter contactum corporis, & sanguinis Christi, sed id in quo proxime fit cõtactus nõ est consecratum, ergo consecrãdum. Tamẽ quãdo deauratio amittitur, nõ amittitur consecratio, quando materia manens est capax consecrationis, vt est argentea, aut stannea, quia totus calix deauratus per modum vnius cõsecratur, & ideo quamuis aurum amittatur, argenteus calix consecratus manet; sicut quando calix est purè argenteus, etiam si contingat illam exteriorem superficiem paulatim vsu consumi, semper tamen manet calix consecratus, quia licet consecratio versetur circa superficiem, tamen simpliciter totus cõsecratur. *Tomo 3. disp. 81. sect. 7. §. Alia autem forma.*

3 Calix habens pedem fixũ, in quo non possunt partes, nisi per fractionem separari, si cupa à pede separetur, amittit consecrationem suam, simpliciter enim amittitur figura illius vasis quod totum consecratum fuit per modũ vnius. Hoc vsus confirmat. At vero calix tornatilis, etiamsi partes separentur, & iterum coniungantur, non indiget noua cõsecratione. Ita tenent plures grauissimi Theologi, & vsu ipso cernimus ita fieri sine vllo scrupulo. *Tomo 3. disp. 81. sect. 7. §. Rursus inquiri potest.* *Palud. distin. 13. q. 2. ar. 5. cõclu. 2.*

4 Pixis, seu custodia, in qua corpus Christi seruatur, debet esse cõsecrata seu benedicta, nõ tamen sacro chrismate inungi est necesse, vt securius affirmat Doctor noster esse consulendum, nã si corporale, & patena benedicuntur, seu consecrantur, quia immediate contingũt corpus Christi, cur non etiam pixis? quamuis inter doctos, & timoratos viros contrarium sine scrupulo fiat. Materia ex qua fieri debeat, non est determinata ab Ecclesia, frequentius tamen est argẽtea, quod vsus confirmat. Vtrum autem requirantur alia vasa benedicta, vt sunt scyphi, ampullæ, phialæ, & alia huiusmodi; videatur exantiquis *Durã. lib. 1. de ritib. Eccle.*

Damasus in Pontificali. Ex modernis Onophri⁹ in lib.de prę-cipuis vrbis Rom.basilicis,&in lib.de interpret.vocum Eccle-siast. & Durãdus lib.1.de ritib. Eccleſiaſt.per varia cap.*Tomo* 3 *diſp.*81.*ſect.*7. §.*Tertio obiter,& ſeqq.*

§. XVI.

Miſſa quoad cultum debitum locis, & vaſis ſacris.

1 IVre naturali prohi betur nos facere quidquid in iniuriam, vel irreuerentiam harum rerum cade-re poteſt. Eſt certiſsima, quam nec infidelis negare poteſt, ſi ſemel admittat ſanctitatem,veritatem myſterij, ac ſacrificij Eucha. nam inde neceſſario ſequitur has res,quæ proxime ad eius miniſterium ordinantur, debere ita ſancte tractari,vt ſal tem nihil iniurioſum, ac indecẽs circa ea fiat.Vnde prohibetur omnis negotiatio in tẽplo. *Matth.*21.Item conuentus,concilia publica ſæcularia,ſeditiones,&alia huiuſmodi,iuxta *cap.* 1.*Cũ Eccleſia,de immunit. Eccleſ. & cap. Decet, eod.tit. in 6.* Item conuiuia,ſeu agape,*cap.Nullus, diſt.* 42. niſi ex neceſsitate aliqua id fiat.Item hoſpitari,dormire,&c. vt *in 6.Synodo,can.* 74. quæ ſunt prohibita, quia mala. Omitto alias actiones, quæ per ſe ſunt prauæ, & inhoneſtæ, vt ſunt otioſæ, & diuturnæ confabulationes, furta, & alia huiuſmodi,de quibus vide *Conc.Trident.ſeſſ.*22. *cap. de obſeruand. in celeb.miſſ. & cap.Conſtantes,diſt.* 92. *& cap. Nullus, de conſecrat. diſtin.* 5. *& cap. Cum decorem, de vit.&honeſt.cler.Tomo* 3 *diſp.*81. *ſect.*8. §. *Circa priorem,& ſeqq.*

*Naua. de orat.ca.*5.

2 Iure Eccleſiaſtico quædam ſunt prohibita fieri circa huiuſ modi res ſacras, ob reuerentiã earum,quæ ſi fiant,ſacrilegium erit,ſaltem contra ius poſitiuũ, quod probatur pręcipuè ex 17 q.4.per multa capita,vbi ſtatui tur, vt qui ad Eccleſiam confugit, per vim extrahi nõ poteſt, ſi non ſpe talis immunitatis in Eccleſia deliquit, vt *cap. vlt. de immunit. Eccleſ.* quo priuilegio gaudent omnes Eccleſiæ,etiam non benedictæ,ſi diuina myſteria in illis celebrentur, *ex cap. Eccleſ.eod tit.* Hanc concluſionẽ probat noſter Doctor multis exemplis, quæ omitto ratione breuitatis,& alia idem Doctor non adfert, cum imo potius ad Iuriſperitos pertineant. *Tomo* 3 *diſp.*81. *ſect.*8. §. *Dico ſecundo.*

Vide Sylu. verb. immunit. 1. *Naua.cap.* 25.*nu.*17. *Couar. va.* lib.2.c.20

3 Omnia ornamenta altaris, etiam benedicta, (& idem eſt de omnibus veſtibus ſacris) quę non attingunt immediate corpus Chriſti, nec chriſmate conſecrantur, poſſunt ſine ſcrupulo tangi à laicis,etiam fœminis. Ita enim habet cõſuetudo: at vero tangere calicem conſecratum nuda manu, eſt peccatum

tum veniale, si absque rationabili causa, ac morali necessitate fiat: nam Pontifices concedunt priuilegium aliquibus religiosis, vt laici eorū possint calices tangere, vt constat ex priuilegijs Minorum, & ex priuilegio quodam Societatis Iesu, ergo signum est hoc per se non licere omnibus. *Tomo 3. disp. 81. sect. 8. §. Tertium exemplum.*

4 Vasa sacra, dum continent corpus, & sanguinem Domini, non possunt tangi, nisi à sacerdote, vel ad summum à Diacono: & oppositum temere, ac sine causa facere, vix poterit excusare à peccato mortali, videtur enim certè res grauis. At vero quādo calix est vacuus, potest à subdiacono non solum tāgi, sed etiam portari ministrando, ideo enim hæc vasa tangit, quando ordinatur. Quod dictū est de calice, dicendum de corporalibus, in hoc enim calici æquiparantur, de quo vide in *dist. 23. per multa capita, & de cō secrat. dist. 1.* & principaliter *cap. Nemo 2.* vbi statuitur, quod vasa in quibus lauantur corporalia, debent esse ad hoc munus tantū destinata, & vt à Diacono lauentur, saltem prima vice, & quod lotio ipsa foràs non mittatur, sed in piscinam sacram. At vero secundo possunt lauari à fœminis virginibus Deo dicatis, quod vsus confirmat. Idē dicendū de purificatorio, quia licet benedictum non sit, tamē valde propinquè attingit sanguinem Domini. De alijs vero pallis, aut ornamentis altaris, etiam si benedictæ sint, non est similis ratio, & ideo possunt lauari etiam à fœminis, etiam prima lotione. *Tomo 3. disp. 81. sect. 8. §. Tertium exemplum, & seq.*

Sylu. verb. corporalia q. 4. verb. benedic. q. 7. Caieta. verb. mulier peccata.

5 Episcopi, & sacerdotes possunt sepeliri in dictis vestibus sacris, vt tenet consuetudo, quæ licita est, ac religioni, ac pietati consentanea; nam actus sepeliē di defunctos est actus pietatis, seu misericordiæ, & circa persona sacram potest esse actus religionis: ergo vti vestibus sacris ad hunc actum, non est conuertere illas ad vsus profanos, sed ad actus pietatis, & religionis, ergo in hoc nihil est indecens, minusve expediens. *Tomo 3. disp. 81. sect. 8. §. Quarto addendū.*

6 Huiusmodi res sacræ. sl. vasa benedicta, calix, corporalia, vestes sacerdotales, & alia vestimenta, quę immediate attingūt altaris ministeriū, vel Ecclesiæ ornatum ad profanos vsus, seu communes nō possunt conuerti, non solum quādiu consecrationem retinēt, sed etiam postquam illam amiserūt per dissolutionem, vel scisionem, aut fractionem, vt sumitur ex *dist. 1. de consec. in cap. lignea, & cap. Altaris.* An vero in aliquibus casib' possint licite vendi, nō resoluit noster Doctor, sed remittit ad Summistas, *verb. alienatio. Tomo 3. disp. 81. sec. 8. §. vltimo pertinet.*

D. Tho. 3. p. q. 83. ar. 3. ad 3.

7 Spolia domus profanæ dirupta possunt sanctissime dedicari ad templum, vel ad monasterium ædificandum. Item ex veste prætiosa potest fieri casula, vt cõstat ex piorum vsu: quia quotiescũque res profana mutat figuram, seu artificialem formam, non est dubium quin hoc possit fieri; idem dicendum, si retineant eandem figuram non interueniente scãdalo, aut speciali aliqua indecẽtia, quia hoc nullibi est prohibitum. *Tomo 3. disp. 81. sect. 8. §. Sed quæres.*

8 Huiusmodi res sacræ simpliciter aliqua adoratione sunt prosequẽdæ: apertè constat ex 7. Synodo actione 7. vbi definitur, sacris imaginibus salutationem, & honorariam adorationem adhibendam esse, non secundum fidem nostram veram latriam, quæ soli diuinæ naturæ competit: sed sicut certũ est de fide imagines simpliciter, & absolute adorandas esse, ita omnino est certum de huiusmodi rebus sacris, quæ adoratio non tantum debet esse externa, sed interna, quia si non procedat ex intentione, erit apparens, & ficta, & sic recte dicetur illud *Isai. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Tomo 3. disp. 81. sect. 8. §. Circa posteriorem partem, & seqq.*

7. Synodo. Isai. 29.

§. XVII.

Missa quoad ministrantes sacerdoti.

1 IVs diuinum nihil disponit circa numerum illorum qui debent stare, aut ministrare sacrificio, nullibi enim reperitur talis dispositio: iure tamen Ecclesiastico requiritur, per se loquẽdo, saltem vnus minister assistens, non tamen plures nisi in missis solemnibus, quod confirmat vsus Ecclesiæ antiquissimus. Minister non debet esse femina *ex cap. 1. de cohabit. cleric. & mulier.* Probabile est posse sacerdotẽ in casu necessitatis, v. g. in necessitate alicuius magnę festiuitatis, vel articuli mortis ad recipiendam Eucharistiam, aut dãdam alteri, sacrificare sine ministro: non tamen condẽnarem peccati mortalis eum, qui in quocũque festo id faceret. Nota vero quod imo celebrandum est sine ministro, quã cum fœmina ministrante, quia hoc est expressius iure prohibitum, estque indecentius. Denique si quis eremita omnino solus viueret sine socio, non posset licite nec quotidie, nec diebus festis. solus celebrare sine dispensatione, quia non potest propriè dici necessitas, sed voluntas. *Tomo 3. disp. 87. sect. 1. per totam.*

Sylu. miss. q. 2. Anto. 3. p. ti. 13. cap. 6. §. 5. Iacobus de Graffis lib. 2. cap. 42. nu. 3.

Mini-

2 Ministrantes ex officio, vt sunt diaconi, & subdiaconi, non ex iure diuino, nec humano tenẽtur exercere interdum suum ministerium; nullibi enim extat tale præceptum; tamen exercentes illud tenentur seruare ea, quæ iuxta ritum ab Ecclesia institutum, circa solemnem missæ celebrationem instituta sunt, prout in missali, vel Pontificali habentur, sed omittendo ea peccabunt leuiter, secluso contemptu. Vtrum vero teneãtur disponi ad gratiã, vt digne solemniter ministrent, tractabitur infra, vbi de sacramentis in communi. *Tomo 3. disp. 87. sect. 2 §. De priori ministro.*

3 Minister absque solemnitate ministrans, requiritur vt habeat duo. Primo vt sciat respõdere, atque respondeat, alioqui enim non est minister: at vero in casu necessitatis quando nullus adsit, qui respondere sciat, potest sacerdos vti aliquo, quẽ ipse sacerdos in eadẽ missa instruat ad respondendum, præeundo, seu verba responsionis, simul cum illo dicẽdo; ad quod requiritur minor causa, quã ad celebrandum omnino sine ministro: violatur enim minus præceptum, & consuetudo ecclesiastica; nunquam tamen est faciendum sine legitima causa, & magna indigentia. Secundo, requiritur quod tractet actiones ad se pertinentes ea diligentia, & animaduersione, vt eius occasione nullus defectus in missa committatur, sed excusatur ob obliuionem naturalẽ, aut inaduertentiam à culpa. *Tomo 3. disp. 87. sect. 2. §. De alio ministro.*

§. XVIII.

Missa quoad stipendium, & pro quibus ex obligatione dicenda.

1 EX obediẽtia, voto, & iustitia potest oriri obligatio offerẽdi missam pro aliquo deuoto. Et iustitia patet, de obedientia probatur; potest enim superior ex iusta causa præcipere subdito, vt dicat missam pro aliquo, & tũc obligatur subditus. At vero ex charitate rarissime occurret hæc obligatio, cũ non sit de re simpliciter necessaria ad salutem proximi, tanta vero esse potest necessitas, vt ex illa oriatur obligatio. *Tomo 3. disp. 86. §. Hæc sola, ante primam sectionem.*

2 Inter beneficia simplicia, ea sola quę ex speciali institutione disponunt onus celebrandi quotidie pro aliqua intentione particulari, eius obligationem inducunt, v. g. capellaniæ, cum ad hunc finem sint directe institutæ: secus dicendum de multis alijs dignitatibus ecclesiasticis, vt Canonicatus, portiones, præ-

præstimonia, & alia beneficia simplicia, quia dantur propter officium psallendi, aut alio modo Ecclesiæ, sed beneficium solum obligat ad illud officium, propter quod datur, cum beneficium detur propter officium. *Tomo 3. disp. 86. sect. 1. §. Sed circa primum.*

Vide Cõc. Trid. sess. 23. ca. 14. de reform. Nauar. cap. 25. n. 140.

3 Ratione beneficij curati nõ tenetur parochus pro ouibus suis quotidie sacrificare; quia talis obligatio nullo iure positiuo cauetur, neque enim scriptum ostẽdi potest, neque consuetudine declaratum, nullibi enim talis extat consuetudo. *Tomo 3. disp. 86. sect. 1. §. De beneficijs igitur.*

4 Ex stipendio accepto oritur obligatio ex iustitia offerendi sacrificium missæ pro aliquo particulari, ratione pacti saltem impliciti: quia hæc obligatio pendet ex mutuo consensu, & ex mutua promissione, sub cõditione onerosa, vtrimque etiã acceptata, & hoc modo fit conuentio inter dantem stipendiũ, & recipientem; nam dans hoc animo dat, vt alterum obliget, & recipiens, animo se obligandi illud recipit. *Tomo 3. disp. 86. sect. 1. §. Quod ita breuiter.*

5 Sacerdos tenetur ratione stipendij, ad applicandum ei pro quo specialiter offert, fructum illum sacrificij, seu illam portionem satisfactionis, quæ illi vt ministro publico, ad distribuendum, seu applicandum commissa est. Ratio est, quia sacerdos tenetur specialiter offerre, & applicare sacrificium ei qui stipendium dedit, sed nõ tenetur applicare personalem fructum, vt patet: ergo tenetur saltem applicare hũc fructum, quem possumus vocare ministralem. *Tomo 3. disp. 86. sect. 1. §. Sed quæret talem.*

6 Quidquid Ecclesiæ ob istam causam datur, est licitum stipẽdium talis obligationis; neque in hoc potest esse excessus, tum quia huiusmodi redditus voluntarie dantur Ecclesiæ, tum quia decens status sacerdotis habet latitudinem: at vero quando tales redditus relicti Ecclesiæ, sunt adeo tenues, vt non attingãt mediocrem, aut minimum stipendium sufficiens; potest Episcopus Ecclesiæ onus, seu obligationem ad eum numerũ missarum redigere, in quo vnicuique iustum stipendium respondeat. *Tomo 3. disp. 86. sect. 2. §. Quando obligatio.*

7 Quando stipendia data à fidelibus, quas Hispani, *pitanças vocant*, sunt voluntaria, censenda sunt iusta, ita vt maiora non possint iustè exigi, si sunt taxata à superiore habente potestatem; nã sicut pretia rerum possunt cõmuni lege taxari, ita & hæc stipendia: quando vero lex non taxauit, tunc erit iustum stipendium, quod communi consuetudine receptũ est, & approbatum, siue quod à viris timentibus

tibus Deum solet dari, aut peti, quia secluſa lege taxante, hæc est via censendi, seu iudicandi iusta pretia rerum. *Tomo* 3. *disp.* 86. *sect.* 2. §. *De quibus primo, & seqq.*

8 Non potest sacerdos quantumuis pauper, seruata iustitiæ æquitate, ratione vnius missæ accipere nisi vnum adæquatum stipendium, siue ab vna, siue à multis personis: quia iniuste priuat alterũ maiori fructu duplicis sacrificij, si recipit duo stipendia ad dicendum duo sacrificia, & dicit vnum tantum. Item quod secũdum veriorem sententiã, idem sacrificium pro multis offeratur, singuli defraudãtur aliquo fructu, quẽ sacerdos posset & deberet applicare: ergo nulli eorum ad æqualitatem satisfacit, nec stat in promissis. *Tomo* 3. *disp.* 86. *sect.* 2. §. *Dico quarto, & sect.* 4. §. *Dico ergo.* Secus dicẽdum est in extrema necessitate, de qua nunc non agimus, aut quãdo stipendia non sunt integra, qualia lege taxata sunt, tunc enim fit iniuria sacerdoti, & ideo potest, vel à diuersis, vel ab eodem, tot stipendia pro vna missa accipere, quot sufficiant ad iustum stipẽdium, & lege taxatum conficiendum, nisi sacerdos voluntarie contẽtus sit cũ illo exiguo stipendio, at vero tunc magis obligabitur ratione promissionis simplicis, quam stipendij. *Ibidem* §. *Vnde consequenter sect.* 4.

9 Iusta æqualitas huius stipendij cum nõ est à lege taxatum, non est pensanda ex integra quantitate pecuniæ, qua sacerdos indiget ad suam congruam sustẽtationem; posset enim existimari hoc stipendium, vt sit iustum, ita esse taxandum, vt totum id, quod necessariũ moraliter est ad congruam sacerdotis sustentationem per annum integrum, sit etiam iustum stipendium omnium missarũ simul sumptarum, quæ intra annum moraliter dici possunt, & consequenter, quod singularũ missarum iustum stipendium sit illa pars aliquota, quæ iuxta dicta proportioni respondet. Quod probat consuetudo Ecclesiæ, nam quando hæc stipendia taxantur lege, non solent esse tam pinguia, vt sola sufficiant ad integram sacerdotis sustentationem: ergo non sunt maiora exigenda quando communi æstimatione definiuntur. *Tomo* 3. *disp.* 86. *sect.* 2. §. *Dico tertio.*

10 Sacerdotes quocumque modo diuites possunt sine iniustitia pro missis stipendia accipere, quia sacerdoti ministranti ex iustitia debetur alimentum, etiamsi aliàs temporaliter diues sit. Idem dicendum de sacerdotibus habentibus beneficium ecclesiasticum, quo sufficienter ali possint, si ratione illius non obligãtur ad dicendas missas pro aliqua particulari intẽ-

D. Thom. quodlib. 6. art. 10. *Soto lib. 9. de iust. q. 6 art.* 1. *Naua. cap. 23. n.* 102.

tentione, quia quod hi reditus sint ecclesiastici impertinens est, vt ratione illorum stipendium missę non debeatur. *Tomo* 3. *disp.* 86. *sect.* 3. §. *Aduertendum est, & seq.*

11 Sacerdos qui ex obligatione sui beneficij, capellaniæ, aut aliorum redituum ecclesiasticorum, tenetur missam pro aliquo dicere, non potest pro eadem dicenda stipendium ab alio accipere, nam sacerdos nõ potest duo integra stipẽdia accipere pro eadem missa; tamen si habeat obligationem aliquoties in hebdomada, mense, aut anno pro aliquibus sacrificium offerendi ratione beneficij, aut capellaniæ, &c. nihilominus alijs diebus, quibus non obligatur, potest stipendia accipere, nam pro illis diebus ius integrum habet, ac si nullos reditus haberet. *Tomo* 3. *disp.* 86. *sect.* 3. §. *Dico tertio.*

§. XIX.

Missa quoad præceptum celebrandi.

Anto. 3. *p. tit.* 13. *cap.* 16. §. 12. *Sylu. miss.* 1 *quæst.* 7. *Naua. cap.* 25. *nu.* 88.

SAcerdotes ad cõmunicandum tenẽtur saltem semel in anno tempore Paschatis, sicut laici, cum sit eadem ratio. Item tenentur quatenus sacerdotes ratione officij sub mortali celebrare in anno, ter, vel quater, ni si legitimo aliquo impedimẽto excusentur, & hoc est in praxi consulendum, quia vix potest sine magno scandalo contrariũ fieri. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 1. *per totam.*

2 De iure diuino nec singulis sacerdotibus, nec singulis Ecclesiis, nec toti Ecclesiæ præceptum est, neque etiã prohibitum quotidie sacrificare. Cõueniunt omnes, quia nullibi est facta talis determinatio tẽporis iuris diuini, solum enim omittitur in die Parasceues hoc sacrificium, & idem fiebat olim in Sabbatho Sancto, & Ecclesia posset idem statuere in alio, vel alijs diebus anni concurrẽte rationabili causa. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *Dico ergo primo.*

3 In singulis Ecclesijs Cathedralibus, parochialibus, & conuentualibus, debet quotidie sacrificium missæ offerri, si conueniens sit, seu mediocris sacerdotum numerus, atque ita fiet, vt in vniuersa Ecclesia, non solum vnum vel aliud, sed quamplurima sacrificia quotidie offerantur. Ita Doctores communiter, insinuaturque, *in cap. Cum creatura. de celeb miss. Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *Dico secundo.* *Cap. Cum creatura.*

4 Singuli sacerdotes nullo iure diuino, aut Ecclesiastico, tenẽtur quotidie celebrare per se loquendo, quia nullibi extat tale ius, tum etiam, quia multi viri docti, & timorati, aliquo, vel aliquibus diebus, interdum sacrificium missæ intermittunt, imo

imo aliqui hoc consulunt ob maiorem sacramenti reuerentiam. Item per se loquendo,& secluſa speciali prohibitione Ecclesiæ, non solum est licitum sacerdoti, quotidie sacrificare, verum etiam ex se melius,consulendumque est. Est certa, & communis Theologorum;probaturque ex consuetudine Ecclesiæ, quam, & nunc experimur, & antiquissimis patribus, & historijs legim°. *Tomo* 3. *disp.* 80. *sect.* 2. §. *Dico tertio*, & *sequenti.*

§. XX.

Missa quoad præceptum illam audiendi.

Soto 2. *de iust. q.* 4. *art.* 4. & *in* 4. *dist.* 13. *Similiæ omnes verb.miss. verb.feria*

1 EST præceptum in Ecclesia impositũ fidelibus audiẽdi missam diebus festis. Est certum de fide ex multis decretis *de consecrat.dist.*1. & ex communi consensu Doctorum, obligans,per se loquendo,sub mortali, cum materia sit ex genere suo grauis. In eo tamen potest dispensare Summus Pontifex: est enim ecclesiasticum,licet talis dispensatio non videatur esse in vsu,quia vix potest esse cõueniens,aut necessaria.Iam dispensare cum aliquo, vt in tota vita nunquam audiat missam, etiãsi possit, esset magis in destructionem, quam in ædificationem. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 1. §. *Dicendum ergo,& seqq.*

*Vide Soto dist.*13. *q.* 2. *art.*1. *Nauar.ca.* 21. *nu.* 2.

2 Præceptum hoc obligat ad audiendam totã missam a principio, vsque ad finem, *ex cap. Omnes fideles, de consecrat.dist.*1. Vnde infertur primo, nõ posse fideles absque legitima causa omittere aliquã partem missæ, etiam minimã sine culpa, quia vel in toto,vel in parte,nõ implebunt præceptum. Infertur secundo, hãc culpam, quæ committitur in omissione partis missæ,esse leuiorem,aut grauiorem, iuxta quantitatem partis omissæ; erit autem mortalis, si pars omissa sit grauis; venialis vero, si sit leuis. Censetur pars notabilis, & mortalis, media, aut tertia pars missę. Leuis vero censetur minor pars quartę partis missæ, ex his quę accidentalia sunt, & sic omittens illam peccat tantum venialiter, v. g. omittens introitum missæ cum his quæ præcedunt, vt quidam dicunt, aut vsque ad Euangeliũ excluſiue,vt alij volunt, in casu quo audiat ab initio Euangelij vsque ad finem missæ;non enim censetur pars notabilis, vel si audiat à principio vsque ad cõmunionem, omittẽs reliquum, vel si audiat à principio Epistolæ vsque ad communionem sacerdotis incluſiue, cum non sit pars notabilis. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 2. §. *Et quidem circa,& seqq.*

3 Qui ab offertorio,vel symbolo incepit missæ assistere, non satisfacit præcepto,& peccat

cat mortaliter, etiãsi postea legat, vel sibi legi faciat Euangelium missæ, quia lectio Euangelij extra missam neque est pars missæ, nec facit vnum cum illa, nec cadit sub hoc præcepto. *Tomo 3. disp. 88. sect. 2. §. Addit vero Nauarrus.*

4 Egrediens Ecclesia quãdo sacerdos vult consecrare, & finita consecratione ingredicus statim, probabile est non implere præceptum etiam quoad substantiã eius, quia amisit substantiã sacrificij, & idem esset, si ante communionem discederet, vel enim est de substantia, vel maxime pertinens ad eius perfectionem: at vero licèt hęc sint tutiora, tamé quando tempus est admodum breue, dummodo consecratio, & sumptio non omittantur, non est tamen scrupulus semper inijciendus, quia res hęc moraliter iudicanda est. *Tomo 3. disp. 88. sect. 2. §. Vltimo denique.*

5 Qui accedit ad Ecclesiam animo audiendi missam, & casu inuenit aliquam inchoatam in orationibus, vel epistola, & illam audit, vel si à principio, audiuit, & postea, iusta aliqua occasione cogitur recedere statim post communionẽ sacerdotis, non peccat etiam venialiter, quia illa omissio non solum est leuis, sed inuoluntaria; vnde non est necesse, vt ille defectus suppleatur in alia missa, etiam si fieri possit, quia præceptum iam est substantialiter impletũ. At vero si quis sciens, & videns nolit ingredi Ecclesiam, donec Epistola dicta sit, animo adimplendi præceptum, reliquum missæ audiendo, venialiter peccat, licet non sit necessarium suppleri defect' propter rationem factam. *Tomo 3. disp. 88. sect. 2. §. Sed quæres.*

6 Si quis inueniat sacerdotem iam esse progressum in missam fere vsque ad consecrationem, & illam audiat timens non futuram aliam, quamuis propriè non impleat præceptum, excusabitur à culpa, si illa mera inuoluntaria fuit, vnde si postea detur occasio alterius missę, tenetur supplere defectum, vt impleat præceptum; quia nondum erat impletum, & ratio excusationis tollitur: at vero si id fiat animo non audiendi aliam missam, nec supplendi illum defectum, iam peccat mortaliter, licet postea casu adimpleat præceptum; quia fortuiti euentus non excusat priorem culpam, quod debẽt confessores aduertere, vt culpam discernant, & non ab euentu, sed à negligentia, & voluntaria mora, cum periculo morali, de illis diiudicẽt. *Tomo 3. disp. 88. sect. 2. §. Tertio fieri potest.*

7 Qui omisit aliquam partem notabilem missæ in casu quo tenetur supplere defectum, vt impleat præceptum, & euitet culpam, non tenetur audire alteram *Soto dist. 13. q. 2. ar. 2. Nauar. cap. 21. n. 2.*

teram missam integram, sed sufficit in alia audire eam partem, quæ in alia omissa fuit, licet ex directa intentione id fiat, quanuis, si absque causa, peccabit venialiter propter aliquã irreuerentiam. Ratio est, quia præceptum tãtum obligat ad audiendam totam missam, non vero quod ab vno sacerdote audiatur. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 2. §. *Sed tunc inquiri.*

8 Fideles nunc satisfaciunt præcepto audiendi missam vbique extra propriam parochiã, quia ecclesiastica consuetudo tolerata ab omnibus Ecclesiæ pastoribus, ita habet, & si quod fortasse fuit de hac re ius antiquum, abrogatũ est. Itẽ quamuis satisfaciãt præcepto in propria parochia, non tenentur audire missam maiorem, sed implent audiendo quamcumque priuatam, siue votiuam, siue de requiem, &c. hoc enim tenet, & approbat consuetudo. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 2. §. *Sed in primis, & seqq.*

Nau. c. 21. *num.* 5. *Ang. verb. missa. nu.* 59.

9 Nunquam tenentur fideles, nec in die Natiuitatis Domini, audire ex vi huius præcepti, nisi vnam tantum missam, quia nulla est ad hoc obligans lex. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 2. §. *vltimo hinc.* Ad quam debent esse præsentes, seu assistere moraliter, ita vt in quantum in ipsis est, audire possint, & videre, seu percipere aliquomodo sacerdotis ministerium, vt communiter tenent Doctores. *Ibidem* §. *Explicuimus, & seqq.*

Nauar. ca. 21. *nu.* 2.

10 Ad implendũ hoc præceptum, primo requiritur voluntas audiendi missam, cũ sit actus obedientiæ, qui sine voluntate non fit. Secundo, requiritur saltem intentio virtualis, ex obiecto religiosa, cum auditus sit actus humanus, qui non potest esse sine vlla attẽtione. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 3. §. *Circa posteriorẽ, & sequenti.*

11 Si aliquis inuoluntarie distrahatur, etiamsi ad magnam partem missæ, implet sufficienter præceptũ, ex vi prioris voluntatis non retractatę, ratione cuius manet attentio virtualis. Item dũ audit aliquis missam, potest ex sua deuotione aliquas orationes, aut psalmos recitare, & implere præceptum, quia huiusmodi oratio non impedit præsentiam, nec attentionem necessariã. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 3. §. *Atque hinc, & §. vltimo infertur.*

12 Exercens voluntarie actiones aliquas exteriores repugnãtes debitę intentioni missę, peccat venialiter contra attentionem, & reuerentiam debitã rei sacræ, & si eo modo magnã partem missæ audiat, peccabit mortaliter, & nõ implebit præceptum, si tanta sit pars, cuius omissio sufficit ad trãsgressionem præcepti, vt patet *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 3. §. *Ex his autem.*

Sylu. verb. missa 2. *q.* 6. *Nauar. c.* 13. *n.* 21.

13 Hoc præceptum obligat

omnes fideles adultos ætate, qua possunt sufficienter discernere inter bonũ, & malum, & capaces esse peccati mortalis; quia qui ratione non vtũtur nõ obligantur præcepto: secus de non baptizatis cuiuscúque conditionis sint, quia infideles non obligantur legibus ecclesiasticis, vide *cap. Omnes fideles cap. Cũ ad celebrãdas, cap. Qui die, & cap. Et hoc attendendum, de consecrat. dist. 1. Tomo 3. disp. 88. sect. 4. per totam.*

Nau. c. 21 cum alijs.

14 Hoc præceptum obligat ad audiendam missam omnibus dieb⁹ dominicis, *ex cap. missas, de consecrat. dist. 1.* huius enim diei obseruatio est propter mirabilia, quæ Deus in eo operat⁹ est, & præsertim propter Domini Resurrectionẽ, celebris fuit semper in Ecclesia. Itẽ obligat omnibus diebus festiuis, quos Ecclesia obseruat, siue ex consuetudine, siue ex traditione, siue ex præcepto generali, siue speciali alicuius prouinciæ, aut diœcesis, vt cõstat *ex cap. Si quis, cap Et hoc omnes fideles, cap Qui die, dist. 1. de consecrat. Tomo 3. disp. 88. sect. 1. §. Principium certũ est, & seqq.*

Naua. inc. quando de consecrat. 1. distin. 1. not. 3. nu. 18. & in Sum. c. 13. & alios.

15 Non tenentur fideles ratione præcepti audire sacrũ in diebus rogationũ, nec in feria quinta, & sexta hebdomadæ sanctę, aut in vigilia Natiuitatis Domini, Paschę, aut Pẽtecostes, nullum enim extat præceptũ, quia *cap. Solet, de consecrat. dist. 1.* consuetudine est abrogatum. Item nec scholastici in quarta feria vniuscuiusque hebdomadæ, in qua vacant lectione, vel alio simili labore, in honorẽ aliquorum sanctorum, cũ deficiat præceptum. Denique qui non audiunt missam in die quo erant obligati, transacto illo non tenentur alio die illã audire, quia præceptum affirmatiuum tantũ obligat pro tempore eidẽ designato. *Tomo 3. disp. 88. sect. 5. §. Sed hinc oriuntur, & seqq.*

Medi cod. de orat. q. de horis recit.

16 Habens priuilegiũ audiẽdi missam, tenetur illo vti, & illam audire, quia interdictum in tantum excusat ab obligatione audiendi missam, in quantum ponit impedimentum ad audiendam illam: ergo quacunque ratione impedimẽtum tollatur, obligatio præcepti suam vim retinet, & tollitur excusatio; neque in hoc casu cogitur vti priuilegio, sed supposito illo cogitur seruare præceptum, alij vero oppositum tenẽt probabiliter. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Solet etiam hinc.*

Naua. cap. 21. n. 3. & multi viri docti.

17 Excommunicatus aut interdictus interdicto generali, vel speciali, etiamsi per illum stet, vt non absoluatur, non peccat contra præceptum de audiendo missam, nam huic sunt prohibita diuina officia ab Ecclesia diebus festis, & quamuis peccet, cum sit negligens in procuranda absolutione, tamen non peccat contra hoc præ-

præceptum, quia non tenetur quis tam remotè, & à longè, vt sic dicam, se disponere ad audiendam missam. Idem dicendum de negligente in procuranda salute, & de stante in vinculis, & negligente in procuranda libertate, vt possit audire missam. *Tomo 3. disput. 88. sectione 6. §. Prima igitur excusatio.*

18 Septem modis potest quis excusari ab obseruatione huius præcepti. Prima excusatio est impotẽtia spiritualis, vt excommunicatio, aut interdictũ, de quo in conclusione præcedente. Item si detur ignorantia inuincibilis, aut obliuio diei festi. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Prima igitur, & seq.*

19 Secunda excusatio est impotentia corporalis, vt ægritudo, detẽtio in carcere, vel quæcunque alia ratio cogens non exire è domo, vel non ingredi Ecclesiam, quamuis habeat persona oratoriũ, præcipue si necessarium sit quẽrere sacerdotẽ stipendiarium; quia præceptum ad hoc non obligat. Huc etiam spectat impedimentum nauigantium non potẽtium venire ad terram. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6 §. Vltimo reuocatur.*

20 Tertia excusatio est impotentia moralis, vt timor periculi vitæ, aut hostiũ, aut aëris pestiferi in eundo, aut redeundo ab Ecclesia. Item timor iacturæ salutis propriæ. Itẽ timor iniuriæ alicuius ab inimico, vel iacturæ honoris, si exeat è domo, vt v. g. si fœmina, aut virgo non potest exire sine decẽte comitatu iuxta personarum qualitatem, & honestam patriæ consuetudinem. Idẽ dicendũ de fœmina honesta reputata, & grauida non potente occultare defectũ, nisi domi se continẽdo. Idẽ si quis timeat furtum, si domum solam relinquat. Idem de pastore non habente aliũ qui maneat in agro cum ouibus, &c. Idem denique dicendum de omni temporali, aut corporali graui incõmodo, quia hoc prẽceptũ non obligat cum tanto rigore. Item excusatur, qui si dum iter agit, ne comites viæ relinquat, missã perdit, quando probabile periculum latronum imminet, si solus incedeat, & etiam si speret expensas itineris ab eis accipere, vel aliud simile commodũ, &c. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Vltimo reuocatur.*

21 Quarta excusatio est charitas, v. g. manere in domo cũ infirmo, si vtrumque non potest fieri. Idem dicendum de fœmina quæ non vadit ad missam, ne sit occasio alicui peccãdi, à qua scit ex nimia fragilitate se perditè adamari, aut in eundo ad Ecclesiam timeat fore, vt ea occasione graues rixæ sequantur, & sic de alijs. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Quartum caput.*

22 Quinta excusatio est officium seu obedientia, vt milites

Vide Soto lib. 2. de iust. q. 4. art. 4. Sylu. verb. Missa 2. q. 1. Naua. c. 21. n. 9. & 10.

custodientes castra, aut portas ciuitatis, aut vigilias facientes, pastores, vectores merciũ, cursores, qui muneri suo satisfacie tes non possunt sine graui incõmodo missã audire. Matres, & nutrices, non potẽtes deserere infantes, nec frequẽter expedit eos ad Ecclesiam deferre. Item famuli, qui vt ministrent dominis, missam amittunt. Et si ministeriũ non possit omitti in aliũ diem sine incõmodo, nec famulus, nec dominꝰ peccabit. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Quintũ caput.*

Vide cap. vnic. de Purificat. post partũ. Caiet. ver. Festa. Naua. cap. 21. nu. 9.

23 Sexta excusatio est consuetudo ex aliqua rationabili causa introducta, & à pastoribꝰ Ecclesię tolerata, v. g. mulieres se abstinẽtes post partũ, ab ingressu Ecclesiæ per aliquot dies, si nõ faciãt ex superstitione, aut Mosaico ritu, excusantur. Itẽ virgines nobiles, quæ cum sint iã nubiles, non exeunt in publicum, & ideo missam omittunt, vbi talis cõsuetudo fuerit prescripta. Itẽ excusabitur mater, si timet aliquid honestati, & bonæ famę eius contrarium, si sola filia domi maneat. Idem de viduis post viri mortẽ per aliquot dies domo non exeũtibus, in quo obseruatur consuetudo præscripta vniuscuiusq; Prouinciæ, respectu qualitatis personæ. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Sextum caput.*

Nau. c. 25 nu. 79. & de pœnit. d. 6. c. 1. §.

24 Septima excusatio est, maior vtilitas, vel necessitas spiritualis, quando vrget aliqua moralis necessitas. Vltima & octaua excusatio est impedimẽtum ex parte ministri, v. g. si sacerdos est nominatim excommunicatus, non tamen si sit malus, aut publicè concubinarius, nisi sit ab Ecclesia denuntiatus vt excommunicatus, seu præcisus. *Tomo 3. disp. 88. sect. 6. §. Septimũ caput, & sequenti.*

Laboret. n. 22. Caiet. 2. 2. q. 12. art. 2.

25 Qui excusantur ab obseruatione huius præcepti, non tenentur loco illius fundere aliquas orationes, aut preces; nusquam enim est præceptum de tali re. Vide *Naua. cap. 21. n. 7. & in c. Quãdo, de consecr. dist. 1. not. 3. n. 5* Item nulla est pœna ipso iure trãsgressoribus huius præcepti; solũ enim in *cap. missas, de consecra. dist. 1.* dicitur, *Ab Episcopo publicè confundantur.* Vnde emanauit consuetudo, quæ præsertim seruatur in aliquibus paruis locis, vt si quis missam non audiat publicè à parocho denũtietur; quod tamen prudenter faciendum est, ita vt prius certò constet de delicto, & quod aliquo modo sit publicũ, & frequens, & cum pertinacia commissum post aliquam secretam correctionem; alioqui enim periculũ esset, vel puniẽdi interdum innocentem, vel infamandi proximum sine causa sufficiẽti, quod aliquãdo, imò sæpesæpius generat scandalũ, odiũ, & alia inconuenientia: quam correctionem subditi semper parochus ante oculos debet præferre. Ego video multos parochos cõtrariũ

Videãt attente parochi hãc cõclusionem.

facien-

facientes, aut propter odium, aut vindictam, molestantes valde parochianos, & quod peius est, quando faciunt stationem, & sunt induti vestibus sacris, immemores sui: quod Prælati debent prospicere, & cum effectu prouidere. *Tomo* 3. *disp.* 88. *sect.* 6. §. *Sed inquiret, & sequent.*

Monitio.

videVgol. lib. de cēs. Tab. 1. *cap.* 18.

1 Monitio sufficiēs ante censuram ab homine pro peccato præsenti aut præterito debet antecedere. De excōmunicatione patet *ex cap. Sacro, de sent. excom. & cap. Romana. eod. tit. in* 6. *& cap. Cū speciali, de appellat.* De suspēsione constat *ex cap. Reprehensibilis, de appellat.* De interdicto vero colligitur *ex cap. Statutum, de sent. excō. in* 6. Quod propter vnius culpam toti vniuersitati imponitur, iuxta *cap. Si sententia, de sent. excom. in* 6. & tunc non omnibus, sed illi ob cuius culpam censura fertur, faciēda est monitio. *Tomo* 5. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Principio ergo certū, & seqq.*

Abbas in cap. Venerabili, de cens. nu. 3.

2 Quando censura fertur ab homine in propriam defensionem, etiam indiget monitione antea facta, vt validè incurratur, secundum veriorem sentētiam: quia iura non limitāt hoc præceptum de præmittēda monitione ad solos iudices, cum ea formalitate iudicādi, sed absolute prohibent ne sine monitione feratur excōmunicatio, aut censura, vt patet *ex cap. Sacro. de sent. excom. Tomo* 5. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Contraria sententia, & sequenti.*

3 Monitio non requiritur in censura à iure, quia ipsa lex sufficienter admonet, non semel, aut iterum, sed quasi quotidie. Nec requiritur in cēsura ab homine, per generalem pro peccatis futuris; nam in modo quo feruntur sunt simillimæ censuris latis à iure. *Tom.* 5. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Obseruare autem, & sequenti.*

4 Summus Pontifex tenetur in censuris ferendis præmittere monitionem, sicut obligatur in vniuersum Legislator suis legibus, non ex vi potestatis coerciuæ, sed ex naturali obligatione ad commune bonū tuendum, & ad conformitatem & proportionem debitā capitis cum corpore; vnde non rectè faceret, si sine monitione absque iusta causa censuram ferat. *Tomo* 5. *disp.* 3. *sec.* 8. §. *Solū potest.*

Vide cap. In causis, de sent. & re iudicata.

5 Trina monitio, aut vna pro tribus debet antecedere censuram, *ex cap. Cōtingit.* 2. *de sent. ex cō. & cap. Constitutionē. eod tit. in* 6. §. *Statuim⁹. c. omnes decimæ.* 16. *q.* 3. *cap. De illicita.* 24. *q.* 3. *cap. de Presbyterorū.* 17. *quæst.* 4. Et pro vnaquaque monitione duorum dierum spatium cōcedi debet, quod ex rationabili causa potest coarctari, vel etiā ad diem vnum, aut breuius tempus, si necesse fuerit, redigi. Non autē omnino omitti ex quacumque causa, vel ob quodcunque delictum, quamuis admonitio sim

pliciter, seu saltem vna non posſit numquam prætermitti, quia intime includitur in ratione pœnæ medicinalis. *Tomo* 3. *diſp.* 3. *ſect.* 9. *per totam.*

6 Monitio poteſt omitti in cenſura lata per modum puræ pœnæ, vt tenent communiter Doctores, non tamen habet locum in excõmunicatione, quia nunquam eſt pura pœna, *ex cap. Qua fronte, de apellat.* ſed habet locum in ſuſpẽſione *ex cap. eos, tam litteris, de teſtib.* ſecus ſi ponatur per modum cẽſuræ, vt *in cap. Reprehẽſibilis, & cap. Sicut, de cohab. cleric. & mulier.* Item vt probabile eſt, habet locũ in interdicto, quia licet *in cap. Statũ, de ſent. excom. in 6.* vbi prohibetur, vt interdictum non feratur ſine præuia monitione, intelligitur de interdicto poſito per modum cenſuræ, non vero per modum pœnæ. *Tomo* 3. *diſp.* 3. *ſect.* 10. §. *Supponit autẽ, & ſeqq.*

Panormit. in c. reprehenſibilis, de appellat. num. 4.

7 Merus executor nõ poteſt cenſuram exequi, nulla præcedente monitione, quia eſt cooperari ad ſententiam manifeſte iniuſtam. Item nõ poteſt omitti monitio, quæ eſt in præcepto conditionato, licet ſit periculũ in mora: at vero trina monitio poteſt relinqui. *Tomo* 5. *diſp.* 3. *ſect.* 10. §. *Secunda exceptio, & ſequenti.*

Nau. in c. cum non contingat, cauſa 5. *de reſcript.*

8 Quando abſolutio à priori cenſura fuit abſoluta, vt ſimilis cenſura iterum imponatur, neceſſaria eſt noua monitio, nec ſufficit monitio priorem ſententiam antecedens, etiamſi de reuocanda data abſolutione tractetur, eo quod male data fuerit, quia illa reuera eſt noua cenſura. *Tomo* 5. *diſp.* 3. *ſect.* 10. §. *Solent præterea.*

Coua. c. alma. 1. p. §. 9. nu. 4.

9 Monitio non eſt neceſſaria ad cenſuram latam in defunctum, quia iam non eſt admonitionis capax, iuxta *c. A nobis, de ſent. excom. & cap. final.* 24. *q.* 2 *Tomo* 5. *diſp.* 3. *ſect.* 10. §. *Vltimo excipiunt.*

10 Monitio ad cõtumaciam ſufficiens, requiritur ad excommunicationis valorẽ, ita vt ſine illa lata non valeat ex defectu materiæ neceſſariæ. Maior autem monitio. ſſ. trina, aut canonica, non eſt neceſſaria, niſi ex præcepto, vt actio recte fiat, non tamen neceſſaria ad valorem, quia defectus ille ſolum eſt in accidentali ſolemnitate. *Tomo* 5 *diſp.* 18 *ſect.* 3. §. *Eſt enim omnium ſumma.*

11 Quando ſuſpenſio ab homine eſt propria cẽſura, debet præcedere monitio, quia non precedente monitione, non poteſt ſequi contumacia: ſecus ſi feratur ſuſpenſio in pœnã propter delictum, vt patet *ex cap. Tã litteris, de teſtib. Tomo* 5. *diſp.* 28. *ſect.* 5. §. *Cum vero.*

12 Admonitio debet fieri autoritate iudicis, qua ferenda eſt cenſura, quia vt detur contumacia, requiritur vt admonitio fiat autoritate ſuperioris. Item

debet

Vide Abbatem in c.1 de iudicijs n.33. & in cap. Veritatis, de dolo, & contumac. n.5

deb et fieri ad inſtãtiam partis, ſi vtilitas eſt priuata, quia habet vim citationis, quæ vt valida ſit, ad inſtãtiam partis debet fieri: at vero ſi feratur ob commune bonum, poteſt ex officio admonere, *ex cap. Venerabilib⁹. §. Porro, de ſent. excom. in 6.* Itẽ debet fieri coram teſtibus, & in ſcriptis, at nõ eſt neceſſe inſeri eius cauſam. Item quando cenſura fertur cõtra incertam perſonã, ſufficit fieri in loco publico, nã ſufficit, vt ad notitiam delinquẽtiũ deueniat: ſecus ſi fertur contra certam perſonam: quia tũc debet fieri perſonaliter. Item ſufficit admonitio domi facta, ſi adueniat ad rei notitiam, in vtroque foro, ſi probari poſsit deueniſſe ad eius notitiã. Item ſufficit fieri admonitio domi, quando ſentẽtia eſt contra certam perſonam, ſi ob dolum impediat, aut vim fieri admonitio perſonaliter, *ex cap. Quoniam frequenter. §. 1. de dolo, & contumac.* Denique debet fieri ſub comminatione talis cenſurę: quoniã ex ſola tranſgreſsione ſimplicis præcepti eccleſiaſtici abſq. cõminatione cenſuræ, non cenſetur homo ſufficiẽter cõtumax. *Tomo 5. diſp. 3. ſect. 11. per totam.*

13 Cenſura ſiue Canonica, id eſt, trina monitione lata, eſt iniuſta, cum ſit contra legem, tamẽ eſt valida; lex enim non irritat aliter datã: ſumitur *ex cap. Sacro, de ſent. excom.* excipitur cenſura in participantes, ad quam requiritur, vt ſit valida, trina ad monitio: quod intellige quãdo contra participãtes excommunicatio fuit lata ab eodem, à quo prima cenſura lata fuit, iuxta *cap. Statuimus, de ſent. excom. in 6.* Item excipitur cẽſura lata à delegato, qui ſub hac conditione iuriſdictionẽ accepit. ſſ. vt canonicam monitionem prę mittat; quia delegatus non poteſt excedere formam delegationis, alioqui omnino excommunicatio eſt nulla, *cap. Cum debita, de reſcript & cap. Piſſane. de reſt. ſpoliat. Tomo 5. diſp. 3. ſect. 12. per totam.*

14 Neceſsitas monitionis ſolum inuenitur in ſententijs latis ab homine, propter præteritas, ſeu iã commiſſas culpas, vt conſtat *ex cap. Romana, de ſent. excom. in 6. Tomo 5. diſp. 13. ſect. 8. §. Igitur neceſſitas.*

Morbus.

1 Morb⁹ corporis, qui infert grauem debilitatẽ virium, aut deformitatem perpetuã incurabilem in vſu ordinũ, inducit irregularitatem, *ex cap. vlt. diſt. 85. & alijs, cap. de corp. vitiat. & de cleric. ægrotant. & diſt. 55.* Tamẽ ſi hic defectus antecedit ordinationem, omnino impedit illam, ſi totale afferat impedimentum, & non per interualla temporum: ſi verò ſubſequitur, impedit vſum, non omnino, ſed quantum ad actum repugnantem tali morbo. Item ſi ſic ægrotus eſt irregularis ad

Vide Nauar. c. 27. nu. 199. & 200. Couar. in Clement. ſi furioſus. 5

beneficium curatũ de nouo ſuſcipiendum, ad ſimplex vero nõ ita, ſi iam ſit clericus, vt inde ſuſtentetur. At vero ſi ęgritudo ſuperuenit poſt beneficiũ obtentum, non priuat illo, vt colligitur *ex cap. vlt. de cleric. ægrotant. & cap. de rectoribus, eodẽ tit.* Quando dubium fuerit de qualitate morbi, arbitium Epiſcopi quærendum eſt. Diſpenſatio vero à Summo Pontifice ſolum eſt danda. *Tomo 5. diſp. 51. ſect. 2. §. Quinto poteſt, & ſeq.*

Mutilatio.

1 Irregularitas homicidij cuiuſcumque extenditur ad mutilationẽ *ex cap. in Archiepiſcopatu de rept. & Clement. vnica, de homicid.* vnde omnes conditiones requiſitæ in homicidio, in mutilatione locum habẽt, & ſic requiritur vt mutilatio ſit conſummata, & non tantum inchoata, aut intentata. Itẽ non ſufficit, ſi mẽbrum aliquod' ita vulneretur, aut lædatur, vt inutile reddatur ad miniſterium ſuum, niſi abſcindatur, quia nõ eſt ſimpliciter mutilatio, ſed membri debilitatio. At vero diſpẽſatio in irregularitate orta ex mutilatione occulta, petenda eſt ab Epiſcopo, quia *Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 26. de reform.* ſolum ſibi reſeruat irregularitatem ex homicidio voluntario, & ita declarauit Cardinalium cõgregatio. *Tomo 5. diſp. 44. ſect. 2. §. Dixi autem, & ſeq.*

Felin in c. cũ illorũ, de ſent. ex com. nu. 1. Naua. cap. 27. n. 206. & 219.

2 Ad mutilationem non ſufficit ſanguinis effuſio, etiã multum copioſa, & cum multis vulneribus, quia nõ eſt mutilatio. Item nõ ſufficit abſciſio partis alicuius carnis, mutilatio enim proprie ſignificat abſciſionem alicuius membri, caro autẽ non eſt membrum. At vero membrũ in ordine ad mutilationẽ, & irregularitatem, licet alij cõmuniter cenſeãt, requiritur ſolum, vt ſpecialem cooperationem habeat ad officium mẽbri principalis, & non requirit, vt habeat per ſe aliquem actũ, vel officium; quia eunuchus inter mutilatos numeratur in iure, vt ſumitur *ex cap. ex parte, cum ſequentibus corp. vitiat.* Et tamen non caret aliquo mẽbro, quod per ſe valeat aliquod mun' exercere in corpore abſq; conſortio alteri'. Vnde ſufficit ad mutilationẽ principalis mẽbri minutio notabilis, licet nõ omnino abſcindatur ex *c. 1. de cleric. pugnãt. in duel.* v.g. abſcindere digitos, vel dimidiam partem vtriuſque manus, abſcindere vnã auriculam, abſcindere mamillam fœminæ; abſcindere vero vnicũ digitum, pręcipuè ſi ſit alter ex duobus minimis, non ſufficit ad mutilationem, quod eſt veriſimile. De abſciſione aliorum digitorum Doctori noſtro videtur res ſatis grauis, & ad minimum dubia, & diſpenſatione indigens: at vero in dubio, arbitrio ordinarij relinquitur ſemper-

Nauar. ca. 27. n. 223. Sylu. homicidium. 3. nu. 5. Ang. homicid. 5. n. 6.

perque est inclinandum in fauorem legis, cæteris paribus. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 2. §. *Nonnulla vero, & seqq.*

*Nau.c.*27 *n.*206. & 219. & 198. *vide in iure diuin.*55. *& in titut. de corp. vit.*

3 Qui seipsum mutilat fit irregularis, & quoties aliquis fit irregularis mutilando alium, fit etiam mutilando seipsum eodē modo, & aliqua mutilatio sui minor sufficit ad irregularitatē quæ in alio facta non sufficit, vt habetur *c.*6. *dist.*55. quia in mutilante se specialis atrocitas cōsideratur, v.g. si abscindat partē alicuius digiti sibi: secus si ab alio partem illā, non sine culpa eius, qui patitur, abscindi cōtingat, *cap.* 1. *de corp. vitiat.* Item quamuis aliquis non directe se ipsum mutilet, sed ab alio, si tamen sua culpa mutiletur, & abscisio sit alicuius mēbri principalis, semper inducit irregularitatem, etiamsi membrum sit occultū, & non impediat vsum ordinis, ne afferat aliquam deformitatem, quę scandalum, aut indecētiam in vsu ordinis inducat: quæ sententia securior est, vtpote cōmuniter recepta. Exēplum sit, si aliquis in pœnam delicti iussu iudicis eunuchus fiat, idem si inuentus cum adultera à marito, idem si per iniuriam patiatur, aut si iniuste aggrediēs alio ab ipso mutiletur, &c. Item percutiēs alterum interdum facit illum irregularem, licet ille non fiat, quia potest aliū reddere ineptum ad ministeriū sine mutilatione, & interdum potest mutilator manere irregularis, mutilatus minime, vt patet in eunucho per iniuriā, vel si duo digiti pedis abscindātur. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 2. §. *Aliud dubium, & disp.* 51. *sect.* 2. §. *Tertio inducitur, & seqq.*

4 Qui membrum aridum alteri abscindit, non fit irregularis, quia tunc actio illius non videtur esse mutilatio corporis humani; secus si tantum membrum debilitatum, quia vere mutilat corpus humanū. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 2. §. *Tertio quæri.* Itē deformatio sine mutilatione non sufficit ad irregularitatē quia non est expressa in iure talis irregularitas; ius enim exprimit homicidium, & mutilationem: ergo reliqua tacendo illam excludit. *Ibidem* §. *Quarto inquiritur.* *Nau.c.*27 *n.*219. *Archid. cap. si quis.*15. *q.* 1.

5 Procurans aborsum fœtus nondū animati, non fit irregularis etiam secuto effectu, quia non est homicidiū, sed impeditātum generationem hominis: secus si fœtus iam sit animatus, secuta morte, datur enim homicidium, vide cap. *Quod vero, & cap. Moyses* 32. *quæst.* 2. *& cap. Sicut ex litterarū, de homicid. To.* 5. *disp.* 44. *sect.* 2. §. *Ex quo principio* *Cap. quod vero, cap. Moyses, c. sicut ex litter.*

6 Mutilatio absque culpa nō impediens vsum ordinis, nec inducens grauem deformitatē, non facit irregularem. Patet *ex capitibus, dist.*55. Si vero talis sit facit irregularē ad ordines suscipiendos, vel in clerico ne as- *Nauar.ca* 27. *n.*199

cendat ad ordinem ſuperiorē, *ex cap. vlt. diſt. 55.* Si tamen ſuperueniat ordinationem ſine culpa ad illum tantum vſum ordinis, irregularitatem inducit, qui ſine ſcandalo, vel periculo exerceri nō poteſt, iuxta *cap. 2. de cleric. ægrot. Tomo 5. diſp. 51. ſect. 2. §. Omiſſa ergo, & ſeqq.*

N

Neceſsitas.

1 IN ſacramentis nunquam reperitur neceſsitas medij, niſi ſimul concurrat neceſsitas præcepti. Ratio eſt, quia hęc media non ſunt ex natura ſua neceſſaria: ergo non poſſunt fieri neceſſaria, niſi adiuncta lege iuxta capacitatem eius, cui talis neceſsitas imminet; nam ſi ſit adultus, præceptum cadit in illū; ſi paruulus, in Eccleſiam, vel in eos, qui illius curam habent. *Tomo 3. diſp. 40. ſect. 1. §. Dico ſecundo.* *D. Thom. q. 80. art. 11. ad 1.*

2 Neceſsitas medij datur quādo ſermo eſt de re neceſſaria ad tollendum peccatum mortale, vel acquirendam gratiam, iuxta illa verba: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c.* & iuxta illa *Niſi pœnitentiā egeritis, &c.* Neceſsitas autem reperitur, quando eſt ſermo de actione aliqua, quæ ſupponit peccatum remiſſum, & gratiam acquiſitam, vt ſi dicamus: *Niſi quis mandata ſeruauerit, non ſaluabitur*, aut *niſi quis reſtituerit, &c. Tomo 3. diſp. 40. ſect. 2. §. Secundo igitur dicitur.*

Negligentia.

1 Negligentia eſt triplex. ſſ. leuiſsima, lata, & leuis. Leuiſſima datur, quando tota prouidentia, & ſolicitudo, quæ ordinario, & prudenti modo adhiberi ſolet, poſita eſt, ſolumque fuit aliquid prętermiſſum, quod non eſt animaduerſum, quia ſine magna ingenij perſpicacitate, & ſolertia animaduerti nō poterat. Lata dicitur illa, quæ nimiam negligētiam continet, ſeu quando omittitur illa circunſpectio, quam homines mediocriter capaces, & prudentes adhiberi ſolent. Leuis eſt media inter has, eritque maior, vel minor, iuxta maiorem, vel minorem acceſſum ad aliquod externorum. *Tomo 3. diſp. 5. ſect. 5. §. Hic vero ſtatim.* *Vide Gab. in 4. diſt. 15. q. 10.*

2 Negligentiā, ſeu culpā latā certum eſt ſufficientem eſſe ad irregularitatem contrahendam, quia tunc homicidium eſt ſatis voluntarium in cauſa. Idē dicendum de culpa, aut negligentia leui culpabili; leuiſsima vero culpa non ſufficit ad irregularitatem, vt ſatis probabile eſt; nam profecto negligentia excuſans à peccato mortali, excuſat ab irregularitate in foro conſcientiæ, quia requiritur vera culpa, id eſt verum peccatū: quia ſi homicidium non imputatur *Ang. verb. homicid. 2*

tatur operanti non opus eius, & ideo non reddit illum irregularem. Item non sufficit peccatum veniale; requiritur enim factum voluntarium simpliciter; homicidium secutum ex negligentia veniali, non potest dici simpliciter volũtarium, ergo, &c. Quæ sententia est satis probabilis. *Tomo* 5. *disp.* 45. *sect.* 5. §. *Hic vero statim, & sequentibus.*

Neophytus.

1 Hoc nomẽ Neophytus, relictis alijs significationibus, significat hominem, qui in ætate adulta baptizatus est, & qui nouus est in baptismate, quod colligitur ex iure, non enim dicuntur neophiti infideles, vel cathecumeni, vel qui post Catechismum recenter sunt baptizati, quod solum habet locũ in adultis. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *De Neophitis.*

2 Neophyti sunt irregulares, quod Episcopum probatur, *ex* 1. *ad Timoth.* 3. quoad ordinem presbyteratus *ex Conc. Nicen.* 2. *& Conc. Laodicen. cap.* 3. quoad ordinem Diaconatus *ex Concil. Arelat.* 2. *cap.* 1. *& ex Conc. Sardicens. cap.* 13. Idem dicendum de ordine subdiaconatus, & de reliquis ordinibus minoribus, licet ius antiquum de illis expresse nõ loquatur. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *de Neophitis.* Quãto autem tempore iudicandus sit aliquis Neophit⁹, vt possit post baptismum ordines recipere, nõ potest certa regula dari, sed requiritur prudens iudicium, quia nec tempus diuturnũ sufficit, si alia necessaria non concurrant, & hoc prudens iudiciũ quoad inferiores clericos pertinet ad Episcopum, & quoad Episcopos ad Summum Pontificem. *Ibidem* §. *Dico tamen.*

Cõc. Rom. sub Sylues. 115. & Trid. sess. 23. de ref. c. 11. & sequen.

3 Neophitorum filij, qui ante vsum rationis baptizãtur, nõ sunt irregulares: quia ipsi non sunt neophiti, nec quia parentes sunt, vel fuerunt neophiti, ideo ipsi sunt irregulares, quia non inuenitur talis extensio in iure, siue filij sint nati post baptizatos parentes, siue antea, dummodo ante vsum rationis baptizati sint. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Dico tertio.*

O

Obedientia.

1 PRæceptum iudicis de se iustum cum graui detrimento, non obligat, & sicut aliquis excusatur ab obligatione præcepti, si intercedat graue detrimentum, ita excusatur ab excommunicatione. Est communis opinio, quia præceptum humanum non obligat cum tanto discrimine, nec debet esse res nimis ardua, & difficilis, vt patet ex

Nau. c. 27. *n.* 57. *c.* 24. *nu.* 12. *& c.* 25. *n.* 5.

ex materia de legibus. *Tomo* 5. *disp.* 20 *sect.* 3. §. *Secundum exemplum.*

Obligatio in forma Cameræ Apostolicæ.

1 Qui sub excommunicatione ipso facto incurrenda obligatur in forma Cameræ Apostolicæ ad soluendam pensionem, si per impotentiam non soluit intra terminum determinatũ, in conscientia excusatur ab excommunicatione; nam propter factum, vel non factum inuoluntarium, nemo potest excommunicationem incurrere, quia in eo quod inuoluntarium est, nemo potest esse contumax. *Tomo* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *Altera dubitatio.*

*Nau.c.*23 *n.*104. & *cap.*27. *n.* 274.

2 Duobus modis potest quis obligari in forma Cameræ. Primo, personaliter per propriũ consensum. Secundo, per procuratorem per alterius voluntatem: quando fit priori modo potest absque alia monitione incurre excommunicationem, & declarari; quia iam satis constat debitori de obligatione assumpta sub tali onere, & pœna: secus vero dicendum quando fit secundo modo, quia consensus solum per procuratorem non sufficit, vt ipsi debitori censeatur sufficiens monitio facta, cũ hoc fieri debeat in propria persona. *Tomo* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *Vt autem ius, & seq.*

3 Praxis habet tamen circa excommunicationem in forma cameræ, ne aliquis sine culpa pro excommunicato habeatur, vt elapso termino ad pensionem, vel debitum soluendum designato in prędicta obligatione in forma cameræ, excommunicatio non censeatur incursa, donec creditor declaret se velle vt illãincurrat, quod si priusquã id declaret, vel ipse, vel debitor moriatur, vel soluatur pensio, vel fiat cõcordia, nũquam incurretur. Sic habet stylus Curiæ, & rationabile est, vt hæc voluntas creditoris intimetur debitori iuridicè, solemni notificatione. *Tomo* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *Atque ob hanc rem.* *Nau.c.*23. *nu.* 104. *Gigas q.* 77. *de pensationibus*

4 Debitores, qui in forma Camerę obligantur renunciant fauori cap. Odoardus, de solut. ſſ. beneficiarius, qui satisfacere non potest, vt molestiam creditorum euitet ab Ordinario suo potest petere, vt assignata congrua sustentatione, reliquos fructus ad debita suo ordine soluenda applicet, donec plenè satisfaciat, debitoresq; inhibeãt, ne amplius ipsum vexent; quo fauore vti non possunt vt prædictam censuram effugiant post obligationem in forma cameræ, per ordinem Ordinarij, nisi cum Pontificio diploma cum clausula, *non obstante quacumque obligatione in forma Camerę:* vt possunt coram suis Ordinarijs vti fauore *cap. Odoardus, de solut.*

licet

licet ipse Auditor camerę, si ad eũ accedatur, vt accedi debet, potest, & debet tali debitori cõ gruam sustentationem assignare magis fortasse limitatam, sufficientem tamen ad decentiam status clericalis, & talis beneficij, vel dignitatis, quia hoc tam intrinsecam habet honestatem, & nemo potest illa priuari. *Tomo 5. disp. 20. sect. 2. §. Vltimo est, & seq.*

Obseruantia.

1 Obseruantia est actio qua cultores Dei vtũtur, vt ea sese ad cultũ Dei disponant, vt sunt ieiunia, genuflexio, vsus signi Crucis, & similia. *Tomo 3. disp. 15. sect. 1. §. Prius quærimus.*

Occasio peccandi.

1 Vt aliqua sit moralis occasio proxima peccandi, requiritur, vel vt ex suo genere talis sit, quæ frequenter inducat homines similis conditionis ad tale peccatum, vel certè vt experimento constet in hoc homine habere talem effectũ. Item necesse est, vt illa occasio voluntaria sit, alias enim, quod ex illa nascitur, non erit voluntarium, vnde nec culpabile, & sic quando moraliter euitari nõ potest illam non censeri voluntariam, nec assumptam, sed illatam, & ideo non esse aliquid morale, sed necessitatem quandam, vel impotẽtiam, propter quã non fit homo absolutione indign⁹. *Tomo 4. disp. 32. sect. 2. §. Sed est specialis.*

Vide Nau. in Sum. c. 3. nu. 10. & seqq. & Cordub. in sum. Hisp. q. 4.

Odium.

1 Odium, tristitia, & fuga differũt inter se, quatenus odium respicit malum secundum se abstrahendo à præsenti, & absenti, & tristitia est ḋ malo præsenti, vel vt quod tale apprehẽditur, cuiusmodi existimatur malum commissum. Denique desiderium, quod in malis potius est fuga, vel propositum cauendi illa, respicit malum absens, quod futurum timetur. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Atque simili modo.*

Officium diuinum.

1 Nomine officij diuini interdum veniunt vel sacramenta, vel sacrificia, & quælibet alia diuina officia, *ex cap. si sententia, cap. Is cui, de sent. excom. in 6.* & expressius *cap. Non est vobis, de sponsal.* Interdũ vero diuinorũ celebratio cõdistinguitur à receptione sacramentorũ, & cõprehendit tantum missæ sacrificium cum alijs diuinis officijs, vt constat ex eodem *cap. Si sententia, & cap. Episcoporum, de priuileg. in 6.* Itẽ in diuino officio considerantur duo. ff. substantia orationis, seu deprecãtis, & modus dicẽdi talem orationẽ, seu deprecationem, vt supponitur.

Cap. Si sententia. cap. Is cui, cap. nõ est, c. Episcoporum.

tur. At verò concio non est officium diuinum; quia non ad Deũ immediatè, sed ad populũ instruendum, vel exitandum, ordinatur. *Tomo* 5. *disp.* 34. *sect.* 3. §. *Circa primum.*

2 Diuina officia facta ab excommunicato maiori excommunicatione, nullius sunt valoris, per se loquendo, quoad meritum, vel impetrationem, aut alium fructum spiritualem, nec respectu Ecclesiæ, quia excommunicatus non operatur in persona eius, nec respectu ipsi⁹ excommunicati, quia in tali actu peccat, nisi per ignorãtiam excusetur. At verò si aliquis tenebatur similem actum efficere priuatim, valebit illi, vt præcepto satisfeciſſe censendus sit, v. g. si clericus excõmunicatus in choro dicat officium diuinũ, non tenebitur iterum priuatim dicere: quia licet sit actio peccaminosa, sufficit ad præceptũ positiuum implendum, cum in substantia sit eadem quæ præcepta erat. *Tomo* 5. *disp.* 12. *sect.* 2. §. *Potest autem.*

Theologi cũ D. Tho. 1. 2. *q.* 100 *ar.* 9. *&* 10

Opus.

1 Opera pœnalia ad tria præcipuè deseruiunt. Primo, ad corrigendos prauos mores, & ad moderandos affectus. Secundo, ad excitandam animam ad deuotionem, dolorem, ac contritionẽ de peccatis. Tertio, ad impetrandam à Deo ipsammet veram pœnitentiam de peccatis. *Tomo* 3. *quæst.* 68. *art.* 5. §. *Attentè considerandum, in comment.*

Oratio.

1 Oratio, qua petitur venia de venialibus ex affectu illis carendi, est sufficiẽs dispositio ad eorum remissionem: quia hic minor dispositio sufficit, & non est tanta necessitas pœnitentiæ, & illa oratio indicat sufficientẽ mutationem voluntatis. Debet tamen aliquo modo esse supernaturalis, quia debet disponere ad effectũ supernaturalem, nã peccatum veniale aliquo modo lædit supernaturalem amicitiã. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 3. §. *Superest, vt dicamus, & seq.*

2 Oratio inter suffragia pro mortuis numeratur, non quia gratuitam remissionem pœnæ, ac sine debita solutione obtinet, sed quia est vnum ex præcipuis operibus satisfactorijs, & quia sub illa comprehenduntur omnes actus religionis, & pietatis ad Deum. *Tomo* 4. *disp.* 48. *sect.* 5. §. *Nec magis vrget.*

3 Oratio facta à prauo ministro nomine Ecclesiæ habet vim impetrandi apud Deum; quia tunc pensatur non efficacia orationis ad impetrandum ex conditione proximi orãtis; sed ex dignitate principalisque est Ecclesia. *Tomo* 4. *disp* 48. *sect.* 8. §. *Dico vero.* Nõ ex Christi institutione, aut speciali potesta-

te,

te, quã Christus dederit Ecclesiæ ad conferendum operibus suorum ministrorum aliquem effectum ex opere operato; sed ex natura rei supposita solum institutione talis congregationis, & vnitatis eius. Vnde non solum in lege noua, sed etiã veteri, & naturali erat in Ecclesia ille modus orandi, & impetrandi à Deo nomine totius Ecclesiæ, quãuis tunc nullus esset effectus ex opere operato. *Ibid.* §. *Hinc etiam conseo.*

4 Orationes ab Ecclesia institutæ non habent effectum, seu vim satisfaciendi ex opere operato, quia Ecclesia non habet potestatem ad instituenda signa operantia similes effectus ex opere operato, proprie loquendo: ex institutione enim Christi solum habẽt talem effectũ satisfaciendi ex opere operato sacramenta, & sacrificium missæ, & nobis non licet fingere aliud sine stabili fundamẽto, quod deest. *Tomo* 4. *disp.* 48. *sect.* 8. §. *Quod autem Nauarrus.*

5 Illæ orationes propriæ fiũt nomine Ecclesiæ, quæ non solum ab ea institutæ sunt, sed dicuntur à ministris ad hoc deputatis ex præcepto, vel ordinatione sua. Aliæ verò quæ dicuntur omnino priuata authoritate, non videntur fieri nomine Ecclesiæ, etiãsi preces ipsæ quæ recitantur, ab Ecclesia institutę sint. *Tomo* 4. *disp.* 48. *sect.* 8. §. *Tractat autem Nauarrus.*

Ordo.

1 Sacramentum Ordinis est in Ecclesia necessariũ, licet nõ omnibus. Ratio sumitur ex voluntate & institutione Christi, fuit enim expediens institui ad conferẽdos aliquos effectus necessarios, vel maxime vtiles ad salutem. *Tomo* 3. *disp.* 6. *sect.* 1. §. *Dico secundo, in fine.*

2 Effectus sacramenti Ordinis est dare specialem gratiam ad sanctè ac religiosè exercendas sacras actiones ad cultum Dei spectantes; vnde omnes actus, qui per hãc gratiam fiunt, pertinent ad charitatem, vel religionem, vel alias virtutes. *Tomo* 3. *disp.* 7. *sect.* 3. §. *Dicendum verò.* Item imprimit characterem in anima, vt definit *Concil. Trid. sess.* 7. *Can.* 9. *de sacram. in gen. & Concil. Florent. in decret. Eugen. Ibidem disp.* 11. *sect.* 1. §. *Dicendum vero est.*

3 Sacramentum Ordinis primario est institutum ad dandã potestatem Ordinis; secundario ad danda gratię auxilia, quibus hoc præstetur: nam licet gratia secundum se perfectior sit, tamen in hoc Sacramẽto datur propter officium seu ministerium sacerdotale; proxime enim non ordinatur ad remittenda peccata eorum, quibus confertur, sed ad constituendos illos ministros sacramẽtorum. *Tomo* 3. *disp.* 11. *sect.* 1. § *Sed dubitabit.*

4 Ordine per saltum susce-

pto

pto, factum tenet, & character imprimitur, quia non est subordinatio essentialis inter characteres diuersorũ ordinũ; character enim non recipitur in alio charactere, sed immediate in ipsa anima, vel potẽtia eius, quam semper informat eodem modo. *Tomo 3. disp. 11. sect. 3. §. Tertio de charactere.*

5 Quatuor minores ordines & subdiaconatus, licet ordinarius minister eorum sit Episcopus, tamen ex commissione Sũmi Pontificis, possunt conferri à simplici sacerdote: quia character sacerdotalis potest sufficere, non tamẽ per se, & veluti vi sua, sed quasi extensus, seu applicatus per concessionẽ Summi Pontificis. *Tomo 3. disp. 11. sect. 3. §. Solum posset, & disp. 36. sect. 2. §. Ad argumenta.*

6 Ordinatio ab Episcopo hæretico excõmunicato præciso facta, validaest, quia nõ est actº iurisdictionis, cum non sit actus iudicialis, sed solum consecratiuus, vt sic dicam. Idem dicendum de consecratione Eucharistiæ, & de extrema vnctione, & confirmatione. *Tomo 3. disp. 36. sect. 3. §. Tertio quia.*

7 Qui inuiti ordinantur ab hęreticis, non manẽt irregulares, quamuis habuerint intentionẽ recipiendi ordinem, quia sunt capaces ad recipiendum sacramentum. Secus dicendũ de rebaptizato ab hęretico, si habeat intentionem recipiendi baptismum, quia iam non est subiectum capax. *Tomo 3. disp. 31. sect. 6. §. Quin potius addo.*

8 Qui per triennium commoratur cum alio Episcopo tanquam familiaris ei, seu de familia eius, ab eo potest ordinari sine licentia alterius proprij, *ex Conc. Trid. sect. 23. cap. 9.* vbi apponit cõditionem. ff. *Dũmodo dent illis statim beneficium*, quod nõ licet Episcopis titularibus, etiam prætextu cuiuscunque familiaritatis, vt constat *ex eodem Conc. Trid. sess. 14. cap. 2. Tomo 5. disp. 31. sect. 1. §. Aduertendum est.* Item vnus Episcopus potest ordinare subditũ alteriº sub spe ratihabitionis eius. ff. cum probabili spe, & consensu eius, tunc enim iam factum est aliquo modo nomine proprij Episcopi, vide cap. vltim. 9. q. 2. Tamen non est facile admittẽda huiusmodi ratihabitio, sed vbi tam persona ordinãtis, quã ordinati cognita est, & extra omnem suspicionẽ ob vitæ integritatem, sapientiam, ac prudentiam, quæ magis expectari debent ex parte ipsius ordinantis. *Ibidem §. Sed nihilominus.* Denique item vnus Episcopus potest ordinare subditum alterius Episcopi suspensi notorie ob crimen huiusmodi ordinandi alienos sine facultate, iuxta cap. *Is qui, de temp. ordin. in 6. Ibidem §. Aduertendum est.* *Cõc. Trid. c. vlt. 9. q. 2. c. Is qui.*

9 Ordo sacer non dirimit matrimonium ratum iam consum-

ma-

matum prius contractum, nec ratum tantum: quia nec de iure diuino, nec per sacros Canones id statutum est. *Tomo* 5. *disp.* 31. *sect.* 1. §. *Decima suspensio.*

10 Carentes vsu rationis, si ordinentur, characterem recipiunt. Idem de infantibus ante vsum rationis. Idem de furiosis ad tempus, de quibus loquitur textus *in cap. Maritum, dist.* 33. & est sententia communis Doctorum. *Tomo* 5. *disp.* 51. *sect.* 1. §. *Secundo numerãtur, & sequenti.*

Cap. Maritum.

11 Qui absque aliqua cæremonia accidentali necessaria ordinatus est, non potest in ordine ministrare donec suppleatur, non propter irregularitatẽ, aut impedimentũ ipso iure contractum; sed quia censetur non integre ordinatus iuxta Ecclesię ritum; sicut baptizatus sine solemnitate non est confirmandus donec solemnis ritus baptismi circa illum perficiatur. Potest tamen in hoc casu secretè ab Episcopo suppleri ille defectus, vt possit sine alia dispẽsatione liberè vti ordine suscepto. *Tomo* 5 *disp* 42. *sect.* 3. §. *Vel diuisio illius, & sect.* 4. §. *Denique contingit.*

12 Ordinatus qui accepit ordinationem dimidiatam substãtialiter: vt v.g. si accepit characterem ad corpus Christi verum conficiẽdum per traditionẽ calicis, & postea omisit manuum impositionẽ, in qua datur potestas absoluendi: tunc talis ordinatus audiendo confessiones, & absoluendo, manet irregularis, quia ministrat in ordine, quẽ non habet. Secus dicendum, si celebret Missam; quia nullibi est expressa talis irregularitas. *Tomo* 5. *disp.* 42. *sect.* 4. §. *Superest verò.*

Maiol lib. 4. *c.* 13. *n.* 8.

13 Qui nondũ suscepto Confirmationis sacramento ordinatus est, recipit characterem ordinis, quia character Confirmationis non est necessarius ad valorem Ordinis. Itẽ recipit vsum eius sine impedimẽto ascendẽdi ad superiores, quia nullum inuenitur tale impedimentum. *Tomo* 5. *disp.* 42. *sect.* 3. §. *Vltimo loco, & Tomo* 3. *disput.* 38. *sect.* 1.

14 Qui Ordinem semel susceptum, iterũ recipit, secundũ veriorẽ sententiã, non manet irregularis. Sic tenent quidã & graues Doctores. Nullibi enim est expressa in iure. Idem dicendũ de peccatore publico suscipiẽte Ordines; quia crimina nõ habentia in iure irregularitatẽ annexam, quando committuntur non inducunt illam propter solam durationem, seu impœnitẽtiam talis culpæ; cũ propter durationem non legatur in iure imposita. Quamuis in quantum peccatum durat ponat impedimentum non Canonicum, sed diuinum & naturale, quod minus dici potest quam irregularitas; in quantũ facilius auferri potest. Secus dic si ex peccato generetur aliqua infamia, quæ

Soto in 4. *d.* 7. *q.* 5. *Vbi Palu. Gabri. & alij. Coua. in Clemen. Si furiosus nu.* 8.

est aliud caput irregularitatis. *To.5.disp.42.sect.3.§. Vndecimo casus, & sequenti. & disp.43.sect. 5.§. In quolibet, & seqq.*

15 Irregularis ordines suscipiens, non incurrit nouã irregularitatem, ita vt dispensatio in priori non sufficiat ad vsum talis ordinis; quia non inuenitur expressum in iure; quamuis ministret in ordine suscepto, cum non ministret excommunicatus, aut suspensus; quod requiritur ad irregularitatem contrahendam. *Tomo 5.disp.42.sect.3. §. Septimus casus, & sequenti.*

16 Ille, qui vsurpat ordinem aliquem, id est ministrat in ordine, quem non habet, incurrit irregularitatẽ: ita colligitur *ex c.1.& 2.de cleric.non ord.minist.* Item laicus vsurpans quodcumque ministerium sacrorum Ordinũ excluditur omnino à clericatu, ita vt nullũ, vel minimum ordinem recipere possit: vt est communis sententia, & constat ex dicto *cap.1.de cler.non Ord.ministr. Tomo 5.disp.42.sect.4.§. Regula igitur, & seqq.& §. Dicendũ.*

17 Quãdo in ordine essentialiter suscepto, aliquid accidentale prætermissũ est, illud quod defuit est caute supplendũ, vt habetur *in cap.1. de sacram. non iter.* Et non est vtendus ordine donec suppleatur defectus: quia non censetur absolutè data potestas, & executio, donec ordinatio perfecta sit. At vero per hanc culpã, licet grauem, si ministret ante supplementum, non incurritur irregularitas, quia nullibi est expressa. *Tomo 5.disp.42.sect.4.§. Denique contingit.*

18 Nullum ministerium ordinis, quod aliquo modo per laicos exerceri potest, sufficit ad irregularitatẽ incurrendã. Item clericus exercens actũ ordinis, quem habet, nunquam incurrit irregularitatẽ, propter vsurpatam potestatem; nã solum lata est in eum qui vsurpat potestatem ordinis. Itẽ quoties aliquis exercet quemcũque ordinem, tanquam ordinatus in eo, cum non sit, sit irregularis; secus vero est, quãdo solum exercet ministerium eo modo, quo secundum consuetudinem solet per laicos exerceri. *Tomo 5.disp.42. sect.4.§. Circa alterã, & sequenti.* Denique per ordinis administrationem, quãtumuis illicitã, quæ contra censuras non sit, nũquam incurritur irregularitas; quia talis non inuenitur in iure expressa. *Ibidem sect.5.§. Secũda regula.*

P

Panis.

1 ESSENTIA panis vsualis, & cõmunis, quo vtuntur homines, vt sit veluti comes aliorum ciborum, & vt sit materia sacramenti Eucharistiæ, solum consistit in hoc, vt sit ex materia

ria triticea, & aqua naturali, & vtrũque est æque necessarium, vt huiusmodi panis cõualescat, alioqui enim non erit verus panis, ac vsualis. *Tomo* 4. *disp.* 44. *sect.* 2. §. *Dico ergo primo.*

2 Panis substantia non manet in Eucharistia vnita hypostaticè verbo diuino, est de fide, cõstatq. *ex Conc. Trid. sess.* 13. *cap.* 4. Item *ex Conc. Later. & Florẽt. & c. firmiter. de sum. Trinit.* ex multisque decretis, & concilijs. *Tomo* 3. *disp.* 49. *sect.* 2. §. *Dicendum est primo.*

Durand. dist. 10. *q.* 1. *Palud. dist.* 11. *q.* 2.

3 Panis factus ex sola farina, & aqua naturali, absq; admixtione fermenti, dicitur azimus, id est infermentatus, seu sine fermento: fermentatus autem dicitur ille, qui est factus cũ admixtione fermenti. *Tomo* 4. *q.* 74. *ar.* 4. § *Quid panis azimus in cõment.*

4 Nomine panis communiter intelligitur panis triticeus, vt tenet consensus, & traditio Ecclesiæ antiquissima. *Tomo* 3. *disp.* 44. *sect.* 1. §. *Ad argumenta.* Et sol⁹ panis triticeus est panis hominib⁹ accommodatus, quãuis nonnunquam ex ordeo, & similibus seminibus cogantur homines comedere, panis vero factus ex leguminibus est tantũ panis secundum quid. *Ibidem* §. *dicendum vero est, & seqq.*

Papa.

1 Papa habet supremam potestatem Ecclesiasticam, & potest instituere aliquid vniuersã Ecclesiam obligãs, quod facile patebit catholico, vide *Tomo* 3. *disp.* 36. *sect.* 2. *per totã præcipue.* §. *Solet vero, vbi supponitur.* Item in his quæ sunt iuris diuini ordinarij nõ potest Papa dispẽsare, nisi in his, quæ vel ab humana voluntate pendent, vel in his in quibus eodem diuino iure constat datam esse huiusmodi potestatem, & iuxta mensuram, & regulam ipso iure diuino constitutam; quę ex vsu, & traditione colligenda est. *Tomo* 3. *disp.* 36. *sect.* 2. §. *Dico secundo.* Item non potest mutare ritum substantialem sacrificij, aut sacramenti, vt patet. *Ibidem.*

2 Papa potest facultatẽ concedere cuicumque fideli confitendi alteri, absque vlla alia licẽtia sui Episcopi, aut parochi, est de fide, vt traditio Ecclesiæ habet. Idem dicendum de Episcopo respectu parochi, quia si possunt Papa, aut Episcopus cõfiteri quemcumque subditum sine licentia proprij parochi, cur non poterunt hanc facultatem delegare, aut iurisdictionem? *Tomo* 4. *disp.* 26. *sect.* 1. §. *Hæc tamen sententia.* Imo facultas data absolute confitendi ita est intelligenda. ff. non expectata licentia inferioris parochi, vt constat ex declaratione 22. *in Extrauag. vas electionis. de hæret. & Extrauag. Benedicti* 11. *& Martini* 5. *Ibidem.* §. *Atque hinc colligo.*

D. Thom. opus. 19. *c.* 4. *& in* 4. *dist.* 17. *q.* 3. *art.* 3. *q.* 5. *Sot dist.* 18. *q.* 4. *ar.* 5. *Anto.* 3. *p. tit.* 17. *cap.* 9. *Sylu cõfes.* 2. *& ibi cæteri.*

3 Papa potest dispẽsare cum

aliquo excõmunicato, vt sacra contingeret, causa legitima intercedẽte, si autem sine illa concedat illicite dispensationem, tamen erit valida ratione supremę potestatis, quam habet. Vnde Papa communicando in sacris cum excommunicato illũ non absoluendo, peccat mortaliter, sine legitima causa: at vero si intercedat iusta causa, minimẽ, quia sicut potest dispensare cũ alijs: potest etiam secũ, vel cum excommunicato in ordine ad ipsum Papam: huiusmodi tamen dispensatio non est in vsu, quia raro occurrit huiusmodi causa. *Tomo 5. disp. 6. sect. 4 §. Ex quo fit, & sequenti.*

Parasceues.

Naua. cap. 21. nu. 88. Coua. cap. Alma p. 1 §. 5. nu. 6.

1 In die Parasceues non offertur verum Eucharistię sacrificium nouæ legis, à Christo domino institutum. Quia in huiusmodi die recolitur realis mors Christi domini, seu sacrificium cruentũ, prout in simili die reipsa gestum est. *Tomo 3. disp. 75. sect. 4. §. In Confirmatione petitus.*

Parochus.

1 Parochus diebus quibus nõ obligatur celebrare pro Parochianis, tam ab ipsis, quam ab extraneis potest missarũ stipendia accipere; quia quoad hos dies habet suum ius integrum. Tamen non satisfacit huic obligationi offerendo missam pro dantibus stipendium quãdo simul pro populo etiam offert, quia non potest accipere duplicatum stipendium integrũ pro vna missa. *Tomo 3. disp. 86 sect. 3. §. Et iuxta hanc conclusionem.*

2 Parochus, vel Sacerdos, qui multarum missarum stipendia congregat, & distribuit inter alios stipendiarios, potest aliquã partẽ sibi reseruare, dummodo stipẽdiario sacerdoti det iustum stipendiũ in omni rigore, tunc enim illi nõ fit iniuria: neque ei, qui dedit stipẽdium, cũ missa offeratur pro illo eiusdem valoris. Ratio est, quia parochus vel sacerdos, qui primo accipit stipendiũ, statim acquirit dominiũ illius sub onere dicẽdi missam, quã per se, aut per aliũ potest implere: ergo satisfacit integrè illi oblationi, etiãsi id assequatur minori stipendio; quia iam non se gerit vt purè economus, sed vt dominus. Tamen licet hęc in rigore sint vera, nihilominus hęc commutatio habet speciem turpis lucri, & ideo consulenda non est, sed potius corrigenda, quoad fieri possit, quod si non possit, erit toleranda. *Tomo 3. disp 86. sect. 3 §. Hac vero occasione.*

3 Parochialis iurisdictio non est de iure diuino: quia nec sufficienti testimonio, nec ratione probari potest tale ius diuinum. *Tomo 4. disp. 25. sect. 1. §. Solet autem de his.*

4 Parochus non potest prohibere suo parochiano, vt confiteatur religioso exposito habẽti priuilegiũ audiẽdi confessiones

nes à Papa, vel Episcopo, quia hæc facultas est quasi relatiua, & si vni datur ad audiẽdas confessiones, alteri consequenter datur ad confitendum. *Tomo 4. disp. 26. sect. 1. §. Ex his infertur.*

5 Parochus tenetur subditis sacramentum pœnitentiæ ministrare, non tantum quando tenentur suscipere, sed etiã alijs temporibus, si ipsi petant, quia pastor in ratione officij non tãtum tenetur prouidere ouibus extreme indigentibus, sed etiã temporibus opportunis, nulla existente causa negandi, quia tũc habet ius petẽdi: non tamẽ semper tenetur administrare per seipsum, si sint alij, qui possint huic muneri satisfacere, quia nõ tenetur semper per seipsum administrare, nisi exigat subditus propter aliquam causam, vel quia non potest aliter satisfacere suæ conscientiæ. Itẽ non semper peccat mortaliter parochus negando hoc sacramentum subdito petenti extra tempus necessitatis, nisi aliqua causa vrgeat, v. g. si aliqua tentatione, aut difficultate premitur, vel quia longum, & difficile iter aggreditur, vel quia est tempus iubilæi; extra tamẽ hos casus non peccabit negando, dummodo nõ sit dilatio nimia, ita vt censeatur subditus priuari iure suo in re graui. *Tomo 4. disp. 32. sect. 1. §. Dicendũ est ergo primo, & sequenti.*

6 Parochus maiorem habet obligationem administrandi sacramẽta tempore pestis, quam alij sacerdotes, non solum quia tenetur ex iustitia, alij tantum ex charitate, sed etiam, quia ad plura, & in pluribus casibus tenetur pastor, quam tenentur alij, quod est certum apud omnes. *Tomo 4. disp. 44. sect. 3. §. Et in primis.* Et specialiter circa sacramentum pœnitentiæ ministrandum etiam cum periculo vitæ, licet possit in aliquo casu excusari, v. g. si parochus moraliter præsumpserit, ac probabiliter haberet, infirmum non habere conscientiam peccati mortalis, vel etiã esse bene dispositum ad mortem, & si alioqui vitæ corporalis periculum esset magnum, ac moraliter euidens. *Ibidem §. Secundo principaliter, & seq.* *Vide Doctores in 2. 2. q. 26. art. 5.* *Alens. 3. p. q. 198. memb. 3.*

7 Parochus item tenetur absolute ministrare viaticum infirmis tẽpore pestis cum ordinario periculo cõtagij, quod in tali occasione cõtingere solet, quamuis in particularibus casibus possit excusari, v. g. si periculum multũ augeatur, & proximi necessitas plurimum diminuatur: hoc confirmat vsus Ecclesię, nam hoc omnes parochi timorati obseruant, etiamsi intelligant ægros esse dispositos per sacramentũ pœnitentiæ. *Tomo 4. disp. 44. sec. 3. §. Dico tertio.* *Vide Diuũ Tho. 2. 2. q. 185. ar. 5.*

8 Parochus item tenetur ministrare sacramentum extremę vnctionis tẽpore pestis, si id facere

cere possit sine morali periculo vitę,& ad hoc periculum vitandum tenetur adhibere conuenientia remedia prudentum medicorũ arbitrio, vt sine illo possint huic operi vacare,tamẽ absolute non tenentur illud ministrare cum morali periculo vitę corporalis,si duo alia sacramenta, v.g. pœnitentiæ,& Eucharistiæ sunt suscepta, quibus subditi necessitati subuenitur. *Tomo* 4. *disp.*44.*sect.*3. §.*Vltimo affero.*

Paschа.

1 Hoc nomen *Paschа*, licet ex vi vocis significet tantum Dominicam diem Resurrectionis, tamen quoad præceptum communicandi in Paschate,intelliguntur quindecim dies à Dominica Palmarum, vsque ad Dominicam in Albis inclusiue, vt constat *ex decret.Eugen.*4. tamen si alicubi introducta esset consuetudo extendẽdi amplius hoc tempus,illam sufficiet obseruare, vt referunt Mediolani consuetudine receptum esse,vt quolibet die Quadragesimali communicando impleatur hoc præceptum: quod etiam patet ex consuetudine totius regni Portugaliæ.*Tomo* 3.*disp.*70.*sect.* 2.§.*Sed circa hoc.*

Vide Nau. c.2.nu.45

Paupertas.

1 Quando aliquis patitur defectum paupertatis, non habẽs congruam sustentationẽ,quandiu talis defectus durat in persona laica,seu seculari, dici potest irregularitatem inducere, maxime iuxta ius nouum *Conc. Trid.sess.*21.*cap.*2.*de reform.* vbi prohibet eos ordinari, qui hũc patiuntur defectum. Idem dicẽ dum si ad fundãdum temporale titulum congruæ sustentationis contracta sint debita æqualia,vel maiora,quæ aliũde à creditore solui non possint, tunc enim tale debitum inducit, vel potius non aufert irregularitatem,quia talis titulus nõ potest reputari verus,ac legitimus,cũ reuera non cõstituat hominem extra statum paupertatis. Item si tale sit debitum, talisque persona,vt iuxta ciuilia iura possit propterea redigi in seruitutẽ, vel obsequium creditoris,cum aliter non sit soluenda,vt est in Hispania, *lex* 4.*tit.*6.*lib.*5. *nouæ recopilationis;*quia tũc talis defectꝰ reputatur moraliter quædã seruitus. Item quando tanta,& talia sunt debita,vt sine litibus, & contẽtionibus expediri non possint,quia tunc reuera incidi tur in defectũ obligationis ad ratiocinia reddẽda, seu ad secularia negotia peragenda, per quã obligationem incurritur irregularitas ex *c. vnic.de obligat. ad ratiocin. & dist.*54.*cap.*3. quæ durat durante obligatione.Clericum tamen sic ordinatũ probabiliꝰ est in foro ecclesiastico conueniendum esse.Nota deniq; quod quantũcumq.aliquis oneratus debitis, si bonorum cessionem faciat,reseruata congrua

*Summistæ verb ratiocinium,& irregularitas,& verbo Ordo. Maiol.lib.*2.*ca.*5.*&* 11. *Bernard.Dias in pract.c.* 20.

grua sustèntatione, iuxta *cap. Odoardus, de solution.* liber manet ab irregularitate; quia inde nulla contrahitur infamia, quæ in iure consideretur. *Tomo* 5. *disp.* 51. *sect.* 3. §. *Tertio potest, & sequentibus, &* §. *Secundo igitur.*

Peccatum.

1 Peccatum mortale, & gratia immediatè opponuntur natura sua: quia secundum ordinariam potestatem non possunt gratia, & peccatum simul esse: vt discurrenti Theologo facile patebit. *Tomo* 3. *disp.* 7. *sect.* 4. §. *Tertio dicendum est.*

2 Originale peccatum non remittitur sine infusione gratiæ, de lege ordinaria, quia non remittitur nisi per veram iustificationem, cum includat priuationem gratiæ, & ideò non remittitur sine infusione eius, iuxta *Conc. Trid. sess. 6. Tomo* 3. *disp.* 10. *sect.* 1. §. *In hac quæstione.* Itè non remittitur sine alijs mortalibus, si adsint, vt supponit *Concil. Trid. tota sess. 6.* nulli enim remittitur peccatum originale, nisi cum diuina gratia; diuina autem gratia, nullum secũ peccatum admittit, ergo remissio omnium peccatorũ mortaliũ, necessario coniũcta est cum remissione peccati originalis, ratione diuinæ gratiæ, & iustitiæ. *Ibidem disp.* 28. *sect.* 1. §. *Secunda sententia.* *Cõc. Trid.*

3 Peccatum originale, vel mortale nõ remittitur, nisi per aliquod sacramentum in re, vel in voto. ſſ. per Baptismum, vel pœnitentiam: nam alia sacramẽta non sunt per se instituta ad tollenda huiusmodi peccata, iuxta doctrinam *Conc. Trid. sess. 6. Cõc. Tidr. & 14. Tomo* 3. *disp.* 28. *sect.* 4. §. *Sed hic modus.*

4 Vnum peccatum mortale non remittitur sine alio; quia nullum remittitur sine infusione gratiæ, cui quodlibet peccatum mortale repugnat. *Tomo* 3. *disp.* 28. *sect.* 1. §. *Secunda sentẽtia.* Bene tamen potest peccatum mortale remitti sine venialib', aut vnum veniale sine alijs: quia potest quis veram attritionem, vel contritionẽ habere de peccatis mortalibus complacendo in venialibus, & similiter potest vnum peccatum veniale displicere, quamuis adhuc aliud placeat, cum ad remittendum veniale per se non requiratur habitualis gratiæ infusio, vt patet. *Ibid. sect.* 3. §. *Est autem differẽtia.*

5 Peccatũ veniale non remittitur ɗ facto sine intrinseca mutatione peccatoris, non potest enim homo ex malo bonus, aut ex peccatore non peccator fieri, sine aliqua sui mutatione actuali, seu habituali. Bene tamẽ potestde potẽtia Dei absoluta, quia cum peccatũ veniale non relinquat propriã maculã, quæ priuationẽ alicuius doni includat, sed solũ consistit in deordinatione quadam, quę moraliter

censetur manere per habitudinem ad actum præcedentem; potest etiam Deus illam tollere per moralem condonationem absque aliqua mutatione physica facta in peccatore. *Tomo 3. disp. 79. sect. 5. §. Secunda opinio.*

6 Peccatū, quod ex iusta causa in confessione tacetur, non remittitur, nisi in voto alterius confessionis, in qua est aperiendum. v.g. quando illud peccatū est oblitum, vel bona fide tacitū propter graue causam, quia nunquā peccatū aliquod mortale remittitur per accidēs, seu concomitanter per aliquod sacramentum, nisi cum ordine, ac voto alterius sacramenti, per quod per se tolli potest. *Tomo 3. disp. 28. sect. 4. §. Sed hic modus.*

7 Peccator occultus dicitur ille. Primo, qui vel a solo sacerdote cognoscitur, vel certè ab vno, vel altero, nulla tamen infamia, vel publico rumore laborat. Secūdo, est ille, cuius crimē certa sciētia vni, vel alteri notū est, tamen apud alios est publica suspicio, aut rumor, & aliqua infamia inde orta, & hoc solet dici delictum occultū, sed famosum. Tertio, fieri potest, vt delictum notum, aut manifestum sit tribus, vel quatuor personis, & tunc adhuc cēsetur retinere gradum delicti occulti, vocatur autem probabile. Quarto, est peccatum publicum euidētia facti pluribus nota. ff. decem hominibus, secundum quosdā, secundum vero alios, sex; & secundū Sotum relinquitur prudentiæ confessoris. At vero D. Thom. solum illud dicitur delictum publicū absolutè, quod nulla tergiuersatione celari potest, *ex c. Quæsitum, & cap. Tua nos, de cohabi. cleric. & mulier.* Denique dicitur aliquod notorium euidentia iuris, quādo iuridicè aliquis conuinctus est de crimine, per propriā confessionem, vel per sententiam, & declarationem iudicis. *Tomo 3. disp. 67. sect. 5. §. Hæc materia.*

Vide Adrian. q. pe. nult. de Euch. cū Panormit. & alijs. Sylu. verb. Notorius. §. 4. Nauar. ca. 25. nu. 73.

8 In omni peccato, quatenus est cōtra Deum, inuenitur propria quædam ratio iniuriæ, alterius rationis quam sit omnis iniuria humana, sicut ius diuinum altius, & excellentius est. Confirmaturque ex communi modo loquendi scripturæ, quæ frequenter vocat peccatum, iniuriā, & offensionem Dei. *Tomo 4. disp. 2. sect. 3. §. Respondetur in omni*, quod præcipuè intelligitur de peccato mortali. *Ibidem. disp. 15. sec. 2. §. Tertio intelligitur*

9 Ratione naturali cognoscitur Deū peccatis nostris offēdi, vt probabilius videtur nostro Doctori quaten° est Author, gubernator, & finis naturæ. Ratio est, quia diuina prouidentia lumine naturali cognoscitur, & consequenter Deū esse vniuersalem gubernatorē, legislatorē, & esse finem vltimū naturalem hominis supra omnia diligēdū, in cuius consequutione natura-

Vega lib. 13. in Trident. c. 25. Tertu. lib. de pænit. c. 5.

lis

lis hominis beatitudo cõsistit: ex quo colligitur Deũ offendi peccatis hominũ, vel quia eius præceptũ,& obedientia cõtemnitur,vel quia in ratione finis vltimi aliquid ei præfertur. *Tomo 4.disp.3.sect.7.§.At vero si loquamur.*

10 Malum culpæ seu peccatũ de se est detestabilius malo pœnæ. Ratio est, quia malum culpæ, est malum simpliciter, malum vero pœnæ secũdum quid: nam illud repugnat Deo secundum se,& rectę rationi,hoc vero per se non est cõtra rectam rationem: estque solum incommodũ ipsi homini. *Tomo 4.disp.3.sect.9.§.Deinde sumo, & seqq.*

D.Tho. 1. p q.48.ar. 6. & 2.2. q.19.ar.1. Palud. d. 17.q.1.ar ti.6.

11 Peccatum nõ est eligibile ad euitandam ęternam pœnam: quia nec ex se potest esse mediũ proportionatum ad illum finẽ,nec Deus potest,vt mediũ illud constituere,aut ordinare. Nam manifestè repugnat diuinæ sapiẽtiæ,& bonitati. *Tomo 4. disp.3.sect.9.§.Dices imprudentẽ.*

12 Peccatũ quo grauius, eo est detestabilius, atque ita est magis detestandum per veram pœnitentiã. Ratio est,quia peccatum est detestabile,ergo quo fuerit grauius malum in suo ordine, eo erit detestabilius peccatum, qui fregit malum illius ordinis. *Tomo 4. disp.3.sect.10. §.Nihilominus communis. & §. Nihilominus appretiatiue.*

D. Tho. d. 17.q.2.ar. 3.q.3. Soto q. 2. art.2. conclu.5 Bona uen. d. 16. 1.p.art.4. q.2.

13 Potest consuli peccatum leuius, vt vitetur grauius, quia tale consilium supponit in alio definitum affectum ad grauius peccatum,& ita non est de malo, vt malum est, sed vt minus est,&ex suppositione,quod nõ possit totum vitare. At vero nõ potest fieri, nec eligi; quia eligẽs semper habet in potestate sua vtrumque vitare, & ideo in faciente, & eligente nunquam potest ille actus esse bonus. *Tomo 4 disp.3 sect.10.§.Ad rationẽ autẽ.* Potest tamen permitti extrinsece,v.g.à gubernatore,vel republica: quia tunc ipse non vult peccatũ, sed permissionẽ leuioris peccati, ad euitandum maius, quæ permissio non est intrinsecè mala. Sic enim respublica permittit meretrices, ad euitandum maiora peccata. *Ibidem.§.Sed dices tandem.*

14 Proprium peccatũ quodcũque appretiatiue semper est magis detestandum, etiamsi leuius sit quã alienum, vt docent communiter Theologi *in 4.dist.* 17. vnde potius est permittendum grauissimum peccatum alienum, quam proprium leuissimum committendũ: quia permittere peccatũ, per se non est malum,sed potest esse bonum: committere autem peccatum, semper est malum,& fugiendũ. *Tomo 4.disp.3.sect.10.§.Nihilominus dicendum est, & seqq.*

Palud. in 4.d.17.q. 1.art.5. Soto q. 2. art. 4. & alij.

15 Peccatum alienũ si ad me comparetur ratione effectꝰ, id est, vt à me aliquo modo efficiendum,plus est à me detestã-

dum, quã quodlibet malũ proprium, quod culpam non includat, quia tunc iam non est tantum peccatum alienũ, sed proprium. Idem si præcise consideretur peccatum alienum in ratione obiecti amabilis, vel detestabilis, quia malum pœnæ etiã proprium amari potest honeste, saltem complacẽdo in illo, malum vero culpæ etiã alienũ nullo modo potest cõplacere honeste. At vero si consideretur tantum, vt permittendum, tunc iam melius est admittere in me malum pœnæ, quam permittere peccatum in alio, quia id est magis consentaneũ ordini charitatis, tum Dei, tum etiã proximi sub certa lege, ac mensura, non enim teneor cum magno discrimine proprio, culpã alienam impedire, cum sit culpa illi voluntaria, vide plura in *D.Tho.2.2.q.26.& 32. Tomo 4. disp.3. sect. 10. §. Tandem vero.*

D. Thom. 1.2. q. 86. ar. 1. ad 3. cum Soto, & Cõrado

16 Peccatum habituale non est solum gratiæ carentia nude sumpta. Ratio est, quia priuatio gratiæ per se, & absolute sumpta potest fieri à Deo, & vt sic non est peccatum, nec macula peccati, nam etiam non præcedente peccato fieri potest. *Tomo 4. disp. 9. sect. 3. §. Ad fundamentum.*

17 Transacto actu peccati homo non denominatur peccator ob peccatum nõ retractatum, sed ob peccatum nõ remissum, quia tantum per remissionem peccati, iam non est moraliter præsens, sed omnino præteritũ, & tunc non dominabit esse peccatorem, sed peccauisse. *Tomo 4 disp. 9. sect. 4. §. Sed instabit aliquis.*

18 Esse in peccato, & esse reum æterna pœna, sunt res moraliter diuersæ. Ratio est, quia macula peccati pertinet ad ordinem mali culpæ, & constituit hominem moraliter deformẽ, & inimicum Deo, debitum autem pœnę pertinet ad ordinem mali pœnæ, vnde per se sumptũ non constituat hominem peccatorem, & ideo non sunt omnino idem. *Tomo 4. disp. 10. sect. 2. §. Hoc vero fundamentum.* *D.Tho. 1. 2. q. 86. & 87. Theolo gi in 4. distin. 14. & 15.*

19 Priuatio gratiæ potest in homine manere non manẽs in ratione culpæ, quod patet, si prior culpa actualis perfectè retractata est per detestationẽ eiꝰ Deo acceptam, & sufficientem secundum eius ordinationem; tunc enim licet ipse Deus, non restitueret gratiã habitualem, carentia eius hic, & nunc, non esset homini voluntaria, nec actu, nec habitu, & ideo non haberet rationem culpæ in illo, & ita stare posset remissio culpæ cum tali carẽtia gratiæ; at vero tunc vere dici potest talem hominem ex tunc non carere gratia propter peccatũ præcedẽs, sed ex libera Dei volũtate, sicut v.g. si Deus iustificaret hominẽ à peccato per infusionem gratiæ, & postea illũ priuaret gratia

tia sola sua voluntate, illa priua tio nō esset culpa, nec esset pro pter priorem culpam iam remissam, sed quia Deus ita vult, & sic de cæteris casibus similibus dicendum. *Tomo 4. disp. 9. sect. 3. §. Hoc ergo supposito, & sequentibus.*

20 Peccatum habituale non consistit in imputatione, seu nō remissione diuina. At vero Deū non remittere est conditio necessaria, vt peccatum præteritū habitualiter maneat, & constituat peccatorē, ipsumvero non consistit in remissione diuina, vel in imputatione, non enim ideo est peccatum, quia imputatur, sed imputatur potiꝰ, quia peccatum est. *Tomo 4. disp. 9. sect. 4. §. Neque hinc sequitur.*

D. Thom. in 1. 2. q. 86. Magist. in 4. dist. 18.

21 Peccatum habituale non cōseruatur à Deo, quia sicut nō fit ab illo, ita ab illo non cōseruatur proprie per se loquēdo, existere tamē morali modo dicitur, aut per relationem rationis, aut per virtualem præsentiam, vel alio simili modo, qui necessario reducitur ad moralitatem quandam, quæ durat, & denominat hominem auersum à Deo, & reuera facit illum digñū odio, & inimicitia Dei quandiu modo aliquo sufficiēte non deletur. Videtur autem modus sufficiens de potentia absoluta Dei, quod tollitur per remissionem Dei, nam sicut illa moralis est, ita etiam morali modo, & per moralem actionem tollitur. *Tomo 4. disp. 9. sect. 4. §. Peccatum ergo.*

22 Peccatum publicum est illud, quod in oppido, vel in vicinia, collegio, vel communitate aliqua omnibus notum est, vel publice diffamatum: vnde licet sit notum aliquibus, potest dici occultum, quandiu peccator non laborat publica infamia. Item quando peccatum est alicubi publicum, at vero in loco vbi petitur absolutio est occultum, reputatur vt publicū, secundum opinionem nostri Doctoris, vt negetur absolutio, nā quoad alicubi publicū est, simpliciter est publicum, & non occultum, & quod in alio loco est publicum, facile defertur ad alia loca. *Tomo 4. disp. 30. sect. 2. §. Circa delegationem.* *Nau. c. 27 n. 254. & 255.*

23 In quolibet peccato mortali est malitia contra charitatē Dei, non tamen distincta ab iniuria Dei, nisi vel directe intendatur, vel peccatum, tempore quo charitas obligat, committatur, quia illa circunstantia non est generalis, sed valde specialis, & habet propriā, ac specialem deformitatem: neque est specialis malitia cōtra propriā charitatem, nisi peccatum, tempore quo obligat specialiter præceptum charitatis proprię, committatur, quia illa iam non est generalis circunstantia, sed specialis addēs peculiarem malitiam. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Tertio colligitur, & seqq.*

24 Pec-

24 Peccatum ad mortem dicitur illud, quod est finalis impœnitentiæ, relictis alijs exposi tionibus. Ratio est, quia in mor te consummatur, & ad mortem ducit æternam, vnde optime dicitur quod pro huiusmodi peccatore non sit orandum, quia iam est extra statum salutis. *Tomo 4. disp. 8. sect. 1. §. Vltimo vero addo.*

Augu lib. de correct. & grat. c. 12. & 1. retractatio num. c. 19.

25 Non solum illa impœnitentia, quæ est per directũ propositum non petendi, numeratur inter species peccati cõtra Spiritum sanctum, sed etiã illa, quæ est per indirectum voluntarium, addit enim specialem malitiam, quia addit voluntariam omissionem speciali præcepto repugnantem. *Tomo 4. disp. 15. sect. 2. §. Tertia igitur.*

26 Sequens peccatum aggratiatur ex remissione præcedentis, propter ingratitudinẽ prioris beneficij; habet enim quandam deformitatem offensio circa benefactorem, & præsertim erga eum, qui tam facile se exhibuit in remittẽdis prioribus injurijs. *Tomo 4. disp. 13 sect. 3. §. Omnes Theologi.* Non tamen aggrauatur æqualiter, moraliter loquẽdo, omnibus præcedentibus culpis, quia præcedẽtia possũt esse peccata grauissima, nec talis grauitas addit malitiã specie distinctam, sed solum est occasio, vt propria malitia peccati grauior sit: quia hæc circunstãtia ingratitudinis, secundũ communem rationem suam gẽeralis est omnibus peccatis, cum nemo sit, qui non obligetur Deo, vt benefactori. *Ibidem §. In prædicta vero.* Vnde non est necesse talem circunstantiam in confessione aperire, etiamsi peccata antea remissa fuerint grauissima, quia nec mutat speciem, nec notabiliter aggrauat. *Ibidem §. Ex quo fit.*

Omnes conueniunt cũ D. Thom.

27 Per peccatũ veniale prius remissum non aggrauãtur subsequentia, si sunt facta sine plena deliberatione, nam cum illa quodãmodo naturalia sint, non potest aliquis existimari ingratus ratione illorum, sed quando fuit cum plena deliberatione, aggrauari possunt ex illa circunstãtia, quia licet non sit perfecta iniuria, est tamẽ aliqualis offensio Dei: vnde si plene volũtaria sit, ex hac parte repugnat gratitudini Deo debitæ. *Tomo 4. disp. 13. sect. 3. §. Tertio obseruandum.*

D. Thom. in 4. dist. 2

28 Quando circunstantia peccati est cõtra virtutem, quę per se requirit mediũ in ipsa actione exteriori, seu imperata, tunc regulariter sufficit volũtarium indirectum ad dãdam speciem peccati, quia ad communem rationem mali moralis, siue peccati hoc voluntarium sufficit: quando vero circunstãtia exterioris actꝰ (sub quo semper includo omnẽ actum imperatũ) est contra virtutem, quæ per se primo consũmatur in interiori

actu

actu non dat speciē, nisi sit specialiter contenta, aut nisi specialis aliqua obligatio ex tali virtute occurrat ad illum vitandum, vel ad oppositum actum efficiēdum, nam cum talis virtus per se primo consummatur in interiori actu regulariter, & propter solum modum generalem operandi non requirit specialē rectitudinem in exterioribus actibus. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 3. §. *Respondetur nihilominus.*

29 Circunstātiæ peccatorum sunt septem, vel octo. ff. *quis, quid, vel circa quid, quomodo, cur, quibus auxiliis, vbi, & quādo.* Per particulam, *quis*, denotantur cō ditio, vel qualitas personæ peccantis, v.g. si sit sacerdos, aut habens votum castitatis, aut non. *Quid*, denotat materiā peccati, quoad eius conditiones, v. g. quantitas furti, aut nocumenti, vel si furtū est rei sacræ. Particula, *circa quid*, quæ reducitur ad *quid*, proprie indicat personam circa quā peccatur, v.g. si percussi hominem clericū, aut laicum. Tertia circunstātia *propter quid*, significat finē, vel propter quem peccatur, sed finis nō est circunstantia, nisi quādo est extrinsecus, nam quādo est intrinsecus, est potius obiectū. Quarta circunstantia est *quomodo*, quę est intelligenda de modo accidentali. ff. qua intentione, vel si ignorantia, passione, malitia, vel contemptu, aut consuetudine. Quinta circunstantia est, *quibus auxiliis*, hæc autem auxilia vocantur instrumenta, seu causa peccati, quæ possunt esse, vel alij homines, vel quælibet alię res. Sexta circunstantia est, *vbi*, designat locū. ff. si fuit peccatum factum in loco publico, vel in loco sacro, &c. Vltima circunstantia est, *quando*, quæ denotat tempus, v.g. si erat præscriptum speciali præcepto, vel duplici, &c. *Tomo* 4. *disp.* 22. *sect.* 4. *per totam.*

Sylvest. con fes. 1. *q.* 30 *Sot. lib.* 2. *de iust. q.* 4. *ar.* 4. *ca.* *Almap.* 1. §. 5. *nu.* 3.

30 Viri peccātes non tenentur cōfiteri an fuerint virgines nec ne. Item si fæmina quæ confitetur lapsum carnis internū, vel externum, non declarat an esset virgo, necne, non oportet hoc ab illa interrogare. Itē ipsa fæmina potest tuta conscientia illam circunstantiam omittere formando iudicium practicum non esse illam de necessitate confessionis, maxime quādo illa circunstantia, non vt aggrauans, sed potius vt minuens confitenda sit declarando non esse virginem: durissimum est enim hoc onus imponere omnibus fæminis semel corruptis, quoties secundū, vel tertiū peccatum confitentur. Ipsa autem fæmina quādo suā virginitatem perdidit, securius facit hanc circunstantiam in confessione declarando, tunc quia probabilissimum est circunstatiam illam mutare speciem, tum etiā quia saltem aggrauat, & potest esse valde conueniēs ad consiliū, & ad

Alcoc. in fum. c. 20. *n.* 71. *cum aliis.*

ad medicinã recipiendam propter multa incommoda inde resultantia. *Tomo 4 disp. 22. sect. 4. §. Specialiter autem, & seqq.*

31 Defloranss virginem moraliter obligatur ad circunstantiam hanc aperiendam, quia ad minimũ notabiliter aggrauat. Dixi autẽ *Moraliter*, quia si pœnitenti certo constat, nec rapuisse, nec decepisse nullo modo virginem, sed illam mere libere consensisse, posset illam circunstantiam subticere conformando se aliis probabilibus opinionibus. *Tomo 4. disp. 22. sect. 4. §. Quibus omnibus.*

32 Committẽs peccatum incestus. ſſ. cum consanguinea, vel affine, saltem quoad lineam tenetur aperire circunstantiam, an ſſ. fuerit cum consanguinea in linea recta, vel transuersali, & in illis quoad gradum saltem primum, nam de cæteris gradibus maior est dubitatio; probabilius tamẽ est etiã cæteros gradus esse explicandos, saltem iuxta numerum ab Ecclesia specialiter prohibitum, quia multum variat iudiciũ. *Tomo 4. disp. 22. sect. 4. §. Ad hanc etiam.*

33 Peccata mere interna eiusdem speciei non multiplicantur numero in eadem perso na simul, vel quia duo accidentia, seu actus solo numero distincta non multiplicãtur simul in eodem subiecto, nec efficien ter simul ab eadem potẽtia circa idem obiectum, vel quia si potentia tendit simul in plura obiecta materialiter distincta, non tendit in illa per modum plurium, sed per modum vnius multitudinis, & ideo vno actu tendit. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Circa peccata mera.*

Vide Caie. 22. q. 15. arti. 6. 10. 1. opusc. tract. vlt. respons. 1. Naur. c. 7. nu. 4.

34 Quandiu voluntas durat in vno actu peccaminoso, vnũ tantum peccatum est, quia etiã dixit Aristoteles de motu non multiplicari numero, nisi interrũpatur, quod multo magis est verum de interiori actu voluntatis *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Secundo est certum.*

35 Peccata interna possunt multiplicari per interruptionem vnius actus, & successiuã effectionem alterius, & non aliter in eadem persona, & circa idem obiectum; constat enim hanc multiplicationem posse aliquo modo fieri, non potest autem fieri simul, nec quandiu perseuerat idẽ actus: ergo necesse est, vt fiat per interruptionem, seu multiplicationẽ actuum successiuam, quę interruptio regulariter fit, per interruptionem alicuius temporis in quo cessatur ab actu saltẽ in tali specie, & hęc est propriissima interruptio. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Ex quibus concluditur, & seqq.*

36 Peccata externa quę prodeunt in actionem exteriorẽ, quando omnino interrumpuntur, ita vt prius cessetur à toto actu, tam externo quam interno,

no, & postea alius similis committatur, tunc multiplicantur, quia tunc nihil manet in quo continuentur, & vniantur, & non sufficit, vt multiplicentur, quando in interiori actu continuantur si voluntas interior cesset, & repetatur, quia iam habent illę volũtates, in quo vniãtur. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Secundo loco dicendum, & seqq.*

37 Quando singuli actus externi in se consummati sunt, etiamsi vnus post alium immediate sequatur, & vnus sit medium ad alium, plura efficiunt peccata, v.g. si post vnam fornicationem sequatur immediate alia, quia inter vnam, & aliam non datur illa subordinatio, & moralis compositio, quia vna ad aliam non ordinatur, nec vna est pars alterius. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Atque hinc facile, & seqq.*

38 Actus impudici, qui post copulam sequuntur sunt confitendi, quia neque sunt partes prioris actus consummati, nec ex natura rei ex illo sequuntur: secus vero dicẽdum de actibus præcedentibus copulam, quia sunt quasi partes copulæ consũmandæ, & ad illam per se ordinantur. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Et ideo non mihi.*

39 Delectari, aut se laudare de peccato præterito, & homicidio, aut copula cũ noua complacentia, etiamsi fiat quasi in fraganti delicto, est peccatum numero distinctum; quia illi actus sunt omnino distincti à præcedenti peccato, neque ad illud ordinantur, nec sunt partes eius. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Vnde multo magis.*

40 Peccatum non restituendi, vel retinendi rem alienam per aliquod tẽpus, potest intra illud multiplicari. Primo, per interruptionem, & iteratione internarum voluntatũ non restituendi. Secundo, per externum vsũ rei restitutioni obnoxiæ, repugnantem restitutioni, seu dominio alteri⁹, vnde quoties isti actus multiplicantur, etiã, & peccata. Tertio quãdo per aliquod tempus cessat debitum restituẽdi, vel intercedit excusatio sufficiens, & postea iterum vrget obligatio, nam quot erunt huiusmodi vicissitudines, tot, vt minimum, erũt peccata, si temporibus debitis omittatur restitutio, in quo etiam est necessarium, vt voluntas non restituendi tempore debito multiplicetur. *Tomo 4. disp. 22. sect. 5. §. Quo circa peccatum.*

41 In vno actu licet terminetur ad plures personas, v. g. si quis velit vno actu interficere tres homines, &c. est vna tantũ malitia, vt iudicat probabilius noster Doctor: quod patet à cõtrario, quia si bona voluntas dãdi eleemosynam decem hominibus non habet plures bonitates; ergo neque è contrario voluntas interficiendi illos habet plures

Vide D. Thom. 1. 2. q. 80. art. 11.

plures malitias: patet consequē tia, quia priuatio est proportionata habitui, & ideo si habitus est vnus, etiam priuatio eius vna est, malitia autem est priuatio debitę bonitatis, ergo. *Tomo 4. disp. 12 sect. 5. §. Tertio dicendū est, & seqq.* Est tamen illa circunstantia confitēda, licet non dentur plures malitiæ in vno actu terminato ad plures personas, v.g. si quis habeat desideriū occidēdi multitudinem hominū, quorum numerum ignorat, vel si tentet cōburere domum cū tota sua familia, quātumcumq. illa sit, debet explicare grauitatem obiecti eius, multo magis quam in voluntate occidendi tres homines, quia hoc non pēdet ex distinctione numerica malitiarum. *Tomo 4 disp. 22. sect. 5. §. Atque ita fit.*

42 In lege gratiæ necessaria est recogitatio peccati, nō propter contritionē, sed propter confessionem: nam si quis, vel prius cōcipiat vniuersalem dolorem perfectum de omnibus peccatis, & postea ea recogitet sine nouo dolore, vt postea de omnibus confuse doleat, id satis est, ergo signum est illā recogitationem per se propter confessionem postulari. *Tomo 4 disp 4. sect. 6. §. Denique quod notandum est.*

43 Ex peccato veniali actu commisso, & transacto, non solum manet reatus pænę, qua est dignus, sed etiā moralis culpa, & macula proportionata, nam qui venialiter peccauit ex vi illius actus nō retractati, nec remissi, manere dicitur in statu talis peccati, & denominari suo modo peccator, ergo signū est non tantum manere delictum pænæ, sed aliquo modo maculā culpæ. *Tomo 4. disp. 11. sect. 1. §. Dico ergo primo. & disp. 50. sect. 1. §. Nihilominus conclusio.* *D. Thom. 1.2. q. 89. art. 1. cum aliis.*

44 Peccatum veniale remitti, non est formaliter remitti pę nam, sed maculam moralem, quam reliquit, quia culpa, & reatus pænę moraliter distincta sūt, ergo formaliter, ac proprie loquendo, remissio culpę non est ablatio pænę. *Tomo 4. disp. 11 sect. 1. §. Dico secundo.* Itē macula moralis manens ex peccato veniale remittitur quando peccatum veniale remittitur, & non tantum pænę reatus; nam si sola pænæ assumptio sufficeret, vt tolleretur veniale peccatū, sequeretur posse veniale peccatū prius commissum tolli, etiamsi homo habeat propositū aliud simile committendi, quod absurdissimum est. *Ibidem §. Vnde sumi potest.* *Ledesma q. 28 ar. 1 Cord. lib. 5 q. 8. & 12. cum aliis.*

45 Potest, vt probabilius iudicat noster Doctor, existens in peccato originali, prius venialiter, quā mortaliter peccare: quę sentētia est cōmunior Theolog. *Tomo 4. disp. 11. sect. 2. §. Propter quæ, & alia multa.* Itē peccatum veniale cum mortali coniunctum post hanc vitam puni- *Palud. in 4. d. 16. q. 1. art. 1. n. 22. & 23.*

punitur æterna pœna: quia licet ex se non fit illa dignum, meretur tamen puniri, quandiu ablatum non fuerit, & ideò si ex accidenti contingat nunquam auferri, ex eodem accidenti eueniet, vt pœna eius nunquam finiatur. Vnde illa coniunctio cũ peccato mortali formaliter loquendo non facit illud dignius pœna æterna, sed est occasio impediens personam, se constituens in statu à quo non possit à se expellere culpã venialem, ex quo fit vt pœna semper duret. *Tomo 4. disp. 11. sect. 2. §. Ad difficultatem ergo.*

46 Decedens cum peccato veniali, cum solo originali fortasse detinebitur perpetuo in illo loco subterraneo, qui est limbus puerorum, & ibi aliquã tristitiam patietur: nã cum hęc fiat perpetua, tum ratione adiũcti, debet dari cum proportione ad illud peccatum cui adiungitur: & si hoc tibi non satisfaciat, quia incertum est, dici potest ad prouidentiam Dei pertinere, vt non permittat aliquẽ in eo statu discedere. *Tomo 4. disp. 11. sect. 2. §. Alia responsio, & sequenti.*

47 Peccatũ ex se veniale, ob periculum in quo cõstituit hominem potest esse mortale: nã in mortalibus eiusdem malitiæ est constituere se in morali periculo, & proximo committendi aliquod crimẽ, & committere illud. Item ratione scandali, nã & actus de se bonus, potest fieri peccatum mortale ratione scandali. Item admonitione iudicis ex accidente potest fieri peccatũ veniale, mortale: quia fortasse ante monitionem existimabatur materia leuis bona fide, & absque culpa, quæ post monitionem non poterit cum eadem tuta conscientia talis reputari, quia vbi euidenter non constat oppositũ, semper est obediendum superiori, & pro illo præsumendum. *Tomo 5. disp. 18. sect. 3. §. Veruntamen circa, & sequenti. Et §. An vero, & sequẽti.*

48 Nõ quoduis peccatũ capitale inducit irregularitatẽ: quia hoc non sufficit ad illã contrahendam, nisi ius exprimat. Nec contrahitur per frequentiã, aut consuetudinẽ alicuius peccati mortalis, quia vbi peccatum semel commissum non habet in iure irregularitatem adiũctam, propter solam frequẽtiam, aut consuetudinem, non adiũgitur illi, quia oportet esse expressũ in iure, quod tamen non fit. *Tomo 5. disp. 43. sect. 5. §. In quolibet crimine, & §. Tertia regula.*

Pensio.

1 Nunquam est licitum dare pensionem ecclesiasticam excommunicato, cuiuscunque generis illa sit, & à fortiori neque est illi licitum eã recipere. Probatur ratione textus *in cap. Postulastis, de clerico excom.* Si enim cum excommunicato communicari nõ debet, sed assignatio *Cap. Postulastis.* *Cap. Exceptionem.*

pensionis ecclesiasticæ est quædam communicatio ecclesiastica, imò & spiritualis dici potest: ergo nō est licita talis communicatio. Imo excommunicatus non potest exigere pensionem iure, quia repelli potest, si exceptio excōmunicationis opponatur, iuxta cap. *Exceptionē, de exception. Tomo 5. disp. 13. sect. 1. §. Dico primo, nunquam.*

Perseuerantia.

1 Donum perseuerātię quod datur homini, ne vnquam peccet mortaliter post baptismū, aut pœnitentiam semel susceptam, non est necessarium ad consequendam gloriam; quia potest sępius cadere, & resurgere, & tandem saluari; at vero ad vitam ęternam necessarium est, vt homo perueniat ad finem vitæ in aliqua gratia, atque adeò vt aliquam primam gratiam in hac vita receptam, vsque ad exitum ex hac vita retineat, & conseruet; quod si sit per longum tempus, necessariū est singulare donum gratiæ excitantis, & adiuuantis, vt homo ita perseueret; si vero sit per breue tēpus, includens tamen terminū viæ, sufficit tale genus auxilij, quod datur homini, vt conuertatur, & moriatur in gratia, vt supponitur ex materia de gratia, & prædestinatione. *Tomo 3. disp. 40. sect. 2. §. Vnde argumentor secundo.*

2 Non oportuit hoc donum perseuerantiæ esse effectum alicuius sacramēti ex opere operato, vel quia semper pēdet ex futuro vsu liberi arbitrij, vt quidam dicunt, vel quod verius existimat Doctor, quia pendet ex diuina electione, quæ non est eiusdē modi in omnibus, neq. habet eosdem effectus perducentes ad gloriam, etiamsi effectus sacramēti, & dispositio recipientis æqualis sit. Vnde infertur nullam humanam dispositionem antecedentem sufficere ad obtinendū ex iustitia, vel infallibiliter perseuerantiæ donum. *Tomo 3. disp. 40. sect. 2. §. Secundo explicatur, & §. Responderi potest.*

Persona diuina.

1 Pater, & Spiritus sanctus sunt in Eucharistia per concomitantiam mediatam; quia quāuis vnio hypostatica nullo modo terminata sit ad Patrem, vel Spiritum sanctum, nihilominus ratione illius effectum est, vt Pater, & Spiritus sanctꝰ speciali modo, ac titulo sint in Christi humanitate; vel quia in ea singulariter operātur; vel quia necessario ibi adsunt, vbi adest diuinitas: cum ergo præsens concomitantia tota fundetur in hypostatica vnione prædicto modo, & ratione, extēdi potest ad has personas, & nulla alia via; sed non sicut Verbum, nā Verbum est immediatè tanquam proprium suppositum humanitatis: Diuinitas vero secundum

ratio-

rationem quidem mediatè, secundum rem autem immediate, quia est idem cum Verbo, & in illo verè est humanitati vnita. *Tomo* 3. *disp.* 51. *sect.* 6. §. *Quarto, & vltimo.*

Pœna.

1 Deus potuit pœnam pro peccatis debitam ita taxare, vt vel in purgatorio, vel in hac vita, vel per propria opera, vel per amicos solueretur, quod est certissimum, cũ nulla possit ostendi repugnãtia, & ita de facto fuit, quod nulla ratione probari potest, cum pendeat ex voluntate Dei: sufficit tamen communis consensus, & antiqua traditio Ecclesiæ. *Tomo* 4. *disp.* 48. *sect.* 2. §. *Dicẽdum igitur est, & sequenti.* Non obstãte, quod debitum personale sit, quia non est ita personale, vt necessario sit soluendum per actionem solũ talis personæ: non enim repugnat legi iustitiæ pœnam vnius pro altero oblatam in recompensationem delicti illius acceptari. *Ibidem.* §. *Ad fundamentum ergo.*

2 Per subsequens peccatum omnino simile, & æquale peccato remisso, materialiter eadẽ pœna sensus redit, & in specie, & in gradu. Et si illa peccata sint similia specie eadem proportione redibit pœna eadem. At vero si sint etiam specie dissimilia, fortasse quantum ad aliquam afflictionem priori peccato proportionatam specialiter, non respondebit eadẽ pœna etiam in specie, sed alia loco illius accommodata subsequenti culpæ, quorum omnium vnica est ratio. Quia pœna debet esse proportionata culpæ: & quia iã nõ punitur culpa prior, quæ remissa fuit, sed tantum posterior, quæ semper permanet, cuique pœna est accommodata. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 2. §. *Secundo quod attinet, & seqq.*

3 Malum æternæ pœnæ est eligibilius malo culpæ, etiam minimo. Ratio est, quia culpa est contra Deum, & pœna tantum nocet homini, & sic homo potius debet eligere quodlibet detrimentum proprium, quam quamlibet iniuriam, vel offensã Dei. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 9. §. *Et quidem illud prius.*

4 Deus potest obligare aliquem sub culpa ad eligendum æternam pœnam; quia habet supremum dominium in homine, non tamen sub ratione pœnæ; quia hoc esset obligare illum ad volendam culpam, seu quod idem est, ad volendum se ipsum reddere dignum pœna, quod inuoluit cõtradictionem, nisi iã supponatur culpa in homine. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 9. §. *Dices, imprudentem.*

5 Pœna æterna, vt nũc patiuntur damnati, nec de potentia absoluta potest infligi cui culpa est remissa; quia illa pœna talis modi, & generis est, vt intrin

fece ſupponat peruerſam volũ tatem, & inimicitiã inter eum qui eã patitur, & auctoré eius, quã non poteſt habere volũtas ordinata, & peccato carens. Po teſt tamen quælibet alia pœna æterna de potẽtia abſoluta, tũc enim non datur repugnantia, quia culpa ſemel exiſtẽs, etiam iam remiſſa, poteſt relinquere ſufficientẽ rationem pœnę proportionatæ, & quæ exiſtentiam culpæ non requirat, ſicut inter homines poſt remiſſam culpam, habet pœna ſuum locum. *Tomo 4. diſp. 10. ſect. 2. §. Hæc diſputatio, & ſequenti.*

6 Pœna damnatorũ habet intrinſecã repugnantiã cum gratia iuſtificationis, quæ nunc conceditur in remiſsionem peccatorũ: quia gratia natura ſua reddit hominem acceptabilem ad vitam æternam, & illa dignum. Itẽ, quia nulla pœna æterna poteſt eſſe cum vita æterna ſimul. *Tomo 4. diſp. 13. ſec. 2. §. Dico ergo.*

7 Poſt remiſſam culpã per pę nitentiã ſæpe manet reatus pœnæ temporalis. Eſt fundamentũ fidei tractatum communiter à Doctoribꝰ in materia de indulgẽtijs, & ſuffragijs. *Tomo 4. diſp. 49. ſect. 1. §. Senſus huius.*

Vide Cordub. lib. de indulg. q. 1 Medina li. de indulg. per prima 5. capita.

8 Pœna temporalis, quæ poſt remiſſam culpam manet, non ſemper eſt ęqualis, etiã pro eiſdem peccatis, ſed maior aut minor, iuxta proportioem contritionis. Poteſt enim talis, ac tanta eſſe contritio, vt omnem pœnam temporalem remittat. Ratio eſt, quia debita proportio iuſtitiæ hoc poſtulat, & confirmat Concil. Trident. dicens infuſionem gratiæ maiorẽ eſſe in eo, qui melius diſponitur. *Tomo 4. diſp. 10. ſect. 3. §. Secunda propoſitio, & ſequenti.*

D. Tho. q. 86. art. 6. & eſt communis Theologorum.

9 Reatus pœnæ temporalis manens remiſſa culpa, non eſt ratione ſolius conuerſionis ad creaturam, ſed maximè auerſionis à Deo. Modus loquendi Sanctorum hoc probat. Nam potiſsimum dicunt ſatisfacere iuſtos etiam poſt remiſſam culpam pro offenſa, quam in Deũ commiſerunt; ſatisfaciunt autẽ pro pœna relicta: ergo illa maximè debetur propter auerſionem à Deo. *Tomo 4. diſp. 10. ſect. 3. §. In hoc vero modo.*

Cõc. Trid.

10 Pœna temporalis relicta poſt remiſſam culpam, poſt primum pœnitentiæ actum, poteſt tolli per ſubſequentes actus pœnitentiæ. Eſt de fide definitum *in Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap. 14 & 30. & ſeſſ. 4. cap. 2. & 8. & Can. 12. 13. & 14. Tomo 4. diſp. 10. ſect. 3. §. Tertia propoſitio.*

Vide D. Tho. in 4. d. 14. q. 2. art. 1. q. 2. Durand. d. 17. q. 3. ad 1. Medina

11 Secũda contritio non ſem per tollit omnem pœnam temporalem ex priori relictam. Ratio eſt, quia remiſsio pœnæ temporalis, fit ſecundum iuſtitiæ æquitatem, & propterea non quælibet contritio ſufficit, etiã informata gratia ad totã pœnã tollendam. *Tomo 4. diſp. 10. ſect. tract. 3. q. 3. §. Sed tunc oritur, & ſequenti. 4.*

12 Pœna temporalis relicta post culpam remissam, per subsequentem mortalē non remissam, fit æterna. Ratio est, quia homo peccādo se constituit in eo statu, in quo non potest satisfacere, nec satispati, & inde sequitur, vt dum ille status durat, duret etiam pœna. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 2. §. *Ratio tamen.*

13 Debitum pœnæ temporalis per proprium reatum non contrahitur, nisi per culpam propriam; quia per solam volūtatem propriam committi potest, eo quod sit deuiatio à rectitudine. Solutio autē pœnę potest ab alio fieri, & alteri prodesse, quia quatenus ab alio fit, seu offertur, bonū opus est, ex charitateque fieri potest. *Tomo* 4. *disp.* 48. *sect.* 2. §. *Ad secundum negatur.*

14 Peccato veniali non correspondet propria pœna damni; quia nec est actus inimicitiæ propriæ, nec in eo est propria malitia auersionis, nisi cū mortali coniunctum sit, quia tunc augetur perpetua pœna damni, sicut augetur perpetua pœna sensus. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 2. §. *Neque oportet.*

15 In pœna damni est priuatio, & positiuum. Priuatio est carentia diuinæ visionis, desertio Dei, & negatio omnium auxiliorum ad bene operandum. Positiuum verò est vehemens apprehensio illius status. Tristitia, desperatio, & omnis alia obstinatio, quæ inde nascitur. *Tomo* 4. *disp.* 13. *sect.* 2. §. *De pœnæ autem.* Positiua aliquando eadem, aliquando redeunt diuersa, quia peccata nō semper sunt æqualia, & in illis positiuis facile potest magis, & minus inueniri. *Ibidem.* Priuatio etiam non semper æqualis, sed iuxta proportionem culpæ; quia sicut in actibus datur inæqualitas in rectitudine illis debita, ita in priuatione visionis moraliter sumpta, est etiam inæqualitas. Vnde fit, vt nunquam redeat moraliter priuatio illa, quæ respondebat prioribus peccatis; quia non respondet proportionata illis, sed tantum vt proportionata subsequenti culpæ. *Ibidem* §. *Quapropter probabiliter.*

16 Per actum amoris, & contritionis, qui in instanti mortis habetur, nihil remittitur pœnæ purgatorij. Ratio est, quia Deus statuit tempus huius vitæ ad satisfaciēdum per nostros actus, vel pœnas huius vitę, tempus autem vitæ futurę ad sustinendam condignam pœnam ignis. In instanti vero mortis intrinsecè finitur hæc vita, & incipit satisfactio per purgatorij ignem. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 4. §. *Respondetur ergo.*

17 Deus posset non remittere absolutè, sed sub illa conditione, nisi me iterum offendas, æternam pœnam, quamuis secundum præsentem iustitiā remittat eam; quia hoc etiam non

repugnat sanctitati gratię, neq; alicui attributo diuino. Modo tamẽ de lege ordinaria absolutè, & sine conditione, vt patet ex testimonijs scripturæ, & Patrum, confirmatque cõsensus, & traditio Ecclesię. *Tomo 4. disp. 13. sect. 2. §. Dico ergo, de potentia Dei, & seqq.*

18 Remissio pœnæ æternę est beneficium gratiæ maxime intrinsecum remissioni culpę, saltem secũdum præsentem iustitiam, quod probatur ex ipsa natura gratiæ, testimonijsque scripturæ, quibus constat Deũ acceptare iustum ad vitam æternam iuxta exigentiam gratiæ, & filiationis diuinæ adoptiuæ. *Tomo 4. disp. 13. sect. 2. §. Ex his ergo.*

19 Reatus post absolutionem relictus, potest per alia opera satisfactoria, præter iniuncta in confessione persolui. Ratio est, quia impositio pœnitętię sacerdotis non abstulit vim suã alijs operibus satisfactorijs. *Tomo 4. disp. 38. sect. 2. §. Tertio circa.*

20 Pœna per modum impetrationis nõ remittitur animabus purgatorij; nam per se expediti, vt delicta non maneant impunita, atque opera Dei eo illustriora fiunt, quo exactius in eis iustitia, & misericordia seruãtur; magis autem seruatur iustitia, si hæc remissio semper fiat per modũ solutionis, & in hoc magis relucet misericordia, quod auxilium detur ad solutionem per se, vel per alios faciendam, & maxime quãdo fit per alios non solum fit beneficium, & misericordia eis, pro quibus solutio fit, sed etiã eis, qui ad illam exhibendam excitantur, nam & ipsi proficiunt, & alios iuuant, vnde semper intercedit ęquiualens solutio per aliquem facta, vt supponitur. *Tomo 4. disp. 48. sect. 5. §. Quartum fundamentum.*

21 Licet ad remissionem pœnæ simul cum culpa requiratur sacerdatalis ordo, non tamen requiritur ad remittendam pœnam ablata culpa. Ratio est, quia potestas ordinis sacerdotalis per se, & intrinseca necessitate solum requiritur ad sacramentum aliquod faciendum, tamen ad remissionem pœnę, quę nullo modo versatur circa culpam, sed illam supponit alias remissam, minime, cum non sit actus sacramẽtalis. *Tomo 4. disp. 49. sect. 3. §. Iam vero.*

22 Deus numquam remittit alicui pœnam pro peccatis debitam, nisi oblata, seu applicata condigna satisfactione, atque adeo id omnino nũquam facit sed seruata vindicatiua iustitia commutatiua, ac distributiua, quatenus cum illa coniungitur. Ratio est, quia nemo potest sibi impetrare gratuitam remissionem pœnæ, quod large, diffuseque probat noster Doctor. *Tomo 4. disp. 48. sect. 5. §. Hæc sententia est pia.*

§. 1.

§. I.

Pœnitentia vt virtus quoad nomen, substantiam, & diuisionem.

1 OMissis alijs significationibus, hoc nomẽ *Pœnitentia* significat virtutem quandam, seu actum virtutis; nũc enim in hac amplitudine vtimur nomine virtutis; quia vero hic dolor pars est cuiusdam sacramenti, ideo hæc vox ad illud sacramentum significandum translata est à parte totum nominando, atque ita constat hoc nomẽ commune esse, & sacramento, & virtuti. *Tomo 4. disp. 1. sect. 1. §. Primum omnium.*

Aug. lib. 2 de vera, et falsa pœnit. c. 16. Isid. lib. 3.

2 Pœnitentia dicitur prima tabula post naufragium: per hanc metaphoram enim nihil aliud quam necessitas pœnitentiæ significatur, quã contra hæreticos probauit *Conc. Trid. sess. 6. cap. 14 & sess. 14. cap. 2.* Ideo dicitur secunda tabula, quia cum baptismus frangi non possit in se, at in suo effectu amitti possit per peccatum, recuperatur autem per solam pœnitentiam, & ideo optime dicitur secunda tabula. *Tomo 4. disp. 1. sect. 1. §. Tertio cõmunis;* quæ non solum est secunda tabula respectu baptismi, sed etiam respectu innocentiæ, quasi pœnitentia ante baptismũ est de mortalib⁹, vocatur secunda tabula, non cõparatione baptismi, sed comparatione innocentiæ, seu amoris, & obedientiæ erga Deũ. *Tomo 4. quæst. 90. art. 4. §. Circa solutionem. in comment.*

Mag. dist. 14. D. Th. q. 84. ar. 6. Tertu. lib. de pœnit. Ambr. ad virg. lapsa c. 18. D. Thom. q. 84. ar. 6.

3 Pœnitentia non solum vitæ mutationem, sed peccati detestationẽ significat, & ideo nunc doloris nomine, nunc gemitus, nunc compunctionis, & conuersionis exprimitur in sacra scriptura. *Tomo 4. disp. 3. sect. 5. §. Ad hæc, & similia.*

4 Datur in actu christianæ pœnitentiæ motiuum adeo supernaturale, vt non possit voluntas suis viribus in illo solo fundata efficaciter detestari peccatum, quia actus est pœnitentiæ, id est detestationis peccati elicitũ à virtute Theologali. ff. charitate. *Tomo 4. disp. 3. sect. 6. §. Ad fundamentum, & seqq.*

5 Pœnitentia diuiditur in pœnitentiam ante baptismum, & in pœnitentiam mortalium, & venialium, quæ diuisio est accidentalis, nam sumitur, aut ex diuersis statibus pœnitẽtis, vt sunt esse, vel non esse baptismum, aut ex diuersis obiectis materialibus, qualia sunt diuersa peccata. Diuisum in hac diuisione est pœnitentia, vt est virtus, non vero vt est sacramentum, quia ante baptizatum nõ habet locum pœnitentia, vt est sacramentum, quæ diuisio recte est tradita; quia virtus pœnitẽtiæ mouet hominem ad agendam pœnitentiã

conuenientem, & ſtatui ipſius hominis, & grauitati peccatorum; quia cũ ſit virtus, operatur ſecundũ debitas circunſtãtias. Quę etiam diuiſio locum habet in actibus internis, maxime autem in externis. *Tomo* 4. *q.* 90. *art.* 4. *in comment. per totam.* §.

6 Pœnitentia vt virtus eſt antiquior ſacramento pœnitẽtiæ; *Sapien.* 10 hoc enim in lege noua etiam poſt Chriſti mortem initiũ habuit. Illa vero ab initio mundi, quæ eduxit primum hominem à delicto ſuo, & permanſit in omni lege, ac neceſſaria fuit, & cum ipſo etiã ſacramento permanet. *Tomo* 4. *diſp.* 1. *ſect.* 2. §. *Ex quo etiam.*

7 Pœnitentia vt virtus eſt duplex, alia generalis, alia ſpecialis. Generalis, vt dicit principium eliciens quamcunque honeſtam deteſtationem peccati per modum habitus inclinantis ad illam. Specialis vero quaſi per antonomaſiam appellatur ſpecialis quædã virtus, quæ ſub propria ratione deteſtatur peccatum, vt Deo iniurioſum. *Tomo* 4. *diſp.* 2. *ſect.* 1. §. *Pœnitentia virtus.*

8 Pœnitentia vt virtus generaliter ſumpta non habet vnam definitam, & ſpecificam rationem formalem obiecti; ſed generaliter, & confuſè reſpondet illi motiuum honeſtum ad deteſtandum peccatum, ſub quo varia continentur: quia obiectũ debet eſſe proportionatũ facultati, ſeu virtuti, cui aſsignatur; pœnitentia autẽ illo modo ſumpta, non eſt vna definita virtus, ſed plures ſub illa cõfuſa ratione complectitur: ergo idem eſt de obiecto. *Tomo* 4. *diſp.* 2. *ſect.* 3. §. *Breuiter ſuppoſita.*

9 Pœnitentia eſt neceſſaria ad tollendum peccatum mortale. Probatur ex illo *Lucæ* 3. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*, & alibi ſæpe in multis locis Scripturæ, & Conciliorum. *Tomo* 4. *diſp.* 1. *ſect.* 1. §. *Secundo conueniunt.* *Vide D. Thom. q. 84. art. 5.*

10 Deteſtari peccatum, vt eſt offenſa Dei, poteſt homo naturaliter, licet imperfectè, ſicut poteſt Deũ naturaliter diligere. Ratio eſt, quia etiam illa ratio mali eſt propter ſe deteſtabilis; imo & deteſtabilior quam aliæ, cũ ſit grauior cæteris: eſtque repugnans ipſi naturæ, & naturali rationi; ergo poteſt homo per ſe loquendo illam deteſtari actu naturali. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 7. §. *Hac igitur cognitione.*

11 Deteſtans vnum peccatum ſub ratione adæquata, non poteſt ſimul in alio complacere. Ratio eſt, quia fieri non poteſt, vt volũtas, dum vnum obiectum odio habet ſub tali ratione, ſimul aliud amet, quia libertas voluntatis non ſufficit, vt ſimul habeat repugnantes actus, illi autẽ repugnant, ergo. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 8. §. *Vt verò reſpondeamus.*

12 Pœnitentia, vt procedit à chari-

charitate, deteſtatur peccatum ſupra omne malum pœnæ. Ratio eſt; quia hæc deteſtatio eſt proportionata amori ex quo oritur, ſed ille eſt ſuper omnia, igitur. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 9. §. *In hac re dicendũ.* Hic autẽ exceſſus conſiſtit in excellentia motiui, ſeu rationis operandi, quę talis eſt, vt de ſe ſit potentior ad firmandam voluntatem in tali affectu, vel intellectum in tali aſſenſu. Hoc enim ſatis eſt, vt in tali actu contineatur virtualis operatio, & exceſſus ſuper alia, ſic autem eſt in deteſtatione, de qua agimus, auertit enim volũtatem à peccato, ob ſupremam rationem mali quę in illo eſt, & ideo quantum eſt de ſe eſt deteſtatio ſupra omne malum pœnæ. *Ibidem* §. *Conſiſtit autem.*

13 Item deteſtatio peccati, quæ eſt ex virtute iuſtitiæ ob vitandam, vel deſtruendam iniuriam Dei, eſt ſupra omne malum pœnæ; quia etiam fundatur in quadã ratione mali ſuperante omne incommodum pœnæ, & conſequenter in ſe habente efficaciam ad firmandam magis volũtatem in illo affectu. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 9. §. *Atque hinc.*

14 Pœnitentia ex motiuo pœnæ non deteſtatur peccatum plus quam pœnam: quia fieri non poteſt, vt actꝰ excedat motiuum in quo fundatur, cum ab illo habeat totam ſuam rationem, & ſpeciem: ergo ſi homo ſolum deteſtatur peccatũ propter malum pœnæ, non poteſt plus deteſtari peccatum, quam ipſum malũ pœnæ. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 9 §. *Addidi vero.*

15 Deteſtatio peccati, & propoſitum non peccandi ita ſe habẽt, vt ex neceſsitate quaſi phyſica, neuter ex his actibꝰ neceſſario antecedat aliũ: ſed poteſt voluntas pro libertate ſua, ſi habeat paratum diuinũ auxilium, quẽuis eorum ſine alio, ſeu ante alium elicere: quia neuter ex his actibus eſt cauſa neceſſaria requiſita ad aliũ. At vero in ordine ad iuſtificationem, magis conſentaneum eſt, & regulariter fortaſſe ita contingit, vt homo incipiat à deteſtatione peccati: nam ad impetrandam veniam de iniuria commiſſa, nulla eſt, moraliter loquendo, magis accommodata via. *Tomo* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 3. § *Quæres verò.*

16 Confeſsio, contritio, & ſatisfactio, etiam exteriores in pœnitentia virtute locum habent, vt probat late noſter Doctor. *Tomo* 4. *diſp.* 6 *ſect.* 2, §. *Hic explicabo, & ſequenti, & quæſt* 90. *ar.* 1. §. *Ex argumẽtis in comment.* Item pœnitẽtia dicitur iuſtitia ſecundum quid: quia minuit illam cõditionem ad alterum, quæ ad perfectam & rigoroſam iuſtitiam neceſſaria eſſe dicitur. *Ibidem q.* 85. *ar.* 3. §. *Alteram concluſionis, ex comment.*

17 Locus pœnitentiæ eſt ſemper in hac vita. Ratio eſt, quia in hac vita nunquam ceſſat præ-

ceptum pœnitendi, & sperandi, quibus repugnat non dari locũ pœnitentiæ, & priuatio, seu carentia auxilij. *Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 2. §. *Atque ita tandem, & seqq.*

18 Pœnitentia interior ex iure naturæ habet determinationem, quod certum est, si intelligatur de lege naturæ, quæ includebat fidem, & gratiam, & præcepta. Exterior vero solum ex institutione diuina: quia hæc nõ potest esse determinata ex natura rei, vt per se constat; nam sicut Deus reuelauit Adę alia ad salutem necessaria, ita etiam reuelauit hanc suam voluntatem, & determinationem, quę ad posteros per traditionem manauit. *Tomo* 4. *quæst.* 84. *ar.* 7. §. *Addit vero secundo, & disp.* 15. *sect.* 3. §. *Ad rationes igitur.* Et in illa determinatione legis veteris fuerũt determinata certa sacrificia pro peccato offerẽda, quæ erat quædam virtualis cõfessio peccati coram sacerdote, saltẽ in generali; nam qui offert sacrificium pro peccato, quodammodo ipsum peccatum confitetur. At vero illa determinatio erat imperfecta, tum quia non includebat distinctam peccatorum confessionem, tum etiã quia illud opus externum non continebat virtutem meritorũ, & passionis Christi, quæ posset peccatum delere. *Tomo* 4. *quæst.* 84 *art.* 7. §. *Tertio addit D. Thom.* Et casu dato quod Deus nihil determinasset, maneret obligatio diligendi Deum super omnia, quia hęc est magis connaturalis, & homini, & gratiæ, & per se conueniens, etiam secluſa necessitate peccati, & verisimile etiam est futuram esse tunc obligationem faciendi aliquid ex parte hominis cum auxilio Dei ad obtinendã reconciliationem cũ Deo, vt probat ratio facta. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Quod fingamus.*

19 Pœnitẽtia interior per se, & intrinsece requiritur ad tollendam offensionem, & veniam obtinendam: exterior vero solum requiritur, vt signum interioris, vel ob aliquã satisfactionem pro pœna debita culpæ, & ideo in interiori pœnitentia, semper fuit necessaria aliqua determinatio, non vero in exteriori. *Tomo* 4. *q.* 84 *ar.* 7. §. *Addit vero, in comment.*

20 Pœnitentia interior debet durare moraliter, id est quatenus non retractatur vsque ad finẽ vitæ, etiã in viris perfectis, quia semper debet homini displicere quod peccauit, si enim ei placeret peccasse, iam tunc hoc ipso peccatum incurreret. At vero pœnitentia exterior nõ est necesse durare vsque ad finẽ vitæ, nisi quatenus peccata iterantur, vel præteritorum confessio, non satis perfecta existimatur, vt patet. *Tomo* 4. *quæst.* 84 *arti.* 8. §. *Quæstio huius articuli, & sequenti in comment.*

§. II.

§. II.

Pœnitentia vt virtus quoad actum.

1 ACtus deteſtandi peccata quatenus rationi contraria, non elicitur ab habitibus particularium virtutum, ſed ab habitu ſibi commẽſurato, proprio, & ſpecifico, quem etiam generare poteſt, vt eſt valde probabile; quia talis actus ab illo tantum habitu elicitur, qui per ſimiles actus introduci poteſt. *Tomo* 4. *diſp.* 2. *ſect.* 4. §. *Si ergò hic actus, & ſeqq.*

D. Thom. q. 85. *ar.* 4 *& in* 4. *d.* 17. *q.* 2. *& cõmuniter Theologi.*

2 Actus pœnitentiæ eſt actus à voluntate elicitus, vt ſumitur *ex Concil. Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 6. *& can.* 4. *& ex ſeſſ.* 14. *cap.* 4. vbi definit liberum arbitrium effectiuè cooperari in conuerſione peccatoris: liberum autem arbitrium eſt ipſa voluntas, ergo, &c. Item ſupponit actum intellectus proportionatum; nã omnis actus voluntatis ſupponit proportionatum actum intellectus. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 1. §. *Dico primo, & ſequenti.*

3 Dolor in appetitu ſenſitiuo regulariter ſequitur actum pœnitentiæ; quia ſicut voluntas dũ de peccato dolet, ſecum trahit appetitum inferiorem, vt aliquem dolorem cõcipiat, idem ergo eſt de dolore. Item omnibus modis, quibus voluntas poteſt tendere in bonum, poteſt etiam actus virtutis pœnitentiæ exercere, & ita poſſunt varij actus in hac virtute diſtingui, quos proſequitur *D. Thom.* 1. 2. *q.* 23. *& ſeq. Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 1. §. *Hinc faciles ſunt, & ſeqq.*

4 Pœnitentia poteſt elicere omnes actus, quibus voluntas in bonum tẽdit; nam in primis poteſt pœnitẽtia elicere ſimplicem voluntatem, ſeu amorem circa honeſtatẽ iuſtitiæ ad Deũ; deinde deſiderium operãdi huiuſmodi iuſtitiã, ad quod pertinet propoſitum ſeruandi mandata. Item gaudium de tali iuſtitia, vel obſeruatione mandatorum, vel etiam de ſatisfactione exhibita pro peccatis, iuxta illud *Auguſt. de ver. & falſ. pœnit. cap.* 13. *Pœnitẽs de peccato doleat, & de dolore gaudeat.* Et huc pertinet intentio deſtruendi peccatum, & voluntas non peccandi amplius, & ſatisfaciendi pro peccato commiſſo, & vtendi medijs ad hũc finem acommodatis. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 2. §. *Nihilominus dicendum.* *D. Thom. q.* 85. *ar.* 2. *ad* 1. *& ar.* 4.

5 Propoſitum, & deſiderium in futurum, eſt actus pœnitẽtiæ: quia ſola prudentia non elicit illum, ſed dirigit, vel imperat: ergo pœnitentia eſt, quæ illum elicit, cum ſit actus voluntatis, & eiuſdem honeſtatis. *Tomo* 4. *diſp.* 3. *ſect.* 2. §. *Solum poteſt.*

6 Gaudium de bonis operibus, quatenus cedunt in Dei gloriam, & in illum, vt finem ſupernaturalem, vel vt in talẽ ami-

amicum referũtur, sic pertinet ad charitatem: gaudium autem de æquitate iustitiæ, vel conseruata, vel restituta ad hanc virtutẽ pertinet. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 16. §. *Dubitant etiam.* Item virtus pœnitentiæ fugit malũ, seu peccatum, omnibus modis, quibus volũtas solet malum refugere, & ita etiam distinguntur plures alij actus huius virtutis. *Tom.* 4. *disp.* 3 *sect.* 2. §. *Dico secundo.*

7 Odium, ac detestatio peccati sunt actus distincti: quia etiam odiũ potest versari circa malum, quod iam inest, quia quod insit, nõ tollit absolutam rationem mali, & ipsamet pœnitentia potest odio haberi; nõ præcise, quia præsens est, sed absolute, quia quoddam malũ est: at odiũ est prior natura sua actus, quia respicit obiectũ secundum rationem magis abstractam, licet non sit necessarium vt in executione, seu ordine tẽporis semper odiũ antecedat: nã considerata turpitudine peccati commissi, potest voluntas statim detestari peccatum, desiderando nunquam illud commisisse. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 2. §. *Nihilominus dicendum est illos.*

8 Dolor, & detestatio distinguntur, physice loquendo, quãuis moraliter ita sint coniuncti in homine viatore, vt per modum vnius reputẽtur. Ratio est, quia detestatio est causa doloris, ergo distinguũtur inter se. Antecedẽs patet: quia non resultat in nobis, nisi media detestatione. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 4. §. *Nihilominus dicendum.*

9 Actus pœnitentiæ non est cõditionatus ex parte subiecti, alioqui non esset verus, & realis actus: est tamẽ ex parte obiecti, quia vel expresse, vel implicite includit hanc conditionem, *Si mihi esset possibile.* Et ideo actus pœnitẽtię est efficax ad auertendam voluntatem ab effectu peccati: vnde impossibile est cum tali actu, si ex plena deliberatione voluntatis fiat, simul esse affectum peccandi. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 3. §. *Actus ergo, &* §. *Aliquando vero.*

10 Peccati detestatio, & propositum destruẽdi illud, distinguuntur secundum suas formales rationes, quia vnus est per modum fugæ, & auersionis voluntatis. ſſ. detestatio. Alter est per modum prosecutionis, & intentionis, & inuicem potest vnus ab alio oriri, secundum diuersas rationes, seu causalitates, ratione connexionis, quam inter se habent. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 3. §. *Ad priorem partem.* Itẽ detestatio peccati potest elici à charitate sub proprio motiuo, necnon à virtute pœnitentiæ, vt probat noster Doctor. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 4. §. *Hæc quæstio proponitur.*

11 Actus pœnitentiæ Christianæ est honestus, ac sanctus. Est definitum *in Concil. Trid. sess.* 14. *can.* 5. Et colligitur ex scriptura

ptura, quatenus consulit, & præcipit hunc actum. Vnde *Tertul. lib. de pœnit. c. 4 Bonũ est pœnitere, an non? quid reuoluis? Deus præcepit. Tomo 4. disp. 3. sect. 5. §. Dicendum vero est.* Itẽ potest habere plures honestates, iuxta varia motiua, ex quib⁹ procedere potest; nã si peccatum furti displiceat, habet rectitudinem, & honestatem iustitiæ; & si displiceat peccatum, proximè, & immetiatè, vt repugnat amicitiæ diuinæ, pertinebit ad rectitudinem charitatis, & sic de alijs. *Ibidem §. Est autem considerandum.*

12 Actus Christianæ pœnitentiæ est supernaturalis. Conueniunt omnes Theologi, & constat ex multis definitionibus Ecclesiæ. *Tomo 4. disp. 3. sect. 6. §. Omissis variis, & seqq.* Quę supernaturalitas est ratione suę entitatis: quia supernaturalitas isti⁹ actus, est aliquid intrinsecum illi, sed hoc non potest esse modus aliquis, vel accidens illius actus: est ergo entitas, & essentia eius. *Ibidem. §. Ex hoc vero.*

Vide D. Tho. q. 85. ar. 5. & 1. 2. q. 109. ar. 6. & q. 113. ar. 3. Bonau. in 2. d. d. 28. art. 2. q. 1. Vega lib. 6 in Tri. c. 13. Sot. in 4. d. 14. q. 2. cũ alijs.

13 Pœnitentia non est supernaturalis ratione intensionis; quia nulla intensio certa, aut determinata necessaria est ad verum pœnitentiæ actũ, etiã ad illũ, qui est dispositio ad gratiã: ergo, &c. Itẽ nec ratione durationis, quia nulla definita duratio necessaria est ad verũ pœnitentiæ actum. Item nec ratione extẽsionis, sed à sua propria virtute morali: quia hæc extensio nõ est aliud ab ipsa entitate indiuisibili actus, quæ habitudinẽ habet ad talia obiecta. *Tomo 4. disp. 3. sect. 6. §. Ex hoc vero.*

14 Detestatio vniuersalis peccati potest esse duplex. ſſ. formalis, & virtualis. Formalis est, quãdo ad talem detestationem antecedit in intellectu, recitatio peccatorum omnium; siue illa distincta sit, per expressam propositionem singulorũ peccatorum: siue confusa, ita tamẽ, vt formalem distributionẽ contineat. Virtualis verò est, quando, licet peccatum de quo recogitatur, sit particulare. Ratio autem detestandi illud est sufficiens ad auertendam voluntatem ab omni peccato. *Tomo 4. disp. 3. sect. 7. §. Duobus modis.*

15 Velle satisfacere pro pœna est actus propriæ pœnitẽtiæ, licet secundarius, sumitur ex *Aug. de ver. & falſ pœnitẽt. cap. 8* vbi ait, *Pœnitentia est doloris vindicta puniens in se, quod dolet commisisse*, vbi dolorem non solum, sed etiam vindictam ex dolore, dicit pertinere ad hanc virtutẽ, & consequẽter ad formale motiuum eius. *Tomo 4. disp. 2. sect. 3. §. Sed supereſt.* *Auguſt.*

16 Non omnis actus pœnitentiæ est formaliter vniuersalis ex parte obiecti actu cogniti. Quod est certum. Nec omnis vera detestatio peccati est vniuersalis virtualiter. Nam quoties motiuũ est particulare, & pertinens ad terminatam virtutem,

tem, non extenditur etiã virtualiter ad peccata contraria alijs virtutibus. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Primo igitur certum.*

D. Thom. q. 86. *ar.* 3. 17 Quando ratio detestandi aliquod peccatum, est communis omnibus peccatis mortalibus, & omnino similis, & eiusdem rationis cum illis, tunc licet detestatio peccati sit particularis formaliter, & in obiecto materiali; nihilominus est vniuersaliter virtualis, & simpliciter auertit voluntatem ab effectu peccati mortalis. Ratio est, quia vbi est eadem ratio, est idẽ effectus. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Dico tertio, & seqq.*

18 Actus pœnitentiæ perfectus, vt est specialis virtus, est detestatio virtualis omniũ peccatorum mortalium, etiãsi expressè circa vnum versetur: nã motiuum huius virtutis vniuersale est omnibus peccatis mortalibus, & est eiusdem rationis in omnibus illis, quatenus omnia, & singula continẽt grauem offensionem, & iniuriam Dei, quam hæc virtus detestatur: ergo detestando vnum peccatum præcisè propter vitandam hãc iniuriam, virtute detestatur homo cætera. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Atque hinc possumus.*

19 Detestans vnum peccatum solum propter peculiarem illius grauitatẽ, non detestatur virtualiter alia leuiora. Ratio est, quia non sunt similia in adæquata ratione nolẽdi, vnde non semper actus pœnitentiæ est virtualis detestatio omnium mortalium. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Hinc vero nascitur.*

20 Detestatio mortaliũ peccatorum propter motiuum cõmune omnibus illis, non semper est virtualis detestatio venialium peccatorum. Ratio est, quia cum tali detestatione potest esse actualis voluntas peccãdi venialiter, & ideo possunt remitti mortalia sine venialibus. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Quinto addendum.*

21 Pœnitentia perfecta venialium, virtualiter continet pœnitentiam mortalium. Ratio est, quia fieri non potest, vt qui actualiter ita detestatur veniale, habeat complacentiam in mortali. *Tomo* 4. *disp.* 3. *sect.* 8. §. *Vltimo dicendũ.* At vero non est idẽ de venialibus inter se collatis; quia vnum sine alio remitti potest, etiamsi simul sint, cum tamen veniale non possit remitti sine mortali; iuxta probabiliorem sententiam. *Ibidem.*

22 Actus pœnitentiæ late dici potest omnis ille, qui non est elicitus à tali virtute, sed tantũ imperatus: talis enim actus est aliquo modo extra talem virtutem quoad propriam, & per se efficientiam eius, & hoc sensu habet virtus pœnitentiæ actus exteriores, non solum in alijs potentijs, sed etiam in ipsa voluntate: proprijssimo vero modo, & vsitato, actus exteriores vocan-

vocantur, qui per exteriores facultates corporis exercẽtur, & hoc modo virtus pœnitẽtię etiã habet exteriores actꝰ, quia etiã hic actus externus potest esse accommodatus ad propriũ munus, & officium pœnitentiæ. *Tomo 4. disp. 6. sect. 1. §. Actus exterior, & sequenti.*

23 Pœnitentia potest vti actibus externis, ad duplex munus suũ. Primũ est ad hoc quod est expellere, & omnino expiare peccatũ commissum. Secũdum est ad hoc quod est cauere futurum: nã respectu futurorũ pertinet ad hãc virtutẽ tollere omnes occasiones peccatorũ, præsertim proximas, morales, &c. *Tomo 4. disp. 6. sect. 1. §. Proprijssimo vero.*

24 Actus exteriores pœnitentiæ dicuntur proprij, vel quia ipsa est per se sufficiẽs ad imperandos illos, sine interuẽtu aliarum specialium virtutum. Et quando sic imperat, illi actus erunt proprij eius: vel etiã quatenus dolorem, & afflictionem inferunt, nã hæc proprietas talium actuum est maxime accõmodata ad finẽ pœnitentiæ, qui est satisfacere pro peccato. *Tomo 4. disp. 6. sect. 1. §. Hinc vero nascitur.* Et tales actus exteriores pœnitentiæ dicuntur honesti, quia habẽt ex se proportionem sufficiẽtem, cum proprio motiuo, & obiecto pœnitentię, quod honestũ est. *Ibidem. §. Est autem aduertendum.*

25 Datur habitus pœnitentiæ specialis, si enim datur specialis actus distinctus à reliquis habitibus virtutum, necesse est dari habitũ huic actui proportionatum, & consequenter specifi cum. *Tomo 4. disp. 7. sect. 1. §. Primo suppono.* Qui habitus est simpliciter honestus, & virtuosus: quia ille habitus est honestus, qui est principiũ honestorũ habituũ, ex vi proprij motiui honesti: sed ita se habet, ergo. *Ibidem §. Tertio addendum.* Item est supernaturalis, quia si eius actꝰ sunt in sua entitate supernaturales, indigẽt ergo habitu connaturalis ordinis, vt supernaturali modo fiant. *Ibidem §. Secundo ex his.* Item est per se infusus, quia ad actus supernaturales pœnitẽtiæ eliciendos, habitus infusus necessariꝰ est, eo modo, quo in alijs virtutibus, est enim eadem omnino ratio. *Ibidem §. Secundo ex his.* Denique item est à gratia distinctus, quia habitus gratiæ est in animæ essentia, & non est proximũ principium alicuius actus, at vero pœnitentia est principiũ suarũ actionum, vnde & in voluntate recipitur, sicut & ipsi actus. *Ibidẽ. §. Ex quo etiã.* *D. Tho. q. 85. art. 6. & in 4. d. 14. q. 1. vt Sot. & alij cõmuniter Richard. Palud. & Medina.*

26 In appetitu sensitiuo est pœnitentiæ habitus acquisitus. Ratio est, quia ille actus pœnitẽtiæ, qui est in appetitu (vt ostendit noster Doctor) est sæpe repugnãs sensibili inclinationi eius: vnde est sine dubio difficilis, vsu autẽ, & consuetudine fit facilis: *Palud. d. 14. q. 2. n. 11. Ledesma 1. p. q. 25. ar. 4. cũ alijs.*

lis: ergo generat habitum. *Tomo 4. disp. 7. sect. 1. §. Circa alteram partem.* Et possunt inueniri in hoc habitu, actus pertinētes ad irascibilem partem, vt est appetitus vindictę de peccato commisso, & actus etiam pertinentes ad concupiscibilem, vt est ipsa voluntas non offendendi Deū, & amor ipsius honestatis, quæ est in obiecto pœnitentiæ. *Ibidem §. Circa alteram partem.*

27 Pœnitētia non est Theolo
D. Tho. q. gica virtus, sed moralis. Pro-
85. art. 6. batur prima pars, quia virtus
& in 4. di Theologica est, quę immediate
stin. 14. q. attingit Deū, vt obiectū quod,
1. ar. 1 q. 4 hæc autem virtus non ita attin-
Richard. ar git Deum, cū versetur semper
tic. 2. q. 2. immediate circa actꝰ humanos:
Palud. Soto cū aliis. ergo. Secunda pars cōstat, nam omnis virtus, aut est Theologica, aut moralis: non est Theologica, vt constat, ergo moralis. *Tomo 4. disp. 7. sect. 1. §. Dico quarto, & seqq.*

28 Virtutes, quæ versantur circa passiones, proprie habēt medium quod vocant rationis, quod frequentius est inter duo extrema; virtus autem iustitiæ, quæ versatur circa operationes habet medium rei, quod consistit in æqualitate rei ad rē, quia vero pœnitētia, quę est ad Deū, numquam potest hanc æqualitatē perfecte attingere, ideo non oportet, vt ex hac parte habeat medium, sed medium eius est facere quātum potuerit, quamquam ex parte nostra debeat habere medium, & moderationem. *Tomo 4. disp. 7. sect. 1. §. Sed obijcitur.*

29 Virtus pœnitentiæ distincta est in re, & in essentia ab omni virtute; quæ non respicit aliquomodo Deum, saltem vt obiectum cui. Probatur, tum quia illa distinctio in obiectis indicat distinctionem in ipsis virtutibus, tum etiam quia virtutes morales versantur tātum circa passiones, & illę distinguūtur à pœnitētia, quia non sunt ad alterum, sicut illa, aut versantur circa actiones, quę respiciunt alterum, vt iustitia, & hæc si sistant in creaturis, necessario distinguuntur à virtutibus, quę moderantur actiones circa Deum ipsum. *Tomo 4. disp. 7. sect. 1. §. Dico vltimo.*

30 Pœnitentia, & religio non sunt vnus simplex habitus, neq. in re ipsa habent aliquā veram vnitatem, per realem vnitatem intrinsece. Probatur breuiter ex distinctione, & varietate actuum horum habituum, sunt enim in primis inter se distincti, etiam secundum speciē, in quo omnes auctores conuenire videntur. *Tomo 4. disp. 7. sect. 2. §. Suppositis principiis.*

31 Ratio honesta detestandi peccatum, est duplex, vna particularis, & propria alicui virtuti, vt est in intemperātia, oppositio, quam habet ad honestatē temperantię, &c. alia generalis, & communis omnibꝰ peccatis, *Supponitur.*

vt

vt quod auertãt à Deo. *Tomo 4. disp. 2. sect. 3. §. Aliud vero.*

32 Proprium motiuum pœnitentiæ est diuinum ius, & consequenter eius munus est resarcire diuinam iniuriam, in quo debent necessario conuenire omnes Theologi qui docẽt pœnitentiam esse virtutem: quia cum hæc virtus sit quædã iustitia ad Deum, obiectũ eius erit ius diuinum. *Tomo 4. disp. 2. sect. 3. §. Dico secundo.*

D. Thom. q. 85. ar. 2. & 22. q. 57. & in 4. dist. 14. q. 1. art. 1. q. 3.

§. III.

Pœnitentia vt virtus quoad materiam.

1 DVplex materia pœnitentiæ datur, altera vt fugienda, vel vitãda, quomodo illicita delectatio, potest dici materia castitatis, altera vt amplectanda, & amanda, quomodo corporis puritas dicitur materia castitatis. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Rursus ipsamet.*

2 Pœnitentiæ materia circa quam est peccatum, vt vitandũ, quia virtus pœnitentiæ detestatur peccatum, quia respicit illud vt materiam, seu obiectum materiale; est certa, & communis veritas. *Tomo 4. disp. 1. sect. 1. §. Quarto conueniunt, & disp. 2. sect. 1. §. Dico ergo primo.*

D. Tho. in 4. dist. 17. q. 2. ar. 1. & 3. q. 1. art. 2. cum aliis.

3 Pœnitentia late sumpta, prout comprehendit omnẽ habitum, qui honeste, & secundũ rectam rationẽ detestatur prius factum, extenditur ad venialia, nam hæc merito displicent, vel propter turpitudinem, vel quia impediũt feruorem charitatis. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. De hac vero materia.*

4 Item est materia circa quã peccatum habituale, nam hæc virtus solum fugit committere actu peccatum, sed etiã habitũ peccati, atque adeo habituale peccatum. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Quinto hinc.* Item pœnitentia adæquate sumpta comprehendit peccatum originale, quia charitas ex proprio motiuo diuino potest detestari peccatũ originale, & statum illius, ergo pari modo iustitia ad Deũ, detestari tale statum iniustitiæ, & hac ratione odio habere tale peccatum. *Ibidem. §. At vero.* Itẽ comprehendit actum exteriorem, quia simpliciter est actus moralis, & peccaminosus, sed non comprehenditur ratione sui, sed interioris. *Ibidem. §. Secundo inquiri potest.*

5 Pœnitentia secundum suam adæquatam rationem respicit peccatum simpliciter, quod ostenditur ex officijs eiusdem virtutis, ad illam enim spectat, non solũ dolorem de cõmissa offensa Dei, sed odio habere illam, & proponere iterum non committere, hæc autẽ non respiciunt peccatũ vt commissum, sed vel simpliciter, vel in ordine ad tempus futurũ, ergo, &c.

Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Tertio inquiri potest. At vero strictè sumpta solum comprehendit peccatum proprium iam commissum, communiter enim dici solet, pœnitentiam esse solum de peccatis proprijs. *Ibidem. §. Tertio inquiri, & §. Atque hinc.*

6 Pœnitentia etiam comprehēdit sub obiecto materiali malum pœnæ. Ratio est, quia est eiusdem virtutis intendere finē, & eligere media apta ad illum, vt talis est, sed virtus pœnitētiæ intēdit destruere peccatum, & resarcire diuinam iniuriam, & ad hoc consequendū vtitur aliquo malo pœnæ, quod assumit in vindictam delicti, ergo illud malum spectat etiā ad obiectū talis virtutis, vt amplectēdum, non vt destruendum, quia est simpliciter bonum, & potens ad destruendum malum culpæ. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Dico secundo, & §. Ex quo intelligitur.*

Vide Durand. dist. 14. q. 1. n. 7. Caiet. q. 85. art. 2. Soto in 4. dist. 14. q. 2. art. 2. cū alijs.

7 Actus bonus potest esse materia pœnitentię, quia obiectum materiale virtutis est res illa, ad quam vritus tendit, seu in qua versatur, virtus autem pœnitentiæ non tantum versatur circa malum fugiendo illud, sed etiā tendit bonum inclinando in illud: ergo illud continetur, & clauditur sub obiecto huius virtutis. *Tomo 4. disp. 2. sect. 1. §. Supposita distinctione, & seqq.*

8 Pœnitentia indirecte, & quasi in obliquo comprehēdit Deū sub obiecto suo, quia munus huius virtutis est, esse quandam iustitiā, est ergo ad alterū, & non nisi ad Deum; tum etiā quia eius opus est, satisfacere Deo, prout resarcire, & destruere iniuriam, vel quod perinde est reddere ius suum Deo. *Tomo 4. disp. 2. sect. 2. §. Secundo dicendum, & seqq.*

§. IIII.

Pœnitentia vt virtus quoad subiectum.

1 SOlus homo adultus est capax pœnitentiæ, quia solum ille potest esse capax actualis peccati. *Tomo 4. disp. 1. sect. 1. §. Quinto cō ueniunt.* At vero pœnitentia in ea proprietate sumpta, qua significat virtutem, quæ retractat peccatum commissum, & quæ quātū est in se intendit destructionem eius, ad illā disponit operantem, non fuit in anima Christi, vt patet. *Ibidem. disp. 2. sect. 1. §. Et ratio à priori est in fine.*

2 Pœnitentia, vt est iustitia ad Deum, esse potest in omni voluntate creata, quia pœnitentia generatim sumpta pertinet ad charitatem, & suo modo ad quamlibet virtutem: ergo omnis virtus de se est sufficiens ad aliquam pœnitentiam agēdam, & tamen virtus huiusmodi reperitur in Christo, & in alijs, quamuis non sub ea denominatione, vel connotatione pœnitē

tiæ

tiæ generalis, ergo proportionaliter idem dicendum de pœnitentia speciali. *Tomo* 4. *disp.* 7. *sect.* 1. §. *Alio vero modo.*

3 Pœnitentia vt respicit peccatum commissum proprium, nõ fuit in Christo domino, quia nec peccauit, nec peccare potuit; item nec in Beata Virgine, & in alijs innocentibus datur eadem ratio. *Tomo* 4. *disp.* 7 *sect.* 1. §. *Ad alteram.*

§. V.

Pœnitentia vt virtus quoad effectum.

1 PAenitẽtia in suo genere est sufficiens ad tollenda peccata mortalia, etiam grauissima, est de fide definita *in Conc. Trid. sess.* 6 *cap.* 14. *& can.* 19. *& tota sess.* 14. Non tantum semel, sed quoties homo peccauerit, iuxta illa verba *Matt.* 18. *Non dico tibi septies, sed vsq; septuagies septies.* Item seruiunt illa verba *Chryso. homil.* 2. *in psalm.* 50. *Peccasti? pœnitere; millies peccasti, millies pœnitere. Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 1. §. *Dico primo.* §. *Dico secũdo.* §. *Dico tertio.*

Cõc. Trid. Matth. 18 Chrysost.

2 Pœnitentia est causa dispositiua remissionis peccati, quæ causa ad materialem reducitur, quod est certum. *Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 3. §. *Et primo.* Nõ vt formata, sed vt informis, quia contritio formata supponit iã, & gratiam infusam, & remissum peccatum; ergo vt sic non potest esse dispositio ad remissionem peccati, cũ vt sic, sit natura posterior. *Ibidem.* §. *Dubitatur autem*, & habet hanc causalitatem prout est à gratia, & libero arbitrio, quia hic actus non est dispositio, nisi vt supernaturalis; ergo, vt à gratia, neque est dispositio, nisi vt vitalis, & libera mutatio voluntatis: ergo, vt à libero arbitrio, ergo vtrũque essentialiter includit, vt dispositio est. *Ibidem.* §. *Nihilominus vtrumque.*

D. Tho. q. 89. art. 1. ad 2. & ar. 2. in corp.

3 Pœnitentia perfecta non est causa formalis remissionis peccati, quia causa dispositiua, & formalis respectu eiusdem effectus, non coincidunt in eadẽ numero, quia dispositio nõ disponit ad seipsam, nec ad suum formalem effectum, sed ad aliã formam, & effectum eius; sed pœnitentia est causa dispositiua ad remissionem peccati, & ad formam, per quam illa fit, ergo non est causa formalis illius effectus. *Tomo* 4. *disp.* 8. *sect.* 3. § *Secundo dicendum.* Nec etiam, vt causa partialis est formalis causa dispositiua propter rationẽ factam. *Ibidem* §. *Mihi tamẽ*; nec etiam causa efficiens physica remissionis peccati est, quia in vniuersum priuatio non potest tolli physica actione, nisi illa, qua fit forma, vel nisi vt pars sacramenti, tunc enim est probabile concurrere effectiue ad

videPetr. Sot. lect. 4 de pœnit. Sot. lib. 2. de nat. & gra. ca. 18.

infusionem gratiæ, & tunc, vt actus informis, quia nihil potest efficere formam, quatenus per illam eãdem formatum est. *Ibidem. §. Sed quid tandem.*

4 Pœnitentia non habet efficientiam moralem perfectam per modum meriti, vel satisfactionis, respectu remissionis peccati, tum quia alias non fieret gratis remissio, tum etiam, quia tale meritũ, vel satisfactio supponit iam remissum peccatum. *Tomo 4. disp. 8. sect. 3. §. Perfectum autem.*

Cap. Qui recedit, de pœnit. dist. 4. cap vlt. de pœnit. dist. 4. Ezechiel. 18. Nahum.

5 Culpæ remissæ formaliter & in se nunquam redeunt, quãtũuis noua peccata multiplicẽtur, iuxta *cap. vlt. dist. 4.* Nam si culpa rediret, Deus illam impunitam non relinqueret. *Tomo 4. disp. 13. sect. 1. §. Nihilominus dicendum est.* Nec pœna damni, nec sensus potest redire formaliter, ad cuius confirmationem afferri solent illa verba *Nahum, Deus non iudicabit bis in idipsum. Ibidem sect. 2. §. Primo ergo, & seqq.*

6 Virtutes infusę, ac Spiritus sancti dona per pœnitentiam restituũtur, quia restituitur gratia ex qua virtutes sequuntur. *Tomo 4. q. 89. art. 1. §. In hoc ergo sensu, in comment.* Item restituuntur fides, spes, quoad statũ virtutis, quia per peccatum mortuæ remanserant, quoad substantiam vero minime, quia amissæ non fuerant. *Ibidem §. Vnus vero supereſt.*

7 Per pœnitentiam non restituitur innocentia amissa, quia ad præteritum non est potẽtia, nec virginitas quoad materialem corporis integritatẽ, quia virginitas etiam includit negationem præteriti, quæ iam inuoluit repugnãtiam, supposita commissione peccati, quam pœnitentia supponit, iuxta *Gloss. in illud. Amos 5. Virgo Israel proiecta est in terram suã, & non est quis suscitet eam. Tomo 4. quæst. 89. ar. 3. §. Tertia dignitas, in comment.* *D. Tho. 3. p. 89. art. 3. ad 1.*

8 Merita redeunt per pœnitentiam, quia non abolẽtur, seu destruũtur in se, seu prout sunt in acceptatione diuina, sed solum ex parte hominis ponitur impedimentum, at vero peccatum remissum destruitur in se, ac aboletur, & ab homine in quo erat aufertur, & ideo redire non potest, quia neq; homo illud idem committit, nec Deus illud immittit. *Tomo 4. q. 89. art. 5. §. Atque ex hac, in comment.*

9 Pœnitentia non iustificat opus mortuum, est generalis regula. *Tomo 4. q. 89. art. 6. §. Primo declarat;* nec opera meritoria viuificantur de congruo per pœnitentiam ad præmium accidentale, quia iustificatio meritorium solũ est in ordine ad præmium futuræ vitæ, & ad gratiã in qua illud fundatur, ergo talia opera non mortificantur per peccatum, ergo nec viuificantur per pœnitentiam. *Ibidem. §. Ex quibus tandem.* *Sot. lib. 2. de nat. & gra. cap. 4. prælud. 7. nu. 3. ca. 3. nu. 8. ca. 2. nu. 267.*

§. VI.

§. VI.

Pœnitentia vt virtus quoad neceſſitatem.

1 PAenitentia non eſt neceſſaria ad remiſsionẽ peccati originalis, licet Deꝰ exigere potuerit, cũ talis actus ſit poſsibilis, at non eſt neceſſe, quia nullum eſt præceptum, nec dari oportuit; quia ſicut vnius Adæ voluntate cõmiſſum eſt, ita vnius Chriſti voluntate pro illo ſatisfactũ eſt, & ſicut generatione naturali contrahitur, ita etiã per regenerationem in Chriſto deletur. *Tomo 4. diſp. 2. ſect. 1. §. At vero.*

2 Pœnitentia formalis per ſe loquendo, eſt neceſſaria ad remiſsionem peccati, quod videtur docere *Cõc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 1. & ſeſſ. 6. cap. 6. & 7. & cap. firmiter, de ſum. Trinit. & fid. catho. Tomo 4. diſp. 9 ſect. 1. §. Ego cẽſeo.* Licet aliquando ſufficiat pœnitentia virtualis, vt patet in peccatis oblitis, quia in eo caſu excuſatur homo ab obligatione agendi pœnitentiam, ſupponendo eſſe obliuionem naturalem, & inculpabilem. *Ibidem. §. Nihilominus.* Item per actum amoris homo poteſt iuſtificari ſine formali pœnitentia; quia actus charitatis eſt perfecta conuerſio animæ ad Deum, & virtute continet pœnitentiam, & auerſionem à peccato, & propoſitũ placendi Deo in omnibus: ergo infallibiliter ſuam affert conuerſionem Dei ad hominem; ergo ſecum affert remiſsionem peccati. *Tomo 4. diſp. 9. ſect. 1. §. Supereſt probanda, & ſequenti.*

Mau. c. 21. n. 10. Vega lib. 6. in Trid. cap. 33. & 34. Caie. q. 77 ar. 1. Adria. li. 7. q. 4.

3 Extra caſum naturalis obliuionis, vel inconſiderationis, nunquam remittitur peccatum ſine formali actu pœnitentiæ, nã per ſe loquendo, hoc eſt medium neceſſarium ad illum effectum; ergo quando poteſt commode adhiberi, non dabitur effectus, ſine tali medio. *Tomo 4. diſp. 9. ſect. 1. §. Tertio dicendum eſt.* At vero quando deeſt pœnitentia formalis, neceſſaria eſt virtualis, cum propoſito, & voto ipſius formalis, ac proinde neceſſarius eſt amor ſuper omnia; nam ad remiſsionem peccati, neceſſe eſt vt voluntas efficaciter auertatur à peccato, quod non poteſt eſſe, niſi per pœnitentiam formalem, vel virtualem; & cũ neceſſaria ſit formalis, per ſe loquendo, ſi illa deſit in re, oportet, vt ſaltem in voto habeatur. *Ibidem. §. Vltimo dicendum.* *Cordu. lib. 1. q. 15.*

4 Pœnitentia non ſolum neceſſaria eſt propter tollendam inordinationẽ auerſionis, quæ eſt reſpectu Dei, ſed etiã ad tollendam inordinatã conuerſionem ad creaturam, quæ etiam manet, per modũ habitus, quãdiu peccatum non remittitur. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 3. §. Circa tertium argumentum.*

§. VII.

Pœnitentia vt virtus quoad præceptum.

Sot. d. 17. q. 2. art. 6. Vigeri⁹ in Sum. c. 16. §. 4. vers. 11. Vega lib. 13. in Trid. c. 19 & 20. D. Thom. q. 84. ar. 5. ad 2. Medin. Cod. de Pœnit. q. 3.

1 QVi peccauit mortaliter, tenetur sub præcepto cõteri, vt declarauit Christus Luc. 13. dicens: *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Tomo 4. disp. 15. sect. 1. §. Nihilomin⁹ dicendum, & seqq.* Potestque hęc obligatio triplici ex capite oriri. Primo ex lege iustitiæ, qua tenetur satisfacere vnusquisque iniuriæ factæ. Secundo, ex lege charitatis diuinæ, quę sicut obligat, ad diligendum Deum super omnia, ita etiam obligat hominem, vt faciat quod in se est, ad recuperandam amicitiam diuinam, si illam perdidit, ac denique ad habendum Deũ pro vltimo fine. Tertio, ex lege charitatis propriæ, quatenus homo tenetur habere curã animæ suæ, & cõsequenter adhibere media necessaria, ne in æternũ pereat. *Ibidem §. Tertio, vt propriam. & §. Secũda radix, & §. Tertia radix.* Maximè vero pertinet ad iustitiam erga Deum; cũ pœnitentia sit quędam iustitia ad Deum, cui per peccatum iniuria illata est, ad illam proximè spectat obligatio satisfaciẽdi, prout homo potest, & Deus offensus exigit. *Ibidem §. Ex his autem.*

2 Per dolorẽ imperfectum, quo gratia consequi nõ potest, non impletur pœnitẽtię præceptum: nã si agamus de titulo iustitiæ, interrogo an homo per illum dolorem satisfaciat Deo, quantum in se exigit, necne? si ita satisfacit, statim consequitur iustitiam, & reconciliatur Deo; si vero non ita satisfacit, non facit ęquitatem iustitiæ, quantum potest, & debet; ergo nõ implet præceptum pœnitentiæ, prout ad iustitiam pertinet. Similiter ratio sumpta ex diuina amicitia aperte conuincit legem charitatis Dei obligare ad talẽ pęnitentiã, quæ ad reconciliationẽ cum Deo sufficit, quandiu ergo non fit tam perfecta pœnitentia, vt habeat hunc effectum, non impletur pręceptum. *Tomo 4. disp. 15. sect. 1. §. Solum potest.* *Vega lib. 13. in Trident. c. 24.*

3 Pœnitentiæ præceptum diuinum est; nam antiquius est omni humano, imo omniũ hominum voluntates præuenit; ipsumque Adamum obligauit. *Tomo 4. disp. 15. sect. 3. §. Certum est.* Pręceptum autem satisfaciendi Deo pro iniuria illata per peccatum, naturale est: quia ante legem scriptam nulla fuerunt præcepta diuina positiua; propter quod tẽpus illud dicitur fuisse legis naturæ, in quo tempore etiam hoc extitit præceptum. *Ibidem & seqq. & §. Circa priorem partem.* *Richard. ar tic. 5. q. 3. Cano. re lect. de Pœ nit. p. 3. Vega lib. 13. in Trident. c. 20.*

4 Pœnitentiæ præceptum radicaliter continetur in præcepto dilectionis Dei; formaliter vero est quædã lex naturalis iustitię, quæ reduci potest ad præ-

præceptum colẽdi, & honorandi Deum, non enim oportet, vt omnia ſpecialia præcepta legis naturæ in decalogo contineantur, ſufficit enim vt ex principijs naturaliter notis colligatur, vel certe, vt ad ipſamet principia pertineat. *Tom. 4. diſp. 15. ſect. 3. §. Argumenta ſecundæ.*

5 Præceptũ ſatisfaciendi Deo pro illata iniuria eſt diſpenſabile ſicut alia naturalia præcepta, quia non habet minus intrinſecam honeſtatem, poteſt tamen Deus mutare materiam, & ſic tollere obligationem cedendo iuri ſuo, & remittẽdo offenſam, ſine hominis ſatisfactione, non diſpenſando, ſed mutando materiam: ſicut inter homines poteſt vnus remittere offenſam ſine ſatisfactione alterius, in quo ſtatim ceſſat obligatio, nõ quia alius diſpẽſet, ſed quia materia ſatisfactionis ſoluitur. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 3. §. Circa ſecundum.*

6 Quoties homo poſt pœnitẽtiam peccat, tenetur iterũ conteri, & obligatur ad pœnitentiã, ſicut quoties furatur, tenetur reſtituere, quia fit ſimilis inęqualitas, ex qua cõſurgit obligatio iuſtitiæ: vnde ſupponitur pœnitentiam poſſe iterari, ſemperq; poſſe habere eundem effectum circa idem peccatum, & circa diuerſa. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 4. §. Poteſt hæc.*

7 Tam ex charitate Dei, quã propria tenetur homo pro articulo mortis elicere actum contritionis, quia tenetur diligere Deũ ſuper omnia, antequã moriatur; quia hic actus eſt neceſſarius, non tantũ ratione peccati, ſed per ſe; nec ſufficit prius in vita diligere, quia hoc pręceptũ non tantum ſemel obligat, ſed ſæpius, & tẽpus magis accõmodatũ eſt articulus mortis. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 4. §. Dico tamẽ.* At vero homo attritus cum ſacramento, non tenetur ex vi iuſtitiæ ad Deum conteri in mortis articulo, quia iuxta probabilẽ, & practicã ſententiã, ſatisfacit quantum debuit. *Ibidem.*

8 Pœnitentiæ præceptum nõ obligat ex charitate Dei ſtatim poſt peccatũ commiſſum, quia eſt affirmatiuum per ſe, & non ſupponit illud negatiuum non permanendi aliquo tẽpore extra amicitiam Dei, ſeu in ſtatu habitualis inimicitię Dei. Idem dicẽdum ex charitate propria. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 5. §. Secundũ caput, & §. Tertium caput.*

9 Præceptũ pœnitentiæ obligat pro mortis articulo, quia ſi hoc pręceptum non obligat ſtatim ac commiſſum eſt peccatũ, nulla videtur eſſe ratio deſignãdi illud in toto diſcurſu vitæ, vſque ad articulum mortis. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 6. §. Hæc eſt.* Quod obligat per ſe, & ex vi illius tantum, ſolaque ratione naturali, ſeu connaturali gratiæ, & fidei, & nõ ante articulũ mortis, eadem ratione nec ex charitate propria, nec ex iuſtitia ad Deũ

ante periculum mortis, quia nō obligat ſtatim. *Ibidem ſupereſt dicendum.*

10 Interdum hoc præceptum obligat ex accidenti ex his capitibus, verbi gra. ex charitate Dei, quia præceptū dilectionis Dei, non reſeruat obligationē vſque ad articulū mortis, quia tanta dilatio, apertè eſt contraria fini huius præcepti, quod eſt dirigere, & conuenienter coniungere hominem cū ſuo fine. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 6. §. At vero ex tertio.* Secundo ex neceſsitate ſtatus gratiæ, poteſt obligare præceptum pœnitentiæ ante articulum mortis, verb. g. ad ſacram actionem faciendam, vt miniſtrare ex officio aliquod ſacramentum, vel recipere Euchariſtiam, vbi non eſt copia confeſſoris, ita tenent omnes, & tunc non obligat præceptum contritionis, vt ſic, ſed præceptum digne tractādi res ſacras. Tertio ob proprium peccatum vitandum, ſed non ſic ex præcepto contritionis, ſed ex præcepto caſtitatis, ſi illi, v.g. tentatio ſit oneroſa, & ſic de alijs, vel ob commune malum vitandum, non ex præcepto pœnitentiæ, ſed ex charitate, qua tenemur patriam diligere, & procurare eius bonū. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 6. §. Primus, & ſecundus caſus, & §. Tertius caſus.*

Adrianus Nauar. & Petr. Sot.

11 Qui in caſu, quo obligat ex accidenti præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, ante articulum mortis omittit contritionem, & dilectionem, non committit duo peccata, ſed vnū contra charitatem; quia vnum tantum violat præceptum, & licet duos actus omittat, tamen neceſsitas vnius eſt propter alium, vbi autem eſt vnum propter alium, ibi moraliter eſt vnum tātum. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 6. §. Suppoſito ergo.*

12 Qui per ſolam dilectionem ſine contritione ex inaduertentia iuſtificatur, non tenetur quamprimum conteri, ſed ſolum eo tempore, quo aliud præceptū contritionis obliget, quia neceſsitas contritionis in illo tempore ſolū erat propter actum dilectionis, ergo quacunque ratione contingat, actum dilectionis haberi ſine actu contritionis, ſatisfactum eſt re ipſa præcepto contritionis. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 6. §. Suppoſitio ergo.*

13 Solus modus contritionis, qui eſt de eius ſubſtantia eſt in præcepto, quia illa ſufficit ad reconciliationem cum Deo, & ad congruam ſatisfactionem ab homine poſtulatur. *Tomo 4. diſp. 15. ſect. 1. §. Ad obiectionem.*

14 Præceptū pœnitentiæ non obligat ad agendam pœnitentiam ſtatim poſt peccatum cōmiſſum, etiamſi opportunitas occurrat, ſeu licet facile fieri poſsit, quia hoc præceptum cōtritionis eſt affirmatiuum: præceptum autem affirmatiuū per ſe, nec pro ſemper obligat, nec ſtatim,

statim, ergo nec hoc ita obligat. *Tomo 4. disp. 15. sect. 5. §. Dicendum nihilominus, & seqq.*

§. I.

Pœnitentia vt sacramentum quoad eius institutionem.

Origo pœnitentiæ.

1 SAcramentum pœnitentiæ habet originem ex institutione diuina, vt constat ex generali doctrina sacramentorum, omnia enim sunt instituta à Christo domino; item quia potestas remittendi peccata non poterat hominibus conuenire ex natura rei, nisi à Christo data fuisset. *Tomo 4. disp. 1. sect. 2. §. Vltimo differunt.*

Vide Bellarm. toto lib. de pœn. Petr. Sot. lect. 3. & 4. de cõfes. & Theolo. dist. 14. & 15.

2 Sacramentum pœnitentiæ fuit conueniẽter institutum in lege gratiæ, & non antea, tum quia lex vetus fuit imperfecta, lex autem gratię est perfecta, tũ maxime quia ante aduentum Christi non debuit potestas clauium concedi hominibus, quia nondum merita Christi erant exhibita. *Tomo 4 q. 84. ar. 7. §. Atque hinc, in comment.*

3 Christus Dominus reliquit in Ecclesia speciale sacramentum penitentiæ, ad remedium peccatorum quę post baptismũ committuntur. Definitur in *Cõcil. Constant. sess. 8. & 15. in Florent. in decret. Eugen.* & latius *in Trid. sess. 14.* quod est distinctũ à sacramento baptismi, quia finis, & effectus vtriusque sacramenti est valde diuersus, quia baptismus per se tollit peccatum originale; pœnitentiæ vero sacramentum tollit peccata actualia post illũ commissa: quæ distinctio etiam sumitur ex diuerso ritu istorum sacramentorum, quod vnum fit per modũ regenerationis ex aqua, &c. aliud vero per modum iudicij. *Tomo 4. disp. 17. sect. 1. §. Vnde duo, & sequenti.*

Cõc. Trid. Ioan. 20.

4 Sacramentum pœnitentiæ in particulari, & secundum propriam rationem, seu essentialem ritum fuit à Christo Domino institutum, definitur *in Concil. Trid. de sacrament. in genere, & in specie sess. 14. Ioan. 20.* & nõ antea, quod iam nunc certum est, *ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 1.* quia antea non potuit institui, cum antea non fuerit data potestas. *Tomo 4 disp. 17. sect. 1. §. Tertio dicendum. § Simpliciter dicendum est.*

5 Non solum in forma, sed etiam in materia huius sacramenti est significatio, quia licet verba formæ distinctius significent totum effectum, tamen etiam actus pœnitentis suam habent significationem, nam signa contritionis, sunt etiam signa interioris remissionis, & per confessionem significatur, quod sicut peccata exterius manifestantur, ita etiam ab anima ipsa excluduntur. *Tomo 4. disp. 18. sect. 2. §. Ad confirmationem.*

6 In hoc sacramẽto pœnitentiæ sacramentum tantum est illud externum, & sensibile signum compositum ex cõfessione, & absolutione: remissio autem peccatorum, & gratia, quæ ad hunc effectum præstatur, est res tantum sacramenti: quia est proprius effectus huius sacramẽti. Denique interior pœnitẽtia, siue attritio, siue cõtritio sit, est res, & sacramentum simul, vt informis, seu secundum se est sacramentum, seu pars sacramẽti, at vero formata per gratiam sacramentalem, est res sacramẽti. *Tomo 4. disp. 18. sect. 5. per totã.*

§. II.

Pœnitẽtia vt sacramentũ quoad definitionem, essentiam, & vnitatem.

Definitio sacramẽti pœnitentiæ

1 SI volueris definire hoc sacramentum adæquate per rem sensibilem, quę subsłat formalitate signi. Dic, *est compositum morale, seu artificiale constans ex actibus pœnitentis, & verbis sacerdotis institutum ad significandam, & conferendam gratiam remissiuã peccati commissi post baptismũ.* Si autem ipsam rem sensibilem in partes distinguere volueris, & ad modum artificialium rerum definitionẽ tradere. Respõde, *est confessio legitime in foro pœnitẽtiæ facta, & absolutione iudicis formata. Tomo 4. disp. 18. sect. 2. §. Vltimo concluditur.*

2 Pœnitentiæ sacramentum essentialiter constat ex materia & forma, tanquam ex partibus. Est veritas constans *ex Conc. Florent. in decret. Eugenij, & Cõc. Tridẽ. sess. 14. cap. 3. Tomo 4. disp. 18. sect. 2. §. Nihilominus dicendum, & seqq.* *Cõc. Trid. Cõc. Flor.*

3 Aliquis internus dolor est de essentia huius sacramẽti, est fere omniũ Theologorum cõsensus. *Tomo 4. disp. 20. sect. 3. §. Nihilominꝰ dicendũ est;* qui dolor debet esse attritio vera saltẽ, & supernaturalis ꝺ omnibus peccatis mortalibus in cõfessione declaratis, quorum pœnitens cõscientiam habet, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. & 4* quę attritio debet etiam includere efficacem voluntatem non peccandi de cætero; constat etiam *ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.* dicente talẽ esse necessarium dolorẽ qui voluntatem peccandi excludat. *Ibidem sect. 4. §. Dicendum nihilominus, & §. Deinde probatur.* *D. Thom. 3. p. q. 84. ar. 1. ad 1. & alibi sę pæ. Conar. c. Alma. p. 1. §. 4. nu. 13. & alij.*

4 Sacramentũ pœnitentiæ est vnum tantum specie, quia sicut Ecclesia non agnoscit nisi vnũ baptismа ad regenerãdos fideles, ita etiam non agnoscit nisi vnũ tribunal confessionis sacramentalis ad reparandos lapsos post baptismũ. *Tomo 4. disp. 18. sect. 4. §. Quæstio esse potest.* Item est vnũ numero constãs ex omnibus pœnitẽtiæ partibus, quod aperte colligitur ex Conc. Florent. & Trident. quæ de illo tãquam de vno sacramẽto loquũtur

tur ex varijs partibus, etiamsi inter partes distantia temporis intercedat, quia sufficit moralis coniunctio, seu propinquitas qualis esse solet in vno iudicio inter condemnationem, sententiam, & executionem. *Ibidem.* §. *Nihilominus dicendum.*

§. III.

Pœnitentia vt sacramentum, quoad formam, & eius effectum.

D. Thom. dist. 18. q. 1. art. 3. q. 2. ad 4. Durand. q. 2. Soto q. 4. ar. 3. Paluda. dist. 19 q. 1.

1 FOrma sacramenti pœnitentiæ etiam super peccata remissa prolata habet effectū: quia sacramentum dat effectū infallibiliter non ponētibus obicē, sed homo ille non ponit obicē, vt supponitur, ergo, &c. effectus autē huiusmodi formæ, est remissio peccati facta per gratię infusionem, & satisfactionem animę, quem habet semper absolutio rite data, & remoto obice suscipiētis, & ideo forma talis habet hunc verum sensum, *Ego tibi confero gratiam remissiuā peccati quantum est ex se. Tomo 4. disp. 18. sect. 1. §. Sed vrgetur, & sequenti.*

Est Theol. in 4. cum Mag. dist. 14. D. Tho. q.

2 Forma huius sacramenti sunt verba sacerdotis, est doctrina Conc. Florent. & Trident. & omnium Theologorū communis. *Tomo 4. disp. 18. sect. 3. §. Quoniā nunc.* Item est de essentia vt forma proprio verbo, & voce proferatur, vt constat ex Cōc. *Florent. in decret. Eug.* vbi genera tim docet sacramenta nouæ legis constare verbis. Idē constat *ex Conc. Trid. sess. 14. cap. 3.* quia Christus illud instituit proferē do illa verba, *Quorū remiseritis peccata, remittūtur eis, &c. Tomo 4. disp. 19. sect. 1. §. Nihilominus certum, & seqq.* 84. *ad 3. Caiet. vera confes. cōd.* 11.

3 Non est certa forma ad retinenda peccata, sicut est determinata ad illa soluenda. Ratio est, quia ad culpæ detētionem, nulla est necessaria positiua forma, sed sola negatio absolutionis, non enim detinetur peccatum per actionem positiuam, sed per carentiā actionis. *Tomo 4. disp. 19. sect. 1. §. Sed aliquis forte.*

4 Essentialis forma huius sacramenti, sunt illa verba: *Absoluo te*, quia in his duobus verbis consummatur significatio huius formę, & effectus eius. *Tomo 4. disp. 19. sect. 1. §. Concludendum igitur.* Reliqua verba antecedē tia, & subsequētia absolutionē non sunt necessaria. ff. *Ab omnib⁹ peccatis tuis.* Inuocatio Trinitatis: *In nomine Patris, & filij, &c.* Passio Dñi nostri, *&c.* vt omnes cōsentiunt, licet laudabiliter adiungantur, vt Conc. Trident. dicit. Idem dicēdum de illis, v. g. *Misereatur tui, &c.* deinde nec illa particula, *ego*, est essentialis, cum includatur intrinsece in verbo, *absoluo*: vnde nec sunt de præcepto riguroso, quare licet omittantur, non erit peccatum *D. Ant. 3. p. tit. 17. c. 21. §. 1. Caiet. verbo absolutio. Sylues. verb. Absolutio. n. 6 q. 4. Naua. pœnit. dist. 6 c. 1. n. 9. & in c. 26. nu. 2.*

graue,

graue, imo nec etiam vllum, si ex quacunque rationabili causa omissio fiat. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 1. §. *Circa tertium, & seqq.*

D. Thom. opusc. 22. *& q.* 84. *art.* 3.

5 Prædicta verba indicatiui sunt optima, & cõueniẽtissima ad hanc formam significãdam, est omnino certa, tũ ex traditione, & vsu Ecclesiæ totius; tũ ex Conc. Florent. & Trid. cui addi potest *Conc. Maguntinũ cap.* 4. *& definitio Leon* 10 *in cõdemnatione articuli* 11. *&* 11. *Lutheri. Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 1. §. *Dicendũ vero est.*

6 Patres aliquando vocant hanc essentialem formam, supplicationem sacerdotis, ab aliquo accidẽtali ritu, vt patet ex manus impositione; quia sacerdos non exercet munus suum, sine aliqua deprecatione, & ideo totum hoc ministeriũ nomine orationis, & deprecationis appellant. Item, vt induceret ipsos esse mediatores & intercessores inter Deum & homines, quod est proprium officium sacerdotis. *Tomo* 4. *disp.* 19 *sect.* 1. §. *Denique ad Leonem.*

7 Illa duo verba ſſ. *Absoluo te*, formaliter sumpta, sunt essentialia, aptissima, & omnino necessaria: quia vtrumque verbũ est necessarium ad significandũ effectum huius sacramẽti. Item materialia sunt de necessitate præcepti propter vniuersalem consuetudinem, & vsum Ecclesiæ, doctrinamque Conciliorũ: vnde in præsenti materia, mutatio talium verborum, nunquam potest fieri moraliter sine peccato; quia nulla potest dari causa rationabilis ad illam faciendã. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 1. §. *Dicẽdum ergo est.* Materialis vero mutatio, retẽto sensu formali, non est contra substantiam formæ; nam synonyma, & æquipollentia, possunt sufficere, in quo obserua regulas generales ꝺ sacramentis. An vero sit valida forma data per modum impetrationis, vt v.g. si quis dicat. *Absoluat te Christus*, aut *absoluatur seruꝰ Christi.* Respõde negatiue: quia forma deprecatiua repugnat cũ forma iudicij, de essentia autẽ est, vt fiat hoc sacramẽtum per modum iudicij, ergo, &c. *Ibidẽ.* §. *Circa hoc vero.*

D. Thom. opusc. 22. *c.* 1. *&* 2. *Naua. c.* 1. *de pœnit. d.* 6. *n.* 9.

8 Tam determinata verba requiruntur in hac forma, sicut in Eucharistia & baptismo, vt constat ex generali doctrina de sacram. in gen. quia illa forma est essentialis, vt cõstat ex Cõc. Flor. & Trid. ergo verba eius sunt tam necessaria, ac determinata, sicut in Baptismo, & Eucharistia, saltem quoad formalẽ sensum. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 1. §. *Circa quartum punctum.*

Caie. q. 84 *art.* 3. *Soto d.* 14. *q.* 2. *art.* 3.

9 Sensus verborum, *Ego te absoluo*, est absolutionis sacramentum tibi impẽdo, qui sensus est verus in quocũque casu, in quo verum fit sacramẽtum, siue ponatur obex effectui, siue non; & quamuis iam sint plenè remissa peccata, solum tamen erit forma falsa, quando sacramentum fuerit

fuerit nullum: quod nullum est inconueniens: nam potius propter hanc causam nullum est sacramẽtum. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Superest vltima.*

10 Forma huius sacramenti, non potest in ordine ad personam absentem valide proferri. Ratio est, quia in rigore verba formæ proferuntur in personã præsentem: quod confirmat vsus, & traditio Ecclesiæ: & contrariam opinionem damnauit, ad minus vt falsam, temerariã, ac scandalosam Clemens VIII. & prohibuit, quod nec in publicis, nec in priuatis lectionib⁹ concionibus, & cõgressibus doceatur, ne ve vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, de quo iã supra *verb. Absolutio.* §. 1. *cõcl.* 4. *Tomo* 4. *disp.* 19 *sect.* 3 §. *Hanc igitur posteriorẽ, & seqq.*

Clemẽs 8.

11 Non potest sacerdos alteri committere, vt nomine suo, in præsentia pœnitentis, verba absolutionis proferat, quia actio sacramentalis, præsertim illa, quæ est à ministro consecrato, & specialiter deputato ad illam præstandam, est actio mere personalis, & non delegabilis. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 3. §. *Dicere quis posset.*

13 Ad veritatem formæ requiritur actualis significatio. Ratio est, quia talis forma per se requirit actualem efficaciã gratiæ, & hanc significat, per se etiam loquendo, ex vi verbi, *Absolue*, ergo ex se requirit materiam proportionatam, ad veritatem talis verbi, & significationis. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 4. §. *Nec sufficit.*

13 Remissio peccatorum actualium post baptismum commissorum, est directus effectus huius formæ quod supponitur; est enim certum. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Vt ergo verum sensum.* Gratia autem sanctificans datur etiam, quando confessio est tantum venialium: quia per nullum sacramentum remittitur veniale peccatum, nisi media infusione gratiæ. *Ibidem* §. *Hinc etiam fit.*

14 Forma hæc habet omnes effectus, quos contritio habet, vt latè probat noster Doctor. *Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Ex hoc autem.* At vero per eã non semper remittitur tota pœna temporalis, nõ enim fuit expediẽs, vt peccata post baptismũ commissa, tanta facilitate, & sine iusta vindicta remitterentur, vt *Concil. Triden. sess.* 14. *cap.* 8. Sed remittitur iuxta dispositionem pœnitentis, seruata lege iustitiæ, à Deo statuta: quia dispositio pœnitentis non est sufficiens ad totum effectum. *Ibidẽ.* §. *Atque eadem.* Vnde si reatus sit inæqualis, potest vnus remitti totus, & non alter, licet æqualis sit dispositio. *Ibidem.* §. *Sed instabit aliquis.*

15 Non existente obice, ex

vi

vi huius formę gratia remissiua peccati semper datur: quia quã tum est ex se, nõ ita absolutè significat collationẽ gratiæ, quin implicitè inuoluat hanc conditionẽ, *Nisi obicẽ suscipiens ponat.* Remissio autem culpæ solum quando non supponitur facta, quia non semper actualiter remittitur, sed subintellecta alia conditione. ff. *Si in homine sit peccatum, cuius remissio desideratur.* Item remissio pęnę æternæ per hanc formã, non per se, sed consecutiuè ad remissionem culpæ tollitur; vnde necesse est, vt includat ad minus eandem conditionem, quã includit remissio culpæ. ff. *Si in homine sit talis reatus, qui remittatur. Tomo* 4. *disp.* 19. *sect.* 2. §. *Ex his, & seqq.*

Vide Richard. in 4. *d.* 16. *ar.* 1. *q*2. *Nauar. de pœnit. dist.* 6. *ca.* 1. *nu.* 16. *Cordu. li.* 1. *quæst. q.* 1.

§. III.

Pœnitentia vt sacramentum, quoad materiam proximam, & remotam.

1 ACtus pœnitẽtis, quasi materia sacramenti pœnitentiæ dicuntur, non quod non sint propria materia sacramentalis, sed quia hæc materia non est ex aliquo elemento, seu corpore sensibili, sicut est in alijs sacramẽtis. *Tomo* 4. *disp.* 18. *sect.* 2. §. *Nec refert quod.*

2 Materia ex qua conficitur hoc sacramentum. ff. Confessio, est pars essentialis huius sacramenti: quod est de fide, ex Conc. Trid. & traditione Ecclesiæ, quod nullus Catholicus negare potest. *Tomo* 4. *disp.* 18. *sect.* 2. §. *Quapropter.* & §. *Secundo sequitur.*

3 Tres sunt partes materiæ proximæ sacramenti pœnitentiæ. ff. Confessio, Contritio, & Satisfactio, quod probat communis consensus Doctorum, & approbatio Concil. Florent. & Trid. & alia, quæ affert Doctor noster. *Tomo* 4. *disp.* 18 *sect.* 3. §. *Vera tamen sententia, & seqq.* Vn de cõfessio est pars essentialis, & cõtritio dũ per confessionẽ, & signa externa fit sensibilis, in quo nulla est cõtrouersia. *Ibidẽ* §. *de Contritione.* Satisfactio vero est tantum pars integralis, seu materialis, quatenus ad integritatem iudicij pertinet pęna inflicta reo in vindictam delicti. *Ibidem* §. *Iã vero, de satisfactione.* Præter autem has partes, nulla est alia in hoc sacramẽto, vt patet. *Ibidem.* §. *Sed quæret aliquis.*

D. Thom. q. 84. *ar.* 2. *& q.* 90. *D. Ant.* 3. *p. tit.* 14. *c.* 17. §. 6. *Leo X. in Bulla contra Luthe. art.* 15. *& alij.*

4 Materia remota sacramenti pœnitẽtiæ, est actus exterior; nam cum sacramentum sit signum sensibile, necesse est, vt cõsistat in exteriori actu, quia potẽs interior nõ obijcitur sensibus, non tamen excludit interioré, nam etiã contritio est pars huius sacramenti. *Tomo* 4. *disp.* 1. *sect.* 2. §. *Vnde fit.*

5 Peccatum actuale post baptismum commissum, est materia remota huius sacramẽti. Est com-

D. Thom. communis omnium. Sed pec-
q.84.ar.2 catũ originale non pertinet ad
Petr. Sot. hanc materiam, quia hoc sacra-
lect.2. & mentum non est institutum ad
3.de pœni. tollẽdum illud, nec actuale an-
Sot. d.14. te baptismũ commissum, quia
q.1.art.2. per se tollitur per baptismum,
& sic nõ ordinatur ad illud tol-
lendum. *Tomo* 4. *disp.* 18. *sect.* 1.
§. *Veruntamẽ peccator, & sequẽti.*

6 Peccatum mortale est ma-
teria necessaria, quia tolli non
potest sine hoc sacramẽto. Ve-
niale verò est tantum sufficiens
materia, vt patet *ex Conc. Tridẽ.*
Leo. X. in *sess.* 14. *cap.* 5. *can.* 7. Non dicitur
Bull. cõtra autem veniale necessaria, quia
Luther. potest tolli multis alijs modis,
sine ordine ad hoc sacramentũ.
Tomo 4. *disp.* 18. *sect.* 1. §. *Secundo*
dicendum est, & sequenti.

7 Peccata remissa in alia con
fessione, non sunt materia ne-
cessaria: est omnium consensus,
sunt tamen sufficiens materia,
etiam per se sola, si quis velit
illa iterum confiteri, vt patet *ex*
Caiet. to. 1 *Extrauag.* 1. *de priuileg.* Nã Chri-
opusc. tract. stus concedens hanc potestatẽ,
5. de cõfes. non limitauit illã ad vnũ actum
q. 4. remissionis. *Tomo* 4. *disp.* 18. *sect.*
1. §. *Vltimo, locum.*

8 Supra eandem materiam
remotam forma sacramentalis
sæpius cadere potest, quia licet
peccatum sit idem, tamen con-
fessio, & accusatio est diuersa, si
cut in eadẽ numero à qua pos-
sunt fieri plurima baptismata.
Tomo 4. *disp.* 18. *sect.* 2. §. *Sed con-*
tra primo. At verò supra eãdem
materiam proximã, non potest
iterari absolutio, sicut non po-
test hostia consecrata iterũ con
secrari, nisi sint plures formæ
per modum vnius; sicut in simi-
li constat de Eucharistia, & Ba-
ptismo. *Ibidem.*

9 Peccatum quoad culpam
est materia sine qua hoc sacra-
mentum confici nequit; quia
nemo potest sacramẽtaliter ab-
solui, nisi prius confiteatur, nã
ad hanc remittendam est data
hæc potestas, quod vsus Eccle-
siæ confirmat. *Tomo* 4. *disp.* 18.
sect. 1. §. *Vltimo addendum.*

10 Semper adhibenda est ma
teria certa, si fieri possit, & ad-
iungenda in gradu suo: quia o-
portet vt sit sacramentum vali-
dum, cum humana certitudine,
si fieri possit. At vero, si nulla
certa materia adhibere potest,
tunc relinquitur prudentis viri
arbitrio, vt iuxta materiæ neces
sitatem, & periculum, & dubij
probabilitatem, sacramentum
conficiat, absoluendo sub con-
ditione saltẽ concepta, vt con-
stat ex generali doctrina de sa-
cramentis. *Tomo* 4. *disp.* 18. *sect.*
1. §. *Dubitari tamen.*

§. V.

Pœnitẽtia vt sacramentũ quoad effectum.

1 HOc sacramentũ caus-
sat gratiam ex ope-
re operato, vt causa
efficiens, vt aperte
constat: in quo differt à pœni-
ten-

tentia, quatenus virtus, quia est tantum causa disponens. *Tomo 4. disp. 1. sect. 2. §. Ex eadem etiam.* Item per secundam absolutionem tollitur aliquid pœnæ temporalis ex priori confessione relictæ, iuxta dispositionem pœnitentis: & aliquando tota, nullum enim datur inconueniens: quia licet prior absolutio semper maneat rata, posterior nunquam derogat illi, sed vnaquæq. habere potest suũ effectum, iuxta dispositionem recipientis. *Ibidem. disp. 18. sect. 1. §. Respondetur ergo.*

2 Effectus huius sacramenti tribuitur præcipuè ministro, licet pœnitentis actus habeat effectum sacramentalem: quia est minister solus sacerdos, cui talis potestas data est remittendi peccata, & absolutè confert sacramenta, & quamuis actus pœnitentis concurrant ad gratiam, est quatenus coniungũtur cum forma, quæ est actus ministri, & ab illa quasi eleuãtur ad talem effectum. *Tomo 4. disp. 18. sect. 2. §. Alterum notandum.*

3 Sola voluntas recipiendi sacramentum pœnitẽtiæ, non sufficit ad eius effectum, vt constat *ex Conc. Trid. sess. 6. cap. 7. & sess.* *Cõc. Trid.* *14. cap. 4.* dũ requirit ad remissionem peccati propriũ dolorem pœnitentis, etiam cum hoc sacramẽto. *Tomo 4. disp. 20. sect. 1. §. Hæc vero sententia.*

4 Potest quis nec iustificari, nec de nouo peccare in receptione huius sacramenti: quia potest carere attritione alicui⁹ peccati ex naturali obliuione, vel potest inuincibiliter ignorare motiuũ suę attritionis, & existimare esse aliud, quã vere sit, vel esse sufficiens, quod reuera non est: tũc enim non peccabit de nouo propter ignorantiam inuincibilẽ, nec iustificabitur, vt probat late noster Doctor. *To. 4. disp. 20. sect. 2. §. Atq. hinc.*

5 Sacramentũ pœnitentiæ validum, & informe (vt probabilius iudicat noster Doctor) habet effectũ recedente fictione: quia nullum mortale peccatum post baptismũ commissum remittitur, nisi per sacramentum pœnitẽtiæ in re, vel in voto susceptum. Ergo peccata confessa in cõfessione informi, debẽt per se remitti per aliquod sacramentum pœnitẽtiæ, & non per aliud, quã per ipsummet, quod fuit informe. Potest enim homo habere formale propositũ, nunquã iterum confitendi illa peccata: ergo cõsequitur ipsam remissionẽ ratione ipsiusmet sacramenti, quod fuit informe. Tamen ad tollendam talem fictionem, sufficit, vt est certum, contritio, vel legitima confessio peccati obliti, vel attritio, si postea nullum peccatum mortale commissum sit, quia tunc eadẽ dispositio quæ sufficeret cum sacramento præsenti, sufficit cum sacramẽto iã susceptο, deficiente nouo obice. Secus dicen-

dicendũ si postea fuit commissum peccatum mortale, quia sacramentum prius susceptum, non potest habere efficaciã circa peccatum postea commissum; vel si posset dari confessio informis, in qua pœnitens peccaret mortaliter, suscipiendo hoc sacramẽtum: quia illud peccatum est materia alterius cõfessionis. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 5. §. *Contraria tamen sententia, & seqq. & Tomo* 3. *disp.* 28. *sect.* 6. §. *Tertio de Sacramento.*

§. VI.

Pœnitẽtia vt sacramentũ quoad dispositionem ad valorem, & effectum.

Vide Durand. in 4. *d.* 21. *q.* 3. *ar.* 1. *Rich. art.* 4. *q.* 4.

1 DE necessitate huius sacramẽti est voluntas confitẽdi peccata in hoc sacramẽto, & obtinendi absolutionem eorum: conueniunt omnes. Quia hoc sacramentũ recipi non potest, nisi ab homine adulto, in omni autem suscipiente sacramentum, si vsum rationis habeat, requiritur voluntas, seu intentio recipiẽdi sacramentũ: ergo, &c. Non tamẽ impeditur per errorem circa personã Cõfessoris, nisi pœnitẽs habeat intentionem excludentẽ omnem aliam, vt patet. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 3. §. *Primo statuendũ, & seqq.*

2 Hæc voluntas non requiritur vt pars sacramenti, sed vt necessaria cõditio ex parte subiecti, nam intentio dãdi, vel recipiendi sacramentum, non est pars eius: licet sit de necessitate illius. *Tomo* 4. *disp.* 70. *sect.* 3. §. *Primo statuendum.* Nec impedit, quod sit peccaminosa venialiter, & non excludens sufficientem attritionem peccatorum mortaliũ, quia nihil essentiale tollit. *Ibidem.* §. *At vero voluntas.* Sec' si mortaliter sit peccaminosa, tunc enim repugnat valori huius sacramenti. *Ibidem.* §. *Solet autem, & sequenti.* *Sot. d.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *Nauar. in Sum. c.* 21. *nu.* 40.

S Formalis dolor requiritur ad effectum huius sacramenti, nec sufficit displicentia negatiua, quia si illa displicentia sit efficax, non erit sola, sed secum affert doloré de peccato, si vero sola sit, nõ sufficit quædã velleitas ad mutandam voluntatem, & consequenter ad veram pœnitentiam. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 1. § *Quorundam sentẽtia, & sequẽti.*

4 Attritio integra est sufficiens dispositio ad effectum huius sacramẽti, quãuis cognita, & neque reputata cõtritio, quod est hoc tempore certũ. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 1. §. *Dico tertio.* Requiritur tamen primo, quod sit vera, & in re existẽs: vnde si aliquis sine attritione recipiat hoc sacramentum, etiam cum quacunque ignorantia inuincibili, excusabitur quidem à noua culpa, non tamen consequetur effectum. *Ibidem, sect.* 2. §. *Hæc vero.* Secundo requiritur, vt sit *Palud. d.* 17. *q.* 1. *ar.* 5. *Nauar. in Sum. c.* 21. *n.* 1. & *c.* 1. *nu.* 4. *Cõc. Trid.*

supernaturalis, iuxta *Concil. Trident. sess.* 14. *cap.* 4. *& sess.* 6. & alibi sæpe. *Ibidem.* §. *Nihilominus tamen certum, & seqq.* Tertio requiritur quod sit vniuersalis de omnibus peccatis mortalibus non remissis, saltem per se loquendo, quia vnum peccatũ non potest sine alio remitti. *Ibidẽ.* §. *Circa tertiũ.* Quarto requiritur, vt sit etiam de peccatis in confessione oblitis etiam inuincibiliter, quia aliàs talis attritio non est integra, qualis ad hominis iustificationem necessaria est. *Ibidem.* §. *Secundum dubium.* Nota tamen deniq; quod attritio existimata non sufficit, vt ostenditur communiter à Doctoribus. *Ibidem sect.* 4. §. *Tertio probandum.*

5 Hoc sacramẽtum non facit de attritione contritionem, sed de attrito contritum, probatur *ex Conc. Trid. sess.* 14. *cap.* 4. quod est adeo verum, & certum, vt sine errore negari non possit. *Tomo* 4. *disp.* 20. *sect.* 1. §. *Dico ergo primo.* Conferendo gratiam sine mutatione interni doloris, vt probant multa decreta relata 26. quæst. 6. quod est ita certum, vt contrarium nõ sit probabile. *Ibidem.* §. *Dico secundo, & seqq.*

§. VII.

Pœnitentia vt sacramentum quoad necessitatem, & præceptum.

1 Pœnitentiæ sacramentum ex se non est necessarium ad remissionem peccati mortalis, licet sit vtile, at vero mediũ est necessarium ad remissionẽ peccati mortalis post baptismum commissi, etiam quoad culpã: insinuatur *in Conc. Constãtien. sess.* 8. *& 15. & in Conc. Trid. diffinitur sess.* 14. *can.* 6. *Tomo* 4. *disp.* 17. *sect.* 2. §. *Nihilominus, & seqq. & sect.* 3. §. *Hæc sententia sumitur.*

2 Hæc necessitas huius sacramenti, non est sacramenti in re suscepti, sed in re, vel in voto: *vide Castr. verb. conita* definitur in *Conc. Trid. sess. fes.* 6. *cap.* 14. *& sess.* 14. *cap.* 4. quia verę conuersioni in Deum per contritionem promissa est remissio peccati, & cum statim sacramentum adhiberi non possit, propositum eius sufficit, quia apud Deum voluntas pro facto reputatur. *Tomo* 4. *disp.* 17. *sect.* 3. §. *Vera ergo responsio.*

3 Per contritionem remittuntur peccata, non sine hoc sacramento saltem in voto, vnde semper manent obnoxia huic iudicio, & ideo neque cõsequitur talis remissio sine ordine ad illud, neque omnino illa manẽt soluta, quia licet à culpa maneat libera persona coram Deo; tamen semper manet obligata sistere in hoc tribunali, vt sententiam absolutionis, aut retẽtionis peccatorum in illo audiat. *Tomo* 4 *disp.* 17. *sect.* 2. §. *Ad primam* *Magist. in 4. dist.* 17. *q.* 86. *ar.* 2. *Gabr. dist.* 14. *q.* 2. *ar.* 2. *& alibi*

mam obiectionem. Vnde peccatũ remitti in ordine ad sacramentum pœnitentiæ, & remitti in ordine ad confessionem, tanquam medium per se institutũ ad hunc effectum. *Ibidem sect.* 3. §. *Dico ergo, & seqq.*

Soto dist. 14. *q.* 1. *ar* 5. *& dist.* 17. *q.* 2. *ar.* 1. *Nauar. in Sum. ca.* 1. *nu.* 15. *& alij.*

4 Votum implicitum huius sacramẽti cum contritione, vel amore sufficit ad peccati remissionem, quia nullum est fundamentum ad requirendum positum explicitum, nec potest ostendi præceptum de hac re, neque ex scriptura, neque ex aliqua traditione. *Tomo* 4. *disp.* 17. *sect.* 3. §. *Contraria nihilominus.*

5 Potest Ecclesia absolute præcipere vsum sacramenti, ita vt qui non habet peccatũ mortale, teneatur confiteri, quia in eo præcepto nihil est alienum ab institutione huius sacramenti; neque continet aliquid adeò difficile, vt excedat materiã præcepti, sed est quoddam opus religionis, quod à fidelibus frequenter, & facile exercetur, & in aliqua occasione potest prudẽter iudicari valde conueniẽs ad placandum Deum in communi, v. g. si detur publica necessitas, vel alius similis finis, cur ergo non poterit Ecclesiasticus iudex, siue prælatus, & præsertim Summus Pontifex illud præcipere? *Tomo* 4. *disp.* 22. *sect.* 8. §. *Dico vero vltimo, & sequentibus.*

Pœnitens.

D. Thom. dist. 19. *q.* 1. *arti.* 3. *Petr. Sot. lect.* 5. *de confes. Victoria in Sũ. n.* 156. *& alij.*

1 Pœnitens in mortis articulo potest etiam ab hæretico, aut degradato sacramẽtum postulare, quia petit rem, quam illi possunt licite dare, etiam si id fortasse facturi non sint sed indigne sunt administraturi, hoc enim non imputabitur pœnitenti, sed ipsis, vt constat ex generalibus regulis de scandalo. Imo tenetur confiteri tali ministro per se loquẽdo, obligatur enim ex præcepto diuino, quod potest commode implere, ergo tenetur, quæ iurisdictio est ab Ecclesia concessa, & non à iure diuino in illo articulo, vnde infertur esse delegatã, vt alibi iã diximus. *Tomo* 4. *disp.* 26. *sect.* 4. §. *Hinc vero occurrebat, & seqq.*

Nauar. in Sum. c. 26. *nu.* 31. *& cap.* 27. *n.* 271. *Sylu. confes.* 1. *q.* 6. *& inter dictum* 5. *q.* 7. *& alij*

2 Quando in articulo, seu morali periculo mortis adest parochus, vel alius habens iurisdictionem, non potest sacerdos simplex absoluere pœnitentem, quia iam non est articulus necessitatis cõparatione illius, vt per se constat. Item si adest sacerdos approbat⁹ qui possit, & velit etiamsi alioqui iurisdictionem non habeat, v. g. parochus alienus nõ potest non expositus audire confessionem in casu necessitatis. Item si adsit sacerdos excõmunicatus vitãdus, seu suspẽsus, aut pręcisus, nõ potest absoluere in simili casu necessitatis, si adsit simplex sacer-

dos toleratus, etiã non habens iurisdictionem, quia sunt per Ecclesiam priuati omnino hoc ministerio generaliter, & consequenter sine exceptione, nisi in casu necessitatis extremæ, iã vero ille casus non est huiusmodi, ergo, &c. *Tomo 4. disp. 76. sect. 4. §. Secundo explicandum.*

Pœnitentia publica, & solemnis.

Aug. epist. 53. & 54. & alij.

1 Pœnitentia solemnis semel tantum fieri permittebatur, vt constat ex multis decretis *de pœnit. dist. 4.* vel ad maiorem terrorem, & vt non contemneretur, vel forte, ne alijs esset scandalum, si sæpius talem pœnitentiã aliquis ageret. *Tomo 4. disp. 8. sect. 1. §. Solum obijci potest.*

6. Synodus

2 Pœnitentia solemnis non imponebatur pro quibuscunq; criminibus, sed tantum pro grauioribus; nec pro occultis, sed tantum pro publicis, vt sumitur *ex 6. Synodo can. vlt.* & imponebatur ad satisfactionem Ecclesiæ, & ad reparanda scandala, & ad exemplum aliorum, ne talia crimina auderẽt committere, &c. *Tomo 4. disp. 49. sect. 2. §. Venio ad alium modum.*

Maiol. lib. 3. deirreg. c. 2. & 3. & lib. 2. c. 2.

3 Pœnitentia publica est illa, quæ publice coram hominibus fit: solẽnis vero dicebatur illa, quæ olim speciali ritu fiebat in Ecclesia; per publicam non contrahitur irregularitas, nullo enim iure lata inuenitur. At vero per solemnem contrahitur, vt habetur *in cap. Illud, dist. 50.* & alibi. *Tomo 5. disp. 42. sect. 2. §. Tertio sacramentum, & seqq.*

Professio.

1 Actus intromittendi aliquẽ in possessionẽ ab excommunicato factus, est nullus, quando necesse est aliquem actum iurisdictionis exercere, vt v.g. quando iudex ecclesiasticus potestate sua vtitur ad mittendum aliquem in possessionẽ, etiã si sit merus executor, potestatem iurisdictionis habẽs, quia excommunicatus est suspensus ab omni vsu iurisdictionis: secus dicẽdũ de collatione possessionis, quantum ad merum actum recipiendi, vel constituẽdi aliquem in possessionem sui officij, aut beneficij, quod per collationẽ, electionem, seu confirmationẽ, iam quoad totum ius, & dominium obtinuerat, quia per talẽ possessionẽ non datur aliquod ius, sed solũ datur alicui, quod suum est. *Tomo 5. disp. 14. sect. 2. §. Dubitari vero.* Item excommunicatus nõ potest accipere possessionem sui beneficij, quia est suspensus ab omni vsu illius, & priuatus ab omnibus fructibus eius, ergo etiam à possessione capienda. *Ibidem. §. Dices ergo.*

Abbas in c. fraternitas, de test. nu. 9.

Potestas Ecclesiastica.

1 In Ecclesia est potestas iu-

iurisdictionis in foro exteriori, seu contentioso à Christo Domino concessa, omnibus Apostolis immediate, & Ecclesiæ; quod est de fide, vt constat *ex Matth. cap. 16. Quodcunq; ligaueritis super terram, &c. & Ioan. 20. & Matth. 18.* Quæ potestas etiam extensa fuit ad D. Thom. qui tunc erat absens, propter suam potestatem excellentiæ. Item est potestas in Ecclesia ad censuras instituendas, atque ferendas, de fide etiam est, vt constat ex eisdem locis citatis. *Tomo 5. disp. 1. sect. 2. §. Lutherani, cum multis, & seqq.*

Est communior sententia Scholasticorum in 4. dist. 18.

2 Potestas constituendi, ac ferendi censuras primario, ac per se, solum est penes Summum Pontificem. Item potest esse in alijs potestas ferendi censuras, vel ex proprio officio, vt ordinaria, per collationem beneficij Ecclesiastici muneris, cui sit annexa talis potestas, vel vt delegata. Vtrumque confirmat vsus Ecclesiæ. Ordinaria etiam competit omnibus Episcopis habentibus proprios Episcopatus, vt tradit *Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. de reform. & sess. 14. cap. 4. de reform.* Item competit interdum inferioribus clericis, *ex cap. Nemo Episcop. 11. q. 3.* Item dicitur de Plebano *in cap. Cum ab Ecclesiarum de offic. Ord. & de priore in c. Cum Ecclesiis, de maior. & obedient.* Item in particulari competit legato à latere Pontificis, *ex cap. Legatus de officio leg. in 6.* Item competit Vicario Episcopi ex communi sententia Doctorum, cum Gloss. *in cap. Licet, de offic. Vicar.* Idem dicendum de Vicario Archiepiscopi, cuius tamen potestas limitata est, *per cap. 1. de offic. ordin. §. vlt.* Ne extendatur ad Episcopum suffraganeum, saltem dum Archiepiscopus in sua diœcesi adest, vel non longè abest. Item competit Vicario electo à capitulo sede vacante, iuxta *decret. Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de reforma.* Item competit capitulo sede vacante, *ex cap. Cum olim, de maior. & obedient. & cap. vnic. de maior. in 6.* Item competit Cardinalibus in proprijs Ecclesijs, in quibus suos titulos habet, *ex cap. his, quæ de maior. & obedient.* Item competit superioribus Religionum, *ex cap. Cum in Ecclesiis, de maior. & obedient.* Item competit multis Abbatibus, Archidiaconibus, & Archipresbyteribus, *ex cap. Veniens, cum Gloss. de eo, qui Or. fur. suf.* Item denique Concilijs generalibus, Prouincialibus, vel Synodalibus, & Capitulo Ecclesiæ, & regularium congregationibus legitimis, & ab Ecclesia approbatis. Quæ potestas interdum potest haberi consuetudine, aut præscriptione, *ex cap. Dudum. 2. vers. sed cum in iure de lect.* At verò non potest quis hanc consuetudine habere, nisi supponitur habere subditos, in quos possit tales actus exercere, ex *cap. Romana, de sentent. excommun. in 6.*

& cap. Cum olim. & cap. Auditis, de præscription. Vide etiam *cap. Cum contingat, de reform. comp. & cap. 1. eod. tit. in 6.* Sed consuetudo ferendi vnam censuram, nō sufficit ad ferēdas omnes, vt solet probari *ex cap. Cum olim, de præscript.* quia hęc potestas non est indiuisibilis, vt acquisita vna acquiratur alia specie diuersa. *Tomo 5. disp. 2. sect. 2. per totam.*

3 Iurisdictio, & potestas in foro contentioso, de arbitrio concedētis potest delegari tantum homini viatori; quia neque Angelus, neque Beatus, neque extra viam, est capax ecclesiasti cæ iurisdictionis, habenti vsum rationis: quia qui caret illo, nec potest iudicium ferre, nec punire. Non fœminæ, sed viro; quia fœmina est incapax spiritualis iurisdictionis; Presbytero ex congruentia, quia solus ille secūdum ordinarium vsum Ecclesiæ censetur capax, iuxta *cap. 2. de Iud. & cap. Ecclesia, de constitut.* licet de iure solum requiratur prima tonsura, vt omnes fatentur. At vero Summus Pontifex potest de potētia absoluta illam committere mero laico, cum hoc sit de iure positiuo. Denique potest delegare hominum congregationi, quia communitas ex se est capax iurisdictionis, quamuis constet clericis, & laicis, quia pars dignior trahit ad se minus dignā. *Tomo 5. disp. 2. sect. 3. §. Alius modus, & seqq.*

D. Thom. in 4. d. 25. q. 2. art. 1. Anto 3. p. tit. 16. ca. 7. §. 2. Nauar. in Sum. c. 27. n. 6. Coua. cap. Alma p. 1. & 11. nu. 2. Palud. in 4. d. 19. q. 2. ar. 1. & alij.

4 Potestas iurisdictionis est duplex, scilicet, interior, & exterior. Interior est illa, quæ ordinatur ad forum sacramentale, quod pertinet solum ad conscientiam, & internum bonum animarum. At vero exterior, est illa, quæ ordinatur ad gubernandam Ecclesiam in foro exteriori, per iudicia, pœnas, & cętera. *Tomo 5. disp. 1. sect. 2. §. Lutherani.*

5 Potestas Pontificia differt à potestate regia: quia fuit in Petro, & residet in Summo Pō tifice immediate à Christo Do mino, & non mediante aliquo homine: potestas vero Regia ducit originem ab ipsis hominibus. *Tomo 5. disp. 2. sect. 1. §. Nonnulli Doctores.*

Vide Extrauag. Vnam sanctā, de maiorat. & obedient.

Presbyter pœnitentiarius.

1 Munus presbyteri pœniten tiarij erat antiquitus, tantum peccata publica, in publicum proferre, vt de eis publica pœnitentia ageretur, & fortasse nō omnia, sed illa tantum, quæ maius scandalum generabant, iuxta *Concil. Carthag. 3. cap. 32.* Quod Nectarinus Constantinopolitanus abstulit, & consequenter abrogauit consuetudinem agendi hanc pœnitentiam in Ecclesia, quoniam illius occasione scādalum generabatur. *Tomo 4. disp. 17. sect. 2. §. Veristimilius ergo, & sequenti.*

Augustin. in Enchirid. cap. 65.

Præscriptio.

1 Bona à naufragantibus rapta, nulla præscriptione acquiruntur, aut consuetudine, vt patet ex verbis Bullę Cęnę, in quibus reuocatur quoduis priuilegium, aut cõsuetudo in contrarium, ita vt nullo prætextu, etiã possessionis longissimæ, aut immemorialis temporis, talis abusus excusari possit. At vero si talia bona, sana intentione, ac conscientia custodirentur, ne perirent, & facta fuerit omnis diligentia ad verum dominum inueniendum, non inuẽto, possunt distribui in hos, vel illos vsus, iam enim tunc est eadem ratio de his bonis, quam de alijs derelictis, seu perditis. *Tomo* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. §. *Tandem adduntur.*

Præceptum.

1 Præceptum generale non solũ præsentes promulgationi, sed etiam omnes præcepti capaces comprehendit, patet ex illis: *Nisi pœnitentiã egeritis, &c. Nisi qui renatus fuerit, &c. Nisi manducaueritis, &c.* quæ non tantum ad illos solos, qui præsentes aderant, quando Christus Dominꝰ ea protulit, sed ad omnes capaces talis præcepti. *Tomo* 3. *disp.* 40. *sect.* 2. §. *Et iuxta hanc expositionem.*

2 Quando determinatio affirmatiui præcepti est ad differendam obligationẽ, vsque ad certum tempus, illo transacto, obligat pro semper, vt patet ex præcepto confessionis, quia datur ratio frequentiæ sacramenti, & solum intenditur, vt licet confessio possit differi per annum, non tantum vltra differatur. Secus dicendum, quando determinatio est pro tali, vel tali tempore, vt est in præcepto ieiunij, orationis, & similium, quia tunc habetur specialis ratio temporis designati. *Tomo* 4. *disp.* 36. *sect.* 4. §. *Et ex his facile.*

Prælatus religionis.

1 Prælatus religionis potest prohibere suo subdito, ne confiteatur religioso habenti priuilegium audiendi confessiones à Papa, vel Episcopo, quia hoc ius non derogat conueniẽti ordini, & institutioni vniuscuiusque religionis. *Tomo* 4. *disp.* 26. *sect.* 1. §. *Ex his infertur.*

2 Prælatus religionis potest prȩcipere subdito, vt faciat opꝰ ad sacrificandum pro alio, vt probabilius iudicat noster Doctor, quia hoc est opus charitatis, ergo sicut potest superior prȩcipere inferiori, vt faciat eleemosynam, ita etiam vt faciat hoc suffragium, est enim quædam spiritualis eleemosyna. *Tomo* 4. *disp.* 55. *sect.* 5. §. *Nihilominꝰ probabilius.* Non tamẽ potest immediate applicare opus subditi

sine eius intentione, aut coope ratione; quia hoc modo vsus ab solutè manet sub dominio subditi, nam si nolit opus facere, infectum manet, quidquid alius præcipiat. *Ibidem.* §. *Hinc vero.* Vnde opus à subdito non applicatum, non potest, illo inscio, aut repugnãte, à superiore applicari; quia non habet po testatem immediatè in illud opus, sed solum in voluntatem, à qua prodit obligãdo illam. *Ibidem.*

Prima tonsura.

1 Prima tonsura, cæremonia sacra est, per quam incipit homo dicari cultui diuino, vnde aliquam confert sanctificationem, & significat eam, & tamen non est sacramentum: quia non significat gratiam. *Tomo* 3. *disp.* 1. *sect.* 2. §. *Dico tertio quasi in fine.*

Priuilegium.

1 Priuilegium iurisdictionis, &c. potest absque causa reuocari: quia tunc non est pæna, sed cessatio cuiusdam gratiæ, liberalitatis, aut delegationis, dependentis à voluntate donantis. *Tomo* 5. *disp.* 4. *sect.* 7. §. *Solum est obseruandum.* Et quando conceditur collegio, vt sic non comprehẽdit familiares, vt constat *ex cap. Licet, de priuilegijs. Ibidem disp.* 34. *sect.* 1. §. *Dixi autem per se.*

Cap. Licet.

Procurator.

1 Excommunicatus non potest Procuratorem agere: nam constat illud ministerium sine communicatione fieri non posse, exceptis tamen casibus necessitatis, in quibus licita est communicatio cum excommunicato. *Tomo* 5. *disp.* 16. *sect.* 7. §. *De procuratore, & sequenti.* Nec potest denuo constitui Procurator: quia hæc est quædam communicatio cum illo. At vero talis constitutio valida est, quoad negotia extra iudicialia; quia nullum ostendi potest ius, quod irritet talem actionem. Item quoad actus iudiciales, id est, ad lites, valida est, quia etiã non est ius ipsam irritans. Vnde actus huius Procuratoris sunt validi, dum non priuatur officio; quia veram potestatem habet. *Ibidem.* §. *Circa tertium, & sequentibus.*

Professio.

1 Professio facta in Religione sacram habet significationem, & aliquam sanctitatem; quia per eam singulari modo dicatur homo cultui diuino. At verò non est sacramẽtum, quia non significat gratiam, & veram animæ sanctitatem. *Tomo* 3. *disp.* 1. *sect.* 2. §. *Dico tertio, in fine.*

Pro-

Propoſitum ſatisfaciendi, obediendi, & non peccandi.

1 Propoſitũ ſatisfaciendi non eſt neceſſarium ad iuſtificationem, diſtinctum à propoſito ſeruandi mandata, eſt enim ſuperfluum multiplicare actus, præſertim ſub obligatione, & ſine fundamẽto. *Tomo* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 3. §. *Ex quibus facile.* At vero eſt res incerta, & non nimis neceſſaria vtrum in ipſo propoſito ſeruandi mandata implicite continuetur ipſum propoſitum ſatisfaciendi. *Ibidem.*

Vega libr. 13. in Triden. c. 22.

2 Propoſitũ obediendi confeſſori in his, quę præcipere poteſt, eſt neceſſarium ad ſacramẽtum pœnitentiæ, in tantum, in quantum continetur in vniuerſali propoſito ſeruandi omnia mandata; in his enim quæ confeſſor præcipere poteſt, tenetur pœnitens obedire, & conſequenter habere animum obediendi, & habere propoſitum ſeruandi hoc præceptum ſicut cætera. *Tomo* 4. *diſp.* 20. *ſect.* 4. §. *Vltimo expeditur.*

3 Propoſitum formale non peccãdi per ſe loquendo eſt neceſſarium ad remiſsionem peccati, quia vnus ex pręcipuis finibus pœnitentiæ eſt correctio, & emẽdatio vitæ præteritę: merito ergo præcipitur peccatori, vt voluntatem, & intentionem habeat expreſſam corrigendi, & ſeruandi mandata, &c. quod intellige quãdo ipſe amor Dei, non ita exercetur, vt ſatis formaliter contineat hoc propoſitum, vel quando reliquum eſt aliquod tempus præſentis vitę, nam ſi homo in ipſo mortis articulo pœnitentiam agat, tunc non eſt neceſſarium, quod de propoſito vitę futuræ ſollicitus ſit, etiam habẽdo illud ſub conditione, *ſi vixero*, quia tales actꝰ non ſunt neceſſarij ad ſalutem. *Tomo* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 3. §. *Hæc ſententia, & ſeqq.*

4 Propoſitum formale non peccãdi mortaliter, debet eſſe abſolutum ad remiſsionẽ peccati, & de ſe perpetuũ ratione obiecti, alioqui non excluderet voluntatẽ peccandi mortaliter omni tẽpore. Itẽ poteſt homo habere propoſitum abſolutũ non faciendi peccata venialia, quæ committuntur plena libertate, quia eſt poſsibile cum gratia Dei, licet non poſsit habere tale propoſitũ, ſine priuilegio ſpeciali Dei circa peccata venialia, quę dicũtur ex ſurreptione, ſeu imperfecta deliberata. *Tom.* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 3. §. *Sed obijcitur.*

5 Aliquando poteſt ſola deteſtatio peccati ſine propoſito formali, eſſe ſufficiens diſpoſitio ad gratiam, quod probatur ex facto Dauid 2. *Reg.* 12. Vbi propoſito ſibi peccato per prophetã Natham, ſolum protulit illa verba: *Peccaui domino*; & ſtatim iuſtificatus eſt, vbi nulla facta eſt mẽtio futuræ vitæ. *Tomo* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 3. §. *Dico ſecundo.*

Vide Chryſoſt. tom. 5. hom. 6. de pœnit.

6 Propositum absolutum for male non peccãdi venialiter, v. g. nõn dicere mendacium, est sufficiens dispositio ad eius remissionem, dummodo actus sit aliquo modo supernaturalis, tũ quia debet disponere ad actum supernaturalem, tum quia peccatum veniale aliquo modo lædit amicitiam supernaturalem. *Tomo 4. disp. 11 sect. 3. §. Superest vt dicamus, & §. Imo addendum censeo.*

7 Propositum saltem virtuale est de essentia sacramenti pœnitentiæ, quia efficax, & absoluta detestatio peccati est de essentia huius sacramenti, constat autem huiusmodi efficacẽ detestationem includere saltẽ virtuale propositum, neque simile committẽdi, quod in confessione mortalium debet esse formale per se loquendo, quia reuera tale propositum est necessarium ad habendam veram pœnitentiam de tali peccato. *Tomo 4. disp. 20 sect. 4. §. Dicendum vero.* At vero in confessione venialium non est tam necessariũ formale propositum, sicut formalis dolor, quia Concil. Trid. loquens de attritione non tantum expresse requirit formale propositum, sed solum dolorem illum, qui voluntatem peccandi excludat: prædictus autẽ dolor reuera excludit hanc voluntatem, cum includat virtuale propositum in contrarium. *Ibidem. §. Vltimo vero.*

Pupillus.

1 Pupillus potest communicare cum eius tutore excommunicato simpliciter, imo non tenetur vitare illum, si sub cura eius, & commensalis sit: si vero sit separatus, tunc solum in his, quę ad solũ munus tutoris pertinent, & sine quibus conueniẽter tale munus peragi non potest, quod constat ex omnibus dictis supra in particula, *Humile. Tomo 5. disp. 15. sect. 5. §. Atque ita censeo.*

§. 1.

Purgatorium quoad quæstionẽ an sit, vbi sit, & nominis significationem.

1 PVrgatorium dari post hanc vitam est de fide. *Cõc. Flor. Tomo 4. disp. 45. sect. 1. §. Nihilominus, & seqq. in literis vnionis, Tridẽ. sess. 6. can. 30. & decret. de purgat. & sess. 22. cap. 2. & can. 3.*

Est locus corporalis, vt omnes supponunt. *Ibidem sect. 2. §. De hoc loco.* Vnus, ac certus, quia sic conuenit prouidentiæ Dei, sub terra versus eius centrũ, & non vbi quis peccauit, vt quasi omnes affirmãt: quia peccata committuntur in varijs, ac distinctis locis, quis ergo credet animas singulas, per omnia illa loca deferri, vbi peccauerunt, vt ibi pœnas luant? *Ibidem. §. Nihilominus dicendum.*

De

2 De ordine, quem seruat purgatorium, ad alia loca inferni, non potest dari certum, ac determinatum iudicium, quia est res occulta, & non reuelata: tamen quod verisimilius iudicat noster Doctor, est quod hęc loca non sunt ita subordinata per circulos, vt non possit ad vnum, nisi per alium transiri, quia reputat inconueniens esse, quod ante Christi aduentum omnes damnatę animæ, & purgandæ transirent per limbũ sanctorum Patrum, & sic de alijs: tale autem, verisimile est, purgatorium esse vicinum inferno, tum propter conuenientiam in pæna sensus, & ignis, tum quia hoc spectat ad quandam maiorem afflictionem, & humiliationem purgãdorum. *Tomo* 4. *disp.* 45. *sect.* 2. §. *Inter has.*

3 Locus inferni, & purgatorij non distinguitur muris, per interiectã alicuius partis terræ molem, quod est probabile, nam ad distinctionem locorũ, satis est terminorũ præfinitio. De alijs vero duobus locis, vel inter se, vel cum alijs comparatis, facilius credi potest distingui muris, quia nullum habent commercium, nec est vlla necessitas vel congruitas, vt debeant aliter constitui. *Tomo* 4. *disp.* 45. *sect.* 2. §. *At vero.*

4 Sufficientia locorum inferiorum ex varijs animarum statibus colligitur, quædam enim omnino fælices sunt, & purissimæ, quæ super cælos collocantur: aliæ vero sunt omnino damnatæ propter peccata propria, pro quibus est infernus, simul cum dæmonibus: aliæ sunt propter peccatũ originale dãnatæ, quibus proprius locus debetur, & hic vocatur limbus: aliæ vero sunt iustæ, sed purgandæ: aliæ vero fuerunt aliquando iustæ, satisq; purgatæ quoad personalia, eo vero tempore, quo nondum erat aperta ianua cæli, non sunt autem plures status animarum; ergo nec receptacula earum. *Tomo* 4. *disp.* 45. *sect.* 2. §. *Tandem quoniam.*

5 Hoc nomen *Purgatorium*, significat purgationem aliquarum pænarum temporalium, donec plene satisfaciant animæ iustæ post separationem à corporibus. *Tomo* 4. *disp.* 45. *sect.* 1. §. *Nihilominus certa.*

§. II.

Purgatorium quoad ignem.

1 PVrgatorij ignis vere, & realiter, ac physice efficit cruciatum in animabus, seu spiritibus, non enim realiter pæna ignis dicitur, nisi quia ab igne, & per ignem fit. *Tomo* 4. *disp.* 46 *sect.* 2. §. *Primo ergo statuo.* Licet non per actionem præuiã connaturalem igni ipsi. *Ibidem.* §. *Contra*

Contra hæc vero,

2 Ignis agit in ſpiritus rem aliquam diſconuenientem, quæ ſit obiectum doloris, ſeu triſtitiæ, quia actus illi vitales fiunt à principio intrinſeco, id eſt ab ipſa anima, ab eius potẽtijs, nõ ergo ab igne, quia cauſa extrinſeca non influit phyſice in actũ immanẽtem, niſi forte per modum obiecti, media ſpecie, ignis autem non eſt obiectum talis doloris, ſeu triſtitiæ ſecundum ſe, ſi aliud malũ non operatur, vt per ſe notum apparet. *Tomo 4. diſp. 46. ſect. 2. §. Secundo aſſero.* Quæ res diſconueniẽs eſt poſitiua, quia realis actio non poteſt tẽdere directe, & per ſe ad ſolam priuationem. *Ibidem. §. Atque hinc.* Item debet eſſe diſconueniens ſpiritui, eique inhærens, quia alias non poſſet eſſe aliquod verum malum ſpiritus, qui cruciatur, & conſequẽter non poſſet eſſe verum obiectum doloris veri. *Ibidem. §. Neceſſarium.* Quę actio eſt qualitas, cum non ſit ſubſtantia, imo inhæreat ſubſtantiæ, & non ponatur in aliquo alio prædicamento, vt diſcurrenti patebit. *Ibidem. §. Vltimo ex his.* Quæ eſt ſpiritualis; credimus enim impoſsibile eſſe qualitatem corpoream vere inhærere, & afficere ſpiritum. *Ibidem. §. Denique quod.* Non ſupernaturalis, ſed præternaturalis. *Ibidem. §. Hæ rationes, & ſeqq.*

§. III.

Purgatorium quoad animas.

1 ANimæ purgatorij patiũtur maximam triſtitiam ex detentione beatitudinis, nam illa carentia, ſeu detentio reuera eſt magnum incommodum, & malum, & vt tale apprehenditur efficaciſsime ab illis animabus, quæ totis viribus diligunt Deũ. *Tomo 4. diſp. 46. ſect. 1. §. Supereſt.* Item omnes ſuſtinent eſſe in purgatorio propriam, ac peculiarem pœnam ſenſus, quod eſt receptum communi ſenſu, & approbatione Eccleſiæ, quia æquitas diuinæ iuſtitiæ vindicatiuæ hoc poſtulat. *Ibidem. §. Nihilominus dicendum, & ſeqq.* *Theologi in 4. diſt. 44. & 45.*

2 Animæ purgatorij carent viſione beata, vt manifeſtũ eſt, ideo enim ibi detinentur, quia non ſunt expeditæ, & aptæ ad videndum Deum. *Tomo 4. diſp. 46. ſect. 1. §. Pœna damni.* Item patiuntur pœnam damni, imo hæc eſt præcipua pœna, quam ibi patiuntur, quia detinentur ab ingreſſu patrię ratione culpę commiſſæ, ſed hæc eſt pœna dãni, ergo. *Ibidem. §. Nihilominus dicendum.* Quæ pœna damni etiã propter peccatum remiſſum, debetur quoad culpã, quia hoc ipſo, quod debetur pœna ſenſus, intrinſece debetur detẽtio ab *Eſt cõmunis ſententia in 4. diſtin. 20. & 21.*

ab illo vltimo termino ; nec possunt hæc naturaliter seiungi in illo debito, cum se sint intrinsece connexa. *Ibidem.*

3 Per qualitatem ab igne impressam redduntur animæ purgatorij deformes: ita legitur in reuelationibus apud Bedam, & alios, videri deformes animas purgatorij; nec repugnat superiori modo esse perfectas, & adhuc manere in illis aliquid imperfectionis per inferiores qualitates, seu impressiones. *Tomo 4. disp. 46. sect. 2. §. Tãdem potest.*

4 Recte potest sola anima luere pœnam pro culpa, quã etiam corpus cõmisit; quia licet corpus fuerit organum animæ ad peccãdum, tamẽ quia ipsa anima est principalis causa, in cuius voluntate vera, ac formalis ratio peccati existit in illa, poterit fieri sufficiens vindicta pro illo reatu tẽporali, qui ex peccato iam remisso in ea manet. *Tomo 4. disp. 46. sect. 4. §. Dicitur fortasse.*

§. IIII.

Purgatorium quoad statum gratiæ animarum.

Greg. 12. Moral. c. 3 & 4. Aug. lib. de præd. Sanct. cap. 14. & alij.

ANimæ purgatorij in ipso instanti mortis confirmantur in gratia, & in bono, ita vt amplius peccare nõ possint. Est de fide contra Lutherum. Et diuina gratia, & perfectio est, quæ illas animas in bono cõfirmat ratione illius status, & non per internam perfectionẽ, actualem, habitualem, vel naturalem, quia non vident Deum, vt inde confirmentur in bono, &c. *Tomo 4. disp. 47. sect. 1. §. Tertio dicendum, & seqq.*

2 Animæ purgatorij non possunt crescere in charitate, vel in iure ad gloriam. Est de fide: quia tempus merendi gloriam, vel gratię augmentum, in morte finitur. *Tomo 4. disp. 47. sect. 2. §. Dicendum vero.* Non quia habeat gratiam per operationem consummatam, quia non coniunguntur Deo per visionem beatã. *Ibidem. §. Sed obijci potest.* Sed quia habent illam consummatam quoad intẽtionem, quia in intentione nunquam crescere potest in tali subiecto. *Ibidẽ. §. Alio vero modo.* *Caiet. to. 1 opusc. tract. 23. q. 1. Soto in 4. dist. 19. q. 3. art. 2.*

3 Animæ purgatorij habent charitatẽ perfectã essentialiter, quia omnis charitas vnit Deo animam, vt vltimo fini supernaturali: estque essentialiter virtus, & forma virtutum, & hoc modo imperfectio essentialis ei repugnat. Potest tamen esse imperfecta accidẽtaliter quoad statum, non quoad intẽtionem. *Tomo 4. disp. 47. sect. 2. §. Similiter dicendum.*

4 Animę purgatorij non sunt in statu satisfaciẽdi propriè, sed tantum satispatiendi: quia sicut tempus merendi fuit tantum in hac vita, ita etiam status satisfacien-

ciendi, per voluntarias pœnas, vel afflictiones. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 2. §. *Atque ex his.*

5 Animæ purgatorij non possunt mereri de cõgruo aliquid pertinens ad suam liberationem, nam eo ipso, quod homo voluntarie, & negligenter amittit occasionem, in præsenti vita sibi à Deo concessam ad satisfaciendum, amittit etiam congruitatem obtinẽdi à Deo post hanc vitã remissionem aliquã circa pœnam illam per actiones suas. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 2. §. *Secundo infero.*

6 Animæ purgatorij pro nobis orant, possuntque aliquid pro nobis impetrare de congruo, quia illæ animæ sunt sanctæ, & charæ Deo, nosq. ex charitate diligunt, & nostri recordantur, noruntque saltem generaliter ea pericula in quib⁹ versamur, & quanta indigemus diuina ope, & auxilio: cur ergo non orabunt, etiamsi alias suis pœnis soluãt quod debẽt? quod est probabile, licet incertum. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 2. §. *Hic vero.*

7 Animæ purgatorij sunt in termino gratiæ, nondum vero in termino gloriæ. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 2. §. *Tandem ex dictis.* Et sunt certæ de sua præsenti iustitia, & futura æterna salute, quia cognoscũt, quod nec sunt damnatæ, nec damnandæ, vt cõstat. *Ibidem sect.* 3. §. *Tertio assero.* Non intuitiue agnoscendo se, & omnia quæ in se habent, sed ex effectibus, quos in se experiuntur, cognoscunt se esse in gratia, quia certo credimus animas damnatas non diligere Deum; illæ autem animæ euidenter experiuntur se diligere Deum, ergo euidenter vident se non esse damnatas. *Ibidem.* §. *Tertio assero, & seqq.*

Soto dist. 19. q. 3. ar 2. Roffens. ar. 38. Bel l rm. lib. 2 de purgat. cap. 4.

8 Animæ purgatorij habent spem de sua beatitudine, non obstante certitudine illam consequendi, non enim est contra rationem spei, certitudo consequendi bonum separatum, quã diu illi obtentum non est. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 3. §. *Tertio igitur.* Non tamen habent timorem coniunctum, quæ est enim necessitas. *Ibidem.* §. *Ad alia vero.*

9 Animæ purgatorij carent omni culpa mortali, & originali, quia nulla anima ad purgatorium defertur, quæ nõ sit iusta, ac proinde carens culpa, non tantum mortali, sed etiam originali, quia gratia vtramque excludit. *Tomo* 4. *disp.* 47. *sect.* 1. §. *Ex his ergo.* Idem dicendum de peccato veniali, quia in primo instanti, in quo anima sancta illuc defertur, talis culpa, etiam si antea fuerit, omnino deletur. *Ibidem.* §. *Ex his ergo:* secus dic de reatu pœnæ, quod est de fide ex illo principio definito *in Cõcil. Florent. & Trid.* Animas ſſ. sanctas nullum habentes reatũ pœnæ statim fieri beatas. *Ibidem* §. *Secundo dicendum.*

§. V.

§. V.

Purgatorium quoad pœnam sensus, & eius grauitatem.

1 PAena purgatorij est voluntaria ex suppositione, quod eã Deus vult, quodque ad satisfaciẽdum pro peccatis necessaria est; est autem inuolũtaria, quatenus est contra inclinationem charitatis, & naturale desiderium beatitudinis, & vt sic valde contristat. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 1. §. *Superest vt.*

2 Pœna sensus non sic appellata est, quia per cognitionem causatur, quod cõmune est omni tristitiæ, & dolori, sed quia per intrinsecam, & realem mutationem efficitur admodum sensibilis, alioqui ipsamet carẽtia visionis Dei dicenda esset pœna sensus, quia nulla significatione non tantum dolor, sed malum etiam illud, quod cognitum infert dolorem, seu tristitiam, dicetur pœna sensus, seu quę sentitur. Item sub nomine, & impositione pœnæ includitur semper tristitia, vel dolor concomitans malum illud, quæ in pœnam imponitur. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 1. §. *Nec aliud.*

3 Tristitia animarum purgatorij ex dilatione beatitudinis est actꝰ supernaturalis, quia illa tristitia nascitur, vel ex amore Dei propter se, vel ex amore propriæ beatitudinis, vel quod verius videtur, ex vtroque; est ergo eiusdem ordinis cui tali amore, vterque autem amor est supernaturalis, ergo, &c. Idem dicendũ de dolore orto ex verme conscientiæ, qui sine dubio spectat in illis animabus, vel ad virtutem charitatis, & est vera contritio, vel etiam ad virtutẽ spei, & est attritio. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 1. §. *Quarto accedit probabilis.*

4 Non est de fide pœnam sensus purgatorij esse a vero igne; nihilominus tamen est res certa intra latitudinem Theologicæ quæstionis. Primo, propter consensum Patrum Latinorum in Conc. Florent. Secũdo, propter consensum Theologorũ. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 2. § *Hęc sane conuincunt.*

5 Pœna sensus purgatorij excedit omnes penas huius vitæ. Ratio à priori sumenda est ex ordinatione diuinæ iustitiæ, & gravitate eius offensionis, etiã minimæ, quæ altioris rationis est, quam omne malum creaturæ. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 3. §. *Superest dicendum.* Vnde etiam minima pœna purgatorij excedit maximam huius vitæ, loquendo d̃ grauitate essentiali, ac specifica: quia est alterius speciei, seu ordinis in genere mali, seu doloris: sivero loquamur in accidentibus, sic non repugnat mul-

Anselm. 1 *Corinth.* 3. *Carthusiã. lib. de iudic. anim. cap.* 14.

multa eſſe in aliquibus pænis huius vitę, quę non ſint tam grauia in aliquibus pænis purgatorij: vt v. g. poteſt aliqua pæna huius vitæ excedere in duratione, in gradibus intenſionis, in multitudine pænarum, ſeu dolorum. *Ibidem.* §. *Breuiter aſſero.*

6 Pæna ſenſus no remittitur paulatim, quoad intenſionem eius, qui enim damnatus eſt ad triremes per decennium, non minus laborat, & flagellatur in vltimo anno, quam in præcedentibus, ita ergo erit in præſenti: vnde per ſuffragia, & indulgẽtias diminuitur pæna purgatorij quoad durationem, non vero quoad intenſionem, ſeu grauitatem pænæ. *Tomo* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 4. §. *Quæret vero aliquis.*

7 Ex ordinaria lege Dei animæ ante purgationem finitam non exeunt à purgatorio. Ratio reducenda eſt in legẽ diuinæ iuſtitiæ, quæ ibi animas detinet damnatas quidem violenter, & coacte, in purgatorio verovoluntarie, cognoſcunt enim Dei voluntatẽ, & illi ſe ſubmittunt. Aliquando tamen diſpenſatur in hac lege, vt ſuadent varia exẽpla lata ex varijs ſanctis, præcipuè *Greg.* 4. *dial.* ſed quando fit talis diſpenſatio, pæna non interrumpitur, quia talis intermiſsio earum potius pænam augeret, tempus beatitudinis amplius differẽdo; nec eſt neceſſaria, quia ignis ille, ſicut in hoc aere cruciat dæmones, ita etiã illas animas torquere, ac cõtinue purgare poteſt. *Tomo* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 4. §. *Solet vero, & ſequenti.*

Tertul. de anima, ca. 57. *Chryſoſt. homil.* 29. *in Mat.*

8 In animabus purgatorij eſſe deſperationem, eſt contra fidem: quia deſperatio eſt grauiſsimum peccatum, & ſaluti contrarium. Item animæ purgatorij, non ita doloribus pertur bantur, vt anxietatem irrationalem ſuſtineãt, aut impatiẽtiam, eſt etiam de fide, quia peccare non poſſunt. *Tomo* 4. *diſp.* 17. *ſect.* 3. §. *Tota hæc, & ſeqq.*

§. VI.

Purgatorium quoad pœnam damni, & eius remiſſionem.

1 PAena damni excedit omnes pęnas huius vitæ, certa res eſt. *Tomo* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 3. §. *Poteſt præſens.* Magis tamen ob gradus gloriæ amiſſos, propter otium & venialia peccata, quam ob dilationem beatitudinis. *Ibi dem.* §. *Hinc etiam exiſtimo.* Item excedit pænam ſenſus, quia bonum quod amittunt eſt maius, tumetiam quia perfectiorem habent charitatem, quæ eſt radix huius doloris. *Tomo* 4. *diſp.* 46. *ſect.* 3. §. *Dices multa.*

D. Tho. in 4. *diſt.* 21. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 3. *Chryſo. hom.* 24 *in Matth.*

2 Pæna damni ex dilatione, glo-

gloriæ, & beatitudinis in dies remittitur, quia semper obiectum talis tristitiæ, minus fieri videtur, semper enim dilatio est minor, & è conuerso beatitudo quodammodo magis, ac magis semper appropinquat, quod non potest non afferre aliquam cõsolationem. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 4. §. *Potest interrogatio.* At vero nõ remittitur pœna de gradibus gloriæ amissis, non enim est necessarium talẽ dolorem, durante purgatorio, remitti, aut minorẽ fieri quoad intensionem, seu grauitatem: quod etiã probabilius videtur nostro Doctori de pœna sensus, præsertim si per se spectetur ille status, & secluſa intrinseca remissione per suffragia Ecclesiæ. *Ibidem.* §. *Potest interrogatio.*

§. VII.

Purgatorium quoad durationem.

1 PAena purgatorij non est æterna, sed temporalis: est res certa, nam hæc est differentia essentialis inter purgatorium, & infernum. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 4. §. *In hac re.* Item certum est pœnas purgatorij non esse duraturas vltra diem iudicij. *Ibidem sect.* 4. §. *Secundo certum est.*

Augu. 21. *de ciuit. c.* 16.

2 Duratio pœnarum purgatorij non est æqualis in omnibus animabus, etiam secluſis suffragijs Ecclesiæ, quia non omnes animæ discedunt cum æquali reatu peccatorũ remissorum, ergo nec pœna illorum erit æqualis. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 4. §. *Tertio certum est & seqq.* & §. *Quod circa incredibile est.*

3 Nõ potest assignari terminus maximus, vltra quem duratio pœnæ purgatorij non transcendat: ita supponit vsus Ecclesiæ. Itẽ constat in suffragijs pro defunctis particularib⁹, qui ante plures annos decesserunt: etiam patet in forma, & modo concedendi indulgentias plurium annorum; denique quia est res certa, & voluntaria, pertinens ad iudicia Dei occulta. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 4. §. *Ex his ergo existentibus.*

4 Pœna purgatorij non infligitur per dęmones tãquam per Dei ministros, quia non sperãt illas ad peccandum posse prouocare, qua spe mouentur ad vexandum viatores, quantumuis perfectos: & aliunde vident vexationem suã potius profuturam, vt illæ animæ citius ab illis tormentis liberentur. *Tomo* 4. *disp.* 46. *sect.* 3. §. *Vltimo dubitari, & seqq.*

Theolog. in 4. *dist.* 20. & 21. & *Sot. dist.* 19. & *alij.*

Q

Qualitas.

1 QValitas naturalis, & supernaturalis vnioce cõueniũt in genere qualitatis: quid enim ob-

stat quominus ab omnibus abstrahi possit vna ratio communis, quæ simpliciter omnibus conueniat, cum in modo afficiẽdi animam, similitudinem, & vnitatem habeant, & nullam inter se dicant habitudinẽ, in qua possit aliqua analogia fundari. *Tomo 3. disp. 11. sect. 3. §. Prima sententia.*

2 Nulla qualitas potest esse effectiua gratiæ, nec vt causa principalis, nec vt naturale instrumentum: nam si iuxta doctrinam D. Thom. non potest dari huiusmodi qualitas, quę sit potentia effectiua miraculorũ, nec dum poterit ad efficiendã gratiam? non est enim minus supernaturale hoc opus, quam alia miracula. *Tomo 3. disp. 11. sect. 3. §. Superest, vt probemus.* Item qualitates spirituales non sunt actiuæ ad producẽdas sibi similes, quod maxime verum est in qualitatibus supernaturalibus, quæ sunt super naturalem capacitatẽ subiecti, in quo recipiũtur. *Ibidem. §. Solum posset.*

Quantitas.

1 EXtensio in ordine ad locum, non est de essentia quantitatis, tamen est de essentia illius præsentiæ localis, quæ naturaliter debetur quãtitati, vt cõstat ex Philosophia. Item vt cõstat, præsentia naturalis quantitatis, & eius extensio in loco, vnica tantum quãtitatis passio est. *Tomo 3. disput. 48. sect. 1. §. Nihilominus dicendum.*

4 Quantitas habet suam propriam præsentiam naturalem distinctam à præsentia substantiæ, & ab illa, ex Dei potẽtia separabilem: quia vniuscuiusque rei præsentia, est intrinsecus modus eius, & separari reipsa possunt: sicut in sacramento Eucharistiæ, quando substantia panis desinit esse manente quantitate, non solũ perit substantia panis, sed etiam præsentia eius, seruatur autem quantitas cũ sua præsentia. Et è cõtrario posset Deus destruere quãtitatẽ panis, & præsentiã eius, conseruata substantia in eadem præsentia, & reali propinquitate, & distantia ad res alias: nulla enim in hoc inuoluitur repugnantia. *Tomo 3. disp. 48. sect. 1. §. Secundo infero.*

3 Quantitas ex diuina virtute constitui potest indiuisibiliter in loco: quia actu occupare locum diuisibiliter, non est illi essentiale, sed est veluti effectus quidam, quem non repugnat ab illa separari per diuinam potentiam. *Tomo 3. disp. 48. sect. 1. §. Superest sigillatim.*

4 Quantitas à substantia separata, & replere locum, & alterari potest virtute naturali, quia naturaliter resistit alterĩ corpori in eodem loco, & naturaliter etiam potest trahi, sicut

etiam

etiam alterari potest. *Tomo* 3. *disp.* 52. *sect.* 2. §. *Dico vltimo.*

5 Quantitas est immediate subiectum qualitatum naturalium. Est enim in hoc similis materiæ primæ, cuius est proprietas esse aptam, vt afficiatur his accidentibus, sicut experiẽtia etiam monstratum est, & ipsæ etiam qualitates, cum sint materiales, aptissime recipiuntur in quantitate, vt ab illa recipiant corpoream molem, & extensionem. *Tomo* 3. *disp.* 56. *sect.* 3. §. *Secundo solet.*

6 Actu occupare locum, est quid distinctum ab esse quantum, vnde & ab Aristotele in diuersis prædicamentis constituũtur, & illud pri⁹ mutari potest, altero immutato manente, quo ad intrinsecum esse quãtitatis. Vnde hoc esse quantum cooperatur ad localem præsentiã, vt principium, & vt prius ad posterius. *Tomo* 3. *disp.* 48. *sect.* 1. §. *Argumenta ergo.*

R

Ratihabitio.

1 PAena committẽtis delictum, non extenditur ad ratum habentẽ, quia ille non fuit causa, quando delictum est commissum, cum nullo modo cooperatus sit, imo prorsus ignorauit quod fiebat: nec quando postea ratum habuit, fuit causa, quia tunc non fit, nec iterum fieri potest ille effectus: nisi in casibus iure expressis, vt patet *ex cap. Cum qui, de sent. excõ. in* 6. vbi excommunicatur ratam habens percussionem clerici suo nomine factam. Item *ex cap. Felicis, de pæn. in* 6. Quoad ratã habentes percussionem Cardinalium. Et similis extensio exprimitur *in Clemen.* 1. *de pæn.* quoad percussionem Episcopi. *Tomo* 5. *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Contrariam sententiam, & seqq.*

Couar. Clement. furius, 2. p. §. 1. nu. 4. *Tabie. ver boIrreg. 2 nu.* 7. *Armill. n.* 22. *Angel. homic. 2.* §. 6.

Remissio peccati.

1 Potest Deus de potentia absoluta, culpam remittere sine actu peccatoris, conferendo ei alia dona, quia actus peccatoris nõ requiritur ad remissionem peccati tanquam forma per seipsam formaliter excludens culpam, sed tanquam dispositio congrua, & ex natura rei: non autem repugnat Deum conferre effectum formalem, sine præuia dispositione ad formam: ergo. *Tomo* 4. *disp.* 9. *sect.* 2. §. *Vt ergo, & sequenti.*

2 Posset Deus peccatum sine infusione habituali doni, per aliquem actum remittere, quia peccatum habituale, seu esse in peccato, per solum actũ introducitur; ergo per actum contrariũ destrui potest. Maxime per potẽtiam absolutam: at

vero non esset perfecta remissio, quia peccatū deijcit hominem ab illo statu,& ideo quandiu ad illum non reducitur, nō est facta , & integra remissio. *Tomo* 4. *disp.* 9. *sect.*3. §.*Nihilominus*, *& seqq*. Vt autem possit Deus remittere peccatum medio actu sine infusione gratiæ, necessario ordinatio diuina adiungi debet tali actui , ratione cuius eleuetur ad destruendum tale peccatum , quæ ordinatio nihil aliud est quā absoluta voluntas Dei,qua vult,vt pro tali actu habente quācumque repugnantiam cum priori peccato , expellat reatum ab illo relictū; hoc enim nulla inuoluitur repugnantia. *Ibidem*. §. *Ex his ergo*. Ad quam remissionem solum sufficit ex parte pœnitentis attritio absque alia infusione gratiæ,vel maiori immutatione voluntatis, nulla enim datur repugnantia,vt facile patebit. *Tomo* 4. *disp.* 10. *sect.* 1. §. *Atque hinc.*

3 Peccatū potest remitti homini existenti in puris naturalibus per amorem Dei,vel contritionem naturalem,sine infusione gratiæ. Ratio est , quia Deus potest remittere peccatum per solum actum peccatoris , ergo in vnoquoque statu potest remittere per actum proportionatum illi statui. *Tomo* 4.*disp.*9. *sect.* 3. §. *Ex quibus etiam.*

Medina 1. 2. *q.* 113. *art.* 2. *& alij.*

4 Per solam orationem , vel alia bona opera , sine pœnitentia, vel amore , non potest homo veniam obtinere , quia est contra doctrinam generalem Conciliorum, & sanctorum, & vniuersales lectiones scripturę, quibus attēditur necessitas pœnitentiæ , seu amoris. *Tomo* 4. *disp.*9.*sect.* 1.§. *Contrariam sentētiam,& seqq.*

5 Deus potest de potētia absoluta remittere peccatum sine physica mutatione peccatoris; in hoc enim modo remittendi peccatum, nulla inuoluitur repugnātia,quia Deus potest remittere peccatum sine actibus peccatoris , seu absque mutatione, quæ per illos fiat; potest etiam sine infusione habituum, ergo potest sine vtrisque. *Tomo* 4. *disp.*9. *sect.*4.§.*Contrariam sententiam,& seqq.*

Bonauent. in 4. *dis.* 17. *art.*1 *q.*1. *Henrriq. l. br.*4.*Sum. cap.* 3.

6 De lege ordinaria , remissa mortali culpa , remittitur reatus pœnæ æternæ,est consensus omnium Theologorum tradita *in Conc. Trid. sess.*6.*cap.*14. quia omnis iustus,& amicus Dei,est filius Dei , & hæres , ergo non est subiectus pœnæ æternæ,cum secūdum præsentem iustitiam, iam illi debeatur vita æterna, sed peccatum mortale non remittitur sine hac gratia,& iustitia , ergo non remittitur sine remissione pœnæ æternæ.*Tomo* 4 *disp.* 10. *sect.*2. §. *Quæstio hæc.*

7 Peccatum non remittitur per non imputationem , nam per inhęrētem iustitiam fit etiā

remis-

remissio peccati; quia per illã tollitur priuatio gratię, quę veram rationem culpæ & maculæ habet: & ex vi iustificationis tollitur, quatenus talẽ rationẽ habet, quia infunditur gratia cum omnibus, quæ illi connaturalia sunt, quorum vnum est, vt excludat maculam peccati: si illam inuenerit. *Tomo 4. disput. 9. sect. 4. §. Igitur respondendo.* At vero hoc verbum, *imputare*, aliquando excludit veritatem rei, aliquando vero illam supponit. Primo modo dicitur imputari alicui, quod in eo verè non est, sed ei attribuitur aliquo modo. Secundo modo imputari dicitur alicui, quod ipse vere habet, seu commisit, & sic dicimus imputari alicui nocumentum, quod eius negligentia illatum est, cum illud impedire teneretur, quia nimirum vere est culpabilis in illo casu, &c. *Ibidem. §. Respondetur, & seqq.*

8 Secundum legem ordinariam vnum peccatum mortale non remittitur sine alio. Est de fide. Ratio est connexio, quã habent omnia peccata mortalia in ordine ad veram contritionem, quia non potest dari vera contritio vnius peccati mortalis, quin sit omniũ. *Tomo 4. disp. 10. sect. 1. §. Primo ergo potest.* Tamen remitti vnum potest sine alio d̃ potẽtia absoluta Dei: quia si peccata mortalia aliquã habent connexionem necessariam ad remissionem, illud solum est ex parte pœnitentis ipsius, quãdo debet perfecte conuerti. *Ibidem. §. Circa secundum.* Idem dicendum per veram cõtritionem; quia etiam non implicat hoc modo contradictionem vnum peccatũ remitti sine alio. *Ibidem. §. Alia interrogatio.*

Omnes Theologi cũ D. Tho. q. 86. ar. 3. Adrian. q. 4. de pæn. Scot. d. 14. q. 11.

9 Deum obliuisci peccatorum significat in Scriptura, meram quandam, seu diuturnam dilationem talis pœnæ: existimatur enim iam quasi omnino remissa, & oblita, quia non exe cutioni mandatur, maxime, quã do Deus, non obstantibus peccatis, beneficia confert, & patienter agit, ac dissimulat. *Tomo 4. disp. 13. sect. 2. §. Respõdetur primum.*

10 Culpæ remissæ nunquam redeunt formaliter, nec in se, per subsequentia peccata, quia malum culpæ non potest à solo Deo fieri; ergo nec à solo Deo reproduci, nã reproduci est de nouo iterum fieri; sed quando homo iterum peccat post peccata remissa, ipsa homo non facit, neque cõmittit priora peccata, sed aliud nouum ab eis distinctum: ergo. *Tomo 4. disp. 13. sect. 1. §. Nihilominus dicendum, & sequenti.* Nec reddit illa pœna, nec damni, nec sensus: quia Deus non potest retractare suã voluntatem, nec agere contra suum decretum absolutum. *Ibidem sect. 2. §. Primo ergo, & seqq.* Quamuis de potentia Dei absoluta

D. Tho. in 4. dist. 22. Bonau. ar. 1. q. 1. & 2 Richar. ar. 1. q. 2. & 3

luta potuisset ita remitti, vt per subsequens peccatum redi ret: nulla enim apparet cõtradictio. *Ibidem sect.* 2. §. *Dices ergo.*

11 Remissa culpa per pœnitentiam non semper remittitur tota temporalis pœna. Est de fide definita *in Concilio Tridentino sess.* 6 *cap.* 14. *&* 30. *& sess.* 4. *cap.* 2. *&* 8. *& Can.* 12. 13. *&* 14. Ratio à priori est diuina ordinatio, de qua nobis satis per fidẽ constat. *Tomo* 4. *disp.* 10. *sect.* 3. §. *Vera autem, & seqq. & disp.* 49. *sect.* 1. §. *Sensus huius quæstionis.* *Cõc. Trid.*

12 Deus ex æternitate sua, instituit, & taxauit singulas pœnas pro peccatis reddendas, secundum diuersos status eorũ. Statuit ergo, vt tali peccato mortali, si perpetuo in homine maneret, talis æterna pœna responderet: si vero committeretur quidem, non tamen perpetuo maneret, alia pœna, & alterius modi & temporalis illi responderet. Vnde remissa culpa, commutatur pœna æterna in tẽporalem, non quia Deus in iustificationibus nouam pœnã imponat, sed quia lege æterna statutæ sunt diuersæ pœnæ correspondentes peccato, & commẽsuratæ illi, secundum diuersos status eius: & sic vna succedit alteri. *Tomo* 4. *disp.* 10. *sect.* 3. §. *Ad hanc igitur commutationem.*

13 Remissio peccati venialis, præsertim prout nunc fit, est beneficium diuinæ gratiæ, cum hæc remissio non possit comparari viribus naturæ, sine aliquo auxilio, vel beneficio Dei gratuito. Quod probatur ex generalibus locutionibus scripturę, adiuncta expositione Patrum. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 1. §. *Dico tertio.* Imò ad illam necessaria est gratia sanctificans, siue antecedenter, siue concomitanter, ita vt nullus illam consequatur, nisi vel iam iustus sit, vel tunc iustificetur, quia peccatum veniale eo modo, quo habet ordinationem circa finem vltimum, deordinat à fine supernaturali. Ergo dispositio est necessaria, quæ debet esse supernaturalis aliquo modo. *Ibidem sect.* 2. §. *Dico primo.* *Petr⁹ Sot. lect.* 18. *de pœnit.* *Soto dist.* 15. *q.* 2. *ar.* 4. *& alij.*

14 Remissio peccati venialis, de potentia ordinaria non obtinetur ex opere operantis sine infusione gratię, vel augmẽto gratiæ. Nam peccatum veniale remitti potest, aut simul concomitanter cum mortali, au per se solum. Primo modo non potest tolli sine noua infusione gratiæ, cum non possit tolli sine mortali. Secundo modo semper supponit necessario in persona gratiam gratum facientem: quamuis per se non requirat formaliter infusionẽ gratiæ habitualis, quia non repugnat cum veniali culpa formaliter. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 2. § *Dico secundo & seqq. &* §. *Superest dicendum.*

15 Non est omnino eadem ratio de homine in puris natura-

turalibus, & in hoc statu, quia nunc veniale peccatum habet, seu includit aliquam inordinationem à fine supernaturali; at vero in illo statu esset inordinatio à fine naturali. Item quia nunc supplet Deus per gratiam defectus naturæ, tunc vero alio modo accommodato prouideret illi. vnde in illo statu, non potuisset homo per solas vires naturæ, perfecte satisfacere pro culpa veniali, quatenus aliquo modo est offensiua Dei; tum quia quidquid operatur, alijs multis modis est debitum Deo: tum etiã propter improportionem inter personam offensam & offendentem. *Tomo 4. disp. 11. sect. 2. §. Respondetur primo.*

16 Peccatum veniale non tollitur semper cum mortale remittitur; quia si dispositio, seu contritio, ratione cuius infunditur gratia, talis est, vt vel formaliter, vel virtute vniuersaliter complectatur omnia venialia, semper remittentur in infusione gratiæ: si vero contritio est limitata, ad sola mortalia, vel se extendit ad quædam venialia, & non ad omnia: tunc licet infundatur gratia, non remittentur illa venialia, quæ nullo modo sub talem contritionem cadunt, quia non auertit voluntatem à tali culpa, nec se disponit. *Tomo 4. disp. 11 sect. 2. §. Dubitari enim potest.*

17 Quando peccatum veniale remittitur cũ mortali, Deus simul etiam natura remittit vtramque culpam mortalem, & venialem, infundẽdo gratiã ex ea lege vniuersali: quia statuit remittere homini omnem culpam, ad cuius oblationem sufficienter se disponit, vnãquãque secundum modũ illi accommodatũ, & tunc iuxta hunc modũ, remissio venialis peccati, gratis datur, id est, sine merito, seu satisfactione de condigno, quia nec ordine naturæ, nec temporis supponit personam gratam, sed simul cum ipsa omnino gratia confertur: qui modus est satis probabilis. Quamuis Docto ri nostro magis arrideat dicere, quod Deus prius infundit homini gratiam suam, & constituit illum amicum, & immune ab omni culpa amicitię contraria: deinde vero propter eandẽ contritionem, iam gratia informatã, remittit culpã venialem: iuxta quem modũ licet infusio gratiæ, & remissio venialis peccati, in duratione temporis, comitanter se habeãt, tamen ordine naturę gratia antecedit, & est causa talis remissionis, non formalis, sed materialiter effectiua, seu dignificatiua illi⁹ actus, quæ remissio est ex iustitia, & non gratis, quia illa contritio sic informata iam est satisfactoria, & meritoria de cõdigno posterio rum effectuum. *Tomo 4 disp. 11. sect. 2. §. Secũdus modus, & sequẽ.*

18 Formalis contritio de pec

catis venialibus est sufficiens ad illa tollenda, non tamē necessaria. Prima pars patet, quia sufficit ad tollenda mortalia, multo magis ad venialia, si de illis habeatur. Secunda vero pars probatur, quia aliter tolli potest, vt ex dicēdis patebit. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 3. §. *Dico ergo primo.* Itē quęcumque contritio tollit respectiue omnia peccata venialia, idest illa de quibus habetur, vnde si sit vniuersalis, omnia tollit, ad quem effectum nulla est necessaria intensio actus, sed apposito. *Ibidem.* §. *Nihilominus censeo.*

19 Amor Dei super omnia, etiam remissus, per se potest remittere venialia peccata absq; formali pœnitentia: quia hæc peccata facillime committuntur, & sæpe sunt quodammodo inuolūtaria, ergo etiam facilius remitti possunt, & debent. Amor ergo per se, & virtute sua ad eorum remissionem sufficit, modo virtualiter ad illa se extendat. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 2. §. *Dico secundo, & sequenti.*

Bonauē. in 4. dist. 21. art. 1. q. 2. Palud. distin. 16. q. 1. concl. 2. & alij.

20 Probabile est venialia peccata tolli per solam attritionē, imo & per contrarium propositum, vel per actum virtutis repugnantem aliquo modo veniali peccato, & excludentem complacentiam illius, quia peccata venialia sunt leues offensiones, & sæpe sunt imperfectæ, voluntariæ, & aliunde gratia, quę in persona supponitur, dat magnum valorem his actibus, qui etiam aliquomodo mutant voluntatem, & auertunt illam à priori defectu, ergo verisimile est, hoc satis esse ad cō sequendam huiusmodi remissionem. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 3. §. *Dico tertio;* etiam sine imperio charitatis, quia tunc illa remissio potius tribuetur dilectioni, quam attritioni. *Ibidem.* §. *Aliter vero;* & sine sacramento, dūmodo supernaturalis sit; non tamen refert quod sit remissa. *Ibidē.* §. *Aliter dici potest, & seqq.*

21 Propositum formale absolutum non committendi simile peccatum veniale, est sufficiens dispositio ad eius remissionem, vt patet, necnon actus virtutis illi contrarius, modo sit supernaturalis, quia ibi etiam est repugnantia, & meritum, & quia peccatum veniale lædit supernaturalem amicitiam. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 3. §. *Superest, vt dicamus.*

22 Non omnis actus meritorius vitę æternæ, meretur remissionem peccati venialis, quando neque ex se habet proportionem aliquam ad illum effectum, neque ab operante ad illum refertur. Valet tamen ad eius remsionē, quilibet actus meritorius relatus ad hunc finem, quia ille actus sub illa consideratione factus includit virtualem displicentiam peccati venialis. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 3.

§. *Imo*

§. *Imo addendum, & seqq.*

23 Veniale peccatum nō remittitur ante mortem per gratiam finalem, quia vel peccatū veniale tollitur in ipso mortis instanti, & sic iam anima non est in corpore, quia est primum non esse hominis, vel in aliquo instanti ante mortem, & sic gratia nondum est finalis. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 4. §. *At vero Alensis, & sequenti.* Vnde potest remitti post hanc vitam in primo instanti separationis animę à corpore, quia ab illo instāti incipit anima purgari intrinsece, & ideo quāuis tunc remittantur hæc peccata venialia, vere dicē tur remitti in purgatorio. *Ibidem.* §. *Cum ergo, & seqq.*

24 Peccatū veniale post hanc vitam non remittitur per extrinsecam Dei cōdonationem, nec propter præcedentia meri ta à Deo acceptata ad illum finem, sed per feruentem actum amoris, & contritionis, quia talis anima, in eo momento optime cognoscit statum suum, & est expedita ad operandum, & ex parte Dei habet auxilium efficacissimū, iuxta mensurā suæ gratiæ, & ipsa statim sine mora operatur, & perfecte tunc tēdit in Deum, & auertitur ab omnibus venialibus; ergo ille actus sufficit, vt statim tollantur omnia illa peccata, quoad culpam; quia actus non concurrunt, vt meritum de condigno ad illum effectum, nec de congruo, quia

Richard. dist. 21. *ar.* 2. *q.* 1. *Palud. q.* 1. *ar.* 1. *concluſ.* 3. *& alij.*

status merēdi cum vitā finitur, quantum ex scriptura colligi potest. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 4. §. *Dicendum ergo est, & seqq.*

25 Remissio peccati venialis, quæ fit simul cum mortali, potest, & fit ex opere operato per sacramēta, quia tunc peccatum veniale nō potest tolli per solam attritionem, etiāsi illa ad veniale extendatur, quia non potest tolli sine mortali, quod per solam attritionem non tollitur: ergo adueniente sacramē to poterit veniale ex opere operato tolli, sicut tollitur mortale. *Tomo* 4. *disp.* 12. *sect.* 1 §. *Hęc difficultas.* Item veniale peccatū per se potest remitti ex opere operato per omnia sacramēta, vt probat late noster Doctor. *Ibidem.* §. *Dicendum ergo supereſt, & seqq.* Quæ remissio per sacramenta fit sine motu voluntatis ad id sufficiente, quia omnia sacramenta tollunt peccata mortalia absque dispositione quæ per seipsam sufficiat, cur ergo non magis ita operabuntur remissionem venialis peccati. *Ibidem.* §. *Nihilominus contrariæ.*

Bonauē. in 4. *dist.* 21. *art.* 1. *q.* 2. *Petr. Sot. lect.* 12. *de Ench. & de pęn.* 12.

26 Per baptismum, & extremam vnctionem auferūtur omnia venialia, quibus homo non est actualiter affectus. De baptismo constat, quia est regeneratio, & renouatio totius hominis. De extrema vnctione probatur ex illis verbis *Iacob* 5. *Si in peccatis sit, remittentur eis.* Non tamen per alia sacramēta,

Iacob 5.

vt verisimilius iudicat noster Doctor, quamuis existimet auferri omnia peccata venialia per sacramentum pœnitentiæ, quæ vel homo confitetur per aliquem probabilem modum, iuxta dicta supra in conclusione 17. vel si in illis peccatis hoc locum non habet, propter specialem rationem huius sacramenti requirentis formalem pœnitentiam ad sui constitutionem, saltem remittet alia peccata de quibus homo nō est attritus, maxime si sint oblita, & nō voluntarie omissa, quia quantū est ex se omnia illa subiecit clauibus, & quia illud sacramentum habet vim tollendi peccata etiam oblita, si non inueniat obicem, at vero de alijs peccatis, quæ homo voluntarie non subijcit clauibus, non est res adeò certa, & fortasse maior alia dispositio circa illam requiritur. *Tomo* 4. *disp.* 12. *sect.* 1. §. *Sed hinc oritur, & seqq.*

27 Nullum est in Ecclesia sacramentale institutū ad tollēndas culpas veniales ex opere operato, quod patet de oratione dominicali, tūsione pectoris, cōfessione generali, &c. nulla enim est in Ecclesia specialis institutio, aut benedictio circa huiusmodi res. Idem dicēdum de Episcopali benedictione, & idem de aqua lustrali (licet de hac est aliqua maior verisimilitudo) quia cum hæc res sit grauis, debuisset institutio esse clara & expressa, si ad hunc effectum ordinaretur. *Tomo* 4. *disp.* 12. *sect.* 2. §. *Dico ergo primo, & seqq.*

Vide plura apud Durand. lib. 2 *de ritibus Eccl. penul.*

28 Probabilius videtur non esse in Ecclesia potestatem ad instituenda signa sensibilia, & quasi instrumenta, quæ ex opere operato tollant peccata venialia, quia in re graui, & supernaturali, nihil est affirmandum, nisi quod ex sacra scriptura, vel traditione Ecclesiæ, & vsu, vel ex vrgente ratione deducta ex alijs principijs reuelatis, colligi potest; hic autem nihil horum continet, vt probat late noster Doctor: ergo. At vero si Deus voluisset, poterat Christus eam potestatē dare Ecclesiæ, vt supponunt omnes Doctores, dicētes non implicare cōtradictionem, quod dentur talia sacramentalia, & ideo supponendo non implicare, inquirunt an de facto sint, vel in Ecclesia potestas ad illam instituenda. *Tomo* 4. *disp.* 12. *sect.* 2. §. *Dicendum secundo, & seqq.*

29 Peccatum veniale remitti, non est formaliter remitti pœnam, sed maculam moralem, quam relinquit. Ratio est, quia culpa & reatus pœnæ moraliter distincta sunt, ergo formaliter, ac proprie remissio culpæ non est ablatio pœnæ. *Tomo* 4. *disp.* 11. *sect.* 1. §. *Dico secundo.*

Res-

Rescriptum.

1 Per potestatem absoluendi à censuris, & pœnis in rescriptis Pontificis intelliguntur pœnæ illæ, quæ sacramentorum vsum, seu receptionem impedire possunt, quia huiusmodi priuilegia in eum finem præcipue concedi solêt. *Tomo* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. §. *Adde quod etiam.*

2 Non solum rescripta Ecclesiastica, sed secularia ab excommunicato impetrata sunt ipso iure nulla, quia Pontifex in *cap.* 1. *de rescriptis in* 6. absolute, & sine limitatione loquitur, quamuis noster Doctor, magis se inclinet ad affirmandum solũ de Ecclesiasticis rescriptis esse intelligendum citatum caput, cum materia sit odiosa, & manet quasi dubius, dicens: *Nihil tamen audeo definire in re graui, quia non inuenio auctorem expresse id asserentẽ.* Intellige conclusionem non solũ de excommunicato publico, sed occulto, quia per Extrauag. ad euitãda, nullus fauor concessus est excõmunicato, præterquã super excommunicationis articulum; quæ exceptio cõceditur in dicto capit. siue declaratus, siue occultus excõmunicatus sit. Item excipe casum in quo excommunicatus occultus virtute talis rescripti, aliquid ageret, tituli alicui⁹ publici muneris, tũc enim non in fauorem eius, sed boni communis factũ teneret, *in leg. Barbarius ff. de offic. præt. Tomo* 5. *disp.* 17. *sect.* 1. §. *Rursus quæri potest, & sequenti.*

Sylu. verb. rescrip. n. 2. *in fine ex directo* 120.

Restitutio.

1 Dans alteri damnum tenetur resarcire illud in bonis eiusdem ordinis, etiamsi inæqualiter, & insufficienter: v.g. si quis alium infamauit, si non potest infamiam integram tollere, & potest minuere, vel efficere, ne augeatur, id facere tenetur, sic de alijs: quia iustitia obligãs ad æqualitatem integre, si possibilis, est facienda, consequenter, & à fortiori obligat ad faciendam illam ex parte, seu inæqualitatem minuendo, quantum possibile est. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Vlterius vero dico.*

2 Inter restitutionem Deo, & homini faciendam, discrimẽ est magnum, quia homo ita læditur, vt detrimentum, aut damnum patiatur in proprijs bonis sibi vtilibus, quib⁹ carere cogitur, quãdo ei res ablata non restituitur, & ideo iustitia nõ tantum obligat ad non recipiendã rem alienam, sed ad non detinendam illam apud se, quia illa carentia rei propriæ continuata est, quasi continuum detrimẽtum proximi, quod moraliter grauior est, quanto priuatio est diuturnior, quia semper impedit dominiũ ab vsu rei ipso inuito: at vero Deus licet nostris peccatis offendatur, non tamen

D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 8.

ita

ita lęditur, vt priuetur aliqua re sibi vtili, sed solum quia priuatur honore iure sibi debito, vt finis vltimus est supremus gubernator, & ideo post actualé iniuriam transactam, nullum ei nocumentum accrescit, ex eo, quod satisfactio statim fiat, nec proprie homo apud se detinet aliquod bonum Deo vtile, nec impedit illū ab vsu alicuius rei suæ. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 5. §. *Dicendum ergo.*

p 3 I n aliquo casu particulari, otest quis obligari ad statim restituendum Deo famam, vel honorem, quando verbi gratia datur infamatio Dei per falsam doctrinam, nam sine dubio tenetur ex vinculo iustitiæ pertinentis ad Deum propter specialem iniuriam illi factam per illud peccatum, quis ad illud dānum statim reparandum. *Tomo* 4. *disp.* 15. *sect.* 5. §. *Respondetur in his.*

4 Potest quis non peccare accipiendo ob leuitatem materiæ, & peccare non restituendo damnum, vt patet in vulgari casu, v.g. si quis sæpius assem accipiat, non coniungens vnam actionem cum alia, nec prævidens ex singulis actionibus coalescere graue damnum; tunc enim accipiendo non peccauit mortaliter, & tamen postea tenetur restituere, & sic de multis alijs. *Tomo* 5. *disp.* 20. *sect.* 2. §. *In hac re.*

Reus.

1 Excōmunicatus potest compelli in iudicio esse tanquam reus non solum in casu ipsius excommunicationis, quod per se notum est, sed etiam in quacumque alia in qua fuerit prouocatus, seu postulatus. Hæc est communis, & certa, tradita *in cap. Intelleximus, de iudic.* quia excommunicatus non debet commodum ex sua cōtumacia reportare. *Tomo* 5. *disp.* 16. *sect.* 4. §. *Principio dicendum.*

2 Reus iniustè accusatus, qui contra accusatorē obtinet mutilationem in pœnam talionis, non fit irregularis, quia concessa est ei propria defensio contra iniuste accusantem, vt patet *Tomo* 5. *disp.* 47. *sect.* 4. §. *Ex quo à fortiori.*

3 Excommunicatus simpliciter loquendo non est cogendus per aliū agere causam suā, sed potest per seipsum respondere, si velit, vt tenet *Gloss. in cap. Intelleximus, de except.* Idem potest non obtenta absolutione se defendere. *Cap. Cum inter, cap. Dilecti filij, & cap. vlt. de except.* Potest tamē iudex, qui excommunicationem tulit, illum non audire donec à cōtumacia recedat; nō tamē tenetur, quia nullum inuenitur sufficiens ius, talem obligationem imponēs. *Tomo* 5 *disp.* 16. *sect.* 4. §. *Nihilominus addendum, & seqq.*

4 Si contingit Petrum, v. g. excommunicari ad petitionem Pauli,

Pauli, quia non vult ei debitum soluere, & postea idem Paulus corã iudice seculari prouocet Petrum propter aliam causam potest, vt est probabile se excusare ad non comparẽdum, propter excommunicationẽ ad instantiam actoris latã, si excipiat se iniuste fuisse excommunicatum, & id probet, quia tunc se habet tamquam iniuste spoliatus, qui accusare nõ potest, nisi prius in suum statũ restituatur, iuxta *cap. Nullus 2. q. 2. & cap. frequens, de rest. spoliat. in 6.* & erit indubitata hæc sententia, si huiusmodi reus allegaret excommuuicationem non solum esse iniustam, sed nullam, quãquam tunc non indigeat absolutione, sed declaratione. *Tomo 5. disp. 16. sect. 4. §. Tertia interrogatio, & seqq.*

S

Sacerdos, & sacerdotium.

1 PRopter reuerentiam corporis Christi existentis in sacramento Eucharistiæ, vt res sanctissima summa religione tractetur, consecrati semper fuerunt in Ecclesia sacerdotes, & hoc titulo magna reuerentia sunt habiti: *Quod Christi corpus suo ore conficiunt. Tomo 3. disp. 46. sect. 6. §. Tertio hoc constat.*

2 Quando plures sacerdotes cum ordinantur, simul cum Episcopo consecrant, componũt vnum integrum ministrũ, vnius tantum sacrificij, quod ab omnibus cõficitur, ad cuius perfectionem satis est, quod sub vtra que specie sumatur à ministro eius, vnica tãtum persona, quia ita omnes ministrant, vt quodlibet eorum per se sufficiat, & sit veluti integer minister. *Tomo 3. disp. 43. sect. 4. §. & ex his responsum.*

3 In lege naturæ, vel ex institutione diuina, vel ex vsu & introductione hominum primogeniti, & familiarum principes simul erant sacerdotes; inscripto tribus Leuitica ad ministerium diuini cultus, & familia Aaron ad fungendum sacerdotio deputata est. In lege vero gratiæ per veram ac legitimam consecrationem consecrantur sacerdotes. *Tomo 3. disp. 73. sect. 5. §. Vltimo ex his.*

4 Sacerdotes tenentur de sacrificio participare, vt constat ex vsu Ecclesiæ, *& ex Cap. Cõperimus, & cap. Relatũ, de consecrat. dist. 2.* & colligitur *ex Conc. Trid. sess. 13. cap. 8.* quod præceptum est probabile *ẽ* iure diuino. *Tomo 3. disp. 75. sect. 5. §. Vna vero.* *Nauar. ca. 21. nu. 54. Sylu. vlt. ver. sacer. §. 4. Graf. lib. 2. c. 4. nu. 2.*

5 Sacerdos communicãs extra sacrificium, tenetur vti stola, sed non sub mortali, quia res non est admodum grauis, nec communi vsu videtur eo sensu recepta. *Tomo 4. disp. 68. sect. 1. §. Secundo dicendum est.*

6 Sacerdos quantumuis ab Ecclesia præcisus, non amittit mini-

ministerium quod in persona Christi exercet, vt patet, fundatur enim in charactere quod deleri non potest. At vero amittit ministerium, quod facit in persona Ecclesiæ, cum ab Ecclesiæ vnitate separatus sit. *Tomo 3. q. 82. art. 7. §. De hoc articulo, in comment.*

Cõc. Trid. 7 Sacerdos cum degradatur vsu ordinis, non priuatur ordine ipso perpetuo, quia charactet sacerdotalis deleri non potest, vt definit *Conc. Trid. sess. 7. can. 8. & sess. 23. cap. 4.* vnde quia non priuatur charactere, non priuatur ordine, sed vsu illius, vel etiam priuilegijs sacerdotalibus. *Tomo 3. disp. 36. sect. 6. §. Tertio quia Ecclesia.*

8 Sacerdos ministrans sacramẽta alienis ouibus sine licẽtia proprij pastoris, peccat, quia vsurpat iurisdictionem alienã. Idem dicendum de ordinante in aliena diœcesi sine proprij Episcopi licentia. *Tomo 4. disp. 16. sect. 1. §. Secundo obseruandum est.*

Sacramentalia.

Supponitur. 1 Sacramentalia sunt cæremoniæ, & circunstantię religiosæ adiunctæ sacramentis, vel sacrificio extra eorum essentiam, vt sunt, v.g. in baptismo, vnctio, exorcismus, & alia huiusmodi, & sic de alijs. *Tomo 3. disp. 15. sect. 1. §. Prius quærimus.*

2 Sacramentalia mediante sacrificio, aut aliquo sacramento ordinantur ad cultum Dei, hominumque sanctificationẽ, in quo differunt à sacramentis, & sacrificio, nam proxime referuntur ad reuerentiam, seu conuenientem modũ offerendi sacrificium, vel administrandi sacramentum. At vero sacramẽta ad significationem fidelium, quam significant, & conferunt. *Tomo 3. disp. 15. sec. 1. §. Tertio est*

3 Vsus sacramentalium cæremoniarum, quas nunc Ecclesia obseruat, prius est ad cultũ saltem secundario pertinens, & *Cõc. Trid.* Ecclesiæ, & fidelibus non parum est vtilis: est de fide quoad omnes partes, *vt constat ex Conc. Trid. sess. 7. can. 13. de sacram in gene. Tom. 3. disp. 15. sec. 2. §. Præter missis ergo.* Itẽ vsus earũ ad quatuor est vtilis. Primo, vt ipsa sacramenta debito honore tractẽtur, & in maiori æstimatione, & reuerentia habeãtur. Secundo, ad maiorem quandã intelligentiam, & memoriã mysteriorum fidei. Tertio, vt conseruent, & augeant deuotionem fidelium, dummodo non sit valde nimiũ hoc cæremoniarũ onus, vt animũ distrahat, & impediat. Quarto, deseruiunt ad distinguendũ fidelem populum ab infideli, & ad vnitatem Ecclesię commendandã. *Ibidẽ. §. Prætermissis ergo.*

4 Sacramentalia possunt differre inter se, vel in ritu externo, vel etiam in fine, quia quædam propinquius, quædam remotius respiciunt sacramenta, quædam ad ornatum ordinãtur præ-

præcipue decentem, ac religiosum, vt v. g. quod calix sit argenteus, &c. quædam ad maiorem reuerentiam, vt v.g. quod Eucharistia à ieiuno sumatur, quædam etiã continent sanctificationem sacram, vt v.g. quod baptizati induantur veste alba, & sic de cæteris. *Tomo* 3. *disp.* 15 *sect.* 1. §. *Tertio est.*

5 Sacramentales cæremoniæ quæ sunt extra substantiam sacramentorum, quamuis interdũ introductæ sint ad imitationem, & exemplum Christi, non sunt tamẽ ab eo immediate institutæ, quia nec ex scriptura, nec traditione aliqua constat, est dogma Theolog. sed sunt institutę ab Apostolis, & eorum successoribus, vt constat *ex Cõc. Trid. sess.* 7 *can.* 13. *de sacram. in gen. & sess.* 21. *cap.* 2. *Tomo* 3. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Dico ergo primo, & seqq.* *Cõc. Trid.*

6 Sacramẽtales cęremonię quę seruantur ab vniuersali Ecclesia, semperque seruatę legũtur, & in nullo Concilio, vel Summi Pontificis decreto institutæ sunt, ab Apostolica traditione manant, v.g. quod Eucharistia à ieiunis sumatur, quod aqua vino consecrando misceatur, &c. Alij vero ritus particulariũ regionũ, aut diuersarum ex priuatis consuetudinibus, vel ordinationibus Episcoporum introducti sunt. *Tomo* 3. *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Dico ergo secundo, quasi in fine.*

7 Sacramentales cæremoniæ vniuersales in Ecclesia, non possunt mutari nisi à Summo Pontifice ex plenitudine potestatis, quia eius potestas est eadem cũ illa, ex qua huiusmodi ritus originem duxerunt, non tamen facit, nec fecit, nisi vrgente necessitate, aut vtilitate, præsertim in his, quæ ab Apostolis, & ab Ecclesia perpetuo sunt obseruatæ. At vero priuatæ cæremoniæ possunt mutari ab Episcopis, si expediri consueuerit, quando non fuerint confirmatę per Summum Pontificem propter eandẽ rationem. *Tomo* 3. *disp.* 15. *sec.* 3. §. *Vnde intelligũtur.* *Cõc. Trid. sess.* 7. *can.* 13.

8 Sicut hæc sacramentalia per Ecclesiam sunt instituta, ita ministri eorum, illi sunt, qui iuxta eandem Ecclesiæ institutionem sunt ad hoc ministeriũ designati, quia ad eum pertinet designare ministrum alicuius actionis, seu ministerij, ad quem spectat talem actionem, seu ministerium instituere, nam illud est veluti pars institutionis. *Tomo* 3 *disp.* 15. *sect.* 3. §. *Dico tertio.* At vero, loquendo specialiter de his sacramentalibus, ille potest regulariter loquẽdo, talia sacramentalia ministrare, qui potest tale sacramentum tanquam minister ex officio ministrare, seu conferre. *Ibidem.*

9 Hæc sacramentalia possunt esse valde meritoria, si debite fiant, id est sine peccato, & cum debita intẽtione, &c. quia talis obseruatio est grata Deo,

licet

licet non possint conferre gratiam habitualem, aut auxiliantem ex opere operato, quia si hoc haberent, iam non essent sacramentalia, sed sacramenta. *Tomo 3. disp. 15 sect. 4. §. Nõ est quæstio, & seqq.*

10 Hæc sacramentalia auxilium gratiæ impetrant, si ad id ex se ordinentur, v. g. credendum est in templo consecrato ratione consecrationis, Deum specialius assistere ad audiẽdas orationes fidelium, vel eorum animos excitandos ad deuotionem, & sic de alijs. Quod probatur ex ipsismet Ecclesiæ orationibus, quæ apud Deum magnam vim habent ad impetrandum: diligit enim eam tãquam sponsam. *Tomo 4. disp. 15 sect. 4. §. Addo ergo tertio.*

11 Sacramentalia, scilicet cęremoniæ, & ritus, qui adiungũtur solemni administrationi sacramentorum, non habẽt effectum remittendi peccata venialia, quia non sunt ad hũc finem instituta, sed tãtum ad ornatum sacramentorum, & ad deuotionem conciliandam. At vero si Ecclesia instituat aliquod sacramentale ad hunc finem, & adiũgat orationes suas, quib⁹ à Deo postulet hunc effectum, potest habere effectum illum per modum impetrationis, vt patet. *Tomo 3. disp. 15 sect. 4. §. Circa tertium.*

12 Sacramentalia non sunt ad reatum pœnę temporalis remittendum instituta, vt constat, licet potuerint institui, quia potuisset huiusmodi satisfactionis partẽ applicare, vtenti illo, vel illo sacramentali, vt nimirum oranti in templo consecrato, vel alio simili, quæ applicatio fieret per modum indulgentiæ. Item per hæc sacramentalia ante remissionẽ peccati venialis non remittitur interdum pœna temporalis, quia reatus pœnæ est intrinsece annexus culpæ quandiu illa durat. *Tomo 3. disp. 15. sect. 4. §. Circa quartum.*

13 Multa sacramentalia habent efficaciam coercendi, & expellẽdi dæmones, qui effect⁹ est frequenter intentus ab Ecclesia, quia habet potestatem à Christo in dęmones, vt patet ex vsu, & traditione Ecclesiæ, iuxta *Matth. 10. Luc. 10. Marc. 16. In nomine meo dæmonia eijcient:* quę efficacia est naturalis, & est à sanctitate ministri independẽs, sed mortalis tantum, vt tenent omnes. Item aliqua habẽt vim conferendi beneficium temporale: non est enim dubium, quod Ecclesia instituisset aliqua ad hunc effectum, qui effectus obtinetur per modũ impetrationis, loquẽdo directe, & quasi per se, per accidens poterit obtineri coercẽdo dęmonũ potestatẽ, vt patet de exorcismis ad pellendã tempestatem, vermes nociuos, &c. *Tomo 3. disp. 15. sect. 4. §. Circa quintũ, & seqq.*

Mini-

14 Ministrans sacramentalia in peccato mortali, secluso cōtemptu non peccat mortaliter: quia illa solemnitas est accidentaria, & obligatio sanctè ministrandi sacramentum per se, & intrinsecè oritur, ex essentiali ritu, & sanctitate ipsius sacramenti. *Tom.* 3. *disp.* 16 *sect.* 4. §. *Secundo argumentor, & seqq.*

Sylu. verb. Consecr. 2. *n.* 6. *Ang. eod. verb. & n. Tabien. n.* 8.

15 Sacramentalia omnia, quę non requirunt iurisdictionem, sed solum sacerdotalem, aut Episcopalem ordinem, valida sunt, si minister talem ordinem habeat, & in reliquis debitum ritum seruet, licet excommunicatus sit: quia excommunicatio nihil aufert, quod sit de necessitate huiusmodi effectuum: quia non sunt actiones quæ pendeant â iurisdictione; licet excommunicatus peccet grauiter tales actus faciendo, cum sit quædam communicatio in diuinis. *Tom.* 5. *disp.* 11. *sect.* 2. §. *Tertia difficultas.*

§. I.

Sacramentum quoad nomen, & doctrinam.

Varro lib. 4. *de lingua Latin. Cic. epist.* 110.

1 HAec vox, *Sacramentum*, est deducta à Sacro. Prius impositū fuit ad significādum certū pecuniæ depositum, quā litigantes solebāt ponere apud Pontificem. Secundo, significauit omne iuramentum, iuxta *leg. Sacramenta puber. C. si aduersus vendit.* & *cap. Si sacramenta.* 22. *q.* 4. Tertio significat sacrum secretum, iuxta *Tob.* 12. *Sacramentum regis absconděre bonum est.* Iam vero in præsenti ex communi vsu Ecclesiæ, Sanctorum, & Theologorū significat quædam specialia signa sensibilia, spiritualem gratiam continentia, ac significantia. Et idem significat apud Latinos, & Græcos, Mysterium. *Tom.* 3. *in præfatione.* §. *Prius vero. & seqq.* Denique sacramentum denominatur à sanctitate, vt à forma extrinseca, & vt à termino, & dicit habitudinem signi sanctitatis, & quasi causæ formalis conferentis sanctitatem aliquā saltem extrinsece. *Tom.* 4. *q.* 60. *art.* 1. §. *In solutione, in comment.*

Conc. Lat. sub. Innoc. 3. *Augusti. ep.* 118. *c.* 1. *& alibi.*

2 Doctrina Sacramentorum, licet difficilis, est suauis, & necessaria, & vtilissima, multa enim in ea continentur diuina, ac supernaturalia mysteria, quorum cognitio, ac contemplatio, licet humani ingenij vires, ac intelligentiam superet, tamen per se iucundissima est, & ad Christianos mores vtilissima. *Tom.* 3. *in præfatione.* §. *Iam vero.* quæ doctrina est partim speculatiua, & partim practica, quædam enim continet, quæ ad solam veritatem, & rerum cognitionē, alia quæ ad mores hominum dirigendos, & componendos spectant. *Ibidem.* §. *Iam vero.*

§. II.

Sacramentum quoad essentiam, & diffinitionem.

1 SAcramentum debet esse signum sacrũ ex parte rei significantis, id est res aliqua, vel cæremonia ad cultum Dei ordinata, seu instituta: nam quod in Ecclesia sint cęremonię ordinatę ad sanctificationem hominum colentium Deum, constat ex vsu orto ex diuina prouidentia. Quod vero sacramenta sub hoc genere cæremoniarum contineantur, non aliunde, quam ex vsu ipsius vocis petẽdum est. Item de ratione sacramenti est, vt illa cæremonia sacra, quæ sacramentum dicitur, sit etiam signũ sacrum ex parte sanctificationis, seu rei significatæ, vel vt rẽ sacram significet; hoc enim modo, *Genesis* 17. Circuncisio dicitur signũ fœderis inter Deum, & homines. *Tomo* 3. *disp.* 1. *sect.* 1. *Per totam.*

Magist. in 4. *dist.* 1. *cũ Bona. Scot. D. Tho.* 1. 2. *q.* 101. *ar.* 4. *& q.* 102. *ar.* 5. *& alij.*

2 Sacramentum differt à sacrificio in re sacrificante, quia sacrificium continet supremum cultum Dei, id est immediate refertur, & instituitur ad tribuendum cultum Deo, quocunque titulo religionis, vel iustitiæ tribuatur: sacramentum vero immediate ad ipsos cultores Dei, quod disponit, seu sanctificat ad cultum Dei; conueniunt tamen in ratione signi sacri, tam ex parte cæremoniæ, quia vtrumque esse debet cęremonia religiosa, quam ex parte rei significatæ, quia in vtroque esse debet res sacra. *Tom.* 3. *disp.* 1. *sect.* 1. § *Dubitatio vero.*

Differẽtia inter sacramen. & sacrificium.

3 Sacramentum esse debet cęremonia ex parte materię instituta ad conferendam aliquam sanctificationem, vel sanctitatẽ animæ perfectam. Quod patet, & late probat noster Doctor. *To.* 3. *disp.* 1. *sect.* 2. §. *Dico tamen primo, & seqq.* Item sacramentũ debet esse signum sensibile, & consequenter res, quæ ad significandum imponitur, & debet esse materialis aliquo modo, & sensibilis. Ita omnes, quia homo ex sensibilibus ad intelligibilia traducitur. Item sacramentum non est naturale signũ, sed ex institutione, & impositione significans, quia sacramentũ est signũ gratiæ, quę, vel in ipso datur, vel postea data est: sed nulla res habet hanc significationem, ergo, &c. quæ impositio fieri debet publica, & stabili lege, quæ duret pro statu aliquo, ex quo homines ex diuina ordinatione, talem modum colendi Deum profitentur: quod patet ex circuncisione, & veteribus sacramentis, quæ fuerunt instituta in ritum perpetuum, iuxta *Gen.* 17. *& Exod.* 12. & à fortiori patet ex sacramentis legis gratiæ. *Tomo* 3. *disp.* 1. *sect.* 3. §. *Dico ergo primo, & seqq.*

Omnes Theol. in 4. *dist.* 1.

4 Sacramentum diffinitur, *Est signum sensibile, ad sanctificationē aliquam conferendam, & verā animæ sanctitatem significandam institutum.* At vero si velis Aristotelico more diffinire, dic. *Est sacra, ac sensibilis cæremonia, homines aliquo modo sanctificans, & veram animæ sanctitatem, ex institutione significans. Tomo 3. disp. 1. sect. 4. Per totam.*

§. III.

Sacramentum quoad quæstionem an sint, & quot sint.

1 IN lege gratiæ sunt instituta vera, ac propria sacramēta, quod est de fide *ex Conc. Florent. & Triden. Cōc. Trid. Tomo 3. disp. 56. sect. 1. §. Dicendum vero.* Item est de fide, quod *Conc. Flor.* sunt septem à Christo Domino instituta, vt constat *ex Conc. Flor. in Decret. Eug. & Trid. sess. 7. Can.* 1. Nec sunt plura, nec pauciora quam septem. ſſ. Baptismus, Cō firmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimoniū, vt fides docet. *To. 3. q. 65. art. 1. §. Doctrina, & seqq. in commen.* Et eorum vsus in hoc tempore ad hominum omniū salutem necessarius est, aut necessitate præcepti, aut medij, aut respectu singulorum, aut communitatis. *Tomo 3. disput. 6. sect. 1. §. Dico secundo.*

2 Sacramentorū ordo inter se præcipue videtur sumptus ex finibus sacramentorū, quatenus ad spiritualem vitā ordinantur, vel cum illa coniunctionem habent; nam hoc modo hominum perfectio, seu spiritualis vita prius consideratur in singulis personis, quam intelligatur aliquid esse necessariū in tota communitate in ordine ad hūc finē, & hoc modo dicūtur esse priora sacramēta ordinata ad singulos, quā ad communitatē, & ea, quæ sunt per se, quam quæ sunt accidens, & sic de alijs. *Tom. 3. q. 65. ar. 2. §. Numerauerat, in comment.*

§. IIII.

Sacramentum quoad essentiam & significationem.

1 SAcramenta essentialiter habent significare gratiam, & gloriā, & Christum vtriusque auctorē, & sanctitatem, quam conferūt, quia hæc sacramenta id significant, quod efficiunt, *vt Concil. Florent. in Decret. Eug. & Triden.* docuere. *Tomo 3. disp. 1. sect. 2. §. Hoc ergo refutato errore.* *Supponitur.*

2 Sex sacramenta, quæ consistunt in vsu essentialiter primo, ac proxime significant, ac conferunt sanctificationem animæ, propter quam immediate sunt instituta, & ita omnia verba, quę in illis dicuntur, hoc maxime exprimunt. At vero sacramentū Eucharistię, quod est permanēs, proxime, ac immediate signi-

ficat ipsum Christum, & mediate gratiam; nam ipse est panis de cœlo descendens, quique per verba huius sacramenti immediate conficitur, ac significatur, & similiter sub speciebus sacramẽtalibus immediate continetur, ac significatur tantum per modũ cibi, iuxta illud: *Qui manducat hunc panem viuit in æternum. Tom. 3. disp. 1. sect. 2. §. Hoc ergo refutato.*

3 Omnia sacramenta dicuntur signa demõstratiua gratiæ præsentis. ff. quantum est de se, nisi ex parte suscipiẽtis adsit impedimentum. Item dicuntur signa commemoratiua respectu passionis, & pronostica respectu gloriæ, quæ omnia habent sine æquiuocatione, & ambiguitate; quia ex his omnibus completur vna integra significatio nostræ sanctificationis perfectæ. *To. 3. disp. 1. sect. 2. §. Secũdo intelligitur.*

4 In sacramentis prius sanctificatio, quam significatio intenditur: quia sanctificatio est finis sacramentorum, altior, & perfectior, quã significatio, & ita potest esse magis intẽtus. *To. 3. disp. 1. sect. 2. §. Secundo intelligitur.*

5 In omnibus sacramentis reperiũtur res tantum, quæ significatur: & non significat, vt est gratia. Sacramentum tantum, quod significat, & non significatur, quod necesse est, vt sit sensibile. Res, & sacramentum, simul quod, & significat, & significatur. *Tomo 3. disputat. 1. sect. 3. §. Sed obiiciunt.*

9 Sacramentum in his, quæ in vsu consistunt pro toto compo sito subiectoque sacramentalis significationis supponit. *Tom. 3. disp. 2. sect. 2. §. Dico tamen primo, quasi in fine.* In quibus applicatio sacramenti non distinguitur ab vsu illius, quia vsus rei non potest per alium vsum applicari, sicut nec potest actio alia actione fieri, alias oporteret in infinitũ procedere. *Ibidem disp. 42. sect. 4. §. Dico ergo tertio.*

§. III.

Sacramentum quoad materiam.

1 RAtio cur sacramenta stabilita sunt sub sensibili materia est, quia licet iam habeamus Christum præsentẽ, & eius merita exhibita, non tamen illo fruimur facie ad faciem, nec omnem fructũ passionis eius consecuti sumus, & ideo nobis sunt necessaria signa, quę præsentem gratiam significent, & futuram gloriam promittant, vnde non est contra perfectionem legis gratiæ vti signis sensibilibus. *To. 3. disp. 6. sect. 1. §. Dico secundo.*

2 Materia in sacramentis modo est determinata in specie, vt aqua in Baptismo, & oleum in extrema vnctione; modo est tãtum in genere, vt verbi gratia, confessio dolorosa, est materia sacramenti pœnitentiæ, siue sit

dolo-

dolorosa per attritionem, siue per contritionem, que specie differunt, & siue sit de peccato veniali, vel mortali, & siue verbo, vel nutibus explicetur; in alijs vero materijs dubia res est, an materia sit vnius speciei physicę, vel vnius generis, vt panis, & vinum in Eucharistia, & balsamum in confirmatione. *Tomo 3. disp. 2. sec. 3. §. Quæres in hac*

3 Materia sacramentorum iuxta vsum humanum censenda est eadem, aut diuersa, quia istę materię sacramentorum designatæ sunt in aliquibus actionibus humanis in ordine ad illas, & sic ea ratione habent propriam determinationem, & essentialē immutabilitatem. Exēplū vulgare est in pane, qui est materia Eucharistiæ; massa vero nondum cocta, non est materia, siue differat à pane in specie substantiali physica, siue nō: quia non est panis, qui possit esse cibus humanus. *Tomo 3. disp. 2. sect. 4. §. Vt vero distinguamus.*

4 Omnia nouæ legis sacramēta constāt rebus, vt materia verbis, vt forma, vel omnino proprie, vel secundum aliquam proportionem, vt constat *ex Matth. vlt. Baptizantes eos*, ecce rē. *In nomine Patris, & Filij, &c.* ecce verba, & sic de alijs. *Tomo 3. disp. 2. sect. 1. §. Dico secundo.* Item constat ex materia, & forma, tanquam ex partibus componentibus, quia si sacramentū est vnum compositum ex materia, & forma, quomodo negari potest illas esse partes? *Ibidem sect. 2. §. Dico tamen primo.*

Est communis Doctorum in 4. dist. 1. & Alens. 4. p. q. 1. mēbr. 4. & alibi.

5 Hæc compositio sacramentorū ex rebus, & verbis, est optime accómodata cópositioni ex materia, & forma, quod probat consensus omniū Theolog. cui Conc. Florent. maximā authoritatē adhibuit. *Tomo 3. disp. 2. sect. 1. §. Dico tertio.* Quę compositio fit aliqua vnione media, quia nisi aliquo modo materię, & formæ coniungerentur, non facerent aliquomodo vnū compositum. *Ibidem sect. 2. §. Sed superest.* Quæ vnio potius est moralis, quā physica, quia non potest metaphysicè designari quā ta debeat esse hæc propinquitas, est ergo moraliter pensanda. *Ibidem §. Hinc refellitur.*

§. VI.

Sacramentum quoad formam.

1 FOrma sacramenti magis determinata est, quam materia, nam in sacramentis, excepto matrimonio, requiruntur propria verba certa, ac prescripta in sensu ac significatione, & non in idiomate. *Tomo 3. disp. 2. sect. 3. §. Quæres an hæc.*

2 Si mutatio materiæ, vel formæ substantialis, vel essentialis sit, nullum efficitur sacramentum, túc enim tollitur vera materia, aut forma essentialis sa-

crameti: at vero si fiat tantum mutatio accidentalis, factum tenet sacramentum. Est communis & certa: sumiturque ex *Zachar. Papa epist. ad Bonifacium, & in cap. Retulerunt de consecra. dist. 3. Tomo 3. disp. 2. sect. 4. §. Prima regula in sequenti.*

3 Quando mutatio materiæ tanta est, vt iuxta communem vsum, & conceptionem hominũ, minimè conueniat ratione, & nomine cũ materia ab Ecclesia vsitata, & à Christo præscripta, tũc mutatio est essentialis, alioqui est accidentalis. Declaratur exemplis. Materia baptismi est aqua, si ergo mutatio fiat ex elementali aqua in rosaceã, mutatio est essentialis; si verò solũ mutetur ex aqua frigida in calidã, erit mutatio accidentalis, & sic de cæteris. Item muta tio illa, quæ variat sensum verborum, aut sensum formæ, est substantialis, si verò illum non variat, est accidẽtalis. Ratio est, quia sensus est veluti anima verbi, quia verbum non profertur propter sonum, sed propter sensum, & ideo si idem sensus maneat idem verbum, atque adeò eadem forma manere censetur. Vnde mutato sensu, mutatur substantialiter verbum, & forma. *Tomo 3. disp. 2. sect. 4. §. Vltimo distinguamus, & seq.*

Scot. in 4. d. 3. q. 2. Gabr. q. 1. & alij.

4 Octo mutationes possunt fieri in forma sacramentorum. Prima est, vnius linguæ in aliã, quę mutatio est tantũ accidentalis, vt est de fide. Secunda est, quando intra idem idioma ponuntur alia verba, quam ea, quibus Ecclesia vti consueuit, eadem tamen res significantia, vt si in loco *Patris & Filij* ponantur *Genitor & genitus*, & loco verbi *baptizo*, ponatur verbum *abluo*, & sic de reliquis. Quæ verba si fuerint synonyma, sine dubio mutatio est accidẽtalis: at vero si non fuerint synonyma, tunc erit essentialis. Itẽ verbum æquiuocum in bono sensu prolatũ, non destruit sacramentũ; quia mutatio est accidentalis; secus si ex verbis adiunctis determinetur ad alium sensum, & significationem, mutatio est essentialis; quia tunc quodãmodo tollitur æquiuocatio. *To. 3. disp. 2 sect. 4. §. Sed vt hæc, & sequẽti.*

5 Tertia mutatio est, per trãspositionẽ verborum, vt si quis dicat, Baptizo te, vel si orationẽ actiuam in passiuam conuertat. Quarta est, per additionem alicuius verbi. Quinta est, per substractionẽ. Sexta est, per aliqualem formæ corruptionẽ, vt est in illo vulgari exẽplo sumpto *ex Zachar. Pap. in cap. Retulerunt, de consecra. dist. 3.* si in forma baptismi quis dicat: *In nomine Patrias & Filias, &c* in omnibus; si verus sensus verborum mutetur, talis mutatio est substantialis; si vero non varietur sensus debitus, erit accidentalis. *Tomo 3. disp. 2. sect. 4. §. Tertia mutatio, & seqq.*

Cap. Retulerunt.

Septi-

6 Septima est mutatio per interpolationem, vt si prius dicat, *Ego te baptizo*, & ibi aliquantulum sistat, vel etiam de rebus alijs loquatur, & postea subiungat. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. Si tanta sit distinctio verborũ, vt ex modo proferendi communi sensu iudicetur, ex illis non confici vnam orationem, nec reddi vnum integrum sensum, mutatio est essentialis: quia non solum singulæ voces, sed etiam debita earum compositio est de substantia formæ. *Tomo* 3. *disp.* 2. *sect.* 4. §. *Quarta mutatio.*

7 Octaua mutatio esse potest, si omnia verba mutarentur in alia signa, vel nutus, vel scripturam. In sacramento matrimonij mutatio est accidentalis, in alijs vero est substantialis, vt certum est. *Tom.* 3. *disp.* 2. *sect.* 4. §. *Octaua mutatio.*

8 Quando per mutationem nullo modo variatur sensus formæ, non potest esse substantialis, propter solam intentionem ministri volentis introducere nouum ritum: neque etiã propter eam causam, præcise sumptã, sacramentũ erit nullũ, quia cum illa intẽtione potest simul esse intentio faciendi sacramentum: & ita poterũt concurrere omnia ad veritatẽ sacramẽti necessaria: secus si defuerit intentio faciendi Sacramentũ. *Tomo* 3. *disp.* 2. *sect.* 5. §. *Dico ergo primo*

9 Quando per mutationem redditur ambiguus sensus formæ, tunc si minister ita intẽdat introducere nouum ritum, vt non intendat verũ sensum, sed falsum, atque erroneum, per talem formam significare, tunc mutatio est substãtialis, & sufficiens ad irritandum sacramentum, non solum ex defectu intẽtionis, sed etiã ex defectu veræ formæ: quia in eo casu formaliter & proprie aliud est signum, quod minister exhibere intẽdit, quã quod Christus instituit. *Tomo* 3. *disp.* 2. *sect.* 5. §. *Dico secũdo.*

10 Forma sacramentorũ communioribus verbis est amplianda iuxta Ecclesiæ vsum, vt constat ex verbo Baptizo, quod apud Latinos nõ est propriũ, nec vsitatum ad actũ abluendi significandum: tamen ex vsu Ecclesiæ accommodatũ est ad eã significationem, prout vsurpatur cõmuniter in forma Baptismi. *To.* 3. *disp.* 2. *sec.* 4. §. *atq. ex dictis.*

11 Forma sacramẽtorum potest proferri in lingua vulgari, v.g. Lusitana, aut Hispana: quia non minus significãt verba illa in alio idiomate, quam in vulgari. *Tomo* 3. *disp.* 2. *sect.* 4. §. *Vnde recte.*

12 Error in forma nõ formaliter expressius: licet sit positus in illa tantum in actu exercito, non destruit sacramẽtum: quia tunc non obstat veritati sacramenti, nõ enim mutatur sensus legitimus formæ. *Tomo* 3. *disp* 2. *sect.* 5. §. *Vnde argumentor secũdo.*

13 Non est necesse vt forma explicet omnes causas sacramẽti, quia exprimẽdo causam principalem sacramenti, indicatur origo totius sanctificationis, & consecrationis sacramenti: & fit principalis quædã fidei professio. *Tomo 3. q. 66. ar. 5. §. Circa, in comment.*

§. VII.

Sacramẽtum quoad communia materiæ, & formæ.

1 NEc sola materia, nec sola forma significat, sed vtraq.: quia ablutio significationem sacramentalẽ habet, verba autem non solũ significãt, verũ etiã expressius, & perfectius significant, quã ablutio, nã ad hoc addita sunt, vt determinent, ac perficiãt significationẽ. *Tomo 3. disp. 2. sect. 3. § Dico tamen primo.*

2 Materiæ, & formæ sacramentorum, sunt determinatæ ex Christi Domini institutione, & eo modo, quo definitæ sunt, necessariæ sunt ad sacramenta conficienda. Est de fide absolute, quia hæc sacramenta signa sunt gratiæ, quam conferũt, sed hoc non habent, nisi ex institutione diuina: ergo vt hanc virtutem habeãt, necesseest, vt in eis conficiendis diuina institutio seruetur: ergo oportet, vt ex illis verbis, & rebus constẽt, quæ Deus decreuit. *Tomo 3. disp. 2. sect. 3. §. Dico primo. & q 40. ar. 5. §. Duplex potest, in comment.*

3 Sacramenta omnia eadem materia, & forma cõstant in vniuersa Ecclesia; atque adeo id quod in vno loco sufficit, sufficit vbique, vt sacramentum factum teneat; quamuis fortasse peccet minister accidentalem ritum omittendo, cum non sit idem in omni parte. Ratio conclusionis est, quia sicut Christus vnam instituit Ecclesiam, ita vnam tantum fecit sacramentorum institutionem, quæ vniuersę Ecclesiæ deseruiret. *Tomo 3 disp. 2. sect. 6. §. Dicendum nihilominus.*

§. VIII.

Sacramentum quoad institutionem.

1 SAcramentũ à solo Deo, vel ab eius habente potestatem potest institui, quia sacramentum debet esse signũ gratiæ conferendæ: & Deus solus est Author gratiæ, ideo solus potest huiusmodi signũ instituere. *Tomo 3. disp. 1. sect. 2. §. Dices hæc omnia.*

2 Quamuis nullum esset peccatum expiandum, poterant sacramenta a Deo institui: quia non est necesse vt hoc fiat solum occasione peccati, cũ per se habeat alias conuenientes rationes, vel congruentias, tam ex parte Dei, quàm hominis; nec hoc esset proprie subijci homi-

hominē sensibilibus rebus, sed Deo in vsu alicuius rei sensibilis, quod non repugnat, cum status nō peccaminosi perfectione. *Tomo 3. disp. 3. sect. 3. §. Secundo consideratur.*

3 Christus Dominus immediate, ac per seipsum instituit omnia sacramenta nouæ legis. Ex definitione *Conc. Trid. sess. 7.* Cōc. Trid *can. 1.* Item sacramenta legis veteris fuerūt instituta immediate ab ipso Deo. De Circūcisione cōstat ex *Gen. 17.* de reliquis vero ex toto Exod. & Leuit. Itē immediatus sacramēti legis naturæ Author fuit Deus; quia supponendo fuisse in ea lege aliquod sacramentum dans gratiam, & delens peccatum originale, necessario dicendum est illud manasse à diuina institutione, quia solus Deus poterat talem medicinā adhibere peccato originali. *Tomo 3. disp. 12. sect. 1. per totam.* Quæ institutio facta à Christo aut à Deo, nullo modo ab Ecclesia potest mutari: non enim ab illo accepit potestatem excellentiæ sacramentis superiorem, sed ministerialem, & sacramentis alligatam. *Tomo 3. disp. 2. sect. 6. §. Altera vero pars.*

4 Intitutio sacramentorum legis gratiæ in multis excedit institutionem sacramentorum legis veteris: quod sacramenta legis veteris, per purum hominem data sunt immediate, nostra vero per hominē Deum. Itē quod circa illorum institutionē nullā potestatem, vel auctoritatem habuit ille homo, per quē à Deo data sunt, sed nec dū ministerium promulgandi voluntatem diuinam, in nostris vero instituendis simul cum diuina voluntate, & auctoritate intercessit volūtas Christi hominis, qui etiam, vt homo habuit potestatem excellentiæ, qua sicut potest leges ferre, & gratiam dare, ita etiam & sacramēta potuit instituere, & ad ea suscipiē da obligare. *Tomo 3. disp. 12. sect. 1. §. Dices ergo.*

5 Delgeata potestas instituēdi sacramenta, licet potuerit communicari à Deo, quia communicabilis est creaturæ rationali: vt probat noster Doctor, nulli tamen creaturæ communicata est, nec communicanda. Non communicata, quia nec in lege naturæ, nec lege veteri, nec in noua facta est: nec communicanda, quia sicut lex gratiæ vltima est, & vsque ad finē mundi duratura, ita & institutio sacramētorum eius vltima est, ac perpetuo duratura, ita vt nec augenda, nec minuenda sit. *Tomo 3. disp. 12. sect. 2. per totam.*

6 Baptismus, & pœnitentia ad dandam primam gratiā, est de fide. Alia vero ad dandum augmentū gratiæ: quia Baptismus est institutus ad delendum peccatū originale, & pœnitentia ad mortale, quod non tollitur, nisi per primā gratiā: vnde non om-

nia sacramenta nouæ legis sunt instituta per se, & ex propria ratione specifica ad dãdam primam gratiam, quædam vero ad augmẽtum illius, quia non omnia sacramenta sunt instituta ad eundem finem, sed vnũquodque habet suum officium distinctum ab alio. *Tomo 3. disp. 7. sect. 2. §. Tertio certum est.*

7 Sacramentum per se primò institutum ad remissionem alicuius peccati, per se etiam requirit motũ aliquem contra peccatum ad dignam receptionem talis sacramenti. Ratio est, quia peccatum actuale per se postulat hunc motum, vt remittatur. *Tomo 4. disp. 41. sect. 1. §. Nihilominus tamen.*

§. IX.

Sacramentum quoad necessitatem, & vtilitatem.

1 SAcramenta omnia sunt valde vtilia, quatenus conferunt gratiã, vt manifestum est, non sunt tamen omnia necessaria necessitate salutis, vt constat ex confirmatione, extrema vnctione, & matrimonio, & sic de alijs; solum tamen tria sacramenta sunt necessaria ad salutem. Vnũ quod est ordo, respectu corporis Ecclesiæ, & non singulorũ; sine quo nec hierarchia Ecclesiæ posset consistere, nec alia sacramenta confici possent, vel simpliciter, vel modo debito. Duo verò quæ sunt baptismus, & pœnitentia, scilicet primum absolute respectu omnium, cũ omnes in peccato originali nascantur. Secundum verò respectu eorum qui post baptismum mortaliter peccauerunt, quia remissio talis peccati ad salutẽ necessaria est, & ad hunc effectum institutum est hoc sacramentum. *Tomo 3. q. 65. art. 4. §. De hac ergo, in comment.*

§. X.

Sacramentum quoad efficientiam.

1 SAcramenta non solum per formã, sed per materiam efficiuntur. De aqua enim baptismi inquit August. corpus tangit, & cor abluit, & alibi etiam dicit aquam habere vim abluendi animam ratione adiũcti verbi, multo ergo magis verbum habebit hanc vim. *Tomo 3. disp. 2. sect. 2. §. Secunda sententia.*

2 Non additur in sacramentis aliqua qualitas, per quã causent gratiam, quia nulla qualitas potest ex natura sua esse effectiua gratiæ habitualis, si autẽ non habet hanc virtutem connaturalem, est impertinẽs, nihilque iuuare poterit. *Tomo 3. quæst. 62 art. 4. §. Hunc articulum, in comment.*

3 Virtus per quam eleuan-

tur

tur sacramenta ad efficiendum hominem gratum, non est res aliqua superaddita, sed est ipsamet entitas rei, quæ hoc ipso, quod creata est, & subordinata primo agenti, est in potentia obedientiali activa, vt efficiat, quidquid non implicat contradictionem respectu illius; hæc enim ratio obedientialis potentiæ communis est sacramentis, quorum eleuatio diuina solum in hoc consistit, quod Deus altiori modo concurrit dãdo auxilium sufficiens, vt res operetur secundum hanc potentiam. *Tomo 3 disp. 9. sect. 1. §. Tertia vero difficultas.*

4 Sacramenta, vt instrumenta physica causant gratiam habitualem, quia hoc est magis consentaneum locis scripturæ in quibus dicimur mundari, sanctificari, aut regenerari ex aqua, aut *per lauacrũ regenerationis, & lauacro aquæ in verbo vitæ*. At vero sacramentalem gratiam causant tãtum moraliter, quia effectus moralis tãtum postulat, vt moraliter fiat. *Tom. 3. disp. 9 sec. 2. §. Dicendũ est enim. & §. Ad secundũ respondetur, & sect. 1. §. Nihilominus dicendum.* Nec ad hoc indigent prænia aliqua actione, vt late probat noster Doctor discurrendo per omnia fere sacramenta. *Ibidẽ §. De alia verò.*

5 Sacramenta causant gratiam in instanti, in quo non extrinsece, sed intrinsece perficiuntur, ac consummãtur, quãquam enim sacramenta extrinsece fieri incipiãt, per vltimum non esse ablutionis, seu prolationis verborũ, &c. consummãtur tamen in vno instanti in quo fit aliquod indiuisibile positiuum, & reale, quo intrinsece completur sacramentum, & in eodem instanti gratia confertur. *Tomo 3. disp. 8. sect. 2. §. Vltimus ergo.*

6 Ad effectum qui interdum datur recedente fictione, moraliter tantum concurrunt sacramenta, quia non concurrunt vt instrumentum physicum, ac reale, tale enim dicere falsum est: ergo concurrunt moraliter. *Tomo 3. disp. 9. sect. 2. § Ad alterum aliqui.*

7 Sacramenta numquam conferunt gratiam ex opere operato, antequam re ipsa sumantur, seu applicentur, quia effectus sacramentorum non sunt promissi, nisi reali vsui sacramẽtorum, vt patet ex illis verbis: *Qui mãducat meam carnem, habet vitam æternam*; & sic de alijs. *Tomo 3. disput. 8. sect. 1. §. Nihilominus dicendum.*

§. XI.

Sacramentum quoad subiectum.

1 SOli homines viatores sunt capaces sacramentorum, quia sacramenta instituuntur ad sanctificandos per gratiã eos, quibus

bus conferenda sunt, ergo tantum illi sunt capaces sacramentorum, qui sunt capaces gratiæ, huiusmodi autem sunt tantum modo creaturæ rationabiles: ergo, &c. *Tomo* 3. *disp.* 14. *sect.* 1. §. *Dico primo.* Angeli vero minime possunt esse capaces, quia sanctificatio per signum sensibile requirit materiale contactū, & quantitatem in vtroque extremo, quamuis potest esse de potentia absoluta, quia sicut dæmon cruciatur per ignem, vt instrumentum Dei; ita Angelus potest sanctificari per aquam, vel aliud signum sensibile. *Ibidē* §. *Hic vero.* Irrationabilia tamē solum sunt capacia sacramentalium, sic enim sanctificatur templum, calix, & similia. *Ibidē* §. *Dices rationem.*

2 Omnes homines viatores sunt capaces sacramentorum nouæ legis, quia omnes sunt capaces gratiæ, & illa indigent. *Est certa.* At vero homo viator non inchoat viam, donec ex vtero matris natus est: tunc enim incipit esse viator in foro Ecclesiæ, seu humano, quia dum homo est in vtero matris, non est capax sacramenti, quod per Ecclesię ministros sensibili modo, & ad subiectum sensibile applicari debet. *Tomo* 3. *disp.* 14. *sect.* 1. §. *Dico secundo.*

3 Homo qui sacramentum susceptit obligatur ex præcepto ad exhibēda omnia, quæ ex parte illius necessaria sunt ad valorem, & substantiam, & ad eas circunstantias, quæ vel ex natura rei, vel speciali Ecclesiæ præcepto necessaria sunt ad decentem modū recipiendi sacramētum. Hæc conclusio est euidēs, vt patet. Item tenetur ita dispositus ad illud accedere, vt sit capax principalis effectº eius, qui est gratia sanctificans, cui effectui obicem ponere, semper est peccatum mortale, nisi per ignorantiam inuincibilem aliquis excusetur: quod est etiam certum ex communi Theolog. sententia, & vniuersali Ecclesiæ consensu: sed non tenetur sem per accedere in gratia, vt patet in baptismo, & pœnitentia, quia non prærequirunt gratiam, & ideo vocantur sacramenta mortuorum, sed tantum dispositus, vt illam suscipiat, vt iam alibi diximus. *Tomo* 3. *disp.* 17. *sect.* 2. *per totam.* *Supponitur.*

4 Qui petit sacramentum ab eo, qui non potest rite, & valide dare, peccat grauiter, quia inducit ad actum sacrilegij, itē quia ipsa susceptio ficti sacramēti in se est mala, & contra rectā rationē. *Tomo* 3. *disp.* 18. *sect.* 1. §. *Suppono primo.* Idē dicendū de petente à prohibito excōmunicato, & hæretico, licet rite daturo, & parato, quia tūc actio & receptio, est sacrilega, & prorsº inutilis, & permitiosam fictionē continens, non habet enim ius dandi, quia nō est pastor illius, nec facultatem habet à propio pasto-

pastore, vt supponitur, nec ob necessitatem, vel aliam similem causam, censetur illi concessum tale ius, & sic semper est illicitum petere in huiusmodi casibus, quia cum ab aliquo petitur, id quod sine peccato facere non potest, consequenter petitur peccatum ipsum, quod est intrinsece malum. *Ibidem.* §. *Suppono primo.*

5 Petere, & accipere sacramentum à ministro, qui potest licite dare, ex malitia autem sua datus non est sine peccato, non est intrinsece, ac per se malum, siue ille sit minister ex officio, siue non, & siue sit ad dandum paratus, siue non sit. Probatur, quia ab illa actione ministri, quę vt ab illo fit, habet adiunctam malitiam, separabilis est malitia, per se loquendo; nam solum ex praua voluntate ministri illi adiungitur: ergo qui petit illam actionem, per se non petit aliquid malum, nec quod necessario habeat malitiam adiunctam: ergo illa petitio ex se, & obiecto suo non est mala, neque ex vi illius inducit aliquis alium, ad operandum malum, sed permittit illud malum, quod alias ex sua voluntate sola admisturus est actioni per se bonæ, non est ergo intrinsece malum. Exempla sunt communia in petitione iuramenti à gentili, qui per falsos Deos iuraturus est, & in petitione mutui ab eo, qui vsuras exacturus est, quia hæc ex obiecto suo non sunt intrinsece mala. *To.* 3. *disp.* 18. *sect.* 1. §. *Dico ergo primo, & seqq.* Nec requiritur vt petenti sacramentũ constet ministrum esse bene dispositũ, quia hęc cura non est illi cõmendata, satis ergo erit, vt illi non constet alium esse male dispositum, ergo, vt obligetur ad non petendum sacramentũ, oportebit, vt moraliter ei cõstet ministrum esse male dispositũ, & cum ea mala dispositione ministraturum sacramẽtum, quod difficillimũ est iudicare, nisi vbi manifeste cõstat ministrum esse in diuturna consuetudine, & proxima occasione peccati: extra hunc verum casum, etiamsi contingat videre sacerdotẽ paulo antea mortaliter peccantem, potest ab illo peti sacramentũ, etiamsi nõ sit paratus, neque ex officio illud teneatur dare, quia semper potest sperari, eum fore conueniẽti modo disponendũ, quod breuissimo tempore præstare potest. *To.* 3. *dis.* 18. *sect.* 1. §. *Quod vt probabilius, & seqq.*

Nico. Pap. in cap. vlt. 15. q. 8. Lucius 3. in c. vestra de cohab. cler. & mu lier.

§. XII.

Sacramentum quoad dispositionem.

1 DIspositio suscipientis pensatis omnibus considerandа est in ordine ad infusionẽ gratiæ habitualis, vel augmentũ eius: nam licet hęc dispositio sit actus alicuius virtutis, & interdum

dum ex multis,& varijs actibus coaleſcat,tamen moraliter conſiderata,eſt ſufficiens ad conſequendos tot gradus gratiæ per ſacramenta , & conſequenter ſufficit ad eoſdem gradus,in cæteris virtutibus , & donis , quia hæc dantur concomitanter cum ipſa gratia. *Tomo* 3. *diſp.* 7. *ſect.* 2. §. *Dices aliquando.*

2 Quodcunque peccatum mortale actuale,ſiue habituale, non deteſtatum,ſaltem per attritionem,impedit effectũ ſacramenti; quia peccatum repugnat diuinæ gratiæ: ſecus dicendum de peccato veniali,cum nõ habeat formalem repugnantiam cum diuina gratia,nec eius augmento. Item, vt ſacramentum conferat gratiam primã , neceſſaria ſemper eſt ex parte ſuſcipientis, aliqua actualis diſpoſitio, qua ſe ad gratiam ſuſcipiẽdam, ita ſe præparet , vt illi obicem non ponat , quia non ſufficit, quod homo ceſſet à peccato actuali,nec ſufficit,vt recepiatur ſacramentum voluntarie , ſed eſt neceſſaria bona diſpoſitio in intellectu , aut voluntate. ſſ. in intellectu fides, in voluntate aliqua deteſtatio peccati , vel bonus motus in Deum. Item vt ſacramenta conferant augmentum gratię,ſolum requirunt habitualem gratię diſpoſitionem, id eſt, quod in ſtatu gratiæ recipiantur ; quia gratiæ augmentum ſupponit primam gratiam. *Tomo* 3. *diſp.* 7. *ſect.* 4. §. *Secundo igitur,& ſequentibus.*

Gabr in 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *artic.* 1. *Petr. Sot. lect.* 9. *de ſacram. in gener. & lect.* 7. *de confeſ.*

3 Ad recipiẽdam remiſſionem peccati mortalis,& primã gratiam per ſacramentum requiritur diſpoſitio per aliquem actũ attritionis,quia ſi antecedit cõtritio ſtatim datur prima gratia, atque ita non datur per ſacramentum , ſed augebitur , ergo ſufficit attritio,quę in ſacramentis viuorum nõ ſufficit, niſi per accidens,quia cum non ſint per ſe inſtituta ad delendum peccatum mortale , requiritur ſtatus gratiæ ad eorum dignam ſuſceptionem : at vero ſi quis inculpabiliter exiſtimet ſe eſſe in ſtatu gratiæ cum non ſit,ſufficeret illa diſpoſito;quia ratione prædictæ ignorantiæ, ac bonæ fidei non ponitur obex. *Tomo* 3. *diſp.* 7. *ſect.* 4. §. *Occurrebat autem.*

4 Ad recipiendum ſacramentalem gratiam formaliter ſumptam, id eſt,prout addit diuinã aliquam motionem,ſeu auxiliũ, requiritur, vt homo eo tempore quo recepturus tale auxiliũ, ſit in ſtatu gratiæ ; tum quia hic effectus ſacramentalis non datur, niſi vt coniunctus,& fundatus in gratia ſanctificante , tum etiam, quia, qui eſt in peccato, eſt indignus his donis ſpiritualibus. *Tomo* 3. *diſp.* 7. *ſect.* 4. §. *Secundo colligitur.*

5 Magis diſpoſito actualiter reſpondet maior gratia , nam moraliter loquendo, illa actualis eſt proprie diſpoſitio , nam in ea aliquid homo de ſuo confert

fert cũ diuina gratia, vt dignius sacramentum recipiat. Deinde hæc dispositio moraliter consideranda est, nam illa quæ pensatis omnibus circunstantijs, melior est, & laudabilior, & magis proportionata ad effectum sacramenti, conducet ad augmentum eius, & hoc modo inter alias circunstantias poterit etiam iuuare maior gratiæ dignitas, quatenus aliquomodo redundat in actum, & facit illam esse maioris valoris, ac dignitatis moralis. *Tomo 3. disp. 7. sect. 5. §. Sed quæres, in fine.*

6 Ad valorem sacramenti collati adulto, necesse est, vt reci- *D. Tho. q. 68. artic. 7. & in 4. dist. 6. q. 1. art. 2. q. 3.* piens habeat intentionem, seu voluntatem formalem, aut virtualem, seu interpretatiuam, vt constat ex multis Concilijs, & clarius ex c. maiores, de Bapt. & eius effect. Item excepto sacramento pœnitentiæ in reliquis nulla dispositio fidei, pœnitentiæ, aut iustitiæ necessaria est ad valorem sacramenti, vt ex diffinitione multorum Conciliorum probat noster Doctor. *Tomo 3. disputat. 14. sect. 2. Per totam.*

§. XIII.

Sacramentum quoad effectum.

1 OMnis vera iustitia, per sacramẽtum incipit, augetur, vel reparatur, vt habe- *Cõc. Trid.*

tur in *Conc. Trid. sess. 7.* in principio. *Tomo 3. in præfatione. §. Cum Diuus Thomas.*

2 Omnia sacramenta nouæ legis conferunt gratiam habitualem omnibus non ponentibus obicem. Ratio est: quia hæc sacramenta sunt signa gratiæ, & non pronostica, sed demonstratiua: ergo significant gratiam, quæ in eorum susceptione confertur: sunt autem sacramenta signa vera, & infallibilia, cum sint ab ipso Deo tradita, & imposita: ergo necesse est quod eorũ significatio sit vera. *To. 3. disp. 7. sect. 2. §. Primum est, & sect. 4. §. Primo igitur statuenda.* *Cõc. Trid. sess. 7. Can. 7.*

3 Aliqua sacramenta possunt conferre primam gratiam, vt Baptismus, & pœnitentia, quia sacramenta aliqua per se sunt instituta ad tollendum peccatum, quod ex natura rei habet formalem oppositionem cum gratia, & non nisi per illam expellitur, ergo necesse est, quod saltem hæc sacramenta aliquando expellant peccatum, & conferant primam gratiam ex opere operato: aliàs nunquam efficerent illum effectum, propter quem sunt instituta. *Tom. 3. disp. 7. sect. 2. §. Nihilominus dicendum.* Imo omnia aliquando possunt conferre primam gratiam, quia omnia sunt per se instituta, ad dandũ aliquẽ gradum gratiæ, ergo si subiectũ non habet dispositionem repugnantem actualiter gratiæ, semper illum con-

conferrent, aut per modum augmenti, si subiectum sit iam gratum, vel per modum primæ gratiæ, si subiectum nondum erat iustificatum. *Ibidem.* §. *Nihilominus contraria.*

Cõc. Trid. 4 Virtutes, & Spiritus Sancti dona, simul cum gratia conferuntur, vel augentur, eo modo quo infunditur gratia: v.g. si per sacramentum infunditur prima gratia, per se, & ex accidenti eisdem modis infunduntur dona, & virtutes. Colligitur *ex sess. 7. Concil. Trident.* & est communis omnium Theologorum. *Tom. 3. disp. 7. sect. 2. §. Ex dictis hactenus constat.*

D. Tho. in 4. dist. 1. q. 1. art. 4. q. 5. & alij. 5 Singula sacramenta habent proprias sacramentales gratias, quas efficiunt; conueniunt omnes Theologi. Ratio est: quia ad distinctos fines ordinantur: vnde necesse est, vt habeant distinctos effectus. *Tomo 3. disp. 7. sect. 3. §. Quæ hactenus diximus.*

6 Sacramenta viuorum non remittunt peccatum mortale, nisi in voto sacramenti pœnitentiæ, vt patebit facile discurrenti per omnia. *Tomo 3. disp. 7. sect. 4. §. Tertio dicendum est* Item effectus sacramenti de lege ordinaria, nec ex Dei voluntate, nec prædestinatione, nec ex ministri merito, vel impetratione augetur, si dispositio suscipientis semper sit eadẽ. Quoad voluntatem Dei, & prædestinationem probatur: quia licet ex diuina prædestinatione, & electione oriatur vt vnus maiorem gratiam recipiat quam alius, tamen hoc nõ fit regulariter, nisi per media consentanea, & ad hunc effectum accommodata, hoc enim pertinet ad Dei suauem prouidentiam. Quoad meritum ministri etiam patet, quia effectus sacramenti non datur ob meritum ministri, sed solius Christi. *Tomo 3. disputat. 7. sect. 5. §. Dico secundo.* Item sacramentum semper habet æqualem effectum in subiecto æque disposito, iuxta consensum omnium Theologorum. *Ibidem.* §. *Dico tamen primo.*

7 Sacramentum eiusdem rationis confert maiorem effectũ gratię homini melius disposito, colligitur *ex Conc. Trid. sess. 6. c. 7.* Ratio est: quia ad suauem Dei prouidentiam, & sapientem ac iustissimam distributionẽ pertinet, vt melius disposito maior gratia conferatur. *Tomo 3. disp. 7. sect. 5. §. Dico tertio.*

8 Effectus proprie sacramentalis non datur per votum sacramenti, quia nunquã per merita, aut dispositionem obtineri potest, v.g. character, vel remissio peccati, cum sola attritione, vel remissio totius pœnæ sine condigna satisfactione. *Tomo 3. disp. 8. sect. 1. §. Aduertendum vero est, & disp. 28. sect. 4. §. Ad confirmationẽ.* Vbi dicitur sacramentum in voto non causare effectũ ex opere operato. *Damascen. lib. 4. cap. 20.*

9 Supposita diuina promissione

sione effectus Sacramenti est infallibilis, obice deficiente: quia illa posita, non intelligitur effectus Sacramenti, pendere ex solo arbitrio diuino, sed potius est intelligendum Sacramētum, tanquam causa per se efficax, & naturaliter agens in subiecto dispositio. Vide *Cōc. Trid. sess. 7. can. 7.* At verò secluſa promissione, non habet effectum: quia Sacramentum non est causa nisi supposito pacto, & promissione. *Tom. 3. disp. 40. sect. 2. §. Responderi potest, & sequenti.*

Cōc. Trid.

10 Omnia sacramenta imprimentia characterē habent suum effectū, recedente fictione. Ratio est: quia hæc sacramenta constituunt hominem in quodā statu, à quo retrocedere nō potest: ergo conueniens eorum institutio postulat, vt ea gratia, quæ ex institutione diuina, annexa est huic characteri, semper detur, quoties ex parte hominis non fuerit impedimentum, & consequenter, quod reuiuiscat, etiam si per fictionem in principio impedita fuerit. *Tom. 3. dis. 28. sect. 6. §. Hæc quæstio.*

D. Tho. in 4. dist. 4. q. 3. ar. 2. ad 3. Cou. c. alma. 1. p. §. 4. nu. 13.

11 Non omnia sacramēta nouæ legis imprimunt characterē. Nā quatuor ex illis. ſſ. Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, & Matrimonium characterem non imprimunt. In hoc conueniunt omnes, & colligitur ex Conc. Trid. & Floren. quia licet expresse nō negent hæc quatuor sacramenta imprimere characterem; tamen dum de tribus alijs affirmant, de alijs tacitè negant. *Tom. 3. disp 11. sect. 1. §. Secundo statuendum.*

12 In sacramentis quæ imprimunt characterem, prius natura datur character, quā gratia sacramentalis; quia talis gratia characterē requirit, & non è cōtrario, nemini enim datur gratia per hæc sacramenta, cui non datur character: multis enim datur character, quibus non datur gratia. *Tom. 3. disp. 11. sect. 1. §. Sed dubitabit aliquis.*

13 Quando Sacramentum est irritum, & nullum, effectus Sacramenti non suppletur, à Deo: quia proprius effectus alicuius Sacramenti ex opere operato, numquam datur, nisi quando Sacramentum est ratum, & validum. *Tom. 3. q. 64. ar. 8. §. Ex argum. in comment.*

14 Sacramenta nouæ legis sūt causæ gratiæ. Est de fide diffinita fere sub eisdem terminis in *Trid. sess. 7. can. 6. 7. & 8. & in sess. 6. cap. 7. & Conc. Floren.* Probaturque ex Patrum, & Ecclesiæ traditione fundata in scriptura. *Tom. 3. disp. 7. sect. 1. §. Dico ergo primo, & seqq.*

15 Omnia sacramenta legis nouæ possunt cōferre argumentum gratiæ si suscipientem inueniant in gratia iam constitutum sequitur euidenter, *ex Conc. Trid. sess. 7. can. 7. Si quis dixerit non dari gratiā per huiusmodi sacramenta semper, & omnibus quantum est*

ex parte Dei, sed aliquãdo, & aliquibus, etiam si rite ea suscipiant anathema sit. Tom. 3. disp. 7. sect. 2. §. Secundo est certum.

16 Per nullũ Sacramentum infunditur, vel augetur aliquis habitus, qui non infundatur, vel augeatur per alia; quo fit, vt Sacramentalis gratia nõ addat aliquem habitum, vel gratiã virtutum vel donorũ: qua vel talis habitus, esset in essentia animæ, vel in potentijs. Non primum, quia ad sanctificandã animam sufficit gratia, & nõ potest fingi alius finis, vel effectus, qui in essentia animę fiat propter quem huiusmodi habit⁹ superaddatur. Non secundum; quia in potentijs solũ infunduntur habitus, qui sunt principia supernaturaliũ, & honestorũ actuum, sed per virtutes infusas Theologales & morales, & Spiritus sancti dona, sufficientissime perficiũtur nostræ potẽtiæ, in huiusmodi actibus, nec excogitari potest aliquis actus huiusmodi, qui ad aliquã virtutem infusam, vel donũ Spiritus sancti non pertineat. *Tom. 5. dis. 7. sect. 3. §. Dicendum vero est.*

17 Gratia sacramentalis addit supra gratiam virtutum, & donorum aliquod speciale auxilium gratiæ ordinatum ad proprium finem Sacramenti: quia nil aliud relinquitur, quod gratia sacramentalis esse possit, nec potest intelligi, quid aliud addat, si non addit habitum, quod declaratur discurrendo per omnia sacramenta. *Tom. 3. disp. 7. sect. 3. §. Dico secundo.*

18 Sacramentum transactũ non dat propriè effectum, sed Deus ratione illius. Rat. est: quia cum Sacramentum iam non sit, non potest proprie causare, vel efficere gratiã: nam causare, & efficere supponit esse: ergo solũ dicitur ille effectus ratione Sacramenti. *Tom. 3. disp. 8. sect. 3. §. Vltimo dicendum.*

19 Hæc tria sacramẽta, Baptismus, Cõfirmatio, & Ordo, imprimunt characterem in anima. Est de fide definita sub his terminis, *in Conc. Trid. sess. 7. can. 9. de sacram. in gen. Conc. Florent. in decret. Eug. & in cap. Maiores. de bap. Tom. 3. disp. 11. sect. 1. §. Dicendum vero, & seqq.*

§. XIIII.

Sacramentum quoad ministrum.

1 ILle est sufficiens minister ad Sacramentũ conficiendũ, quem Christus sua institutione designauit; quia vt Conc. Flor. docuit. ff. quod sacramenta tribus perficiũtur, materia, forma, & miniſtro, ergò necesse est, vt, qui Sacramentum instituit, hæc tria statuat, atq; designet, quæ sunt de necessitate Sacramenti. *Tom. 3. disp. 13. sect. 1. §. Principio statuendum.* *Supponitur.*

2 Minister medio Sacramẽto, efficit effectũ Sacramenti; vt aperte colligitur *ex Conc. Trid. sess.* *Cõc. Trid. Cõc. Flor.*

sess. 7. 13. & 14. & Conc. Floren. in decret. Eug. Nec habet alium influxum distinctũ ab actione, seu influxu ipsorum Sacramentorũ, vt confirmat communis consensus, tam Conciliorum, quam Theologorũ. *Tom. 3. q. 64. art. 1. §. Quæri vero hoc loco, & sequenti in comment.*

Cõc. Trid. 3 Valor, & veritas Sacramẽti, per se non pendet ex consecratione, fide, & sanctitate ministri, aut maior, aut minor effectus Sacramenti. Vnde Sacramentũ datum à ministro, quantumuis iniquo, schismatico, hæretico, & ab Ecclesia præciso, est validum, dũmodo omnia essentialia concurrant. Est de fide, *ex Conc. Trid. sess. 7. can. 12. de sacra. in gen. & can. 4.* & multis alijs, cuius ratio petenda est ex institutione & voluntate Christi. Nam si Christus voluisset, potuisset sine dubio instituere, vt sacramẽta nõ essent rata, nisi à bonis ministris conferrentur; sicut instituit, vt quam plura eorum dari possent à ministro cõsecrato, & non ab alio, seu à viris, & non à fœminis, &c. *Tom. 3. disp. 13. sect. 4. §. Dicendũ ergo, & §. Ex quibus rationibus, & seqq. & q. 64. ar. 1. §. Ex quo intelligimus. & art. 5. §. In hoc, & seqq. in comment.*

4 Soli homines sunt sufficientes ministri Sacramento-
Ale. Alẽs. 4. p. q. 16. memb. 4. Gabr. dist. rũ, vt probatur ex Christi institutione in singulis sacramentis: quamuis non omnes possint esse ministri quorumcunq; Sacramentorum. Vnde in Baptismo potest esse quilibet homo vtens ratione. In matrimonio omnes fideles Baptizati, potentes inter se matrimonium contrahere. In Eucharistia, & Extrema vnctione, quilibet simplex Sacerdos. In pœnitentia Sacerdos habens iurisdictionem. In alijs duobus: scilicet, ordine, & confirmatione Episcopus, vel ex dispensatione in confirmatione & aliquibus ordinibus. Denique requiritur vt sit rationis capax, quia aliàs non poterit habere veram intentionem, ac debitam, & ideo nec infantes, nec amentes possunt esse. *Tom. 3. disp. 13. sect. 1. §. Hoc posito, & §. vltimo dicendum.* *6. q. 1. Sot. d. 1. q. 5. art. 7. & reliq.*

5 Nec Angeli de potentia ordinaria, vt cõstat ex institutione Christi Sacramentorũ possũt esse ministri, nec animæ separatæ, etiam charactere insignitæ, quia pro illo statu non solũ sunt similes Angelis in participatione gloriæ, sed etiã in conditione naturæ, ideſt, in naturali abstractione, & separatione à corpore bene tamẽ erit minister, homo etiam cum corpore glorioso resurgens. *Tom. 3. disp. 64. art. 7. §. Reddit D. Thom. in comment.*

6 Minister Sacramentorum non se gerit, vt referens alterius voluntatẽ, sed vt potestate vtẽs, quia necessaria est voluntas ministri, intentio, ac arbitrium, atque iudicium, vt patet ex institutione, vt v. g. si Rex cõmittat

iudici cognitionem alicuius cau sæ, necesse est, vt talis iudex modo humano, & per propriam vo luntatem vtatur tali potestate, sic ergo eodem modo se habent ministri Sacramentorum. *Tom. 3. disp. 13. sect. 2. §. Fundamentum huius sententia.*

7 Minister ab Ecclesia prohibitus si omnia requisita adhibeat, licet ministrando peccet verum cõficit Sacramentũ; quia sola prohibitio nõ sufficit ad irritandũ Sacramentũ, si non priuet illũ aliqua re substantiali, ac necessaria ad Sacramentũ. *Tom. 3. disp. 2. sect. 6. §. Altera vero.*

8 Ministri intentio triplex potest esse. Prima est intẽtio, seu voluntas proferendi illa verba, seu faciendi actionem externã, v.g. lauandi, vngendi, &c. quæ non sufficit. Secunda est intẽtio faciendi Sacramẽtum, vel quod idem est, faciẽdi, quod Christus instituit, vel quod Ecclesia intendit, quæ requiritur ad valorem Sacramenti. Tertia denique est intentio conferendi effectum Sacramenti, quæ vt distinguitur ab intentione Sacramenti non est necessaria ad perfectionem Sacramenti, imo neque ad eius effectũ. Nam si quis intendat conferri alteri Sacramentũ etiam si nolit illum sanctificare, Sacramentum erit validum, & habebit effectum deficiente obice. *Tom 3. q. 64. art. 8. §. Circa quem D. Thom in comment. & disp. 13. sect. 2. §. In qua est prima, & seqq.*

9 Defectus intentionis ministri, irritat Sacramentum, quia intentio faciendi Sacramentum est de necessitate illius, vt supponitur. *Tom. 3. q. 64. ar. 8. §. Circa quem in comment.* Semper tamen est præsumenda intentio, ni si defectus constet exterius, vt colligitur *ex cap. A quodam de consecrat. dist. 2.* & alijs. *Ibidem. §. In argumento.*

10 Intentio iocosa ministri non destruit semper Sacramentum: quia potest fieri animo efficiendi Sacramentũ vere, quamuis extrinsecus finis sit iocosus, aut animi oblectatio, & talis intentio iocosa, non est contra substantiam sacramenti; quia non destruit finem intrinsecum: secus si intentio fit iocosa ita, vt sit ficta, & simulata, vt patet. *To. 3. disp. 13. sect. 2. §. Ad primum fundamentum.*

11 Qui intendit facere, quod facit Christus, & non quod intendit Ecclesia, non facit Sacramentum, si tanta sit contrarietas voluntatum, vt omnino destruatur intentio faciendi Sacramentum, tam in generali, quam speciali, tollitur enim intentio necessaria. Idem dicendũ si contrarietas voluntatũ impediat ne applicetur aliquod essentiale, v.g. si quis intendat facere Baptismum cum aqua rosea: at verò si neutrum horum intercedat, illa contrarietas voluntatum ex ignorantia concepta, nõ impediet Sacramentum, adest enim

enim materia, forma, & intētio. Item qui vult dare Sacramentū, & non effectum eius, facit Sacramentum, quia intentio Sacramenti, est prior; & essentialis, intentio autem effectus est posterior: secus si intendat dare effectū Sacramenti sine Sacramento; quia simpliciter non intēdit facere Sacramentū. Item baptizantes volentes contrahere matrimonium, & non facere Sacramentum, faciunt Sacramētum, si hæc posterior voluntas procedat ex priuato errore, quo existimant matrimonium nō esse Sacramentū, si re ipsa velint contrahere illud eo modo, quo Christus instituit; quia sufficit illa voluntas vniuersalis: secus, si illa volūtas sit propria intentio reuera, & affectus separandi, quantū in ipsis est, rationem Sacramenti à ratione contractus: quia tūc deest necessaria intentio. *Tom. 3. disp. 13. sect. 2. §. Superest, vt respondeamus.* Idem de intentione eius sufficit moralis certitudo: quia non est inconueniens Sacramenta ex hoc capite habere aliquam incertitudinem metaphysicam, vt sic dicam. *Ibidem §. Ad tertium.*

12 Intentio remota, seu interpretatiua, & in causa nō sufficit ad efficiendum Sacramentum, idem de intentione mere habituali; nec requiritur actualis, sed sufficere potest intentio virtualis ministri. Quod probat vsus Ecclesiæ, & consensus. Nullus enim existimat necessarium esse ad valorem Sacramenti, vt minister, quando illud exterius conficit, actu cogitet, & intendat Sacramentum cōficere. *To. 3. disp. 13. sect. 3. §. Dico secundo, & seqq.*

13 Ad faciendum Sacramēlum, necessaria est intentio absoluta, nec sufficit conditionata, nisi talis sit, quæ statim transeat in absolutam: quia sola intentio absoluta est efficax. *Tom. 3. disp. 13. sect. 3. §. Dico tertio.* Peccat vero minister sine causa talem conditionē adhibens, licet nunquā obstet veritati Sacramenti; quia intentio debet fieri determinata, quoad fieri potest; & ideò nō debet fieri depēdēs ab aliqua conditione. *Ibidē. §. Dico tertio.* Tamen si cōditio sit de futuro, semper est contraria substantiæ Sacramenti: vt si dicas: *si restitueris, ego te absoluo.* Nihil fit, quia cōditio de futuro suspēdit præsentem intentionem. *Ibidem. §. At vero si conditio.* Denique si conditio sit de diuina scientia, aut prædestinatione, v. g. *Volo te baptizare si es prædestinatus & non alias &c.* manet Sacramētum incertum, & iterandum saltē sub conditione, quia simpliciter dubiū est, an intētio sub tali conditione sit sufficiens, & saltē hic, & nunc in tali persona est incertum, an in re existat talis conditio. *Ibidem. §. Sed vrgebis.*

Vide Caietā. in summa verb. Absolutus.

14 Vt Sacramentum sit validum, necesse est, vt intentio ministri

nistri dirigatur ad certã aliquã personam, seu materiam, circa quã versetur, absque substãtiali errore. Probatur prima pars, quia hæc intẽtio ministri debet esse efficax, & operatiua, actiones autem sunt circa singularia, & constat ex formis Sacramentorum. Baptizo te, Absoluo te. Secũda pars patet; quia si determinata intentio ministri est necessaria ad valorem Sacramenti: ergo etiam necessarium est, vt vere cadat in eam rem, ad quã determinatur ex intẽtione eiusdem ministri, alioqui si intentio dirigatur ad vnum, & actio versetur circa alium, non procedet talis actio ex tali intentione: ergo non erit sufficiens. *To. 3. disp. 13. sect. 3. §. Dico quarto* Quãdo autem est censendus error substantiali, qui in huiusmodi intẽtione solet intercedere, dependet totum ex voluntate ministri quia reuera tantum facit, id quod re ipsa, & de facto intendit. *Ibidem §. Sed quæres.*

15 Christus non solum per membra sibi coniuncta, sed etiã per abscissa operatur, eisque vtitur, in suæ Ecclesiæ vtilitatem: & hoc sensu ait Augustinus lib. 1. de Bapt. cap. 19. Christum assistere hæretico homini (qui est mẽbrũ abscissum) conferenti Sacramẽtũ, iuxta ritũ ab ipso institutum, propter ipsius ministerij, & Sacramenti sanctitatẽ. *To. 3. disp. 13. sec. 2. § Ad tertiũ negatur, & melius sec. 4. §. Quarta obiectio esse potest*

Augustin.

16 Ministrare Sacramenta pertinet ad pastores Ecclesiæ, quibus cura animarũ incumbit, quia ipsi sunt dispensatores mysteriorum Dei, & ideo ad illos pertinet cura, & sollicitudo, atq; discretio inter dignos & indignos, vt Sacramenta pro dignitate tractentur. *Tom. 3. disp. 16. sec. 1. §. Secundo obseruandum.*

Supponitur.

17 Potestas administrandi licite supponit potestatem conficiendi illud: nam si Sacramentum quis conficere non possit, multo minus poterit illud efficere licitè. Item præter hanc potestatẽ conficiendi Sacramentũ, requiritur ius, seu facultas administrandi illud, vt licitè possit dispensari: quia non omnis, qui potest facere Sacramentum, potest etiã licitè illud dare: sed quĩ cum potestate etiam habet ius. *Tom. 3. disp. 16. sect. 1. §. Primum ommũ & §. Secundo dicendum est* Quæ potestas licet sit de iure diuino consumatur tamen iure humano. *Ibidem. §. Secundo obseruandum.*

18 Minister, si de sua potestate ita dubitet, vt nõ probabilius iudicet se illam habere, non potest ministrare Sacramentũ: quia ponit se manifesto periculo nihil faciendi, nisi vrgeat necessitas grauis, & non sit alia securior via: quia v.g. vel Sacramentum omnino omittendũ est, vel illo probabili modo dispensandum, quia non tam se exponit periculo, quam permittit illud,

vt maius vitet. *Tom. 3. disputat. 16. sect. 1. §. Quod si quis.*

19 Obligatio administrãdi sacramenta solum cadit in eum, qui potest illa licitè ministrare, vel simpliciter, vel in casu aliquo: quia obligatio esse non potest, nisi de actu licito: quæ obligatio interdum ex charitate, interdũ ex iustitia oritur. Obligatio charitatis obligat, quando obligat præceptum charitatis. Obligatio verò iustitiæ obligat eos, qui ratione officij, aut stipẽdij tenentur, & hæc est maior: licet alia sit etiam grauis. *Tom. 3. disp. 16. sect. 1. §. Dico tertio.*

20 Peccat grauiter minister mutando in forma, vel materia Sacraméti aliquid substantiale, vel essentiale, quia facta hac mutatione nõ applicatur forma, seu materia à Christo instituta. Idẽ dicendum si vtatur materia incerta, licet probabili, cum potest certam adhibere, vt si dicat in forma: *Genitoris*, loco *Patris*, & sic in alijs, quia ponit se periculo nihil faciendi. Item peccat non habendo debitã intentionem, quia etiam suo modo est substantialis Sacramento. Imò peccabit etiam grauiter si omittat, aut mutet ritum accidentalem præceptum ab Ecclesia, cum in Ecclesia sit potestas ad præciendum talẽ ritum. Poterit tamen esse veniale peccatum ex leuitate materiæ, v. g. si baptizãdo priuatim omittat latinam, & dicat vulgarẽ formam, & similia, secluso contemptu, scandalo, vel intẽtione introducendi nouum ritum, &c. vel damnandi aliquẽ vsum Ecclesiæ. At vero in his omnibus potest excusari ignorantia facti, aut inaduertentia naturali, non tamen iuris regulariter; quia hoc generale ius. ff. quod sacramenta debeant confici vera, & integra ex partibus essentialibus, tam est per se euidens, vt non possit ignorari supposito principijs fidei. *Tom. 3. disp. 16. sect. 2. Per totam.*

21 Minister ex officio non existens in gratia, tenetur sub mortali, se præparare ad illam, vt ministret Sacramẽtum, vnde si sciens, ac videns in statu peccati mortalis hoc faciat, mortaliter peccat. Vide *cap. Necesse est 1. q. 1. c. vlt. de temp. ord. cap. vlt. de cohab. cleric, & mul. c omnia, cap. per Esaiam, & c. profetauit. 1. q. 1.* Quod peccatum tãto erit maius, quantò iniquitas ministri maior fuerit, & Sacramentũ dignius, vt patet. *Tom. 3. disp. 16. sect. 3. §. Dico ergo, & seqq.*

22 Per solâ attritionem cognitam nõ se præparat minister, poterit tamen per ignorantiam excusari, si ad hoc ministerium accedat inculpabiliter existimans illam esse contritionem, nam talis ignorantia excusat à culpa: tamen re ipsa, ac per se loquendo tenetur ad verâ contritionẽ, vel si attritionem solã in se agnoscat, tenetur cõfessionẽ, præmittere, quia tenetur ita se

disponere, vt gratiam cõsequatur. *Tom. 3. disp. 16. sect. 3. §. Atque hinc sequitur.*

Soto in 4. d. 1. q. 5. art. 6. & dist. 24. q. 1. ar. 4. & alij.

23 Clerici inferiores Subdiacono, licet in peccato mortali propriũ munus exerceant, non peccãt mortaliter, quia illa materia leuis est, nisi adsit contemptus, scandalum, aut alia aliqua similis circunstantia. Nam Diaconus, seu Subdiaconos canendo Euangelium, aut Epistolã regulariter loquendo secluso scandalo, aut contemptu, quia illa materia non est adeo grauis, cũ illa actio quæ exercetur in hoc ministerio, non est illo speciali modo sãctificata, sicut actiones Sacramentorum: & hoc est verum in rigore, & in praxi seruandum. Item non peccat mortaliter, sed venialiter sacerdos, aut Episcopus sacramentalia exercens, ver. gr. dans primam tonsuram, benedicens Ecclesiã, aut vestes sacras, & similia, cp probat eadem ratio. *Tom. 3. disp 16. sect. §. Tertio quæri potest & seqq.*

D. Tho. in 4. d. 24. q. 1. ar. 3. q. 6. Rich. d. 5. ar. 3 q. 3. Syl. ver. Bapt. n. 4.

24 Qui ob necessitatẽ peccati administrat Sacramentum, non vt minister ex officio, sed eo modo, quo laicus potest illud ministrare, non tenetur se præparare ad gratiã, vt illud ministret, & consequenter nõ peccat mortaliter ministrando in peccato mortali: quia hæc obligatio sub peccato mortali disponendi se ad gratiã, non oritur ex sanctitate Sacramenti per se considerata, sed ex eo, quod qui dat Sacramentum; in ipso modo ministrandi se gerat, vt persona specialiter, & ex officio deputata ad illud munus, & quod in eo opere se exhibeat publicũ Christi, & Ecclesiæ ministrum. *Tom. 3. disp. 16. sect. 4. per totam.*

Extraua. ad euitanda.

25 Solum nominatim excõmunicati, & notorius percussor clerici vitãdus est in ministerio Sacramentorum, iuxta *Extraua. ad euitanda Conc. Constant. & Basil. sess. 20. Tom. 3. disp. 17. sect. 1. §. Vt ergo.*

26 Minister Sacramentorũ proprio, & speciali præcepto, tenetur ad non dandum Sacramentum iis, qui indigne ad illa accedunt: quia, cui est cõmissa Sacramenti administratio, consequenter ei præceptum est, vt illud munus peragat, vt fidelis dispensator & prudens. Item tenetur per se loquendo, non dare Sacramentum indigno, ne cooperetur peccato eius; quia tunc susceptio recipientis est malaer go etiã cooperari ad illam erit malũ, nisi detur Eucharistia peccatori occulto, petenti publicè ad vitandum scandalum, vt patet. *Tom. 3. disp. 18. sect. 2. §. Dico ergo primo, & seqq.* Quæ autẽ diligentia sit adhibẽda à ministro vt de alterius dispositione constet? Non potest vniuersalis regula tradi, sed prudentia opus est ad hoc iudicium ferendum in vnoquoque Sacramento, iuxta eius materiam, & conditionem. *Ibidem. §. Dico ergo primo.*

27 Omnia sacramenta, præter pœnitentiam, ab excommunicato collata, seruato Ecclesiastico ritu, ita vt nullus alius intercedat defectus, nisi cēsura ipsius ministri, rata sunt, & valida, & per se loquendo conferunt totū effectum proprium, nisi aliunde intercedat obex ex parte recipientiū; quia nec Sacramentum, nec effectus eius, potest, vel propter iniquitatē ministri, vel propter prohibitionem impediri, applicata debita materia, forma, & intentione. *Tom. 5. dis. 11. sec. 2. §. In hac quæstione & seqq.* Idē dicendum de Sacramentis, excepto pœnitētiæ, receptis ab excommunicato, quantum ad substantiam eorum, quia excōmunicatio non reddit personam inhabilem, & incapacem. Quæ sententia est constans suppositа ab omnibus. *Ibidem disp. 10. sec. 3. §. Quæstio hæc. & seqq.*

28 Excommunicatus vitandus administrans Sacramētum aut sacrificium offerens peccat mortaliter ex genere suo, iuxta *c. Si celebrat. de cleric. excom. minist. & c. latorem eodem tit.* quia sicut excommunicato est prohibitum dare, ita, & recipere: secus si intercedat inuincibilis ignorātia, vel inaduertentia, aut metus grauis, & de malo graui, & alioqui non sequatur scandalum, vel iniuria religionis, & Sacramentum possit aliàs valide ministrari, aut eminens articulus mortis, vel probabilis ipsius-met sacerdotis quoad Eucharistiam recipiendam, in alijs enim non est locus, vel necessitas eidem sacerdoti excommunicato celebrandi, aut ministrandi alteri Sacramentum, ne se se infamet, aut delictum suum publicum faciat, & consequenter, ne scandalum generet, vel odium, aut inimicitiam erga se in alijs efficiat, vel aliud simile incomodū incurrat, vel extrema necessitas proximi, qualis est in paruulo non baptizato animā agente, & sic in alijs Sacramentis, vt probat noster Doctor. Dūmodo non sit alius minister non excōmunicatus, & volēs administrare, quāuis adsit Parochus excōmunicatus, & simplex Sacerdos non consecratus, quia tunc Parochus ita se habet, ac si non esset Parochus. Idem dicendum licet sacerdos excommunicatus habilior sit non excommunicato, si non excommunicatus habeat ea quæ sufficiunt ad digne ministrandum ac subueniendū conscientiæ pœnitentis, quia tūc nō est necessitas sed maior commoditas. *Tom. 5. disp. 11. sect. 1. §. Regula generalis est, & seqq.*

D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 6. ad 3 & alij. Syl. verb. cōfes. n. 2.

29 Non est simpliciter prohibitum ex vi cēsuræ, excōmunicatis non vitandis ministrare sacramenta, eo modo quo alijs excōmunicatis vitandis prohibitū est; quia hæc duo correlatiua videntur; nā communicatio, cū inter duos necessario esse debeat, non potest esse vnius cum

illo, quin etiã sit huius cum alio, ergo si alteri eorũ cõcessa est cõ municatio cũ altero, necesse est vt alteri nõ sit simpliciter prohi bita, vnde excõmunicati Sacerdotes, non vitãdi, non priuãtur iurisdictione quã habebant administrandi Sacramẽta, donec denuntiati sint, sed nõ licet illis sese ingerere, & quasi inuitare ad Sacramenta ministranda, quia nullus fauor eis cõcessus est ergo non est eis data facultas communicandi, cum aliis, sed solum est aliis data facultas communicandi cum ipsis. At vero quando se non ingerunt possunt inuitari ab aliis ad eorum vtilitatem, vel necessitatem, vt constat ex tenore *Extrauag. ad euitanda*; quod non solum intellige de ministris ex officio, sed de omnibus aliis: & quod dictum est de ministro Sacramentorum, locum habet etiam in celebratione Missæ, vt probat late noster Doctor. *Tom. 5. disp. 11. sect. 4 §. Dico ergo secundo, & seqq.*

30 Propter nullius Sacramẽti (excepto Baptismo, & Ordine) indignam susceptionem incurritur irregularitas, quia non est expressa in iure. *Tom. 5. disp. 42. sect. 2. §. Quoniam de Sacramento.*

31 Homo, qui post separationem à corpore, iterum ad illud redit, proprie informando, & viuificãdo illud, potest esse minister Sacramentorum, si aliæ conditiones necessariæ concurrant, quia esset verus homo. Idem dicendum de redeũte ad vitam etiam in statu glorioso: quia in huiusmodi supposito cõcurrũt omnia necessaria ex parte ministri ad substantiã Sacramẽti: nam potest proferre propria verba humana, & applicare ita formam propriam, & materiam cum debita intentione, & potest etiam habere characterẽ si necessarius sit. *Tom. 3. disp. 13. sect. 1. §. Atque ex his omnibus.*

32 Sacramenta dari ab hæretico, non repugnat, quia si nullus alius defectus intercedat, vel timeatur, præter defectũ intentionis, hæresis non excludit omnino hanc intentionem Sacramẽti, potest enim hæreticus intẽdere facere quod Christus instituit. *Tom. 3. disp. 13. sect. 2. §. Ad tertium negatur, in fine.*

33 Homo distractus potest Sacramentũ facere ex intentione præcedenti; nam cum ratione vtatur, actio eius semper est humana, ac libera, & procedit aliquo modo à priori intẽtione: secus vero dicendum de ebrio, quia eius actio nec potest dici libera, nec procedens à priori intentione. *Tom. 3. disp. 13. sect. 3. §. Dico primo.*

34 Quamuis sit optimũ consilium præmittere confessionem ante administrationem Sacramentorũ. Tamen non simpliciter est necessariũ, interueniente sola administratione, quia nullum præceptum extat, nec naturale,

turale, nec diuinum, nec positiuum. *Tom. 3. disp. 16. sect. 3. § Sed quaret aliquis.*

35 In Ecclesia est præceptum ministris Sacramẽtorum impositum, vt iam non ministrent, nisi seruata solemnitate, & cæremoniis ab Ecclesia institutis: conclusio est de fide diffinita in Conc. Trid. sess. 7. can. vlt. de sacramentis in genere. Et cõtemptum huius præcepti semper est peccatum mortale, transgressio vero eius absque contemptu, nõ semper, sed pro materiæ grauitate, vt constat ex generali doctrina de præceptis. *Tom. 3. disp. 16. sect. 5. Per totam.*

36 Licet inducere ob necessitatem peccatorem ad recipiẽdum Sacramentũ, non vt in peccato sumat, sed vt sumat; quia hoc formaliter non est inducere ad malum, sed ad bonũ permittendo malum, v. g. si opporteat populum audire sacrum in die festo, & non sit alius sacerdos, nisi peccator, licèt ille sit ex malitia sacrificaturus. Idẽ si valde expediat, vt aliqui statim contrahant matrimonium ad vitandum scandalum, licitum erit eis tunc inducere ad contrahendũ statim eos admonendo, quamuis fortasse timeatur, non fore disponendos, & sic de aliis.

Tom. 3. disputat. 18. sect. 2. §. Sed quares.

§ XV.

Sacramentum quoad vsum.

1 VSus sacramẽtorum aliquãdo diuino iure, aliquando Ecclesiastico est præceptus, vt probat late noster Doctor discurrendo per omnia sacramenta, quia sunt â Christo instituta, vt animarum medicina, & remedia valde necessaria ad salutem, & conueniẽtem totius Ecclesiæ gubernationem, ergo oportuit adiungi illis præceptum. At vero potest cadere sub obligatione ex fine, & circũstantia extrinseca, quando præceptũ non obligat. Exemplo res declaratur, nam fieri potest, vt aliquis tentatione aliqua vrgente teneatur ad illam vincendam, vel confiteri, aut communicare, si diuturna experientia moraliter certus sit solere se à tentatione superari, quando huiusmodi remedium omittit. *Tom. 3. disp. 17. sect. 1. per totam.*

§. XVI.

Sacramentum quoad dignitatem. & nomina ex scriptura, & Patribus desumpta.

1 SAcramẽta legis nouæ sunt perfectiora, & digniora Sacramẽtis legis veteris. Est de fide. Ratio est: quia licet numero pauciora sint, actu tamen

men sunt faciliora virtute maiora,& vtilitate meliora. *Tom. 3. in præfatione. §. cum D. Thom. & late disp. 6. sect. 2. §. dicendum vero.*

2 Sacramenta legis nouæ seruant hunc ordinem perfectionis ſſ. 1. Eucharistia est perfectior omnibus Sacramentis, quia in se complectitur realiter, & substantialiter ipsum Christũ quod non obscure docet, *Conc. Trident. sess. 13. cap. 1. 2. & 3.* Deinde. 2. loco ponitur Ordo. 3. Confirmatio. 4. Baptismus. 5. Extrema vnctio. 6. Pœnitentia. 7. Matrimonium. Vide *Cõc. Trid. sess. 7. de Sacram. in genere. Tom. 3. q. 65. art. 3. §. Circa hunc articulum, & sequentibus.* *Conc. Trid*

3 Sãcramenta legis nouæ sunt septem columnæ, quas diuina sapientia excidit, vt super eas Ecclesiæ suæ domum ædificaret. Item sunt vberrimi gratiæ fontes, quos idem verbum Dei, & fons vitæ in hac domo sua perennes esse voluit, vt filij eius aquam vitæ ex eis haurirẽt, sicut *Isaias prædixerat, Haurietis aquas de fontibus Saluatoris, non de fontibus fluminis Ægypti* (inquit Hieronymus) *sed de fontibus Iesu, qui in Euangelio clamat: qui sitit, veniat ad me, & flumina de ventre eius exhibunt. Tomo 3. in Præfatione. §. cum D. Thomas.* *Isaias.* *Hierony.*

§. XVII.

Sacramentum quoad legem veterem.

1 IN lege veteri præter circunciſionẽ, fuerunt plura Sacramenta,& cæremoniæ sacræ,ac sensibiles, ad aliquam cultorũ Dei sanctificationem ordinatæ, non solum dantes sanctificationem legalem, sed etiam significantes gratiam per Christum dandam. Est de fide, constat ex Exod. & Leuit. *Tom. 3. disp. 5. sect. 2. §. Primo enim de fide.* *D. Thom. 1. 2. quæst. 102. art. 5*

2 Sacramenta legis veteris, præter circunciſionem reducũtur ad tria capita, scilicet quædam fuerunt instituta ad consecrandos Sacerdotes,& Pontifices. Alia vero ad quendã vsum, & ad participationem rerum sacrarum, seu cognitionem beneficiorum Dei, vt agnus Paschalis. Aliqua denique ad expiationes, & purificationes legaliũ irregularitatum, aut peccatorum. *Tom. 3. disput. 5. sect. 2. §. Posset autem.*

3 In lege veteri fuerunt Sacramenta, quæ erãt figuræ quatuor nostrorum Sacramentorũ, & significabant gratiam per Christum dandam, v.g. circunciſio fuit figura Baptismi, agnus Paschalis Eucharistiæ, Sacerdotium legale nostri Sacerdotij,& expiationes omnes Sacramenti pœnitentiæ. De matrimonio nõ fuit figura, quia cũ non sit adeò perfe-

perfectum, nec singulis necessarium, non opportuit specialius præfigurari. Item confirmatio non habuit propriam figuram, quia in illa datur plenitudo Spiritus sanctiꝫlex autem vetus fuit egena,& vacua gratiæ.Denique nec Extrema vnctio; quia per hoc Sacramentum proxime præparatur homo ad introitum gloriæꝫat vero lex vetus non introducebat homines ad regnũ cuius ianua tũc aperta nõ erat.*To. 3.disp.5.sect.2.§.Posset autem,& disp.1.sect.2.§.Dico tertio.*

4 Non omnes cæremoniæ veteris legis erant sacramẽta, vnde quæ erant circa inanimata erant tãtum sacramentalia,v.g. circa domum vestes, &c. quia non erant cæremoniæ immediate ordinatę ad hominum sanctificationem. *Tom.3.disp.5.sect.2.§.Posset autem.*

5 Sacramenta legis veteris
Cõc.Trid. vniuoce conueniunt cum sacramentis nouæ legis; quod est cõsentaneũ modo loquendi Conciliorum,præsertim *Trid. sess.7.* & omnium Patrum.*Tom.3.disp.1.sect.2.§.Dico tamen primo,& disp.5.se.2§.Tertio probabilius.* Primo conueniũt in ratione cæremoniæ sacræ,& in ratione signi gratiæ,& sanctificationis nostræ,tum etiam in significanda Christi passione, quæ est finis totius gratiæ, tum denique in significanda gloria,quæ est finis huius sanctificationis. Differunt tamen in ritu externo, & in diuersis actionibus,quia mutata lege, & statu rerum,quæ significandæ erant, oportuit etiam externũ Dei cultum mutari.2. differunt, quod nostra sunt demonstratiua gratiæ præsentis, quæ per ipsa datur, vetera autem erant tantum de se signa promissiua in futurũ.3.quod nostra sacramenta clarius,& expressius significant, & ideo in eorum ritu adiungũtur verba.4 quod significatio glorię magis propriã,& immediata est in nostris sacramentis; quia in nostra lege datur gratia per Sacramẽtum,& immediate significatur gloria, cuius ianua aperta iam est, & ideo ab hac nostra Ecclesia immediate fieri potest transitus ad gloriam: at vero in lege veteri ex vi illius & Sacramentorũ eius,nec dabatur gratia, nec significabatur gloria: vt post illũ ritatum immediate consequenda. *Tom.3. disp.1. sect.2.§.Atque hinc.*

6 Sacramenta legis veteris
non habuerunt propriam mate *Genes.17.*
riam,& formam; at vero habebant certum, ac determinatum ritum, & ideo erat de eorum necessitate, vt fierent in eis rebus vel actionibus, quas Deus instituerat. *Tom.3.disp.2.sect.3.§.Ex hac vero.* Quæ Sacramenta fuerunt immediate a Deo instituta,quod est certum. De circunciſione constat *ex Genes.* 17. de reliquis vero ex toto *Exod.& Leuit. Ibidem disp.12.sect.1.§.Dico secundo.*

7 Sacra-

7 Sacramenta legis veteris fuerunt neceſſaria tantum neceſsitate præcepti, non quidem omnibus hominibus, ſed iis tantum, qui erãt de populo Iſrael, quibus erat circunciſio imperata; nã erat veluti ianua aliorum Sacramentorum, quia non licebat illis vti, niſi hominibus circunciſis, vt cõſtat, *ex Exod.* 12 & ex diſcurſu *Exod. & Leuit.* Fæminæ autem cum non poterant circuncidi pertinebant ad illum populum ratione originis, ſeu parentum, & hoc ipſo erant capaces ſacramẽtorum, & omnes circunciſi tenebantur ad legem ſeruandam .ſi. illi qui vtebantur circunciſione quatenus erat profeſsio illius legis, & alię gentes, quæ tantũ propter quandam imitationem Abrahæ, vel conſuetudinem circuncidebantur, non tenebãtur ad alia illius legis ſacramenta ſuſcipienda, vt conſtat clare ex ſacra pagina. *Tom 3. diſp. 5. ſect. 2. §. Secundo quæri poteſt.*

Exod. 12.

8 Sacramenta legis veteris, nec vt phyſicæ, nec vt morales cauſæ gratiam conferebant ex opere operato; quia eam non continebant, tum etiam, quia nondum erat prætium noſtræ redemptionis exhibitum, à quo omnia ſacramenta habent virtutem, & tantum erant ſigna meriti futuri. *Tom. 3. diſp. 10. ſect. 2. §. Sed hæc etiam euaſio & ſequentibus, & ſect. 3. §. Dico primo, & ſequentibus.*

D. Thom. in 4. diſt. 1 q. 1. art. 5 & Theol. commun.

9 Merebantur iuſti per ſacramenta legis veteris de condigno gratiæ augmentum. Ita docent omnes Theologi, & eſt res certa conſtans ex ſcripturis, & principiis fidei, quia concurrebant omnia neceſſaria ad huiuſmodi meritum, nam ex parte operantium erat vera ſanctitas, & iuſtitia, & opera erant ex obiecto bona, & grata Deo, &c. *Tom. 3. diſput. 10. ſect. 3. §. Dico ſecundo.*

10 Sacramenta legis veteris non imprimebãt characterem; quia in illis per ſe nullus ſpiritualis effectus conferebatur per modum operis operati, vt diximus concluſ. 8. & ſi interdum gratia dabatur, erat ſolũ ob neceſsitatem paruulorum, quibus non erat neceſſarius character, ſicut nec adultis. *Tom. 3. diſp. 11. ſect. 1. §. Ita ab his quæ ſunt.*

D. Tho. 3. p. q. 63. ar 1. ad 3. & cæteri Theologi.

Sacra.

1 SAcra dicuntur omnia deputata ad ſacramenta, vel ſacrificia peragenda, verbi gratia, vaſa ſacra, veſtes, templa, & ſi quæ ſunt alia ſimilia, obſeruantiæ ſunt omnes actiones, quibus cultores Dei vtuntur, vt eis ſe ad cultum Dei diſponãt, vt ſunt ieiunia genuflectio, vſus ſigni Crucis, & ſimilia. *Tom. 3. diſ. 15. ſect. 1. §. Prius quærimus.*

)?(

§. I.

§ I.

Sacrificium quoad nomen.

1 HOc nomen, *Sacrificiũ*, relictis aliis ſignificationibus methaphoricis, idem eſt quod ſacrum facere, & ſignificat ſacrificationẽ ipſam, ſeu actionem, per quam res aliqua offertur, ſacrum aliquid circa illam efficiendo, & in hac materia ſic à nobis vſurpatur, nõ eſt enim alia vox latina, quæ huiuſmodi actum propriè ſignificet. *Tom. 3 diſp. 73. ſect. 1. §. Sacrificij ſignificatio.*

2 De neceſsitate actionis, quæ eſt ſacrificium, eſt vt ſit oblatio alicuius rei permanentis Deo facta. Omnes conueniunt, & probatur ex modo loquendi ſacræ Scripturæ, in qua ſacrificare, & ſacrificium offerre idem ſunt. *Tom. 3. diſp. 73 ſect. 5. §. Dico primo.*

3 Nomen ſacrificij proprius de actione ſacrificandi, quam de re ſacrificata dicitur, vt ex ipſa etiã voce patet, nihil enim aliud eſt *ſacrificium*, niſi factio ſacri, vnde apertius poſſet *ſacrificatio* appellari. *Tom. 3. diſp. 73. ſect. 5. §. Dico ſecundo ex hac.*

§ II.

Sacrificiũ quoad eſſentiam, & diffinitionem.

1 SAcrificium, & ſacramẽtum in ratione ſigni ſacri, tam ex parte cæremoniæ, quia vtrũque eſſe debet cæremonia religioſa, quam ex parte rei ſignificatæ, quia in vtroque eſſe debet res ſacra, differunt, tam in re ſignificante, quia ſacrificium continet ſupremum cultũ Dei, ideſt, immediate refertur, & inſtituitur ad tribuẽdum cultum Deo, quocunq; titulo religionis, vel iuſtitiæ tribuatur; Sacramẽtum vero immediate refertur ad ipſos cultores Dei, quos diſponit, ſeu ſanctificat ad cultum Dei. Item differũt, quia idem ſacrificiũ poteſt à multis offerri, & omnibus prodeſſe; vnũ vero Sacramentũ, ſeu vſus in vno tantum recipitur, eique tantũ prodeſt. De iq; differunt in re ſignificata, quia ſacrificium per ſe, & intrinſeca ratione ſua ſolum requirit, vt ſignificet diuinam excellentiã, & cultum, qui illi præſtatur: Sacramentum vero ordinatur potius ad ſignificãdam ſatisfactionem eorum, qui Deũ colunt. *Tom. 3. diſp. 1. ſect. 1. §. Dubitatio vero, & diſp. 73. ſec. 2. §. Sed contra, & §. Dico primo.* *Differentia inter Sacramẽtum, & ſacrificium.*

2 Sacrificium ſub genere ſigni ſacri cõſtituitur ad placitum: quia huiuſmodi ſignificatio non eſt *D. Tho. 2. 2. q. 85. a. 1. & 3.*

eſt naturalis tali actioni interiori, ſecundum ſe cõſideratæ, v.g. occiſioni vituli, aut alteri ſimili, oportet ergo, vt ex impoſitione illi conueniat. *Tom. 3. diſp. 73. ſect. 1. §. Ex his facile, & ſeq.*

3 Præcipua actio Sacerdotis eſt ſacrificium, quæ conſiſtit in oblatione aliqua, in qua ſacrum aliquod in honorem Dei conficitur: quia ſacrificium non ſignificat quemlibet actum virtutis, ſed ſpecialem actum à Sacerdote factum in cultum Dei nomine totius populi: Imo non quemlibet, ſed præcipuum actũ. *Tom. 3. diſp. 73. ſect. 1. §. Sacrificij ſignificatio.*

4 Moralis ſignificatio eſt de eſſentia ſacrificij, hoc enim inuiſibile ſacrificium, nihil aliud eſt, quam interna deuotio, & diſpoſitio, qua homo, & per intellectum recognoſcit Deum, vt ſupremum Dominum, & per voluntatem vult ſe Deo ſubmittere, colendo illum, & profitendo hanc eius excellentiam, ergò hæc ſignificatio moralis eſt de eſſentia ſacrificij, quæ tã ex parte Dei, quam ex parte hominis, ea quæ diximus complectitur. Significatio verò miſtica non eſt de primaria ratione ſacrificij. Ratio eſt: quia ſi ſacrificiũ habeat prædictam ſignificationem inuiſibilis ſacrificij, hoc ipſo erit verum ſacrificium, ſed poteſt habere prædictam ſignificationem, abſque alia miſtica, vt per ſe manifeſtum eſt, ergo talis miſtica ſignificatio non eſt eſſentialis ſacrificio. *Tom. 3. diſp. 73. ſect. 2. §. Dico primo, & §. Dico ſecundo.* Licet probabile ſit omnia ſacrificia à Deo inſtituta habuiſſe miſticam ſignificationẽ. *Ibidem §. Sed contra, & ſeqq.*

5 Cultus Dei abſolute loquẽdo præceptus eſt naturali lege, quia homo debet Deo non tantum amorem, ſed etiam honorẽ tamquam ſupremo Domino, & Auctori ſuo, à quo habet, & originẽ, & cætera omnia. Item eſt præceptum de iure naturæ colere Deum cultu externo, vt probat vſus omnium gentium; nam omnes gẽtes, eo modo, quo Deũ cognoſcunt, eum colunt aliquo externo cultu; ergo ſignum eſt fieri naturali ratione dictante. Denique quãuis ſacrificij oblatio de iure naturæ ſtrictè ſumpto non ſit, eſt tamẽ actio idonea ad præceptum naturale de cultu externo exhibendo Deo exequendum, vt patet ex omnibus, quæ affert noſter Doctor. *Tom. 3. diſp. 73. ſect. 8. Per totam.*

6 Duplex diſſinitio ſacrificij traditur. 1. eſt per partes phyſicas. *Eſt oblatio facta Deo per immutationem alicuius rei in ſignũ legitimè inſtitutũ diuinæ excellentiæ, & reuerentiæ.* Altera eſt per partes metaphyſicas. *Eſt ſignum ſenſibile ad diuinã excellentiam, & culti illi debitum, immediate ſignificandam per alicuius rei immutationem. Tom. 3. diſp. 73. ſect. 6. §. Quidam auctores, & ſeqq.* *Diffinitiones ſacrifi cij.*

7 Internus

7 Internus cultus, sacrificandi propositum, vocalis laus diuina, mors martyrum, solum analogice dicuntur sacrificia, quia sacrificium est signum interioris cultus; ipse etiam interior cultus solet inuisibile sacrificiū appellari; interdū enim nomen signi transfertur in rem signatā sicut etiam è conuerso aliquando nomē rei significatæ ipsi signo tribuitur. *Tom. 3. disp. 73. sect. 6. §. Ex qua colligi potest.*

8 In vnoquoque sacrificio cultus Dei externus, mistica significatio, & satisfactio pro peccato considerandæ sunt, quod supponit noster Doctor. *Tom. 3. disp. 74. sect. 1. §. Secundo quia in sacrificio.* Item ratio sacrificij est potior; & altior ratione Sacramenti: quia immediatus ad diuinum cultum, diuinamque maiestatem, & excellentiam significandam ordinatur, quamuis in particulari fieri potest, vt aliquod Sacramentū propter mysteria quæ continet, aut propter efficaciam, vel alias similes causas excellentius sit aliquo sacrificio, vt constat de nostris sacramentis ad sacrificia vetera comparatis. *Tom. 3. disp. 76. sect. 3. §. Comparatio hæc, & seqq.*

9 Non est de essentia sacrificij, quod proximum offerens de illo participet, hoc enim nulla ratione, vel inductione ostēdi potest, nam secluſa manducatio
D. Thom. ne, seu participatione sumentis, potest esse aliud genus actionis, qua sufficienter consecretur, vel cōficiatur res oblata; ergo nulla est ratio, cur ille modus determinatus actionis dicatur necessarius ad rationem sacrificij, vt patet ex multis sacrificijs legis veteris in quibus nihil reseruabatur in vsum sacerdotis, & si in aliquibus fiebat, non erat de intrinseca ratione sacrificij. Lege. *D. Thom. 1. 2. q. 102 art. 3. ad 8. & 10. Tom. 3. disp. 75 sect. 5. §. Fundamentum autem.*

10 Diuersus ritus in sacrificādo, si idē semper motiuū adsit, cōstituit diuersa specie sacrificia quatenꝰ sensibilia signa sunt, nō qua actus virtutis; nā sacrificiū propitiatoriū legis nouæ, & veteris essentialiter diuersa sunt, & idē est de holocausto, quātuis in motiuo virtutis nō necessario differant. *Tom. 3. disp. 76. sect. 1. §. Circa primam, & seq.*

§. III.

Sacrificium quoad materiā, & formam.

1 MAteria sacrificij cōsistit in oblatione rei permanētis Deo immediate facta. Conueniunt omnes, nam sacrificium proprie significat actionem sacrificandi; si autē sacrificare est offerre, necesse est, vt ipsa actio sacrificandi in oblatione consistat, ergo sacrificiū erit oblatio aliqua facta. *Tom. 3. disp. 73. sect. 5. §. Dico primo.*

2 Res quæ offertur, v. g. animal, quod offertur Deo in sacrificium per iugulationē, habet sē vt materia sacrificij, quia est veluti primum fundamentū eius. Actio autē, seu oblatio per quā offertur est veluti forma sacrificij, quia per illam completur, seu constituitur. *Tom. 3. disp. 73. sect. 5. §. Dico secundo.*

3 Non est necesse in omni sacrificio re distingui actiones, quibus res consecratur, offertur immutatur, aut cōsumitur, sed sufficit, quod sint ratione tantū distinctę, actio enim illa, per quam res mactatur, frangitur, aut alio simili modo immutatur, est sufficiens immutatio ad rationem sacrificij, nec aliqua alia consumptio est de illius essentia, nulla enim sufficiente necessitate, aut ratione fingi potest. *Tom. 3. disp. 73. sect. 5. §. Quidam vero distinguuntur.*

4 In quocunque sacrificio sunt quatuor: qui offerat, cui, pro quo, & quod offerat, v. g. Deus cui sacrificiū offertur, homines præsertim peccatores, pro quibus offertur; Pontifex denique qui offert, quem necesse est habere aliquid quod offerat. Vnde *Isac Gene. 22* cū videret patrem euntem ad offerēdum Deo pro se ipsis, vbi esset victima, inquirebat. At vero non oportet hæc omnia esse realiter distincta, sed tantū habitudine; Christus enim, & fuit hostia oblata, & ipse offerens, & vt erat Deus, etiā sibi sacrificiū offerebat, & aliquo etiam modo pro se, vt homine, non quatenus sacrificium erat propitiatoriū, sed quatenus erat laudis, & gloriæ; item & alij sacerdotes, non tantum pro alijs, sed etiam pro se offerunt. *Tom. 3. disp. 73. sect. 5. §. Atque ex his.*

Genes. 22.

5 Quoduis sacrificium requirit altare, vt constat ex Sacræ Scripturæ vsu, & omniū gentiū quia sacrificatio, sacra actio est, publica, & solemnis, & ideo sem per decentissimū fuit, certum ac sacrum locum destinare, in quo actio illa fieret, & res oblata cō stitueretur: hunc autem locū altare, seu aram, vel templum vocamus. Item requiritur minister legitimus; quia sicut sacrificium proprijssimè dictum requirit, vt publica authoritate institutum sit, & nomine totius populi fiat, ita etiam postulat ministrum habentem publicam, & cōmunem authoritatem ad offerendū, quē sacerdotem appellamus. *Tom. 3. disp. 73. sect. 6. §. Atque ex his & §. Vltimo ex his.*

Fulg. li. 2. admonini. c. 3. Aug. 20. contr. fauſtū. c. 21. Gen. 8.

6 Illa tantum oblatio, quæ rei oblatæ immutationē, sacrationemq; includit, sacrificium est proprie, nam sacrificiū fit in significationē, & protestationē diuinæ excellentiæ, ac supremi Dominij Dei: hoc autē expressius significatur, quando res aliqua ita offertur; vt in illius honorem immutetur, seu occidatur, comburatur, frangatur, comedatur, consūmatur, benedicatur,

catur,&c.ergo.Nihilominus tamen non fuit hoc ita perpetuū, & necessarium,quin absque huiusmodi actione,vel tāta immutatione, interdū legamus sacrificium oblatum. Melchisedech enim *Genes.* 7. sacrificium Deo obtulit in pane,& vino,vbi non legimus immutationem aliquā factam, circa rem oblatam, nisi fortasse quod panis ille, & vinū aliqua externa demonstratione oblata sunt Deo cum aliqua benedictione, seu eleuatione, vel fractione, & distributione, ac sumptione per modum cibi, & potus sanctificati; semper tamē debet reperi aliqua immutatio in re oblata. *Tom.3.disp.73.sect. 5.§.Quæ duo,& sequenti.*

Melchisedech.

§ IIII.

Sacrificium quoad institutionem.

1 AD sacrificia instituenda satis magna causa est exhibitio diuini honoris, & gratiarum actio; quamquam enim omnia, hæc possent homines corde, & ore facere, decebat tamen, vt etiam externis rebus hoc facerent, vt omnibus modis animi gratitudinem, & recognitionē ostenderent. *Tom.3.disp.3.sect. 2.§.Ad primam enim.*

D. Tho.2. 2.q.85.ar 1.ad 2.

2 Sacrificiorum vsus fidelibus,& infidelibus cōmunis fuit, diuerso tamen modo nam infideles falsis Dijs sacrificia offerebant, qui licet nulla alia mysteria, per sua sacrificia representare intenderent,præterq; suprem um cultū eius numinis, quod colebant;hoc ipso sacrificia offerebant: at vero fideles, & iusti;vero Deo,vera sacrificia semper obtulerunt ex Adamo vsq; saltem post lapsum. *Tom.3.disp. 73.sect.2.§.Dico secundo.*

3 Homines in qualicunque statu existentes ex se poterāt sacrificia instituere,quia homo potest imponere voces quibus significet interiorem existimationem, quam de diuina excellentia habet,& subiectionem ad illā; ergo etiam potest imponere res aliquas, seu actiones ad idē significandū; tamen Deus in aliqua republica, potuit, & voluit hanc potestatem sibi reseruare, nam licet in humana natura,vel republica sit potestas ad ferendas leges, tamen quia hæc potestas est sub potentia Dei, potest præuenire illam humanam potestatem proprias leges ferēdo, quas humana potestas, nec mutare, nec minuere vlla rotione possit si Deus velit. *Tom.3. disp. 73.sect.3.Per totam.*

4 Ad instituēda sacrificia necessaria est publica authoritas, & nō sufficit priuata. Hæc conclusio est certa, & cōmuni omniū gentiū vsu satis probata: nā vt ait *Aug.* 19. *contra Faustum cap.11.In nullū nomen religionis,* *August.*

seu verum, seu falsum coagulari homines possunt nisi aliquo signaculorum visibilium consortio colligentur. Vnde non solum potest sacrificiū publica authoritate intui sed etiā illud solum est proprium, ac legitimū sacrificium, quod publica authoritate diuina, vel humana institutum est; quæ potestas nō residet in hominibus particularibus, sed in tota republica, vel Principe gerente eius vices. *Tom. 3. disp. 37. sect. 4. Per totam.*

§. V.

Sacrificium quoad numerum.

1 SAcrificiū aliud est honorariū, vel in gratiarum actionē: aliud est in expiationē peccati. *Tom. 3. disp. 1. sect. 1. §. Dubitatio vero.* Item aliud est legis naturæ, aliud scriptæ, aliud gratiæ Differunt tamen. 1. inter se in auctore: nā sacrificia legis naturæ non fuerunt à Deo immediate tradita, sed determinatio eorū hominibus commissa; licet probabile sit sacrificiū Melchisedech, fuisse institutum ex speciali reuelatione. Sacrificia vero legis veteris fuerūt immediate à Deo instituta licet, per Moysen promulgata. Sacrificia legis nouæ instituit solus Christus Dominus. 2. differunt in effectu, sacrificia enim legis naturæ nullum habebant effectū ex vi sua, & ex opere operato, sed ex deuotione. Idem dicendū de sacrificijs legis veteris; excepto quod differebant quatenus legales immunditias, ac irregularitates auferebant; sacrificium autem legis nouæ habet proprios effectus ex vi sua. 3. denique differunt in significatione, & ritu externo. De ritu externo patet ex Leuitico, de significatione vero declaratur idest, quoad significationē passionis Christi, nam quoad moralem omnia significabant eundem cultum internum, eandemque existimationē de diuina excellentia, & maiestate. *Tom. 3. disp. 73. sect. 7. §. Primo ergo.*

2 Sacrificia, quæ offerebantur ex animalibus, vt vituli, colūbæ, agni, &c. interdum appellabantur hostia, quia gentes præmittebant hæc sacrificia, quādo ad bellum contra hostes incedebant, vel quia mactabantur in ostio templi. Interdum vero vocabatur victima, vel siuia offerebatur pro victoria impetranda, aut in gratiarū actione pro victoria obtenta, vel quia animal vinctum ad sacrificium offerebatur. Item illa quæ sacrificia offerebantur ex fructibus terræ, vt ex tritico dicebantur immolationes à mola. Illa denique quæ offerebantur ex aliquibus liquoribus, vt ex vino, &c. dicebātur libamina, vt constat ex Leuitico Genesi, & Exodo. *To. 3. disp. 73. sect. 7. §. Secunda principalis.*

Lege Isidorum lib. 6 Origin.

3 Sacri-

3 Sacrificium aliud holocaustũ, aliud hostia pro peccato, aliud hostia pacifica. Holocaustum erat quãdo tota res oblata igne consumebatur, quæ vox holocaustum, iuxta proprietatẽ, hæbraicã idem est, quod ascendés. Alij vero existimant esse nomen græcum, idemq; significare ꝙ totum incensum: *Hostia* vero *pro peccato* erat, quãdo post interfectionem, seu iugulationem animalis, partim igne consumebatur, partim in vsum sacerdotũ reseruabatur, illudq; in atrio, vel in templo comedebant. Deniq; *Hostia pacifica*, erat quando partim igne, partim sacerdotum, partim etiam sacrificantium vsu consumebatur, vt constat ex Leuit. præsertim primis sex capitibus. *Tom. 3. disp. 73. sect. 7. §. Tertia diuisio.*

D. Tho. 1. 2. q. 102. Philus li. de victimis. Iosepho lib. antiq. c. 13.

4 Sacrificium aliud cruentum, aliud incruentum; cruentũ erat quando offerebãtur animalia; iugulabantur enim, & sæpe ad humanos vsus parabantur, quod fieri non poterat sine sanguinis, seu cruoris effusione. Incruentum vero erat, quando offerebantur fructus terræ, aut aliquid ex illis confectum, quia nulla sanguinis effusio in eo fiebat, aut fieri poterat. *Tom. 3. dis. 73. sect. 7. §. Vnde etiam obiter.*

5 Sacrificium item aliud est institutum solum ad Deum venerandum, eiusque excellentiã, & supremam dominationẽ protestandam, quod erat *Holocaustum*. Aliud erat institutum in expiationem peccatorum quod erat *hostia pro peccato*, tantum quoad peccata grauiora, & quoad illa pro quibus talia sacrificia præciperentur aptiora. Aliud erat institutũ ad gratias Deo agẽdas, pro beneficijs susceptis, ꝙ erat: *Hostia pacifica, sacrificiũ laudis seu gratiarũ actionis*. Aliud denique erat institutũ ad impetrãdum à Deo aliquod beneficium præter remissionẽ peccatorum, ꝙ vocabatur; *sacrificium impetratorium. Tom. 3. dis. 73. sect. 7. §. Quarta diuisio.*

D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 8.

6 Sacrificium propitiatorium est triplex. 1. est ita imperfectum, vt ex se, nec virtutem habeat ad remittenda peccata, nec ad applicandam virtutem, vel satisfactione iam exhibitam per aliud sacrificium, sed solum sit vmbra alicuius rei futuræ, & ad summũ quatenus est quoddã virtutis opus, valeat, vel ad impetrandam remissionem culpę, vel ad aliquam satisfactionem pro pæna, si alia necessaria concurrant ex parte hominis operantis, quod fuit inuentum in lege veteri. 2. est ita perfectum, vt de se habeat sufficientiam ad tollenda peccata, ita vt propter hoc etiam offeratur. ss. ad satisfaciendum Deo sufficienter pro peccatis, quod fuit solum sacrificium Crucis Christi, vltra quod non est aliud simile necessariũ. 3. est veluti medium. ss. quod nõ offertur propter acquirendum

pretiũ, sed ad applicandum iam acquisitum; quod habemus in lege gratiæ in sacrificio Missæ. *To. 3. disp. 74. sect. 1. §. Superest respondeamus.*

§ VI.

Sacrificiũ quoad effectum, & ministrum.

Differẽtia inter sacrificium, & Sacramẽtum.

1 IDem sacrificium multis prodesse potest, & pro pluribus offerri; nõ vero idem Sacramentũ: quia sacrificium consistit in actione aliqua, seu oblatione, quæ ad Deum refertur; Sacramentũ autem in receptione, seu quasi passione, quæ in Dei cultoribus aliquo modo suscipitur. *Tom. 3. disp. 1. sect. 1. §. Dubitatio vero.*

2 Sacrificium pro excommunicato oblatum, nihil illi prodest ex parte intercessionis Ecclesiæ, quia non potest extendi vltra intentionem principalis offerentis, vtpote Ecclesiæ, sed illa numquã intendit orare pro excommunicatis, ergo. *Tom 5. disp 9 sect. 3. §. Dico secundo.*

3 Minister sacrificij est Sacerdos, qui publica debet authoritate designari, vel consecrari; quia sicut Sacerdos propter sacrificium offerendum potissimũ constituitur, ita & sacrificium, non nisi à Sacerdote offerri potest: sunt enim hæc inter se conuincta, vt notauit *Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. Tom. 3. dis. 73. sect. 4. §. Ex his vlterius.* *Cõc. Trid.*

4 Sacrificium à ministro, vt personam Christi gerente oblatum, prodest excommunicato, aliis à sumo, quamuis male faciat, quia prohibitio Ecclesiæ non tollit potestatem Sacerdoti offerendi in persona Christi. Ratio verò est: quia non habet potestatem irritãdi talem actum. *Tom. 5. disp. 9 sect. 3. §. Dico ergo primo, & sequenti.*

5 Sacerdos non solum peccat, si nomine Ecclesiæ pro excommunicato sacrificet, sed etia si in persona Christi offerat. Ratio est: quia sub vtraque istarum rationum, est minister publicus; & sub vtraque dici potest minister Ecclesiæ, licet sub diuerso respectu, id est, vel quia ab ipsa Ecclesia assumitur, & cõstituitur, vt in persona Ecclesiæ oret, vel offerat, &c. vel quia est datus à Christo ipsi Ecclesiæ, vt sacrificium pro illo offerat, & inter ipsam & Deũ intercedat in persona Christi. *Tom. 5. disp. 9. sect. 3. §. Sed hinc sumet.* *Alan. li. 2. de Euch c. 31. Bellar. lib. 2. de Miss. c. 6.*

6 Sacerdos nomine Ecclesiæ pro excommunicato orans, aut suffragia offerens, nihil efficit: quia talis actus nõ habet efficaciam ex priuato merito talis personæ, tum quia nunc nõ consideratur sub ea ratione, sed vt minister Ecclesiæ, quæ non vult, vt pro tali excommunicato oretur in persona sua. *Tom 5. disp. 9. sect. 3. §. Vltimo dicendum est.*

7 Sacerdos excõmunicatus pro se offerens, per se loquendo, pec-

peccat grauiter & ex, hac parte ponit obicem ne fructum ex sacrificio capere possit. At vero si talis Sacerdos excusetur, tam in offerendo, quam in offerendo pro se, vt minister publicus, tunc ita illi proderit sacrificium, sicut posset prodesse alteri excommunicato, non ponenti obicem, si pro illo offerretur; est enim eadem ratio, quia distinctio, vel identitas personæ hic nihil refert. Nota tamen, quod à prohibitione, ver. grat. ne excommunicatus offerat; excusatur quis propter vrgētem necessitatem mortis, aut grauissimi scandali, aut infamiæ vitandæ, & tunc etiam erit necessarium, vt saltem per contritionem dignè offerat. Sed à prohibitione scilicet, ne offerat sacerdos, vt minister publicus pro excommunicato, aut pro ipso si excommunicatus, sit excusat vel ignorantia inuincibilis, qua forte quis existimat licitum esse sacrificium offerre, vel grauissima necessitas, aut periculum mortis. Vtrum verò offerrens peccat, esto tunc non capiat fructum, an postea ablato obice, tam culpæ, quam censuræ, reuiuiscat effectus talis sacrificij. Respondet noster Doctor negatiuè. *Tom. 5. disp. 9. sect. 3. §. Et hinc expeditur.*

§ VII.

Sacrificium quoad nouam legem.

1 DEus sibi reseruauit institutionē sacrificij in lege noua. Ratio est: specialis dilectio erga nos, melius enim est, & honorificentius diuinis sacrificijs vti, quam humanis. Itē est ratio huius conclusionis specialis dignitas, & excellentia sacrificij. *Tom. 3. dis. 73. sect. 3. §. Dico secundo.*

2 Est in Ecclesia Christi aliquod verum, proprium, externū ac visibile sacrificium; quia à Christiano populo colitur Deus; hæc est Catholica veritas, ac de fide certa. *Tom. 3. disp. 76. sect. 1. §. Dicendū, & 3eqq.* Quod sacrificium cum vnicum sit, omnes rationes sacrificiorum perfectissime continet. Est enim holocaustum, quia potissimum fit in recognitionē diuinæ excellentiæ: Eucharisticum, quia fit in recognitionem, & gratiarū actionem Passionis Christi, quæ fuit summum Dei beneficiū, & fons beneficiorum omnium. Est etiam impetratorium; quia in eo Christum offerimus, in quo, & per quem omnia diuina beneficia sperare debemus. *Ibidem. disp. 73. sect. 7. §. Quarta diuisio.*

3 De potentia absoluta poterat Deus instituere aliquod sacrificium cruentum, v.g. per interfectionem alicuius agni, in *Vide D. Thom. q. 74. ar. 1. ad 1.*

hac lege gratiæ, quod valde excederet cruenta sacrificia legis veteris: quia reuera nullam includit contradictionem, malitiam, aut falsam significationem: quia materia ipsa, vel actio de se indifferens est, & posset ordinari, & imponi ad significandum cultum Dei, & sacrificium Christi cruentum, non vt futurum, sed vt iam factum. *Tom. 3. disp. 74. sect. 1. §. Dices etiam in lege noua.*

4 Ratio ob quia in lege gratiæ vnicum sit sacrificium, cum sint tot sacramenta, est: quia sacramenta per se ordinãtur ad fidelium sanctificationé, quæ pluribus modis perficitur, ſi. per modũ generationis, augmenti, aut modum specialis remedij, aut auxilij, &c. Et ideo, vt conuenientius, & accómodato modo prouideretur hominibus, vtilis fuit Sacramentorũ varietas: at vero sacrificium per se ordinatur ad cultũ Deo præstandum, & ex consequenti, & quasi secundario aliquem effectum habet in offerentibus, vel ijs, pro quibus offertur, quæ omnia facillime potuerunt in eodem sacrificio coniũgi: & ideo supposita huius sacrificij perfectione, & infinitate, non oportuit alia multiplicari. *Tom. 3. disp. 74. sect. 4. §. Dicendum nihilominus.*

§. VIII.

Sacrificium quoad legem naturalem.

1 IN lege naturæ fuit sacrificium cruentum, & incruentum, v.g. quando offerebãtur, aut fructus terræ, aut animalia: quia Melchisedech sacrificium obtulit incruentum: & de Abraham, & alijs Patriarchis sæpe legimus sacrificia cruenta immolasse. *Tom. 3. disp. 73. sect. 7. §. Vnde etiam obiter.*

2 Ex sola obligatione legis naturæ, non potest certo colligi futura sacrificia, si iustitiæ donũ perseueraſſet: penderet enim hoc ex eorum arbitrio, vel certè ex diuino, si huiusmodi legem eis vellet imponere. *Tom. 3. disp. 3. sect. 2. §. Ad primam enim, quæſt. in fine.*

§. IX.

Sacrificium quoad legem veterem.

1 MVlta fuerunt in lege veteri sacrificia pro peccato, quę nõ erant sacramenta: sic tenet *D. Tho. 1. 2. q. 102. ar. 3. & 5.* Et vniuoce participãt sacrificia legis veteris ratione sacrificij cũ nostro, secundum Patres, qui ita de illis loquũtur, præsertim *Aug. 19. contra Faustum. c. 11. Tom. 3. disp. 1. sect. 1. §. Dubitatio vero, & sect. 2. §. Dico tamen primo.* *S. Augustin. D. Thom.*

2 Sacri-

2 Sacrificia legis veteris erãt instituta in alicuius rei interitu, potius quam in effectione, seu productione, vt nostrũ sacrificium, seu præsentia Corporis Christi; quia erant imperfecta, & fiebant per actiones merè naturales, & humanas, & ideo potissimum consistebant in alicuius rei destructione, per quã significabatur Deum esse Auctorẽ omnium, vel aliquid simile, & sic quod principaliter offerebatur, erat res illa interficienda, seu destruenda in Dei honorem. *To. 3. disp. 75. sect. 5. §. Ad secundam rationem.*

Sanctificatio.

1 SAnctificatio est duplex. Alia interna, & perfecta spiritualis, & coram Deo, quæ fit per gratiam sanctificãtem, quæ dici potest sanctificatio simpliciter. Alia est, sanctificatio externa legalis, & secundum quid, qui modus sanctificationis erat frequens in lege veteri: & ideo significatio huius vocis frequẽs est in veteri testamento. *Tom. 3. disp. 1. sect. 2. §. Quoniam dictum est.*

Aug. li. 2. de peccato merit. c. 26. & serm. 14. de verb. Apostoli.

2 Nunquam homo potest renasci prius, quam nascatur ex vtero matris, & ideo sanctificatio, quæ interdum facta est in aliquibus in vtero materno, semper existimata est fieri ex speciali priuilegio. Ratio vero huius rei præcipuè petenda est ex diuina prouidentia, & volũtate. Datur tamẽ congruentia nã oportuit, vt sicut homines ab Adamo descendunt humano modo, & per actionem sensibilem ab illo contrahunt originalem culpam, ita per omnes, & per actionem aliquam sensibilem, & modo hominibus accommodato eis applicaretur gratia Christi: at vero quandiu infans est in vtero materno est extra societatem humanam. *Tom. 3. disp. 27. sect. 3. §. Ad vltimam.*

§ I.

Satisfactio in communẽ.

1 DAtur discrimẽ inter satisfactionem Deo & homini exhibendam; nam homini satisfit per actus externos quos necesse est a voluntate imperari: Deo autem satisfit per ipsummet actum internũ voluntatis. *Tom. 4. disp. 4. sect. 1. §. Vltimo declarari in fine.*

Differẽtia inter satisfactionem Deo, & homini exhibendam.

2 Exterior satisfactio potest exerceri per ieiunium, eleemosinam, & orationẽ; eleemosina autem comprehendit omnẽ bonum vsum temporalium bonorum: ieiunium vsum bonorum corporis, oratio vero vsum bonorũ animæ continet. Vide *Cõc. Trid. sess. 13 can 13.* vbi addit, *& per alia pietatis opera:* quamuis omnia reuocentur ad hæc tria. *Tom. 4. disp. 6. sect. 2. §. Satisfactio autem.*

Cõc. Trid.

3 Opus bonum in mortali factum, adueniente gratia, non reuiuiscit ad effectū satisfaciendi. Ita omnes: quia illa opera nō fuerūt mortificata, sed omnino mortua: quia cū a principio caruerint vita gratię, valore etiā, tam ad satisfaciēdum, quam ad merendum caruerunt. *Tom. 4. dis. 37. sect. 2. §. Secundo ex dictis.* Potest tamē effectus ex tali opere relictus, vt v. g. si ex elæmosyna facta in peccato mortali remaneret carentia alicuius boni temporalis, vel ex ieiunio corporis debilitas, ad satisfactionem vacare, voluntariè acceptatus, & Deo in satisfactionem oblatus, quia talia opera ratione effectus possunt deseruire in medicinam peccatorum. *Ibidem §. Addit vero D. Thomas.*

D. Tho. di. 15. q. 1. ar. 4. q. 1. Paludq. 1. n. 10. & alij

4 Satisfactio est exhibenda per opus liberum. Ita omnes docent, quia satisfactio est effectus virtutis pœnitentiæ, de ratione autem virtutis pœnitentiæ est vt sit voluntaria detestatio, & vindicta peccatorum. *Tom. 4. disp. 37. sect. 3. §. Tria in hoc titulo.* Itē debet fieri per opus moraliter bonum, quia debet esse voluntaria: ergo per voluntatem bonā, nam si voluntas sit mala, potius erit digna noua pœna, quam venia. *Ibidem §. Dico secundo.* Item per opus aliquomodo supernaturale, vel in se, vel quatenus procedit ab aliqua intentione supernaturali, vt de merito dicitur, est enim eadem ratio. *Ibidem §. Sed quæres.* Quāuis actio non procedat ex formali volūtate satisfaciendi, sed satis est, quod procedat ex quacūque voluntate placēdi Deo, aut suæ salutis æternę, Ratio est quia scriptura non requirit formalem intētionem satisfaciendi; deinde quia ad merendū non oportet, vt quis operetur propter merendū, sed sufficit, vt faciat opera mercede digna, ergo neque ad satisfaciendū proportione seruata. *Tom. 4. dis. 37. sect. 3. §. Dico tertio.*

5 Satisfactio potest exhiberi per opus præceptum: quia nostra opera pœnalia, si sint grata Deo, possunt habere rationē vindictæ, & punitionis liberæ pro peccato assumptę, etiā si præcepta sint; quia nec præceptū tollit libertatem, nec bonitatem, nec pœnam. Quis dicat non satisfacere hominem per elæmosynā factam ex præcepto, aut per ieiunium Ecclesiasticum, aut per quacumque corporis afflictionē ex voto factam. *Tom. 4. disp. 37. sect. 4. §. Tertia sententia.*

Caie. to. 1. opus. tract 6. q. 1. Sot. dist. 19. q. 2. ar. 1. & alij.

6 Ratio ob quam per idem opus duplici debito v. g. debito ex præcepto, & debito pro peccato, satisfieri possit, est, quia debitū præcepti, solum est debitū obedientiæ, vel temperātiæ, aut alterius similis honestatis, & satisfacere huic debito, nihil aliud est, quam facere, id quod iussum est, q̄ quidem per se dignum est laude, & gratū Deo, & ideo est meritorium, & si pœnale sit, etiā satis-

satisfactorium esse potest. *Tom. 4. disp. 37. sect. 4. §. Quo circa.*

7 Idem opus satisfactorium non habet maiorem, vel minorem effectum in alio, quam in operante, cæteris paribus, voluntas enim satisfaciēdi pro se, vel pro alio, non est eadē voluntas, nec habet idem obiectū, & ideo potest inter eas esse excessus, vel æqualitas, iuxta diuersas circunstantias. *Tom. 4. disp. 48 sect. 3. §. Addendum vero est.*

8 Opus humanum, & honestum propriè satisfactorium est, quatenus aliquomodo est pœnale. Probat hoc cōmunis modus loquēdi Sacræ Scripturæ, & sanctorum, vbicunque enim homines exhortantur ad satisfaciendū pro peccatis, opera pœnalia proponuntur *Ioel. 2. in ieiunio, & fletu, &c.* & alibi passim. *Tom. 4. disp. 37. sect. 6. §. Dico ergo primo.* *Math. 11.* Quæ pœnalitas pensari debet, quatenus actus, seu opus infert laborem, & pœnam operanti, sic enim cōfert ad satisfactionem. *Ibidem §. Sed contra.*

9 Omnia opera satisfactoria ad elæemosynā, ieiunium, & orationē reducuntur; non quia illis solis exhiberi possit satisfactio, sed quasi per antonomasiā, quia sunt opera aptissima ad satisfactionē, sunt enim pœnalia, & facile veniunt in vsum hominum; item quia complectuntur bona omnia, quæ homo potest offerre in satisfactionē. s. bona externa, & fortunæ per elæemosynā, per ieiunium bona corporis, bona vero spiritus per orationem, & eleuationē mentis in Deum. *To. 4. disp. 37. sect. 6. §. Sed dices.*

10 Opera quibus Deo satisfacimus pro peccatis, prout à gratia procedunt, & gratia informantur proportionem habēt, & condignitatem aliquam ad satisfaciēdum, secluſa extrinseca promissione Dei, quia aliàs nō posset saluari vera, & propria ratio satisfactionis; nam cum promissio extrinseca sit, nō dat operi proportionem. At vero vt hæc nostra opera sint infallibiliter satisfactoria, & remissiua alterius vitæ pœnarum; necessaria lex est, & promissio decondonanda, tali pœna sub conditione talis operis; quia pœna in hac vita assumpta est alterius rationis à pœna purgatorij; ergo secluſa lege Dei nulla est ratio, propter quam debitum illius pœnæ, propter hanc necessario tollatur, & in hoc sensu loquitur *Conc. Trid. sess. 14. cap. 8.* dicens esse necessariā Dei acceptationem per Christum ad nostrā sanctificationē. *Tom. 4. disp. 37. sect. 8 §. Dico primo, & §. Dico tamen secundo.* *Cōc. Trid.*

11 Iustus potest habere superabūdantes satisfactiones aliis fidelibus non applicatas: quia satisfactiones vnius iusti, quæ ipsi non sint necessariæ, non statim applicantur alijs indigentibus vt in eis habeant effectum, nisi ex intentione ipsius operantis alicui donentur; quia aliàs nullo

lo titulo efficiuntur alterius, nulli autem prodest satisfactio, nisi propria, vel quæ aliquo titulo propria efficitur. *Tom. 4. disp. 51. sect. 2. §. Constat igitur.*

12 Opus internum, vel per se sumptum, vel coniunctum cũ externo, multum potest valere ad satisfaciendum pro pæna temporali. Est certa hæc conclusio, quia actus interiores sunt optimi, & maxime liberi, & val de difficiles, & homini mortali laborioſi, & pænales; quid ergo illis deesse potest, quominus ad satisfaciendum valeant. *Tom. 4. disp. 37. sect. 5. §. Dico primo.*

13 Opus externũ quatenus ab interno aliquomodo procedit, valet ad satisfaciendũ, ita vt vim satisfaciendi addat interiori, qui satisfactio fit per pænam voluntarie assumptã: sed in ipso actu externo, est distincta pæna ab interno, & voluntarie assumpta: ergo, &c. *Tom. 4. disp. 37. sect. 5. §. Dico secundo.*

14 Diuersa peccata per idẽ opus compensari possunt, quia Deus non distribuit nec designauit quosdam actus ad satisfaciendum pro quibusdam peccatis, & alios pro alijs, sed generatim exigit pro peccatis, virtutis, ac satisfactionis opera. *Tom. 4. disp. 37. sect. 6. §. Vltimo ex dictis.* Quamuis in ratione medicinæ diuersa peccata postulent diuersa opera, & sic per elæmosynã, concupiscentiam oculorum, seu rerum externarum moderatur per ieiunium, concupiscentiam carnis, per orationem, qua se Deo submittit, superbiam vitæ, &c. & sic de alijs. *Ibidem §. Sed dices in fine.*

15 Qui voluntarie suscipit pænam ab extrinseco illatam propter Deũ, satisfacit pro peccatis, nõ solum in ratione actus interioris, sed etiam per se ac formaliter per ipsam exteriorem passionem, seu pænam quia licet ab extrinseco patiatur homo hanc pænam, dum tamen eam voluntarie suscipit, & offert Deo, moraliter eam facit suam, ergo satis est, vt per illam satisfacit, sicut qui ab alio suscipit pecuniam, & illam Deo offert in cultum religiosum per illam satisfacit. *Vide Conc. Trid. sess. 14. cap. 9. Tom. 4. dis. 37. sect. 7. §. Dico primo, & seqq.* *Syl. verb. satisfactio q. 9. Vict. in sum. q. n. 207. Nau. c. 3. num. 4.*

16 Cæteris paribus plus satisfacit, qui maiorem pænam patitur, cum ipsa etiam ad satisfaciendũ conducat; item magis satisfacit qui patitur, vt innocens, quã qui, vt malefactor, etiã si pæna sit æqualis, tum quia habet maiorem improportionem, & ideo maiorem rationẽ mali; tum quia fieri potest, vt plus satisfaciat, quis per hanc pænam tolleratam, quam per spontè assumptam, quia pæna licet ex ea parte qua est magis voluntaria, magisque propria, sit magis satisfactoria; tamẽ ex parte difficultatis quæ est in sustinendis passionibus extrinsecus aduenien-

nientibus multum excedere potest hæc pœna tollerata. *Tom. 4. disp. 37. sect. 7. §. Vnde fit.*

17 Satisfactio non fit solum per flagella ad eum finē à Deo emissa, sed per omnia, quæcunq; illa sint, & ex quibuscumq; causis proueniunt, si voluntate susci piantur: quia hæc omnia flagella potest homo facere moraliter suo, sed non alia ratione per hęc satisfacit: ergo. Quia homo non satisfacit per hæc flagella, vt ab extrinseco tantum inferuntur, sed vt sunt aliquo modo ab intrinseco moraliter loquendo. *Tom. 4. disp. 37. sect. 7. §. Dico Secundo.*

18 Nulla flagella huius vitæ quacumque ratione à Deo inferantur, sunt satisfactioria, nisi per honestam voluntatē acceptentur, & aliquo modo in Deum referantur; quia hæc satisfactio, aut pœna quam Deus exigit pro peccatis, non tam ordinantur ad aliorū exemplum, quam ad emendationem pœnitentis, & diuinum honorem: ergo requirit saltem voluntariam acceptationem ipsius pœnitentis, & ideo hæc requiritur etiam in purgatorio, saltē vt conditio, quia non est quasi ciuilis punitio, sed veluti castigatio, quæ sine consensu voluntatis vix intelligi potest. *Tom. 4. disp. 37. sect. 7. §. Dico tertio, & seq.* *Cōc. Trid. sess. 14. c. 9*

19 Supposito quod est necessaria voluntas ex parte patiētis, vt passio exterior sit fructuosa, quæritur an solum quamdiu durat actus voluntatis exterioris, duret actus satisfactionis? Ad ♆ respondetur hoc esse committendum diuinæ prouidentiæ, & ordinationi: videtur tamen verisimile non esse necessarium, vt interior actus cōtinenter duret physice, sed satis esse, vt moraliter durare censeatur, iudicabitur vero durare moraliter, quando & actus cecidit in totā illam passionem, quam homo humano modo sentit, & patitur quamque ex vi illius actus patiēter sustinet, nec repugnat, aut ob murmurat. Denique quando prior voluntas non est per actū contrarium retractata, & eius virtus adhuc moraliter durat. *To. 4. dis. 37. sect. 7. §. sed quæres.*

20 Quando Deus specialiter punit in hac vita aliquem iustū pro peccato, non statim liberat illum à tota pœna purgatorij illi peccato debita quia potest interdum illa pœna non esse æqualis, vt v. g. si sit breuis aut remissa solum enim est priuileg um martyrij, perfecte purgare, & ab omni pœna hominem liberare. *Tom. 4. disp. 37. sect. 7. §. Vltimo ex dictis.*

21 Ad propriam satisfactionem. ff. ad illam quam homo assumit in hac vita, vt illam purgatorij pœnam cōpenser, necessaria est gratia viatoris, quia homo in hac vita sicut organo corporis ad peccandum libere vsus est, ita dum in eadem corpore pœni-

pœnitentiam agit, eodem organo, & eadem volũtate vtitur, vt de se ipso vindictã sumat. *To. 4. disp. 37. sect. 2. §. Tertio ex dictis.*

22 Nullus actus peccatoris ex natura sua est sufficiens satisfactio pro iniuria Deo facta per peccatum. *Tom. 4. disp. 15. sect. 3. §. Circa posteriorem.* At vero homo gratia adiutus potest Deo satisfacere de congruo pro iniuria illi facta, vt supponitur; & ad id tenetur, quia ex vi eiusdem legis iustitiæ, qua obligatur homo ad cõdignam satisfactionem, si potest eam exhibere, obligatur etiam, si nõ potest integram, saltem eam, quam potest exhibere. *Ibidem §. Vlterius vero.*

23 Non potest vnus pro culpa alterius de condigno satisfacere, quia hoc fuit proprium Christi propter excellentiam personæ eius, imo nec de congruo potest vnus mereri, aut obtinere alteri remissionem, culpæ etiam venialis sed ad summum potest vnus alteri mereri auxiliũ, quo se disponat ad culpæ remissionem; quia culpa dicit moralem inordinationem morali modo adhuc permanentem, quam reatus pœnæ, vt sic non includit, & ideo si culpa non sit remissa, non habet locum suffragium satisfactionis pro pœna, sed prius impetrãda est dispositio ad remissionem culpæ. *Tom. 4. disp. 48. sect. 7. §. In hac, & sequenti.*

24 Non tenetur homo lege naturali satisfactionem in hac vita pro pœna temporali exhibere: Ratio est, quia tale præceptum naturale, nulla ratione, aut authoritate colligitur sufficienter; quia nec ratio iustitiæ ad Deum obligat reum, vt ipsemet in se puniat delictum, nec est contra legem charitatis propriæ, & diuinæ, quia licet homo ita differat satisfactionem, nec perdit beatitudinem, nec diuinum amorẽ. *Tom. 4. disp. 15. sect. 7. §. Contraria nihilominus, & sequentibus.* Potest tamen homo obligari ad actus pœnitentiæ, vt sunt media necessaria ad præseruandum à culpa quo modo ieiunium, abstinentia potest interdum esse in præcepto ad seruandam cõtinentiam, & sic de aliis, Item ad excitandum actum cõtritionis, & hoc modo potest interdum esse necessarium peccatori indurato audire, v. g. concionem, vel certe restituere alienum, & à se abjicere pecunias, & similem aliam ocasionem tollere, quæ impedit animum, ne auertatur à peccato. *Ibidem §. Ex dictis enim infertur.*

Sot. distin. 20. qu. 2. ar. 2. ad 5 & alibi. Vega lib. 13. in Trid. c. 22 Ruardus art. 6.

25 Certum est quod quando aliquis est debitor pœnæ æternæ pro aliquo peccato, non potest pro aliis remissis satisfacere, nisi ille prius reatus pœnæ æternæ auferatur. Item certum est durante culpa etiam veniali non posse quempiam pro pœna illi debita satisfacere, quia quãdiu durat culpa est homo dignus pœna ratione illius. Item potest

iustus

iustus satisfacere pro pœna temporali debita ratione peccati mortalis, vel venialis iã remissi, non satisfaciendo pro alia veniali culpa: quia veniale peccatum non tollit statum satisfaciẽdi, nec alio modo impedit, vnde sicut homo potest consequi remissionem vnius peccati venialis, & non alterius, ita potest pro pœna vni debita satisfacere, & non alteri. Certum etiam deniq. est si homini iusto plura sint peccata remissa, & pro singulis aliqua sit luenda pœna, potest pro parte pœnæ satisfacere, quãuis totam nõ persoluat. *Tom.4.disp. 37.sect.2.§.Et hinc optime.*

26 Qui in peccato mortali decedit, non potest satisfacere in vita futura, pro reatu pœnæ, ex peccatis remissis relicto; quia apud Deum nulla pœna valet ad expiandum delictum, seu reatũ eius, nisi voluntarie acceptata, sed in inferno nulla pœna voluntarie acceptatur, nec vllo modo refertur à peccatore in Dei honorem, vel satisfactionem: ergo nulla pœna sufficit ad tollendũ reatum. *Tom.4.disp.37 sect.2.§. Dico secundo.*

Est cõmunis sententia Theologorũ in 4.dist.15.

27 Nullus in peccato mortali existens potest satisfacere pro pœna temporali, ratione alicuius peccati debita; quia pœnæ huius vitæ per se, ac nudè sumptæ non sunt comparabiles nec proportionem habent cum pœna vitæ futuræ; ergo per se non habent valorem, vt remittant illam pœnam; ergo necessaria est gratia, à qua hunc valorem accipiãt. Vide *Conc.Trid. sess.14. cap.8. & can.13. & 14. Tom.4.disp.37.sect.2.§. Dico tamen primo, & sequenti.* Idem dicendum de existente in peccato veniali, quia durãte illo est homo dignus pœna ratione illius. *Ibidem §.Et hinc.*

28 Per nostra opera satisfacimus Deo de condigno pro pœna purgatorij; colligitur ex *Conc.Trid.sess.14.cap.8.* Vbi eodem modo definit nos satisfacere apud Deum, sicut mereri; ergo sicut meremur de condigno, sic etiã satisfaciemus. *Tom.4. disp.37.sect.9.§.Dico primo.* Non vero satisfacimus Deo de condigno pro pœna accidentali, vel extraordinaria, quia de remissione huius pœnæ, nulla est certa promissio, nec lex statuta; quocirca quando obtinetur à Deo remissio, vel commutatio huius pœnæ (vt sunt varia exempla in Scriptura sacra. *Exod.32. Num. 26.2.Reg.24. Ionæ.3.*) id non est per modum satisfactionis de cõdigno, sed per modum impetrationis, & meriti de cõgruo. *Ibidem §. Dico secundo, & sequenti.* *Conc.Trid.*

29 Ex opere operantis non est alia via certa ad consequendam in hac vita remissionem pœnæ, præterquam digna satisfactio, & recompensatio delicti, quod est probabilius, considerata doctrina Conc.Trid. & modo loquendi Sanctorum, & Theologo-

logorum,de necessitate satisfactionis. Quod satis cõsonum est tum iustitiæ diuinæ vindicatiuæ, vt sicut commutatiua postulat meritum, ita vindicatiua satisfactionem exigat, nec vna cum altera cõfundantur; tum etiam diuinæ prouidentiæ ordinantis satisfactionem hanc ad animæ curationem, vt saltem timore pœnæ homines à peccando abstineant quod remedium valde redderetur inefficax, si aliis remediis facile possent homines sine condigno labore, & dolore talis pœnæ remissionẽ obtinere. *Tom.4.disp.37.sect.10.per totã.*

30 Non possumus per nostra opera consequi apud Deum remissionẽ pœnæ temporalis. Est de fide definita in Conc.Florẽt. & Trid. & constat ex multis locis sacræ Scripturæ adiuncta Patrum expositione.Item homo iustus per sua opera absolute, & simpliciter dicendũ est pro suis peccatis satisfacere. Ita tenent omnes scriptores Catholici, totaq.Ecclesia, cum *Conc. Florent. & Trid.sess.14.cap.8.& 9.Tom. 4.disp.37.sect.1.per totam.*

31 Probabile est omne opus bonum, & meritorium, simul esse satisfactorium; quia omne opus bonum, quatenus homini laboriosum est,aliquo modo est pœnale,& corpori,& sensui repugnans.*Tom.4.disp. 37.sect.6.§.Dico tertio.*

§. II.

De satisfactione Sacramentali.

1 SAtisfactio non concurrit per se immediate ad primam gratiam in Sacramento pœnitentiæ; tamen efficit remissionem pœnæ temporalis, quam ex opere operato cõfert, quæ efficientia esse non potest physica, sed moralis, quia hæc pœnæ remissio, nihil physicum ponit in homine, sed moraliter tantum fit.*Tom.4.disp.18.sect.2. §. Dico tamen.*

2 Iure antiquo non licebat confessori pœnitentiam ab alio iniunctam imponere, nisi in priori sententia manifestũ perspiciet errorem, vt patet *ex cap. Placuit 9.q.2.& de pœnit.dist.6. Tom.4.disp.27.sec.2.§.Præterea iusta,& seqq.* *Cap. Placuit.*

3 Confessor potest imponere aliquã satisfactionem pœnitenti pro peccatis. Hoc constat ex perpetuo vsu Ecclesiæ, qui ex Patribus,& Concilijs colligitur, & *ex cap. Deus, cap. diffinitionem de pœnitent. distinct. 1. cum alys distin.50. & cap. Omnis vtrisque sexus de pœnit. & remiss.Tom.4. disput. 38.sect. 1. Primum omnium.* Imo tenetur per se loquendo illam imponere, colligitur *ex Conc.Trid.sess.14. cap.*

8.&

8. *ex dict. c. Omnis*, quia tenetur integrum facere Sacramentum.

D. Thom. quodl. 3. art. 8. Victor in sum. num. 210.

Ibidem sect. 3. §. Dico primo. At verò non tenetur semper ad imponendã pœnitentiam per modum præcepti, sed potest applicare illam, si velit illam pœnitẽs acceptare; vel solum consilium, vt faciat, vel totam, vel partem eius, prout confessor iudicauerit magis expedire pœnitenti. Nam cum hæc satisfactio medicinalis sit, accommodari debet dispositioni pœnitentis. *Ibidem §. Dico secundo.*

4 Confessor interdum potest absoluere nulla imposita pœnitentia. Primo, quando pœnitens est impotens, vt verbi gratia, si sit propinquus morti, præsertim si nihil percipere possit; quia cum hæc pars non sit essentialis, non est omittendum Sacramentum propter incapacitatem pœnitentis. Secundo, quando Confessor ex ipsa confessione, & ex materia, & signis eius intelligit, pœnitentem integrè satisfeciste pro peccatis suis; quia sicut æquitas iudicij postulat, vt puniatur debitor, ita, vt absoluatur, quia iam soluit, quia non est integritas iudicij, vt imponatur, sed solum quando intelligitur durare reatus. *Tom. 4. disp. 38. sect. 3. §. Dico tertio.*

5 Satisfactio posita à Sacerdote virtute clauium, est pars Sacramenti pœnitentiæ. Ex definitione Conc. Floren. & Trid. ex consensuque omnium Theologorum; quia pertinet ad perfectionem, & integritatem huius iudicij, sicut in omni iudicio ad iustitiam pertinente vindicatiuam, punitio rei est pars iudicij. *Tom. 4. disp. 38. sect. 1. §. Ex hoc principio.* Quæ satisfactio est pars integralis, est enim materialis, & non est propriè essentialis, quia Sacramentum pœnitentiæ verè conficitur, & confert gratiam ante satisfactionem expletam; sed nulla res incipit absolutè esse sine parte essentiali, vt ex philosophia constat: ergò; &c. *Ibidem §. Difficultas vero.* D. Tho. q. 90. art. 2. & 3.

6 Satisfactio, vt est pars Sacramenti, habet aliquem gratiæ effectũ ex opere operato; quia si hæc satisfactio nullum effectum haberet virtute clauium, non esset maioris virtutis, & efficaciæ satisfactio sacramentalis, quam non sacramentalis, quod est absurdum; nec etiam esset vlla ratio, cur pars Sacramenti appellaretur. *Tom. 4. disp. 38. sect. 2. §. Primum omnium.* Effectus vero maxime proprius, & indubitatus ex opere operato huius satisfactionis, est remissio alicuius pœnæ temporalis, præter illam, quę responderet ex opere seu merito operantis; quia hæc pars potissimum instituta est ad remissionem pœnæ temporalis: ergo per se primo constitui debet, ad remittendam hanc partem ex opere operato. *Ibidem §. Difficultas vero.* Est cõmunis Theolog. sententia in 4. d. 15. & 19.

7 Satisfactio vt est pars Sacramenti confert ex opere operato aliquam gratiam gratum facientem, vt est probabile, quia sacramenta nouæ legis causant gratiam, ergo cum hæc satisfactio sit pars Sacramenti aliquid gratiæ conferet. *Tom. 4. disp. 38 sect. 2. §. Secunda, & magis.*

D. Tho. q. 90. art. 2. ad 2. Soto dist. 17. q. 1. art. 2.

8 Satisfactio non habet hûc effectum ex opere operato ante quã re exhibeatur, quia sicut Sacramentum non habet suum effectũ donec re ipsa suscipiatur, ita & pars eius proportione seruata. *Tom. 4. disp. 38. sect. 2. §. Tertiò circa.* Item non habet hunc effectum ante datum absolutionem si casu ante eam impleatur, quia Sacramentum non incipit habere suum effectũ, donec consumatum sit essentialiter per formam. *Ibidem §. Hic vero.*

9 Satisfactio hæc tollit totũ reatum, si sit proportionata, & non alias, nam cum hic reatus finitus sit, poterit adæquari per satisfactionem finitam, vnde interdũ satisfactio potest excedere reatum, & interdum esse inæqualis, & tunc habebit solum ex parte effectum, iuxta proportionem, quam cum ipso reatu habuerit. *Tom. 4. disp. 38. sect. 2. §. Propter quod.*

10 Satisfactio potest imponi ante, vel post absolutionem, quia dũmodo moraliter coniungãtur hæc, & veluti in vno iudicio fiant, non refert si alterum antecedat, vel subsequatur. Consuetudo vero iam fere obtinet, vt pœnitentia prius imponatur, quod licet nõ cadat sub obligatione, consultius tamen videtur vt materia quoad fieri possit cõmode supponatur formæ, & vt pœnitens saltẽ voto, & proposito satisfaciat priusquã absoluatur, sic enim melius ratio iustitiæ seruatur. *Tom. 4. disp. 38. sect. 3. §. Sed quæres.*

Ant. 3. p. tit. 17. c. 20. §. 1. Nauar. de pœnit. d. 6. c. 1. n. 35. Sylu. confess. 4. §. 1. Ang. cõfes. 5. nu. 2.

11 Nulla est certa satisfactionis mensura iure Ecclesiastico taxata, quam confessor imponere teneatur, sed arbitrio vtendum est. Colligitur *ex Conc. Nicæn. c. 12. & c. Mensuram de pœnit. dist. 1.* & multis alijs quæ referuntur, *26. q. 1. & c. Deus, qui de pœnit. & remiss. Tom. 4. disp. 38. sect. 4. §. Dico primo, & seqq.* Quod arbitrium ex peccatorũ grauitate, & pœnitentis dispositione, alijsque circunstantijs sumi debet seruata iustitiæ æqualitate, vt colligitur *ex Conc. Trid. sess. 14. c. 8.* Vbi facile inuenies quædam verba notanda: quia sacerdos est iudex, ergo debet æquitatem seruare. *Ibidem §. Dico secundo.*

12 Ex rationabili causa propter impotentiam, vel fragilitatem pœnitentis, potest confessor dissimulare leuiorem satisfactionem imponens, quia in hoc Sacramento magis intenditur salus pœnitentis, & eius emendatio quam satisfactio pro pœna: si autem satisfactio grauior imponatur, quia fragilitas, vel

D. Tho. in addit. q. 18. art. 4. Soto. dist. 20. q. 2. art. 3.

con

conditio pœnitentis patiatur, maiori periculo exponitur salus eius, quam si aliquid de pœna remittatur. *Tom. 4. disp. 38 sect. 4. §. Nihilominus dico.*

13 Hæc satisfactio, vt probabilius est, æqualis reatui in re ipsa certa, & indiuisibili consistit, ita vt, si ad illã non attingat pœnitentia imposita, licet parum deficiat, non tollat omnem pœnam; si autem excedat licet parum, aliquid etiam satisfactionis superfit, quia in diuino iudicio omnia sunt diffinita in pondere, & mensura. *Tom. 4. disp. 38. sect. 5. Per totam.* *Vide D. Tho. dist. 18. q. 1. ar. vlt. q. vlt.*

14 In satisfactione debet imponi opus habens omnes cõditiones, quę in opere satisfactionis requiruntur, quia hæc satisfactio sacramentalis, habet pro materia opus de se satisfactoriũ ex opere operantis, quod per virtutẽ clauium eleuatur. *Tom. 4 disp. 38 sect 6. §. In hac sectione.*

15 Hoc opus satisfactorium potest esse internum, vt si pœnitentia ægrotet, vt nihil possit externe facere, quia, vt sit pars sacramenti, sufficit, vt fiat per accidens sensibilis, sicut contritio; fit autem per accidens sensibilis, quando exterius imponitur, & acceptatur, quamuis actus externus sit magis accomodatus, quia solet esse magis pœnalis. *Tom. 4. disp. 38. sect. 6. §. Secundo quæri.* Et non oportet tamen esse orationem, ieiunium, aut elæemosynã. *Ibidem §. Quarto quæri.*

16 Propter publica peccata potest imponi pœnitentia publica, quia ita expedit ad Ecclesiæ satisfactionem, & exemplum, quod fit sine reuelatione sigilli, quia peccatum est publicum, cũ huiu modi pœnitentia sit expediens ad tollendum scandalum, vel ad satisfaciendum Ecclesiæ in crimine publico, & notorio. At vero propter peccata occulta non debet imponi pœnitentia publica, quia est improportionata, & contra bonam famã pœnitentis. *Tom. 4. disp. 38. sect. 6. §. Tertio quæri.* *D. Tho. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 4*

17 In satisfactione potest imponi opus aliàs præceptum, quia cum illud sit satisfactoriũ potest per claues eleuari, & in idem opus potest cadere duplex obligatio, & sæpe hoc facere expedit saltem ex parte pœnitentis, propter hominum fragilitatem. At vero quando confessor non explicat, semper intelligendum est imponere opus aliàs non præceptum, quia regulariter hæc est intentio confessoris. *Tom. 4. disp. 38. sect. 6. §. Quinto an oporteat.*

28 Recitans rosarium, aut horas eo tempore, quo ex obligatione audit sacrum, implet pœnitentiam, quia reuera facit opus impositum, ad quod aliàs non tenebatur, & quod non est impossibile cũ auditione missæ. *Tom. 4. disp. 38 sect. 6. §. Quinta an oporteat.*

19 In satisfactione potest impo-

imponi opus generale, id est per clausulam generalem, v.g. *Quid quid boni feceris, & mali sustinueris.* Quod eleuetur ad satisfactionē ex opere operato, quia si peccatum in cōmuni potest esse materia huius Sacramenti, cur non etiam satisfactio in communi? Quod intelligit noster Doctor de satisfactione pro peccatis in illa confessione confessis, quia de illis tantum fertur iudicium, & ita postquam illa plene fuerint remissa, ille effectus cessabit. *Tom.4.disp.38.sect.6.§.Sexto quæri.*

20 Confessor potest pœnitentem obligare, vt pœnitentiam impositam acceptet, & impleat, quod sine temeritate negari nō potest, constat *ex c. Multiplex. de pœnit. dist.1.* Fauet etiam *cap. Omnis vtriusq; Conc. Flor. & Trident. sess.14.c.8.* & hoc sensu definit can 15 datam esse sacerdotibus potestatem non solum absoluēdi, sed etiam ligandi. *Tom.4.disp. 38.sect.7.§. Licet tamen primo.* Quæ obligatio ex suo genere est mortalis, quia materia est de se grauis. At vero in individuo potest esse tantum venialis. Primo, si confessio solum sit de venialibus, aut de mortalibus iam confessis. Secundo, omittendo partem pœnitentiæ non grauem in confessione mortalium, vel omittendo totam, cum sit leuis. Tertio, quādo Confessor noluit obligare cum maiori obligatione, ad quod necessarium est, vt confessor suam intentionem pœnitenti explicet. Tamen aduertant Confessores, quod in imponendis pœnitentijs, non debent esse nimis difficiles, sed accommodari oportet fragilitati pœnitentis, & leuiores illis pœnitentias imponere, si grauiores illi acceptare nolint, præsertim quādo non est aperta eorum malitia, & medicinæ necessitas in futurum non vrget. *Ibidem §. Secundo dicendum, & sequenti.*

D. Tho. in 4.d.16 q.1. art.3 q.3.

Nauar. in sum.c.21. num.3.

21 Pœnitens tenetur implere pœnitentiam intra terminum positum, si fuit designatum tempus à Confessore. Nunquam tamen manet de obligatus à tali pœnitentia, licet transeat terminus, quia circunstantia tēporis solū est ne nimis differatur. At vero quando non designatur tempus, obligatur quampri mum commede fieri possit. Sed hæc omnia moraliter intelligigenda sunt, non enim est statim iudicandum peccatum mortale in quacunque dilatione, sed quā do prudenti iudicio confessoris esset nimia. *Tom. 4.disp. 38.sect. 7.§. sed quæres.*

22 Confessor per se aliquando non potest obligare pœnitentem, vt ante absolutionem, satisfactionē impleat, nullum enim ad hoc habet ius, nisi propter curationem, & medicinam iudicet Confessor id expedire: quia tūc potius agitur de condigna dispositione ad remissionē peccatorū, quam de satisfactione

ne

nē pro temporali pæna. *Tom. 4. disp. 38. sect. 7. §. Tandem potest.*

Nauar. de pænit. dist. 6. c. 1. nu. 48. Vic. in sum. n. 20. Petr. Sot. lect. vlt. de satisfact.

23 Satisfactio exhibita in peccato mortali sufficit ad integritatē Sacramenti, & ad implēdam obligationem à confessore impositam. Est communis, quia confessor tantum præcipit opus & non modum eius; tamen non habet effectum durante illo statu, quia huiusmodi status est obex contrarius huic effectui, sed recedente fictione habet illum, vt probabilius est: quia sacramētum pænitentiæ si contingat esse informe habet effectū recedente fictione; credibile autem partem imitari naturam totius; itē quia sicut nō tenetur quis iterare confessionem informem ita nec satisfactionem extra statum gratiæ exhibitam. *Tom. 4. disp. 38. sect. 8. Per totam.*

24 Qui implet pænitentiā in peccato mortali, peccat venialiter, quia recipit partē Sacramenti indigne, & ponit obicem effectui sacramenti; non tamen peccat mortaliter practice loquendo, quia licet dicamus cum D. Tho. hanc partem dare gratiæ augmentum ex opere operato, tamen quia hic effectus est valde incertus, & probabiliter etiā negari potest, ideo non est imponendum tantum onus sine maiori certitudine. *Tom. 4. disp. 38. sect. 8. §. Sed quæres.*

25 Pænitens non potest sine confessoris voluntate expressa, pænitentiā per alium implere, quia hæc obligatio oritur ex præcepto: ergo si confessor præcipit, vt ipse v. g. ieiunet, non implebit præceptum, etiam si alius nomine ipsi⁹ ieiunet; at vero ex voluntate confessoris potest, habebitq; effectum, quia hoc præceptum pendet ex voluntate cō fessoris; item quia quando pæni tentia imponitur per alium implēda semper intelligitur facienda ex motione, & petitione ipsius pænitentis; & sic est aliquo modo illius: ergo sic etiā potest esse pars Sacramenti, aliquo modo ab illis susceptī, ergo etiam habere potest effectum ex opere operato circa illum. *Tom. 4. disp 38. sect. 9. Per totam.*

Cōsentiūt fere omnes Theologi in 4. di. 20.

26 Idem sacerdos potest pænitentiam à se impositam mutare, si pænitēs ad ipsum recurrat intra tempus adeo breue, vt moraliter possit idem iudicium existimari, quia ita potest expedire ad bonū animarū, ad quod hoc iudicium ordinatur, præsertim quādo confessor causam retinet memoria, & rationabilis causa subest mutandi iudicium. Item alius æqualis confessor audita confessione eorundē peccatorū pænitētiam ab alio aliquo impositam mutare, quia licet prior sacerdos sententiam intulerit, nihilominus pænitens eandem causam in iudiciū afferre, & nouā sententia postulare potest: ergo etiam confessor poterit suo arbitratu pænitentiā imponere, iuxta præsentē statum

Sylu. confes. 1. q. 27 Ang. cōfes. 6. n. 4. Rosella verb confess. sacramenti. nu. 11. & Vict. num. 211. & alij multi cū D. Tho. in 4. q. 1. art. 3. & 4. Nau. de indul. not. 3. n. 43. & 44.

pœnitentis, ac si prius causa non esset iudicata, ergo etiam poterit mutare priorē pœnitentiam in posteriorem, etiam in mitiorem, si ita prudenter iudicauerit ad bonum animæ pœnitentis expedire, & interdum etiam omnino tollere, vel, & leuissimam, vel nullam imponere, vt si pœnitens accedat multo melius dispositus, magisque contritus & alijs vijs satisfeciſſe intelligitur, v.g. lucrando indulgentiam, &c. Item potest superior, vt tenet communis opinio, non tamen extra sacramentale iudicium, ni si in confessione audita accusatione eorundem peccatorum, quod à fortiori cōstat ex dictis de confessore æquali. At vero si Superior habet potestatem concedendi indulgentias, per illas potest remittere pœnitentiam impositam, quia per indulgentiā extinguitur obligatio pœnitentiarum satisfactiuarum non medicinalium, quia indulgentia non datur ad destructionem sed ad ædificationem. *Tom. 4. disp. 38. sect. 10. §. Distinguere oportet, & seqq. & disp. 50. sect. 2. §. Atque hinc fit primo.*

27 Qui bona fide existimat sufficienter pro peccatis satisfeciſſe, tenetur pœnitentiam impositam implere, vt medicinā; quia manet semper hæc obligatio præsertim, quia vix potest constare aliquem adæquatè satisfeciſſe pro suis peccatis, non vero, vt satisfactionem, quia nemo tenetur idem debitū bis soluere. *Tom. 4. disp. 38. sect. 10. § Vnde etiam.*

28 Pœnitentia imposita à reseruatis, non potest ab inferiori mutari, quia inferior per se non habet iurisdictionem in illa peccata, quatenus talia sunt, seu quatenus commissa sunt, ergo non potest pœnitentiam mutare, quæ pro illis sic spectatis imposita fuerat. *Tom. 4. disp. 38. sect. 10. §. Nihilominus contrarium.* *Ang. ver. confess. nu. 4. Tabien. confess. 2. n. 21. Sylu. confess. 1. q. 27.*

29 Pœnitentiæ non solum per indulgentias cessat obligatio, sed etiam per omnem aliā remissionem pœnæ pro talibus peccatis debitæ, quia quotiescūque remissio pœnæ pro peccatis debitæ, integrè obtenta est, cessat omnis obligatio assumendi nouam pœnā in vindictam, seu satisfactionem talis culpæ. *Tom. 4. disp. 50. sect. 2. §. Secundo sequitur.* Ex alio tamen capite nullus fere ab obligatione implendi illam liberatur, quia nemo potest licitè ex intentione alia opera satisfactoria exercere, aut procurare, vt liberetur onere implē di pœnitentiam iniunctā, quando nullam aliam habet legitimam excusationē, hoc enim esset in fraudē præcepti impositi. *Ibidem. §. Secundo sequitur.*

30 Potestas relaxandi pœnas peccatorum coram Deo, & pœnitentias iniunctas in foro sacramentali, non sunt duæ, sed vna, & eadem quæ vtrumque effectum simul, & vna actione opera-

operatur propter cōnexionem eorum intre se suppositā iniunctione pœnitentiæ sacramentalis, quia effectus vnus est per se, alius consequens, & resultans; vna est ergo potestas, quæ vtrūque operatur, tū quia vna actio ab vna est potestate proxima. *Tom.4. disp. 50. sect. 2.§. Tertio principaliter.*

31 Qui facit, quod in se est ad lucrandum indulgentiam, non ex iusta causa concessam nō liberatur ab obligatione implendi pœnitentiam iniūctam, quia indulgentia nō tollit hanc obligationem reuocando præceptum confessoris, sed subtrahendo materiam eius; per huiusmodi autem indulgentiam non tollitur materia huius præcepti, quia non tollitur debitum satisfaciendi; ergo nec præceptum illud tollitur. *Tom.4. disp. 45. sect. 2.§. Dico tamen.* Excusatur tamen bona fide pœnitens ab obligatione implendi talem pœnitentiam, quia illi non constat de nullitate indulgentiæ. *Ibidem §. Dico tamen.*

Sacra scriptura.

1 REgula Chrysostomi *hom. 48. & 65. in Matth.* est quod in parabolis præcipue attendēdus est finis à Christo Domino, in vnaquaque intentus; singula autē verba, vel non sunt semper accommodata tāquam pertinentia ad finem parabolæ, vel non semper afferūtur, vt absolute probetur factum quod in parabola proponitur, sed solum per quandam analogiam declaretur, quod intenditur. Exemplum inter alia multa sit de villico iniquitas, *Luc. 16.* quod prudenter feciſſet, cuius non est sensus, quod laudauerit factum, sed artificium, & solertiam, quam Christus proposuit, non vt illā imittemur in tali materia, sed in altiori, & honestiori. *Tom. 4. disp. 13. sect. 1.§. Ad parabolam Matthei.*

Scandalum.

1 POtest quis petere licite actionem ab eo, qui non est licite facturus, quia cum defectus non sit potestatis, sed voluntatis per accidens coniungitur actioni, quam alter petit, seu qua vtitur, & ideo per se loquendo petenti non imputatur, nisi aliunde ex charitate, vel alia particulari ratione teneatur nō petere; at vero quando quis non potest licite aliquid facere, nulla ratione licet ab eo id petere, vel cum eo cooperari, quia petere ab aliquo id, quod sine peccato non potest, moraliter est peccare per actum ipsum. *To. 5. disp. 11. sect. 4. §. Dices quamuis. & Tom. 3. disp. 18. sect. 1.*

Schisma.

1 QVi absque sufficientibus suffragijs Pōtificatū vsurpāt, vel illū recipiunt, non fiunt irregulares, quia nullibi fertur irregularitas ipso iure; tū quia illud delictū potius est abusus iurisdictionis, quā Ordinis. *Tom. 5. disp. 42. sect. 5. §. Vltimo loco.*

Panormi. in c. licet de elect. n. 7.

2 Schismatici, vt ab hæreticis distinguuntur, v.g. illi, qui Romanam Ecclesiam scindunt, nō quidem male sentientes, de potestate Summi Pontificis, sed conantes vsurpare illam dignitatem, vel in aliquem, cui vere non competit tranferre, non sunt irregulares; quia non inuenitur ipso iure lata talis irregularitas, quod late probat noster Doctor. *Tom. 5. disp. 43. sect. 2. §. Quarto extenditur.*

Vide Sum mist. verb. schisma. Turrecremată. lib. 4. summæ p. 1. c. 8.

3 Schismatici excommunicātur in Bulla Cœnæ, vt constat ex prima clausula Bullæ Cœnæ, iuxta illa verba, *Necnō, & schismaticos.* Schisma vero per antonomasiam dicitur quando præter verum, & indubitatum Papam, alius erigitur, eique obeditur, quando solum ex malitia, & praua voluntate fit: quia si fit ex praua opinione, circa vnitatem capitis, seu Vicarij Christi erit non solum schisma sed hæresis, quæ excommunicatio est reseruata, sicut omnes Bullæ Cœnæ. *Tom. 5. disp. 21. sect. 2. §. Vltimo additur.*

Secretum.

1 QVi ita rē norunt, vt licitè manifestare non possint, excommunicatione non ligantur. Primo, qui rem in cōfessione agnouit. Secundo, aduocatus, aut procurator, qui rē nouit per consultationē secretam ratione officij, quia aliàs non possent homines secure alios consulere secreto, aut sua negotia tractare, nisi velit vti illo secreto in Reip. perniciem, vel graue damnum alicuius proximi. Item excusatur ille, qui cogitur denūciare eum contra quem nullum testem afferre potest, quia id potius est infamare, quam iuridice denunciare. Vide optimam decisionem *in c. Qualiter, & quando. 1. de accusat. Tom. 5. disp. 20. sect. 3. §. Quartò à fortiori.*

Vid. Nau. in c. inter. verb. concl. 6. corol 66.

Sententia.

1 SEntentia inualida tribus modis potest esse iniusta. Primo, quando est lata à iudice iniqua intentione, ex odio, vel alia simili causa. Secundo, quando est lata, non seruato acciden tali ordine iuris. Tertio, quando sententia in re continet inæqualitatem, & iniuriam, tamen secundum allegata & probata iusta est. *Tom. 5. disp. 4. sect. 7. §. Secundo colligitur.*

2 Præceptum latum per modum sententiæ, non ligat nisi sub-

si subditos eius, qui illud fert, nō vero extraneos, etiam si in eius territorio delinquant: ita enim aperte traditur *in cap. A nobis primo de sent. excom. Tom. 5. disp. 5. sect. 5. §. Quo circa necessario.*

Couc. alma. p. 1. §. 10. nu. 2. Vgol. c. 9. §. 2. nu. 4.

Seruitus.

1 SEruitus omnis nō inducit irregularitatem absolute perpetuam, sed quamdiu durat, & Dominus non consentit, vt constat *ex Can. 81. Apostolor.* & requiritur vt manumissio absolutè præcedat ordinationem, vt constat *ex cap. Nulli. dist. 54.* Et ad consequendam libertatem requiritur tantum licentia Domini tacita, vt exprimitur *in c. Si seruus. dist. 64. Tom. 5. disp. 51. sect. 3. §. Atque hinc colligitur, & seqq.*

2 Manumissi quæ ad ordines fit absolutè, & simpliciter, nullam inducit conditionem de iustitia. *cap. Quicunque eum. cap. 1. & 2. dist. 54. & cap. 1. de seru. non Ord.* Quamuis non repugnet in ipsa manumissione conditionem apponi statui clericali non repugnātem. Vnde probabilius est, quandocunque Dominus facit facultatem seruo suscipiendi Ordines, siue expressa, siue tacita, manumissio est absoluta ex vi ipsius ordinationis, quia nulla conditio apposita est. *Tom. 5. disput. 51. sect. 3 §. Existimo ergo, & sequentibus.*

3 Si seruus non obstante irregularitate, inscio Domino ordinetur manet ordinatus; quia seruitus non est incapacitas, & si tantum sit ordinatus minoribus ordinibus, nullo modo à seruitute liberatur, nec simpliciter, nec sub conditione aliqua. Ita docent omnes & sumitur *ex cap. 2. de seru. non ordinand. Tom. 5. disp. 51. sect. 3. §. Sed quid.*

4 Si vsque ad Diaconatum, vel supra ordinatur seruus, cum scientia Episcopi ordinantis, liber efficitur, tenetur autem Episcopus, eum domino duplici satisfactione compensare, iuxta *cap. Si seruus absente. dist. 54. & cap. Venerabilem. vers. Præterea. Qui filij sint legitimi.* Idem dicendum si ordinetur in ordine Subdiaconatus, vt expressè disponit Alexander III. *in cap. Miramur. de seru. non ordin.* Quā duplicem satisfactionem tenetur Episcopus absque alia sentētia condemnatoria reddere pro seruo, neque aliter liberari illū à seruitute, nec dominum teneri, aut cogi posse ad dimittēdum seruum; nisi adimpleta conditione: quia ita per legem dispositum est. *Tom. 5. disp. 51. sect. 3. §. Tertio si vsque.*

5 Si Episcopus ignorans conditionem seruitutis seruum in sacris ordinet, tenebuntur ad eam satisfactionem faciendam, qui eum ad ordinationem induxerunt, vel rogando; vel fal-

sum testimonium ferendo, *cap. Si seruus absente dist. 54.* Etsi ignorantia etiam probabili id fecerit, ipsemet ordinatus tenetur ad illam faciendam, vel saltem ad reddendum per se vicarium, *cap. Ex antiquis dist. 54.* Etsi nec satisfactionē possit facere, si est Diaconus, aut Subdiaconus redigat se in seruitutem, *cap. Ex antiquis cit.* oportet autem vt Dominus intra annum postquam sciuerit, ordinationem serui, illū repetat, *ex c. Si seruus absente d. 54.* nā si post scientiam per annū dissimulauerit censetur consentire, & seruum manumittere, & quādo talis clericus in seruitutem redigitur, non solum priuatus manet vsu ordinum, sed etiam exutus priuilegio clericali, *ex cap. Ex antiquis cit.* At vero si fuerit sacerdos non reducitur in seruitutē etiam si domino integra satisfactio fieri non possit, sed solum cogitur amittere peculium suum, & domino reddere, vt in dicto cap. *Ex antiquis.* Et si peculium non habuerit, satisfaciet, si in proprio sacerdotali ministerio domino suo ministret, aut celebret, & ad hoc poterit obligari, iuxta *cap. frequens dist. 54. Tom. 5. disp. 51. sect. 3. §. Quarto si Episcopus, & seqq.*

Solutio.

1 QVi ob impotentiam excusatur ab obligatione soluendi ad certum tempus, obligatur sub eadem pœna, v.g. excommunicationis ad soluendū, cū primum possit: quia ille terminus designatus in sententia non est ad finiendam obligationem, sed ad differēdam executionem eius vsque ad illum, & non vltra; nisi impotentia fuerit orta ex malitia, vel ex negligentia culpabili; quia cum non excuset à culpa, non excusat etiam à pœna. Exemplum sit: Habet quis quandam obligationē in forma Camerę ad soluendam pensionem intra mensem, & in principio mensis est potens ad soluendum; nihil tamen curans de solutione pensionis quia omnia expendit, & ita fit impotens ad soluendum, quia ille re vera facit contra præceptum, & consequenter est contumax. *Tom. 5. disp. 20. sect. 2. §. Antequam, & seqq.* *Cap. Odoardus de solut.*

§. 1.

Sigillum quoad obligationem.

1 IN confessore est obligatio seruandi hoc: secretū hoc est per se euidens & commune apud omnes. *Prouerb. 11.*

1. ex ipsa lege naturali obligante ad seruandum secretu in pertinentibus ad famam proximi. 2. ex tacito pacto inter pœnitentem, & confessorem. *Tom. 4. disp. 33. sect. 1. §. Duo sunt certu.*

2 Obli-

2 Obligatio huius præcepti tanta est, vt in nullo casu, & propter nullum finem, etiam pro tuenda tota republica ab ingenti malo temporali, seu spirituali violare liceat illud. Ita omnes, quia sic tenet communis sensus Ecclesiæ, eiusque perpetua traditio, cuius nonnulla vestigia in antiquitate inueniuntur quamuis pauca, vt colligitur *ex cap. Sacerdos de pœnitent. dist. 6. & cap. Omnis vtriusque. Tom. 4. disp. 33. sect. 1. §. Secundo est certum.* Idem dicendum est licèt reuelatio sit futura vtilis pœnitenti, vt omnes ex communi consensu affirmãt, quia moraliter est impossibile reuelationem non esse onerosam pœnitenti. *Ibidem §. Nihilominus dicendum.* Idem dicendũ si vtilis sit reuelatio confessori ad quemcunque honestũ finem. *Ibidem §. Idem secretum.* Idem dic si mortuus sit pœnitẽs, & necessarium sit aperire crimen eius ad impediendum, v.g. vsum alicuius matrimonij, quod nullum est; quia nullam facit fidem in iudicio exteriori testimonium confessoris, vt sumitur *ex cap. 2. de offic. ordin. & cap. Dilectus de excess. prælat. Ibidem §. Nihilominus dicendum, & seq.*

Viguer. in sum. c. 16. §. 4. Sylu. verb. confess. 3. q. 13. 19. & 20.

3 Obligatio sigilli maxime pertinet ad confessorem, & ad Superiorem, quando ab illo petitur absolutio à reseruatis, aut licentia ad absoluendum ab illis. Item ad interpretem, vt tenet communis opinio, licet non sit tam graue sigillum sicut in sacerdote. Item ad consiliarium siue sit præsens confessioni, siue non, & postea consulat illi ex licentia pœnitentis; quia participat actum clauium, scilicet, quoad clauem scientiæ, & supplet defectum ministri, ita vt ex vtroque quasi coalescat minister habens omnia necessaria ad hoc munus. Item ad eum, qui furtiue alterius confessionẽ audit, quia facit iniuriam, & pœnitenti, & Sacramento, ergo tenetur illam resarcire quantum potest, sed nullo modo potest, nisi seruando secretum, quantum sigillum postulat: ergo licet audiat confessionem sine culpa per indecentiam; quia licet excusetur à culpa per accidens, tamen actio illa de se eiusdem rationis erat. Item denique pertinet hoc sigillum ad illum, cui confessor, vel inique, vel ex licentia pœnitentis confessionem reuelat, quia hoc sigillum est veluti onus propriũ notitiæ acceptæ per confessionem, & ideo cuicumq. communicatur, siue inique, siue ex licentia potentis eam dare, transit semper cum onere seruandi illud. *Tom. 4. disp. 33. sect. 4. §. Per totam, & sect. 5. §. Petitur in quarto, & sequenti.*

Nau. c. sacerdos nu. 42. & sum c. 8. nu. 4. D. Thom. d. 21. q. 3. ar. 1. q. 3. Scot. dist. 17. q. 1. & aly.

4 Superior interrogare non potest licite de persona, pro qua facultas ad absoluendum à reseruatis petitur, quia si per inferiorem confessorem petitur facultas

cultas ille tenetur seruare sigillum, & superior grauissime peccat, dum aliquam eius læsionem, vel fractionem procurat. *Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 5. §. *Quin potius.*

Richard. distin. 21. *art.* 5. *q.* 3. *Sot. relect. de secret. memb.* 3. *q.* 4. *concl.* 4.

5 Sigillo tenetur superior, coram quo comparet pœnitens, sub illo onere iam absolutus, etiam si noua sacramentalis cõfessio, tunc non perficiatur, quia tota illa manifestatio est in ordine ad claues, prout pertinet ad forum Sacramentale. *Tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 5. §. *Tertio intelligitur.*

6 Pœnitens non tenetur seruare sigillum, aut secretum in his, quæ confessor illi commisit, verbi gratia, pœnitentiam quam imponit, vel aliquid simile, quia hoc proprie non est sigillum, licet poterit esse secretum naturale vbi materia id postulauerit. *Tom.* 4. *disp.* 33. *sect.* 4. §. *In primis autem.*

7 Obligatio seu præceptum sigilli, quamuis supernaturale, ac diuinum sic, non tamen est mere positiuum superadditum huic Sacramento (vt est valde verisimile) quale est, verb. gra. in Eucharistia præceptum præmittendi confessionem ante Sacramentum, seu Communionẽ, sed est quasi connaturale, & intrinsecum ipsi Sacramento, pro vt de facto institutum est, ita vt ex quodam iure naturali intrinseco ipsi Sacramento, & per necessariam consecutionem, ex eius institutione oriatur. *Tom.* 4. *disputatione.* 33. *sect.* 1. §. *Tertio fit.*

8 Sigillum confessionis obligat ex genere suo sub mortali; quia materia talis præcepti est grauissima. At vero ex indeliberatione, seu inaduertentia non est dubium, quin possit aliquando confessor excusari à culpa mortali, imò, & ab omni culpa ex defectu voluntatis, seu libertatis, maxime quando reuelatio est indirecta. Oportet tamen confessores in hoc esse cautissimos, ne forte aliquod verbum excidat. *Tomo.* 4. *disp.* 33. *sect.* 1. §. *Quarto colligitur.*

Gabr. in 4 *dist.* 21. *q.* 1. *art.* 2. *Palud. q.* 3. *Adriã. q. vlt. de confess.*

9 Sigillum oritur ex omni, & sola confessione sacramentali. Prior pars patet, quia præceptum est vniuersale, & absolutum. Posterior vero constat; quia hoc præceptum, vel intrinsece oritur ex Sacramento, vel illi solum annexum est, si autem confessio non sit sacramentalis, Sacramentum non est etiam inchoatum, ergo nõ habet locum ibi sigillum. *Tom.* 4. *disput.* 33. *sect.* 2. §. *Regula certa.* Item oritur, ex confessione facta bona fide, & intentione, putatiuo sacerdoti, quia licet illa confessio de facto non terminetur, vt sic dicam, ad sacerdotem, tamẽ vt fit à tali homine ex intentione Sacramenti procedit, & fit sacerdoti. *Ibidem* §. *Maius dubium.* Secus dicendum de confessione facta laico, scienter putans

tans aliquis illã confessionẽ esse sacramentalẽ, ideſt, ex ea posse perfici Sacramentum, quia tali intentio non sufficit, vt oriatur obligatio sigilli. *Ibidem §. Maius dubium.*

10 Oritur sigillum ex confessione audita volũtarie à confessore, absque intentione perficiendi Sacramentum, quia aliàs possent sacerdotes decipere pœnitentes, & ideo non obligari, quod est contra iustitiam, quia nemini debet dolus patrocinari, & contra bonum confessionis, inde enim, & onerosa, & formidanda fieret. *Tom. 4. disp. 33. sect. 2. §. Atque hinc etiam.*

11 Obligatio sigilli non oritur, ex iure humano positiuo, quia est maior fortasse, quã possit lege humana imponi, nec ex solo iure naturali puro, quia est altioris ordinis, & supra omne naturale secretum, vnde dici potest aliquo modo supernaturale. *Tom. 4. disp. 33 sect. 1. §. Atque hinc itelligitur, & seq.*

12 Obligatio sigilli oritur ex confessione facta sacerdoti non habenti iurisdictionem, etiã si facta sit vtriusque scientia dũ modo id faciant in ordine ad Sacramentũ cum spe obtinendæ iurisdictionis, quia iam est quædam inchoatio confessionis sacramentalis, vt si quis confiteatur inferiori sacerdoti, peccatum reseruatum eo animo, vt facultatem petat, & iurisdictionem obtineat, quod praxis Ecclesiæ confirmat. *Tom. 4. disp. 33 sect. 2. §. Quæri vero.*

13 Vt obligatio sigilli obliget, non est necesse vt confessio fiat cum omnibus conditionibus ab absolutionem requisitis. Omnes consentiunt, quia aliàs quoties sacerdos iuste negat absolutionem, propter indispositionem pœnitentis, non maneret sigillo obligatus, quod est contra communem sensum Ecclesiæ. *Tom. 4. disp. 33. sect. 2 §. Addo præterea.* Idem dicendum licet pœnitens à principio accedat sine proposito recipiẽdi absolutionem, vel sine contritione, aut proposito emmendæ, si habeat voluntatẽ se accusandi, quia iam illa est inchoata confessio saltẽ, cui fauet, *cap. quod quidam de pœnit. & remiss.* Idem dicendum licet pœnitens non confiteatur integre, etiam ex propria voluntate, & malitia, est enim eadem ratio. *Ibidem §. Vnde etiam.* *D. Thom. dist. 21. q. 3 art. 1.*

§. II.

Sigillum quoad materiam.

1 MAteria grauis sigilli est peccatũ mortale, ita vt, vel vnũ solum reuelare semper sit peccatum mortale, quod est certũ. Item peccatum veniale, vel minimum in confessione auditum est materia grauis, ita vt semper sit

sit peccatum mortale illud reuelare, nisi ex ignorantia, vel inaduertentia id fiat; quia licet respectu pœnitentis, illa non sit regulariter grauis infamia, respectu tamen Sacramẽti, semper est grauis iniuria, & graue nocumentũ. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. In genere loquendo.* Item circũstantiæ, & obiecta peccatorum, quia circunstantiæ sunt morditer quædam peccata, vel sunt quasi integrantes peccata, & idẽ est suo modo de obiecto, quatenus tale est. *Ibidem §. Secũdo dicendum.* Item circunstantiæ peccatorum futurorum, quia illud futurum, vt futurum non potest reuelari sine præsenti voluntate, cum qua habet connexionẽ, vt siquis confiteatur propositũ interficiendi, etiamsi non sit peccatum commissum. *Ibidem §. Contrarium ergo.*

Sot. relec. de secret. q. 3. c. 3. Ang. verb confess. 8. num. 7. Syl. confes 3 q. 5. D. Tho. in 4. d. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. Nau. c. sacerdos n. 20. & alij

2 Omnia illa, quæ dicuntur ad declarandum peccatum, manent sub sigillo confessionis. Ita docent omnes, quia hæc omnia saltem per eductionem sunt materia confessionis, cum ordinentur ad accusationem peccati. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. Tertio non solum.*

3 Peccata aliàs publica cadunt sub sigillo confessionis, quatenus in illa cognita sunt, quia præceptum est vniuersale, & absolutum. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. Quarto etiam.* At vero confessarius nõ tenetur, non loqui de peccato aliàs cognito, & in confessione audito. Ita omnes summistæ, quod est certũ per se loquendo, quia nullo modo reuelat confessionem, quia penitus de loquitur, ac si confessionem non audisset, nullam ergo facit iniuriam Sacramento, nec pœnitenti, imo esset grauissimum onus confessoris, si propter confessionem amitteret ius vtendi scientia, vel cognitione sua. *Ibidem §. Dubitari tamen.*

4 Non est vetitum confessoribus loqui in generali de peccatis auditis in confessione sine relatione ad personã, v.g. huius pœnitentis, quia tunc non reuelatur peccator, & ita non fit illi iniuria, nec ob eam rem potest fieri illi onerosa confessio, ac propterea nec sacramento fit iniuria. Vnde si dicat confessor Petrum sibi esse confessum, vel si dicat confessum esse peccata sua, item si dicat talem personã in sua confessione non habere, nisi materiam venialem, quia non manet iniurioſum, nec onerosum pœnitenti; in vsu autem huius licentiæ magna prudentia necessaria est, & aduertunt Doctores, vt sine necessitate, vel magna vtilitate non misceantur sermones de his rebus, etiã in generali præsertim coram multis, maxime in eodem loco, seu ciuitate, & post breue tempus ab audita confessione. Item maxime cauendum est, ne offendat tu communitas, id quam talis persona pertinet, v.g. si dicat

Ant. 2. p. tit. 17. c. 19. §. 3. Nau. c. 8 num. 16. Petr. Sot. lec. 11. de confess. & alij.

cat religiosum hoc fecisse, & præsertim nominando religiosum in particulari: quia reuera hoc iam redundat in grauamen notabile pœnitentis præter iniuriam communitatis. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. Quinto addendum, & sequenti.*

5 Ea quæ comitanter dicuntur non pertinentia ad accusationem peccatorum, non cadunt sub sigillo. Ita omnes: quia illa per se non sunt materia nec ad illam reducũtur, & quod ibi dicantur est impertinens. *Tom. 4. disp. 33. sect. 3. §. Vltimo dicendum.*

§. III.

Sigillum quoad reuelationem.

1 NOn licet cõfessori post perfectam confessionem loqui de rebus in confessione auditis, etiã cum ipso pœnitente sine facultate eius. Ita omnes, quia hoc per se loquendo esset valde onerosum pœnitenti, si ex probrari, vel affici pudore posset à confessore, quod sine dubio redundaret in iniuriam sacramenti. *Tom. 4. disp. 33. sect. 5. §. Circa priorem.*

Sot. in 4. dist. 18 q. 4. art. 6.

2 Quando confessor commisit defectum in confessione, ex quo obligatur ad pœnitentẽ monendũ, potest dicere illi, & debet, se velle cum illo loqui de re necessaria ad confessionẽ pertinente, & si ille consentiat iam habet facultatem; si vero renuat dicat nihilominus si commode possit; quia tunc iam non loquitur extra confessionem, sed supplet, & perficit eã, quę inchoata, & imperfecta manserat, quia pœnitens tunc est irrationabiliter inuitus. *Tom. 4. disp. 33 sect. 5. §. Solum est casus.*

3 Si plures audierunt confessionem, non possunt inter se de rebus eius loqui; quia si cum ipsomet pœnitente non licet loqui, multo minus cum alio, etiam si notitiam confessionis habeat. *Tom. 4. disp. 33. sect. 5. §. Solum est casus.*

4 Si pœnitens extra confessionem dicat, quod in confessione dixerat, vt sic nõ cadit sub sigillo, quia pœnitens est dominus suæ famæ, & scientiæ, potest ergo illam communicare, prout voluerit, siue ante, siue post confessionem. *Tom. 4. disp. 33. sect. 5. §. Circa secundum.*

5 Confessor potest de rebus in confessione auditis loqui de pœnitentis licentia. Est communis, & vera; quia hoc sigillum quamuis, sit sacrum, continetur tamen sub genere secreti, eiusq; naturam, & rationem participat, ergo sicut de natura secreti est, vt eius vsus pendeat ex volũtate committentis, sicut depositum ex voluntate deponentis, sicut promissio ex voluntate

D. Tho. d. 21. q. 3. ar 2. Nau. in sum. c. 8. n. 2. & c. 18 n. 12. & alij plurimi.

eius

eius cui est facta, ita ergo, & in præsenti, non enim est lex prohibens. *Tom.4. disp.33.sect.5.§. Nihilominus contraria.* Quæ licẽtia debet esse satis declarata, quia in re tam graui non est vtẽdum præsumptione, Item oportet esse spontaneam sine vi, metu, aut deceptione obtentã; quia si inuoluntaria sit, erit inualida non solum, quatenus est per iniuriam extorta, sed quatenus cedit in magnam irreuerentiam Sacramenti; denique oportet, vt in vsu huius facultatis, de illa sufficienter cõstet, vt omne scandalum vitetur. Quomodo vero constari possit? & quomodo existimetur prudenter necessariũ? prudentiæ confessoris relinquitur. *Ibidem §. Vltimo vero.*

6 Quando datur facultas confessori ad loquẽdum aliqua ex auditis in confessione, talis licentia est reuocabilis, pendet enim ex voluntate dantis: at vero si semel extra confessionem dixit, quæ prius in confessione dixerat, iam illa notitia irreuocabilis est, nec potest facere pœnitens, vt postea confessor tantum in confessione sciat. Item quando confessor loquitur ex facultate pœnitentis potest, & debet dicere se scire in confessione, & loqui ex licentia pœnitentis, vt alter debito modo recipiat. At vero quando loquitur cum ipso pœnitente nõ potest dicere se audiuisse in confessione, quia non loquitur ex illa notitia, nec facultate respectu illius, sed ex noua scientia. Item quando cõfessor loquitur ex pœnitentis facultate, tunc is qui audit obligatur sigillo, non vero si loquatur ex noua scientia. ff. cum ipso pœnitente extra confessionem. Item quando loquitur cum ipso pœnitente, fieri potest ex mera voluntate sine causa, quæ ad Sacramentum, vel pietatem pertineat. Alia vero facultas non est danda respectu alterius personæ, nec illa vtendum, nisi ex graui causa, & rationabili vtilitate. At vero licet aliter tantum fiat, non proprie frangitur sigillum, quia iam intercedit voluntas committentis, erit tamen aliud genus sacrilegij propter irreuerentiam, & ab vsum Sacramenti. *Tom.4. disp.33.sect.5.§. Sed quæres, & §. Petitur in quarto argumento.*

§ IIII.

Sigillum quoad reuelationẽ indirectam.

1 SIgillum etiam indirecte obseruandum est: cõueniunt omnes. *To. 4. disp.33. sect.6.§. Primo dicendum est.* Vnde si confessor dicat non absoluisse pœnitentem, indirecte violat sigillum, quia absolutio moraliter loquendo, non negatur nisi suppolita materia peccati mortalis, *Nau. c.8. n.10. c.4. Sacerdos n.63. Sot. & alij.*

lis, & ob indispositionē pœnitētis, & ideo qui dicit se negasse absolutionē, directè dicit pœnitētem peccasse mortaliter, aut esse indispositum, quod verum est, licet cōfessor interrogatus sit; an absoluerit? Quia non potest absolutè negare, sed neque affirmare, si non absoluit, quia non potest illa locutio habere sensum verum; tunc dicit ergò, se functum fuisse suo munere; & ne in casibus particularibus suspitionis occasio detur, sic respondendo est optimum consilium, ita semper respondere, siue absoluat, siue non. *Ibidem. §. Primo dicendum est.*

2 Sigillum non solum seruandum est verbis, sed factis, ita docent omnes, & sumitur *ex c. Omnis vtriusque sexus.* Ibi. *verbo, vel signo, vel alio modo.* Ratio est: quia non tantum verba, sed etiā facta significant mentē, & ideo factis potest manifestari confessio; quæcunque autem manifestatio est contra sigillum, ergo, &c. *Tom. 4. sect. 33. disp. 6 §. Secundo dicendum est.*

3 Sigillum violat Parochus indirectè, publicè aliquod Sacramentum negans, alicui indisposito ex sola notitia confessionis, vt sumitur *ex cap. Sacerdos de offic. ordin.* Idem dicendū de Parocho negante Sacramentū excommunicato quē nouit in confessione, præsertim coram aliis, vt omnes etiam docent, vt constat *ex c. cit. & c. Cum non ab homine de sent. excom. Tom. 4. disp. 33 sect. 6. §. Atque hæc assertio.*

4 Sacerdos in occulto vitans excōmunicatum ex sola scientia confessionis cognitū, indirectè violat sigillum. Quæ sententia videtur securior, & magis cōstans, quā contraria; nam illa re uera nō est cooperatio; nam ille debet rationabilē causam, ita se gerendi, ac si nihil sciret; sicut iudex damnans innocentē contra scientiam priuatam, propter legitimam probationem. *Tom. 4. disp. 33. sec. 6. §. An vero occultē.*

5 Non potest quis vti scientia confessionis cū periculo reuelationis eius, siue directe siue indirecte. Et est vulgare exemplum de Superiore, qui audit confessionem subditi; nam ex vi illius, non potest ita illum gubernare, vt alij possint suspicari peccatū illius, nec in specie, nec in genere, vt auferendo ministerium aliquod, vel mutando locum. *Tom. 4. disp. 33. sect. 7. §. De priori est.*

6 Non potest imponi pœnitentia publica, in satisfactionem peccati commissi, nisi ex spontanea acceptatione pœnitētis; quia omnis reuelatio indirecta repugnat sigillo; quando vero pœnitens voluntarie acceptat, iam non est reuelatio, sed ipsemet pœnitens se prodit. At verò quando id quod confessor iniungit, non est tantum in punitionem peccati commissi, sed in remedium tollendi simile peccatum, aut scandalum; tunc

potest præcipere illud pœniten-
ti, v.g. quod dimittat hoc offi-
cium, vel hanc domum, & si no-
luerit potest dimittere eum si-
ne absolutione, & non est gra-
uamen contra sigillum; quia sup
posita vera necessitate, illud præ
ceptum non tam imponitur à
confessore quam declaratur pœ-
nitenti obligatio, quam ipse ha-
bet. *Tom. 4. disp. 33. sect. 7. §. Hic
vero occurrunt.*

7 Confessor qui potest auferre occasionem peccati pœniten tis, v. g. si confessor sit Prælatus religionis, qui potest mutare locum subdito, ex quo pendet talis occasio, cum suspicione aliorum non potest id facere sine voluntate eius, quia esset indirecta violatio, quæ semper est illicita, etiam respectu vnius cui notæ sunt res talis pœnitentis, nam ei saltem fit nota cōfessio, quod semper est prohibitum, etiam in peccatis publicis, quod verum est etiam cum suspitione eius solius, quia hæc est occasio, vt retardetur à confessione, fit enim valde onerosa, cum non possit post confessionem pœnitentem verbis corripere, ergo nec factis. Alij tamen contrariam tenent opinionem, cum hoc quod est mutare locum, aut auferre, pendeat ex arbitrio superioris; sed nostra est securior, & ideo in hac materia est tenenda, & in praxi sequenda. *Tom. 4. disp. 33. sect. 7. §. Sed vlterius restat.*

8 Non licet sacerdoti propter damnum quodcumque vitā dum, siue corporale, siue spiri- *Richard.*
tuale, aliquid facere cum indi- *ar. 4. q. 2.*
recta reuelatione pœnitentis, nā *Nau. c. sa-*
in omni actu intrinsece malo, *cerdos nu.*
possunt occasiones similes fingi *135. Sot.*
& non propterea admittēdum *dist. 18. q.*
est, licere aliquando talem occa *4. ar. 5.*
sionem facere advitandū quod-
cumque incommodum; quia re-
uelatio indirecta in nullo casu
est licita *Tom. 4. disp. 33. sect. 7. §.
Contrarium vero.*

9 Non potest elector negare suffragium, solum per scientiam confessionis, quando suffragia publice feruntur, quia
tūc datur periculum manifesta- *Vide D.*
tionis, & suspitionis. Et sic eligē- *Tho. in 4.*
do indignum ex scientia con- *dist. 21. q.*
fessionis etiam in occultis ele- *3. art. 1.*
ctionibus, nulla incurritur pœna vel censura: nam leges impo nentes pœnas contra eligentes indignum, semper loquuntur secundum scientiam communem, & cognitionē humanam. Denique probabilius videtur nostro Doctori nullam commit ti culpam, eligendo dignum in publica scientia, etiam si per solam confessionem cognoscatur indignus, quia propter reuerentiam Sacramenti, potest quis licite nō vti illa scientia, sed ita se gerere, ac si nihil nouisset. Vtrū vero non teneatur quis non vti illa scientia? Affirmare non audet noster Doctor, propter mul torum sentētiam affirmantium absolute, electorem, non solum posse,

posse, sed debere negare suffragium propter notitiam confessionis, quia nullum est periculum reuelationis. Quæ sententia semper (vt ille at) difficilis illi visa fuit. *Tom. 4. disp. 33. sect. 7. §. Superest vero.*

10 Nulla pœna, vel censura ipsō facto incurrenda lata est in iure contra violantes sigillū confessionis, nullibi enim inuenitur tale ius. *In c. autē sacerdos de pœnit. dist. 6.* imponitur pœna depositionis à iudice ferenda, & additur cogendum esse sacerdotem huiusmodi, vt perpetuo ignominiosē peregrinetur, *& in c. vtriusq; sexus*, confirmatur eadem pœna, & additur, vt perpetuo detrudatur in monasterium. De crimine autem hoc constare potest, quādo ipsemet confessor, loquens dixit in confessione audiuisse, alioqui coniecturis agendum est, & interdū sufficient plures testes, quamuis non contestes propter naturam delicti. *Tom. 4. disp. 33. sect. 8. §. Respondeo, & seq.*

11 Quando confessor dixit se habuisse facultatem à pœnitente, vel alia via sciuisse, & pœnitens negat, licet inclinandum sit in fauorem pœnitentis, & Sacramenti: tamen in particulari indicia, & coniecturæ considerandæ sunt; nam si confessor aliquid egit in damnum pœnitentis, vel alterius, contra eum est præsumptio; si tamen nihil egit incomodi, imo intendit bonum finem, salua eius fama, & honore, tunc in eius fauorem præsumendum est, nisi aliunde oppositum constet, multum etiam confert vita, & mores confessoris tunc enim fides adhibenda est. *Tom. 4. disp. 33. sect. 8. §. Speciale vero.*

Cap. sacerdos, c. omnis vtriusque.

12 Sigillum seruandum est non tantum sponte narrando, sed etiam respondendo ad quācumque interrogationē. Ratio sumēda est ex generali, & riguosa obligatione huius præcepti; & præterea quia sic interrogans iniuste facit, & ideo non meretur responsum: & si non possit cōmode negare responsum, potest respondere confessor, nihil scio. *Tom. 4. disp. 33. sect. 6. §. Tertio dicendum, & seqq.*

13 Quando ex vsu confessionis, nulla sequitur indirecta reuelatio, nec morale periculū eius, non est per se malus talis vsus, imo poterit esse sæpe honestus, & licitus, nisi specialiter prohibeatur. Ita omnes, & vt hic vsus etiam vbi non est iure humano prohibitus, sit honestus, non satis est, quod fiat absque in indirecta reuelatione sed duo præterea requiruntur. ſi, vt fiat sine iniusto grauamine pœnitentis, & ob aliquam causam grauem, seu vtilitatē. Ratio prioris partis est, quia licet tūc actio non sit contra secretū sigilli in rigore, est tamen valde iniuriosa Sacramento. Ratio alterius partis est, quia hoc secretum est res

ualde sacra, & ideo nō licet illo vti, ad actiones alias externas, nisi ob honestū finē, & proportionatū tali medio. *Tom.4. disp. 33.sect.7.§.Secūda regula, & seqq.*

14 Reuelare peccatū proximi in particulari, & cū infamia eius, etiam in confessione, ex suo genere est peccatum mortale, si fiat sine rationabili causa. Ratio est: quia infamare proximum, etiam apud vnam tantum personā, reuera est graue detrimentum morale, tantoq; maius, quāto illa persona fuerit grauior. Secus si adsit legitima causa; tunc enim tantū datur detractio materialis, & non formalis. *Tom.4. disp.34. sect.1.per totam.*

Status innocentiæ.

1 CVltus Dei externus per actiones corporis valde cōsentaneus esset hominibus in statu innocentiæ; vnde, & probabile est de facto in eis fuisse, & lōge probabilius futurum fuisse si homo nō peccasset. Quia hic cultus est per se Deo debit⁹, quatenus est Auctor naturę, quæ ani mo, & corpore constat; sed hæc ratio eodem modo obligaret in statu innocentiæ, in quo homo cōstaret corpore, & anima; ergo vtriusq; actibus deberet colere Deū Auctorem suum. *To.3.disp. 3.sect.1.§.Dicendum est, ergo.*

2 In statu innocentiæ futurus erat cultus Dei extern⁹, quo publicè homines Deū colerent, aliquo solēni ritu exhibitus, & nōmine totius Ecclesiæ, vel Reip. quia homo natura sua est animal politicum, & ideo naturale est hominibus in vnum populū, vel Remp. congregari; ergo homines sic congregari in vnum corpus politicum, deberent etiā in vnum religionis nomen congregari, quamuis conclusio sit certior de ritu priuato. *Tom.3. disp.3.sect.1.§.Circa hanc vero.*

3 Status innocētię, si durasset, haberet vera sacrificia, vt probabile iudicat noster Doctor; quia ex naturali ratione procedit, q̄ homo quibusdā rebus sensibilibus vtatur, vt per earū oblationē, subiectionem ad Deū significet, & dominiū recognoscat. *To.3.disp.3.sect.2.§.Duplex intelligi potest.* Itē institutio Sacramentorū non erat contra debitū ordinē & perfectionem illius status; quinimo potuerat in eo habere sufficientē causam, & congruentiā. Qui dupliciter possunt considerari sacramenta. Vno modo, vt signa. Alio modo, vt causa gratiæ, & vtroq; modo possunt habere conuenientem rationē in illo statu, vt late probat noster Doctor. *Ibidem sect.3.§.Dicendum est primo. & seqq.*

4 Homines in statu innocentiæ, per species, & signa sensibilia cognoscerent res fidei, quia in vsu fidei, à phantasmatibus dependerent. Item non est dubiū, quin tūc essent futura signa vocalia; credibile etiam est, futu-

futuras tunc fuisse scripturas, saltem, vt possent homines cum absentibus loqui. Itē verisimile est futuras fuisse imagines, non solum propter exercendam artem illam nobilem, sed etiam, vt res absentes quodāmodo præsentes fierent, & in honorem, & venerationem aliquarum personarum, & in signum amoris. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Dicendum est primo.*

5 Hominés in statu innocentiæ contemplationi perpetuo ferè vacarent, propter frequens studium, vsum, ac sermonem de diuinis mysterijs, nec memoria excideret, nec extrinsecis adiumētis indigerent, quibus ad rerum fidei intelligentiā, & considerationē excitarentur. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. At vero.*

6 Si Christus durante statu innocētiæ absque peccato, non esset venturus, probabilius est, quod sacramenta non forent, (licet incertum sit, quia non reuelatum est aliquod decretum diuinæ voluntatis) quod colligi potest ex omnibus sacramentis, quæ de facto instituta sunt; omnia enim ad significandum Christum, & gratiam ab illo manantem referuntur, & omnia sunt aliquo modo medicinæ, vel subsidia aduersus peccatum, vel effectus ab illo manantes; ergo si ex his, quæ de facto operatus est Deus, creditur non existente peccato, non fuisse futurum principale mysterium, quod est causa omnium Sacramentorum, & remedium omnis peccati, consequenti ratione credendum est, non fuisse tunc futura sacramenta: si autem Christus esset venturus in statu innocentiæ, item vt probabilius est, nullū tunc fuisse instituendū: Sacramentū, antequā in carne veniret, quia neque essent instituenda sacramenta eo tēpore, vt causę gratię, neque vt signa tantum, vt probat noster Doctor vt solet. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Dices, si quid, & seqq.*

7 Post Christi Incarnationē, durante statu innocētiæ, & Adamo non peccante, probabilius est futurum esse Sacramentum Eucharistiæ, quia hoc Sacramentum est per se magis expetibile, & independens à peccato, secluſa significatione passionis, quæ facile excludi posset, manente reali præsentia Christi, & intima vnione qua nos sibi coniungit per hoc Sacramentum, quæ est per se primo in illo intenta. Certum tamen est quod non esset tunc hoc Sacramentū, vel sacrificium in signū, seu memoriale passionis Christi, quia tunc Christus non esset passibilis. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Vltimo tamen, & disp. 41. sect. 5. §. Posset hoc loco.*

8 In statu innocentiæ, non erat necessarium Sacramentum Baptismi, quia homines, sine peccato in iustitia nascerentur. Itē non futurum erat Sacramentum Confirmationis; quia præ-

sertim ordinatur ad profitendā fidem, superando difficultates, & pericula, seu persecutiones tyrannorum, quæ in eo statu locum non haberent. Item non futurū erat Sacramentum pœnitentiæ, nec extremæ vnctionis, vt patet. Tamen futurum erat Sacramentum matrimonij: nam cum in eo statu futurus esset contractus matrimonij, & aptus esset ad significandum mysterium Christi videtur, facillime potuisse eleuari ad rationem Sacramenti, & ideo facile credi posset, ita faciendum fuisse, & ad perfectionē sine imperfectione pertinuisse: licet videatur ex parte non futurum, quatenus in eo statu esset matrimonium sine libidine, & concupiscentia inordinata, & sine difficultate, quæ nunc est in sustinendis oneribus matrimonij, propter quas duas causas nunc est institutum matrimoniū. Item probabile est futurum esse Sacramentum Ordinis propter habitudinem quā habet Sacramentum Eucharistiæ, licet hoc sit incertum. Fingere autem alia Sacramenta, quæ tunc institui possent, est præter scientiam, quia in infinitum excogitari possunt. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. § Vltimo tamen.*

9 Si homines in statu innocentiæ peccassent, verisimilius est remedium amoris, & contritionis futurum fuisse sufficiens, absque alio Sacramento. Quia quantū credi potest, pauci essent homines, qui in illo fælici statu peccarent, atque illi facile possent, ad pœnitentiam, & contritionem moueri, ipso saltē experimento propriæ miseriæ, & felicissimi status per peccatum assimi, sicut Adam cognouisse legimus, vt dicitur. *Sap. 10. Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Solum illud.*

10 Non fuit de facto in illo statu vllum Sacramentū institutum, aut traditū Adamo, quatenus ille status breui tēpore ante lapsum durauit; quia nullibi fit mentio talium Sacramentorū. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Secundo dicendum.* An vero futurum fuisset si status durasset? incertum est; quia Sacramentorum institutio, pendet ex voluntate diuina: nō est autem nobis nunc reuelatum aliquod decretum voluntatis, ex quo necessario sequatur futura fuisse. *Tom. 3. disp. 3. sect. 3. §. Tertio dicendum.*

11 Hominibus peccantibus in statu innocentiæ concedendum erat tempus, & locus pœnitentiæ; quia non aliter peccarent, quam Adam, & Eua, quibus hoc remedium negatum non est, quia humana natura non est ita inflexibilis, sicut Angelica. *Tom. 3. disp. 3 sect. 3. §. Solum illud.*

Statutum.

1 QVi extra territoriū proprij Episcopi, trāsgreditur statutum eius, non incurrit censu-

censurâ illius, v. g. si Episcopus Conimbricensis excommunicat ipso facto omnes raptores, & aliquis eius subditus committit illud delictum extra diœcesim, nō ligatur, iuxta *c. 2. §. Statuto Episcopi de constitut. in 6.* & conueniunt omnes Doctores. Idem de illo qui committit delictum intra territorium sui Episcopi, sed in loco exempto illius, quia ille locus, licet materialiter sit intra terminos Episcopatus, tamē formaliter est extra iurisdictionē talis Prælati, vt videtur colligi *ex cap. Cum Episcopus de offic. ordin. in 6. & ex cap. 1. de priuileg. in 6. Ibi dummodo sit in loco exempto commissum, & ex Clement. vlt. de priuileg. Tom. 5. disp. 5. sect. 4. §. Primum dubium, & §. Qui circa.*

2 Qui ex malitia reddit se impotentem ad soluendum tempore sub excommunicatione præscripto, tunc culpam cōmittit, excommunicationem vero non incurrit, nisi post tempus elapsum non impleta obligatione; quia censura non contrahitur, donec omissio præcepti exterius consummata sit. *Tom. 5. disp. 20. sect. 2. §. Recolendum est.*

Iacob. de Graffis li. 4. decis. c. 8. n. 37. Vgol. tab. 1. c. 9. §. 3

Stuprum.

1 QVi virginem defloravit, moraliter obligatur ad hanc circunstantiam aperiendā quia ad minum notabiliter aggrauat. Dico autem moraliter: quia si pœnitenti certò constet, nec rapuisse, nec decepisse, nec coegisse vllo modo virginē, sed ipsam liberè concessisse, in rigore posset aliis opinionibus probabilibus se conformando, circunstantiam illam subtracere, quamuis multo securius est clare loqui. *Tom. 4. disp. 22. sect. 4 §. Quibus omnibus spectatis.*

Vid. Aleo sel in sum. c. 20. n. 71

Suffragium.

1 SVffragium definitur sic: *Est auxiliū quoddam, quod vnus fidelis præbet alteri ad obtinendam à Deo remissionem pœnæ temporalis vel aliquid huiusmodi. Tomo. 4. disputatione. 48. §. Postquam visum est ante primam sectionem.*

2 Inter fideles esse communicationem bonorum operū, est dogma fidei, & constat ex symbolo in articulo de communione sanctorum. Item fideles possunt se ad inuicem iuuare ad satisfaciendum pro pœna temporali: vt probatur ex communi consensu omnium scholasticorum, & ex multis locis sacræ paginæ; pœnam pro alio soluentes, propter vnionem charitatis. *Tom. 4. disp. 48. sect. 1. §. Quod inter fideles, & §. Nihilominus, & seqq. & disp. 51 sect. 2. §. Aliter igitur. & disp. 46. sect. 2. §. Dicendum igitur.*

3 Opus pœnale, quatenus medicinale est, solum prodest

illi à quo exercetur: quia huiusmodi effectus fit per talia opera physico, & connaturali modo, & non habent vim ad illum eau fandum, nisi in proprio subiecto; quia operantur tamquam emanantes in illo. At vero per modum impetrationis, aut meriti de congruo, possunt hæc opera ab vno facta alijs prodesse, quia illa est quædam causalitas moralis, quæ ad alios potest ordinari. Itē quatenus satisfactorium potest alijs prodesse, & cōmunicari: quia hic effectus est per se separabilis à primo, & è contrario: quia Deus non tantum petit satisfactionem propter curationem vitiorum, sed etiam propter vindictā delicti commissi, vt patet in animabus purgatorij in quibus nec virtutes crescunt, nec vitia timentur, & nihilominus puniuntur, propter æquitatē institiæ. *Tom. 4. disp. 48. sect. 2. §. Ad quintum.*

4 Qui pro alio satisfacit, se ipsum priuat fructu illius satisfactionis, quantum ad remissionē pœnæ; quia hæc satisfactio fit per propriam solutionem, & recompensationem æquiualentē; vnum autem satisfactoriū opus quod in ratione pœnæ est finiti valoris, solum potest secundum æqualitatem valere ad remissionem tanti reatus; ergo si hunc effectum habet in alio, pro quo offertur, non potest habere alium in ipsomet operante; nam hoc excedit valorem operis. *D. Tho. d. 45. q. 2. ar 1. q. 4. & dist. 20. q. 1. ar. 2. q. 3.*

Tom. 4. disp. 48. sect. 2. §. Vltimo ex dictis.

5 Opus satisfactorium per se loquendo, ac cæteris paribus æquiualet ad remissionem pœnæ pro alio, ac pro se oblatum, quia dignitas, seu valor talis operis, non sumitur ex relatione ad se, vel ad alterum, sed ex conditione ipsius operis, & dignitate gratiæ à qua procedit. *To. 4. disp 48. sect. 3. §. Statim vero.* *Soto. dist. 19. q. 2. ar. 4. & aly.*

6 In satisfactione pro alio duo cōsiderantur. ſ. & opus pro alio oblatum, v. g. ieiunium, & voluntas illa, & bona est, & meritoria est, & consequenter potest esse satisfactoria per nouum gradum satisfactionis distinctū à tota satisfactione, quæ est in ieiunio pro alio oblato. Itē in satisfactione pro se ipso possunt considerari hæc duo, quia quando aliquis exercet opus satisfactorium pro se ipso, potest habere etiam formalem voluntatem satisfaciendi pro se ex vera charitate erga Deum, vel se ipsum, quæ voluntas aliquem gradum satisfactionis addit ieiunio, vel alteri operi simili. *Tom. 4. disp. 48. sect. 3. §. In hac vero oblatione, & seqq.*

7 Satisfactio, seu suffragium vnius pro alio est absolute de condigno, pro pœna temporali, & infallibiliter, ac de iustitia, vt est verisimilius: quia non constat in hoc negotio, seu effectu magis, quā in aliis institutione ita esse factam, vt promissio separetur

retur à confessione, seu quod data sit facultas condigne merēdi, & operandi apud Deum & non sit præmium, seu effectus proportionatus: nam in omnibus alijs rebus, non ita factum est: ergo nec in præsenti est asserendum. *Tom.4.disp.48.sect.3.per totam. Præsertim §. In præsenti ergo, & §.Nihilominus tamen.*

8 Quāuis vnus pro altero offerat satisfactionē, suo solo arbitrio, altero neq; petente, neque sciente; nihilominus infallibiliter acceptatur, & habet effectū circa alium; tū quia iam satisfecit secundum pœnam taxatam à lege, tum etiam quia implicita saltem, & generali voluntate acceptat vnusquisque huiusmodi donationem, & vult liberari à pœna. Item non est necesse, vt ille pro quo satisfacit, sit ad id impotens, quia hæc communicatio non fundatur in impotentia alterius, sed in vnione charitatis. *Tom.4.disp.48.sect.3.§. Addunt vero, & seq.*

9 Suffragia viuorū pro mortuis, sunt simpliciter de iustitia, & infallibiliter acceptata, secundum totum suum valorem, pro quocunq; offerantur; quia intercedente promissione sub conditione operis, nihil hic deest ad veram iustitiam; nihil autem repugnat in hoc negotio, interuenire hanc promissionē, vt per se cōstat: ergo, &c. Vnde infertur. suffragia hæc pro defunctis infallibiliter prodesse cuilibet existēti in purgatorio, quia effectus iustitiæ apud Deum infallibilis est, quę infallibilitas est æqualis omnibus animabus purgatorij. Secūdo infertur suffragia oblata pro defunctis integre illis prodesse, secundū totum valorem, quem habēt prout ab offerente procedunt, v.g si satisfactio quā ego exerceo pro me facta valeret exiustitia ad remissionē quatuor graduū purgatorij, totidē remittuntur illi animæ pro qua offeruntur; quia nō minuitur valor satisfactionis, eo quod pro alio fiat; at vero suffragium oblatū pro pluribus animabus purgatorij, non æqualē effectum habebit in singulis, ac si pro vna tantūm fieret; quia cū sit finiti valoris diuiditur in illas. *Tom.4. disp.48.sect.6.§.Nihilominus dicendum, & seqq.* Item æqualis satisfactio non minus operatur in vna anima purgatorij, quam in alia, etiam si illæ inter se in sanctitate, aut meritis, inæquales sint, quia valor satisfactionis pro alio non sumitur ex dignitate personæ pro qua offertur, sed ex dignitate personæ operātis, & conditione operis. *Ibidem §.Secundo infero.*

Nauar. in cōmen. de iubilæo n. 18. & in li. de orat. & hor. ca non. c. 20. num. 82.

10 Omnes animæ purgatorij in genere sūt capaces omniū suffragiorum; quia sunt in gratia, & habent culpas remissas, & aliquid debitū pœnæ, quod pro eis solui possit. At vero catechumeni, seu omnes illi, qui sine receptō Baptismo saluati sunt,

& in purgatorio existunt, licet sint capaces suffragiorum priuatorum, nam ad hæc sufficit vnio charitatis, non sunt tamen capaces singularis sacrificij effectus ex opere operato, & suffragiorũ communium Ecclesiæ, quia de facto non videtur esse intentio Ecclesiæ, & optime confirmat, *can. 35. Conc. Brachar. 1. ibi placuit, vt Catecumenis sine redẽptione Baptismi defunctis, ne; oblationis sanctæ cõmemoratio, neque psalendi impẽdatur officium.* Tamen de potestate nihil videt Doctor noster quod repugnet, magis quàm in priuatis suffragiis. *Tom 4. disp. 48. sect. 6. §. Tertio ex dictis.*

11 Oratio, vel suffragium, quæ fit nomine totius Ecclesiæ, adeo est efficax, vt immediate impetret à Deo remissionẽ pœnæ temporalis, idque infallibiliter, & ex certa promissione propter singularem amorem, & sanctitatem totius Ecclesiæ. Oratio vero priuata, non ita se habet, nam etiam iusti numquã impetrant alteri immediate liberalem pœnæ remissionẽ, quod multo certius est de persona existente in peccato mortali. Item oratio Ecclesiæ facta per malos ministros, sẽper in conspectu Dei consideratur, vt facta petitio ab amico, & ideò semper habet illum valorem, vel efficaciam, quã oratio habere potest ad impetrandum ex dignitate personæ orãtis. Oratio autem facta à peccatore in persona propria, omnino amittit efficaciam ex parte personæ petentis, quamuis aliquãdo exaudiri possit ex benignitate, & liberalitate diuina. *Tom. 4. disp. 48. sect. 8. §. Propter quod.*

11 Opus externum præcisè sumptum oblatum pro alio, idest, quod fit, vt instrumentum alterius, v.g. quando homo ante mortem præcipit fieri elæmosynas pro anima sua post mortẽ suam, quas postea hæredes, vel curatores animæ tribunt, prodest illi ad satisfactionem pœnæ, quando voluit, & præcipit tale opus fieri: postea vero quãdo post mortem fit, ex vi solius externi effectus nihil satisfactionis addit per se loquendo, & ex opere operãtis, respectu mandantis. Ratio est: quia quando ille defunctus præcipt ex elæmosynis suis elæmosynam dare, meruit, & satisfecit per illam voluntatem, & per ipsum actum præcipiendi; qui & studiosus, difficilis', ac pœnalis est, postea tamen nulla pœna, aut bonitas adiungitur, aut representatur, aut voluntarie aprehenditur, quod est valde probabilissimũ, quamuis contraria opinio sit probabilis. Tamen talia opera possunt prodesse defuncto per accidens, seu remote, quatenus is, qui elæmosynam recipit, excitatur ad orandum, seu satisfaciẽdum pro defuncto; item possunt vt est verisimile, talia opera,

ra, vt est ex præcepto alterius conferre aliquid ad impetrationem, quia non tantum bona opera, sed etiam effectus bonorum operum possunt mouere Deũ ad audiendas facilius orationes, & aliquod beneficium ex misericordia præstandũ. Vnde Doctores inferunt ob has causas nocumentum factum defuncto ab his, qui eorum pia legata, vel elæemosynas implere omittunt, aut detinent. Vnde vtilius est hoc opera fieri in vita, quàm præcipere fieri post mortem: quia quamuis etiã bona sint, cum sit pœnitentiæ, religionis, aut misericordiæ opus, tamen est de se melius, non solum quia securus, & quia citius prodest, sed etiam, quia magis meritorium, magisque satisfactorium est. *Tom.* 4. *disp.* 48. *sect.* 8. §. *Est autem hic, & seqq.*

13 Opus, siue suffragium satisfactorium vnius, non potest alteri applicari per voluntatem alienam, v.g. Superioris, renuente operante, applicare illi, quem vult Superior, vt dixit noster Doctor de sacrificio missæ. *Tom.* 3. *disp.* 29 *sect.* 9. §. *Sed circa hoc.* Item si iustus faciat opus satisfactorium cuius ipse non indiget, quia nullus pœnæ est reus, nec alteri applicat, reponitur in thesauro Ecclesiæ, vt verior sententia tenet. *Tom.* 4. *disp.* 48. *sect.* 8. §. *Quæret vero.*

14 Concessio, seu virtus ad impetrandum culpæ remissionem, non est indulgentia; nam indulgentia, vt constat ex ipsa voce, & vsu Ecclesiæ, est remissio quædam; illa autem concessio est impetratio, sed adiutorium quoddam longe diuersæ rationis, nec est actus clauium ligandi, aut soluendi, quia non est propriè actus iurisdictionis, nec vinculi, aut solutionis. *Tom.* 4. *disp.* 50. *sect.* 1. §. *Tria ergo.*

15 Quilibet potest satisfacere pro peccatis alienis iam cõmissis, tam pro viuente, quam pro defuncto, quod est secundum ordinariam legem, & iuxta proprium debitum quod ex peccato resultat, non autem potest satisfacere pro peccatis non commissis; sed committendis, quia hoc est exorbitans ab ordinaria lege, & ideo nulla humana potestas ad hoc erat sufficiens per se, sed necessaria fuit potestas à Christo concessa Vicario suo immediate, & per illũ aliis. *Tom.* 4. *disp.* 55. *sect.* 5. §. *Et autem propria.*

16 Quando aliqua religio, vel Prælatus eius aliquẽ admittit ad consortium, sed participationem operum talis religionis, nõ admittit illos ad participationem alicuius thesauri cum illo communicãdi, nec applicat illis aliquis satisfactiones ad remissionem peccatorum, quæ commiserant, & consequenter in ea communicatione, nec concessionem, nec rationem in dul-

dulgentiæ interuenit, cum sit ad hoc necessarium specialis potestas concessa à Christo, quæ non est data his particularibus religionibus; sed admittit illos ad applicationem suorum meritorũ, & operum præcipue per modum impetrationis; quia propter pia opera totius religionis, Deus specialiter benefacit mẽbris eius, & ideo omnibus aliis, qui specialiter sunt coniuncti: item possunt aliquos admittere ad participationem suffragij satisfactorij, si velint satisfactiones suas eis applicare, ad quod non sufficit voluntas, seu intẽtio Prælati, sed necessaria est, quod subditus, sua voluntate illud offerat, vel expresse, & directe, vel intentionem suam ad Superioris intentionem referendo; quia voluntas Superioris non sufficit ad dirigendum moraliter alienum opus, quia non est directe, & immediate sub domino illius. *Tom. 4. disp. 55. sect. 5. §. Ex his ergo satis constat.*

17 Quæritur quis fructus proueniat fidelibus (quos religiosi vocant fratres) ex eo quod à Prælatis religionum admittuntur ad consortium, & participationem bonorum operum religionis? respond. 1. quod hæc vnio, seu admissio prodest illis ad indirectam impetrationem per modũ cuiusdam meriti de congruo, qui non pendet ex peculiari intentione singulorum operantium, sed eo ipso, quod aliqua persona est coniuncta alicui religioni, & socius illius, merita eius religionis valent apud Deum, vt aliqua bona illis faciat, etiam si talia merita ad talem finem non referantur. 2. prodest ad directam impetrationem, nam licet ad hunc fructum necessaria sit intentio orantis, tamen cæteris paribus efficacior est iusti oratio facta pro persona sibi coniuncta, quã pro extranea. 3. Iuuat ad satisfactorium suffragium, & prodest ad lucrandas indulgentias religionibus concessas; sed ad hoc necessaria est specialis facultas eiusdem Sedis Apostolicę extendentis tales indulgentias ad huiusmodi personas, qualis concessa est mendicantibus, vt constat ex compendio priuilegiorum. *Tom. 4. disp. 55. sect. 5. §. Sed dicet aliquis & seq.*

18 Suffragia possunt offerri pro viuis, quoad satisfactionẽ pœnæ temporalis, quod est certissimum. *Tom. 4. disp. 48. sect. 3. §. Quamuis.* Item suffragia viuentium prosunt aliquibus defunctis ad remissionem pœnarum. Quod est de fide diffinitũ in multis Conciliis, præsertim *in Flor. & Trid. sess. 25. decret. 1.* & constat ex perpetua traditione & Ecclesiæ consuetudine. *Tom. 4. disp. 48. sect. 4. §. Primum ergo, & seqq.* *Conc. Carthagin. 3. c. 29. Carthag. 4. c. 29.*

19 Suffragia non possunt offerri pro beatis, consentiunt omnes, quamuis ex nostris operibus,

tibus aliqua accidentalis gloria obiectiue illis posit accrescere, quod est etiam certissimū. *Tom. 4. disp. 48. sect. 4. §. Ex hac ergo.*

Innocent. cap. Cum Martha. Item damnatis nihil prosunt, quod est de fide. *Ibidem §. Secunda veritas.* Itē nec pueris limbi, recedentibus in peccato originali; quia perpetuo patiuntur pœnam damni. *Ibidem §. Dicit vero.* Tamen possunt prodesse animabus purgatorij, etiā ad remissionē totius pœnæ. *Ibidem §. Tertia veritas.*

20 Suffragia iustorū poterant prodesse. Patribus in sinu Abrahæ, afficiendo illis aliquod gaudium, vel consolationem, quatenus nondum beati erant, & cōmunem totius naturæ pœnam adhuc sentiebant, quod est probabile quamuis incertum; at vero certius est, q̄ sicut iusti tunc merebantur Christi Incarnationē, vel eius accelerationem, ita etiam consequenter proderant illis, Patribus vt eorum auxiliū finiretur. *Tom. 4. disp. 48. sect. 4. §. Dicit vero.*

21 Suffragia illi soli prosunt de condigno, cui ex intentione offerentis applicantur, & non alijs; quod est simile pecuniæ,

D. Tho. di. 45. q. 2. ar. 4. q. 1. quæ offertur ad liberandum inclusum in carcere, quæ pro vno oblata, illi prodest, & non alijs, quod ab omnibus quasi recipitur. *Tom. 4. disp. 48 sect. 8. §. Primo igitur modo.* Item suffragium illi potissimum directe impetrat; cui offerens aliquid impetrare intendit, quod est certum apud omnes, satisq; constat ex vsu Ecclesiæ, nō enim sine causa pro aliquib⁹ in speciali orat. *Ibidem. §. Secundo de impetratione.*

21 Indirecta impetratio, quę cōmuniter explicatur à Theologis pergaudiū, quod in alijs bonis resultat ex bono opere cuiuslibet iusti; ad illā non requiritur intentio operātis, nec minuitur in singulis propterea quod multi sint. Item alia est indirecta impetratio. ii. quando propter bona opera iustorum Deus benefacit eorū socijs, vel amicis, etiam nihil ipsis petentibus, vel cogitantibus, quæ non pendet ex intentione operantis, sed est quid concomitans vitam iustā, & sanctam apud Deum: quia vero hoc non fit sine aliquo merito de congruo, existimat noster Doctor seruare aliquā proportionē cum effectu obtinendo, & cū personis, quibus impetrādus est, quia nullū est aliquale meritum quod nō seruet aliquā proportionem cum premio, qualecumq; illud sit. *Tom. 4. disp. 48. sect. 5. § Tertius fructus.*

22 Suffragia viuentium non possunt valere defunctis de condigno ad aliquam consolationē, vel bonū motū recipiendum quia inter viatores non potest vnus mereri altero de cōdigno auxiliū gratiæ, seu interiū motum, aut spiritualem consolationem; ergo multo minus animabus purgatorij, cum habeamus

minus

minus communicationem illius solum autem est certum posse, id solum per modum impetrationis, aut meriti de congruo obtineri. *Tom.4.disp.48.sect.5. §.Agimus præcipue.*

Scholastici in 4. d. 19.20. & 45. Ant. 3.par.tit. vlt. c.2. Viguer. in sum.c.16. §. 4. vers. 33.

23 Suffragium pro alio offerens debet intendere per opus suum suffragium ferre alteri: quod omnes Theologi admittunt. *To. 4.disp.48.sect.8.§. Tertia conditio.* Item debet facere opus pro portionatum ad satisfaciēdum ex conditione ipsius operis, vt est à tali operante, quod est etiā certum apud omnes. *Ibidem §. Est ergo.* Item requiritur, quod offerens sit in gratia. Est communis opinio, quia opus in peccato mortali factum, non est alicuius valoris, aut mereti. *Ibidem §. Ex parte.* At vero suffragium oblatum à prauo ministro nomine Ecclesiæ, non habet effectum in ratione satisfactionis, quia opus est satisfactorium, quatenus pœnale est, atque adeo quatenus personale, & proprium talis personę, quę per illud patitur: opus autem quod fit à ministris Ecclesiæ relatum ad ipsam Ecclesiā, non habet rationem pœnalis operis: ergo vt sic nō est satisfactorium, quatenus est opus talis ministri operantis: nam solum est pœnale, quatenus est ad personam eius, ergo si talis persona Dei inimica sit, non potest illud opus esse satisfactoriū, quatenus est ex opere operātis. *Ibidē §. At vero.*

24 Suffragium oblatum prō existenti in peccato, recedente fictione, non habet effectū, quia nullo testimonio, vel ratione probari potest, Deum acceptare talem satisfactionem pro tali persona in tali euentu. *Tom. 4. disp.48. sect.7. §. Quæri vero.*

25 Suffragium non acceptatur, pro non habente reatum pœnæ, quia ei qui nihil debet, nihil remitti potest, & ideo non potest offerri pro beatis, nec acceptatur pro illo, si forte postea peccet, quia nemo potest prius esse dignus remissione, quam sit dignus pœna, nec prius soluere debitum quam illud contrahat. *Tom.4. disp.48. sect.7. §. Tertia conditio.*

26 Suffragium non acceptatur pro illo, qui nondum habet remissam culpam; quia fieri nō potest, vt remittatur pœna antequam culpa; quia quamdiu culpa manet, intrinsece manet homo dignus pœna, item requiritur, vt ille pro quo offertur suffragium sit in gratiæ statu, quia qui est in peccato mortali, est omnino indignus omni remissione, tam culpæ, quam pœnæ, & ideo non solum est impotens ad propriam satisfactionē exhibendam, sed indignus etiam, vt aliena ei applicetur, vel pro eo acceptetur. *Tom.4. disp.48. sect.7. §. In hac, & seq. & §. Secunda conditio.*

§. 1.

Suspensio quoad nomen definitionem, & diuisionem.

1 HOC nomẽ *Suspẽsio* relictis aliis significationibus, stricte sumptum significat pœnam spiritualem propriam clericorum, ac censuram de qua hic est sermo, quæ cẽsura vt supponimus, datur iuxta *cap. Quærẽti de ver. signif.* ab illis distincta. *Tom. 5. disp. 25 sect. .§. De hac secunda ante primam sectionem.*

c. Quærenti.

2 Suspensio, *est censura quædam Ecclesiastica, qua minister Ecclesiæ impeditur, ne functiones Ecclesiasticas exerceat, aliquaue Ecclesiastica potestate vtatur.* Datur suspẽsio quæ nõ est censura, quę est illa quæ imponitur solũ, vt delictum puniatur, & non vt à contumacia recedatur, vt cõstat, *ex c. Tam litteris de testib. & cap. Cũ in cunctis §. vl. de elec. in 6. & Clement. 1. §. penul. de hæret. & Clemen. 2. de pœnis. Tom. 5. disp. 25. sect. 1. §. In diffinitione.*

Innocenti in c. 1. de exceff. præat n. 3.

3 Suspensio, quæ non est cẽsura, imponitur ad certum tempus, constat *ex cap. 1. de sent. excom. in 6. & c. 2. de temp. ord. in 6.* At vero quæ est censura non potest habere terminum præfixum; cum præcipue feratur ad reprimendam contumaciam, & vt homo à culpa recedat, & ideo non potest habere alium terminum, nisi donec recedat ab illa. Item suspensio, quæ est tantum pœna non requirit præuiã monitionem, quia fertur propter culpam præteritam: at vero suspensio, quæ est censura semper requirit præuiam monitionem saltem illam, quæ includitur in illa conditione si hoc feceris, vel nisi satisfeceris. Item quando est pura pœna, & ad certum tempus, illo elapso per se cessat sine alia absolutione, quia causa non operatur vltra præfixũ terminum sibi: secus si sit proprie censura, vt constat clare *ex gloss. in cap. Quorundam de solut. in 6. Tom. 5. disp. 25. sect. 1. §. Differt quæ præcipue.*

4 Suspensio ab excommunicatione minori differt, quia excommunicatio minor priuat solum susceptione passiua sacramentorum; suspensio vero non consistit in priuatione passiua, sed actiua, & non limitatur ad sacramenta, sed ad alias functiones se extendit. Item suspensio secũdum communem vsum, & sensum Ecclesiæ grauior pœna videtur, quam excommunicatio minor, vnde, & pro grauioribus criminibus imponi solet, & per sententiam ab homine frequenter imponitur. *Ta. 4. disp. 25. sect. 1. §. Additur in diffinitione.*

Differentia inter suspensionem, & excomm. minorem.

5 Suspensio differt ab interdicto, nam interdictum ex se magis

magis priuat vsu passiuo, quam actiuo .ff. vsu Sacramentorum, Ecclesiastica sepultura, & officijs diuinis. Suspensio vero minime, quia suspensus, & sacramenta recipere, & diuinis officijs interesse,& sepultura Ecclesiastica frui potest. Item suspensio est censura propria clericorum, ferturque in eos formaliter, vt clerici sunt, aut beneficium habent. Interdictū vero, vel excommunicatio communia sunt, & clericis, & laicis, vnde formaliter ferūtur in fidelem,quatenus baptizatus est. Itē differt suspensio ab excommunicatione maiori,tamquam includens, & inclusum, nam excommunicatio maior operatur quidquid suspensio, & multo plura: sed illimet effectus priuationis Ecclesiasticarum functionum sub diuersa ratione fiunt per excommunicationē maiorem, quam per suspensionem: nam excommunicatio priuat omni communicatione, & ita priuat illis actibus, vt rationem communicationis participant, suspensio vero non respicit rationem communicationis, sed priuat formaliter illis functionibus,quatenus sunt vsus alicuius Ecclesiasticæ potestatis ratione officij, aut beneficij coniunctis, quæ est quasi formalis ratio obiectiua huius censuræ, in qua fundantur aliæ differentiæ quasi materiales, vt v.g. q excommunicatio priuat suffragijs Ecclesiæ, suspensio vero minime, &c. *Tom. 5. disp. 25. sect. 1. §. Tandem, & §. Atque ad eundem.*

Differētia inter suspē sionē, & interdictum

§. II.
Suspensio quoad diuisionem.

1 SVspēsio alia est proprie censura, alia pura pœna: ista dicitur vindicatiua, illa medicinalis. Vindicatiua alia temporalis, alia aliquomodo perpetua; temporalis est illa, quæ ad certum, ac limitatum tempus fertur; vt in lege dicitur, *sit per annū, vel per duos menses suspēsus* perpetua vero aliquomodo dicitur, quæ pro delicto commisso sine vlla temporis limitatione fertur, vel indefinite suspendendo, nullo modo adiuncto signo expresse significante perpetuitatem, vel addendo illud in decretis *Pij 2. & Sixti 5.* contra male promotos. Item alia est à iure, alia ab homine, quæ diuisio est communis omni censuræ. Item alia est ab officio tantum, alia à beneficio tantum, alia, & ab officio, & beneficio simul: sumitur ex iure, nam aliquando suspendi tur quis ab officio sacerdotali, *cap. Sane 2. de offi. deleg. & c. 2. eod. tit. in 6.* & alibi; de suspensione à beneficio fit mentio, *in cap. Nihil de elect. & in Clement. 2. de vita, & honest. cleric. & in c. Cum*

in cunctis §. vlt. de elect. De tertio membro habemus exẽplum *in Clement. 1. de decim. & in c. tuarum de priuil. Tom. 5. disp. 25. sect. 2. § loquẽdo ergo, & seqq.* Deniq; alia suspensio est integra, & totalis, alia vero partialis. Integra est illa quæ est ab officio, & beneficio; & quælibet alia dicetur partialis. Integra dicitur maior, partialis vero dicitur minor licet non quælibet, quia inter partiales quædam sunt, quæ licet respectu totalium sint minores, tamen simpliciter sunt graues, & magnæ, vt per se notum est. *Ibidem §. Ad quod explicandum est.*

2 Quando in iure imponitur suspensio absolute, & non explicatur, an sit ab officio, vel beneficio, vt est exemplum *in cap. Sane 2. de offic. deleg. & cap. cum bonæ de atat. & qualit.* tunc intelligitur maior suspẽsio, & suspẽdit ab omnibus. ff. ab officio, & beneficio. *Tom. 5. disp. 25. sect. 2. §. Solum potest, & seqq.* Per beneficium intelligitur ius perpetuum ad percipiendos Ecclesiasticos fructus, seu prouentus ob aliquem spiritualem titulũ. Per officium vero intelligitur omnis potestas spiritualis, ad aliquem spiritualem actum exercendum siue sit ordinis, siue iurisdictionis, siue etiam sit Ecclesiastica administratio. *Tom. 5. disp. 25. sect. 2. §. Denique intelligitur.*

§. III.

Suspensio quoad effectũ suspensionis, tam officio, quam beneficio.

1 SVspensio ab officio nõ priuat hominem ad ipsomet officio, à quo illum suspendit, nec tollit ipsam potestatem quasi radicalẽ, sed impedit tantum vsum eius, hoc est constans apud omnes. Item suspensio ab officio absolute prolata priuat omni vsu ordinis, iurisdictionis, ac muneris Ecclesiastici, quantũ persona capax est. Est etiam cõmunis: quia suspensio ab officio ex vi verborũ nõ coarctatur ad aliquam officij Ecclesiastici partem, ergo comprehendit totũ. Vnde si suspensus in diuinis ministret durante suspensione, manet irregularis, *ex cap. 1. de sent. & re iud. in 6.* Item suspensio ab officio simpliciter lata, intelligitur ferri, pro quolibet loco vniuersaliter, sicut enim excommunicatus in vno loco, est excommunicatus vbique, ita suspensus in vno loco, si simpliciter suspensus sit, vbique erit suspensus, & è conuerso suspẽsio terminata ad locum pro illo tantum ligat, quia effectus non excedit voluntatem legislatoris, & iudicis. Vnde suspensus cum limitatione ad talem locum, potest in alio

D. Tho. q. 21. addit. ar. 3. Innocẽt. & alij in c. cũ dilectus de consuetud.

simile officium exercere, quia talis censura in ordine ad talem locum, non impedimentum ponit. *Tom. 5. disp. 26. sect. 1. §. Duæ regulæ, & seqq.*

Innocent. in cap. Ex bonæ de ætat. & qualit. & cap. 1. de excess. Prælat. Sylu. verb. Suspensio n. 4

2 Suspensio ab officio simpliciter lata absque temporis limitatione semper durat, donec auferatur ab habente potestatem. Ita docent cõmuniter Doctores; secus vero si ad certum tempus feratur: tunc enim finito termino designato, per se definit suspensio, quia pœna non excedit voluntatem imponentis. Item quando suspensio sub conditione aliqua, siue pendeat ex voluntate rei, siue ex voluntate ferentis, cessat impleta conditione: vnde suspensio lata per iudicem sub ista conditione, verbi gratia. *Vsque ad beneplacitum meum*, vel *nostræ voluntatis*, mortuo iudice, cessat suspensio; quia cum persona extinguitur omnis voluntas eius: secus vero si suspensio fuerit lata sub conditione. *ad beneplacitũ Sedis*, quia Sedes nõ extinguitur cum persona, sed semper manet eadem. *Tom. 5. disp. 26. sect. 1. §. Eodem modo, & seqq.*

Gloss. vlt. in c. Presbyt. 28. d. Syl. verb. Irregul. n. 15.

3 Suspensus ab officio, peccat grauiter, exercens aliquid officij Ecclesiastici: quia est hæc prohibitio de re graui, ideo transgressio eius est peccatum mortale: tenetur tamen, dum suspensus est, recitare officium diuinum; quia est onus, quod non tollitur per pœnam. *Tom. 5. disp. 26. sect. 2. §. Principio certum est.*

4 Actus Ordinis à suspenso facti validi sunt: quia Ecclesia non potest impedire valorẽ horum actuum: secus dicendum de actibus iurisdictionis; quia suspensus, est illa priuatus: nisi sit occultus propter extraua. ad euitanda: quia tunc non solum valide, sed licitè potest, eos exercere, quando absolui non potest & ipse non se ingerit, sed alius ab ipso exigit debitum, vt v.g. si eius Parochus sit, &c. *Tom. 5. disp. 26. sect. 2. §. Statim vero.*

5 Suspensus ab officio, exercens actus ordinis ante absolutionem, irregularis fit, constat *ex cap. 1. de sent. & re iud. in 6. & c. 1. de sent. excom. eodem tit. & ex c. Si quis Episcopus damnatus 11. q. 3.* Si vero actũ solius iurisdictionis vsurpet, nullam pœnam ipso iure incurrit, sed arbitrio iudicis puniri debet; & incurret hanc irregularitatẽ, etiã suspensus non nominatim denuntiatus: quia quoad ipsum etiã manet ius integrum, quo hæc irregularitas lata est. Tamen excusabitur, si excusetur à culpa, vel vt vitet scandalum, aut infamiam grauem, &c. quia hæc irregularitas est pœnalis, & ideo cessat cessante culpa. *Tom. 5. disp. 26. sect. 2. §. Hinc vero, & seqq.*

6 Suspensio ab officio, per se non priuat communicatione aliorum; sicut excommunicatio priuat, quia nullum est ius, in

quo

Innoce. & Abbas in cap. Intel. de iudic. & c. Venerabilibus. de sent. ex com.

quo hic effectus suspensione tribuatur. Item participans in delicto, propter quod suspēsus est, nullam pœnam incurrit; quia etiam nullibi inuenitur lata. *To. 5. disp. 26. sect. 2. §. Tandem patet, & sequenti.*

Nau. c. 27 nu. 160. Abbas in Clement. Cupientes. de pœnis, & alibi.

7 Suspensio ab officio non priuat quempiā beneficijs, quæ possidebat: quia nullibi hic effectus tribuitur suspensioni; nec fructibus eorum, exceptis distributionibus, quæ non conferuntur, nisi per se assistentibus, seu ministrantibus, vt tenet communis & certa opinio, & confirmatur optime *ex cap. Inter. de purgatione Canon.* Quia verba stricte accipienda sunt, in his, quæ odium, seu pœnam continent. *Tom. 5. disp. 26. sect. 3. §. Circa primum, & seqq.*

Abbas in cap. Non est Compos de temp. Ordinat.

8 Per suspensionem ab officio, impeditur quis à collatione noui beneficij, propter *cap. vlt. de cler. excom. minist.* Electio tamen suspensi non est ipso iure irrita, sed irritanda; suspensus enim ab officio non est persona inhabilis, sed prohibita. *Tom. 5. disp. 26. sect. 3. §. Sed quærendum, & sequenti.*

9 Per suspensionem ab officio simpliciter latam, nullus actus, neque aliquod spirituale opus, quod alicuius Ecclesiastici ministerij officiū non sit, prohibetur. Est cōmunis, satisq; probatur ex definitione suspēsionis supra data. Vnde nō priuat hæc suspensio participatione Sacramentorū, indulgentijs, ingressu Ecclesiæ, &c. Tamen prohibet susceptionem Sacramenti Ordinis, non quatenus Sacramēti receptio; sed quatenus est via ad Ecclesiasticam functionem peragendam, sicut etiam prohibetur cōmunio clericis, nō quatenus est receptio Sacramenti, sed quatenus est pars quędā celebrationis Missæ. *Tom. 5. disp. 26. sect. 3. §. Circa secundū, & seqq.* Vtrū vero suspensio ab officio simpliciter lata priuet aliquo vsu profano? Resp. negatiuè; quia nō intelligitur de officio sæculari, aut temporali, sed tantum de Ecclesiastico. *Ibidem §. Circa tertiam.*

10 Suspensio ab officio non simpliciter lata, sed ex parte; ab ea tantum parte Ecclesiastici officij suspendit; quæ per verba significatur; & ab omni superiori functione, quæ illam intrinsece supponit non vero ab inferiori, neque à qualibet alia, omnino diuersa, seu disparata. Est communis: quia effectus legis, vel sententiæ non excedit voluntatem legislatoris, seu iudicis, quatenus per verba exprimitur. *Tom. 5. disp. 26. sect. 4. §. Constat ex dictis.*

11 Suspensio ab ordine sine alia limitatione suspēdit ab omni vsu Ordinis; non vero à iurisdictione, vel quacunq; functione Ecclesiastica, quæ ab ordine per se non pendeat. Ratio prioris partis est: quia sicut se habet suspēsio ab officio simpliciter,

ter ad totum officium; ita se habet suspensio ab ordine simpliciter ad totum ordinem. Est ergo hæc suspensio totalis quoad illã determinationẽ. Rat. vero secundæ partis est; nam sicut suspensio ab officio præscindit à beneficio, ita intra latitudinẽ officij suspensio ab ordine abstrahit à iurisdictione. *tom. 5. dis. 26. sec. 4 §. Ex his sequitur & sequenti.*

Sylvest. verb. Suspension. 5. Nau. c. 27 nu. 160. Vnde suspensus ab Ordine, non est suspensus à iure eligẽdi: quia eligere suo modo ad iurisdictionem spectat. At vero suspensus ab officio sacerdotali, suspenditur ab Episcopali ordine; quia hi duo ordines sunt ita per se ordinati, vt vnus ab alio essentialiter pendeat. Item denique suspensus à minori ordine, verbi gratia, à Diaconatu, suspenditur à sacerdotio, quantum ad altaris ministerium, quia Missa non dicitur sine Euangelio. At vero suspensus ab Ordine superiori, verbi gratia, à sacerdotio, non propterea est suspensus ab inferiori, verbi gratia, Diaconatu; quia licet superior ordo pendeat ab inferiori, non tamen è contrario. *Tom. 5. disp. 26. sect. 4. §. Atque hinc. & seqq.*

Nau. c. 27 nu. 160. Abbas in c. Cum dilectus. de consuetu. nu. 20. 12 Suspensio à iurisdictione simpliciter lata suspendit à tota spirituali iurisdictione, quia dictio indefinita æquiualet vniuersali. Item suspendit ab actu Ordinis requirente iurisdictionem, vt valide, aut licite fiat: quia tunc deest potestas, aut iustitia ad huiusmodi actus faciẽdos. Vnde deficiente potestate erunt nulli, vt est solum in absolutione sacramentali; deficiente vero iustitia, peccabitur, sed erũt validi. *Tom. 5. disp. 26 sect. 4. §. 3. principaliter.*

13 Suspensio lata non simpliciter, sed cum determinatione certi actus, seu partis iurisdictionis, vt à collatione beneficiorum. *cap. Grauis de præbend. cap. Vnic. ne sede vacãt. in 6. Clẽ. 1. §. Si quis dest. Monach. cap. Preui. de elec. in 6.* tantum intelligitur circa illum actum: nisi forte habeat cum alio actu necessariam connexionem, ita vt sine illo fieri non possit. Vnde sic suspensus partiali suspensione Sacerdos peccat grauiter, functionem illam spiritualem exercendo, à qua est suspensus, non vero aliam, quia materia est grauis, & ideo obligans sub mortali, *Tom. 5. disp. 26. sect. 4. §. At vero & sequenti.*

14 Suspensus à iurisdictione nullam irregularitatem, vel aliam specialem pœnam ex iure impositam incurrit per trãsgressionem talis suspensionis, sed puniri debet arbitrio iudicis. At vero suspẽsus ab Ordine, siue à toto, siue ab vno, vel alio, siue ab vno actu alicuius Ordinis, incurrit irregularitatem, Ordinem ex officio exercens contra talem suspensionem respectiuè. Sumitur. *ex c. Is cui. de sent. excõ. & c. 1. de re iud. in 6.*

in 6. & cap. 1. de sent. excom. in 6. Tom. 5. disp. 26. sect. 4. §. De pœna vero, & seq.

15 Suspensio à beneficio solum priuat iure percipiendi fructus Ecclesiastici beneficij in futurum, vt constat ex communi Doctorum sententia. Item suspẽsio à beneficio, officij vsum non impedit, siue addatur dictio exclusiua tantum, siue taceatur solum officium; quia per suspensionem non aufertur beneficium, sed tãtum fructus beneficij: ergò si beneficium secũ affert obligationẽ alicuius officij, suspensio non tollet illam, cũ sit intrinseca ipsi beneficio. Itẽ suspẽsus à beneficio auctoritate Superioris, seu Episcopi potest substituere alium loco ipsius, vt patet *ex glos. verb. benefic. in cap. Cupientes. de elect. in 6.* Ipse tamẽ Superior sine rationabili causa id facere non debet; præsertim quando beneficium habet annexam curam animarum. Argum. *cap. Inter quatuor. de cler. non resid. Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Nihilominus dicendum, & seqq.*

16 Suspensus à beneficio, vsurpans fructus ipsius beneficij, peccat grauiter, & tenetur ad restitutionem absq. alia iudicis sentẽtia; quia vsurpat aliena cõtra iustitiã, ac propterea obligatur etiam ad restitutionem, quia nemo potest retinere iustè quod suum nõ est, nisi excusetur per impotẽtiam, vel aliam grauem causam: quamuis suspẽsio sit occulta, quia censura hæc sicut excommunicatio secum affert executionem. At vero nullam irregularitatem, ac pœnam incurrit ipso iure, nulla enim inuenitur in iure. Ita docuit *Glo. recepta in clement. 2. verb. Suspẽsus. de virt. & honest. Cleric.* Aliquando imponitur pœna huius delicti, priuatio perpetua ipsorũ beneficiorum *ex c. 1. §. vlt. & in c. Cupientes. vers. Cæterũ de elect. in 6.* Quæ non incurritur ante iudicis sententiam saltem declaratoriam criminis: item non est extendenda ad omnem suspensionem; quia ibi in speciali causa imponitur. *Tom. 5. disput. 27. sect. 1. §. Sed quæres, an qui.*

17 Suspensus à beneficio, si vnum tantum habeat, ab illo intelligitur suspensus: si vero plures habeat ab omnibus, quæ possidet, est suspensus: quia in rebus sermo absolutus, & indefinitus æquiualet vniuersali: vnde nomine beneficij venit, non solum simplex, siue dignitas, vel Rectoria, &c. quia omnia comprehenduntur propriè sub nomine beneficij. Item comprehenditur nomine beneficij Episcopatus: quamuis suspensio generaliter lata non comprehendat Episcopos, iuxta *c. Quia periculosum. de sent. excom. in 6. Tom. 5. disp. 27 sect. 1. §. Dico tamẽ vlterius, & seq.* At vero nomine beneficij non veniunt pensiones sine titulo spirituali, vt verius iudicat noster Doctor; quia non

est beneficium propriè, nec est ius, vel ratio cogens ad hanc extensionem. *Ibidem.*

Abbas in c. Pastor. §. Verum de appell. n. 20.

18 Suspensio lata absque speciali loci determinatione etiam quoad illã circunstantiam, vniuersaliter intelligenda est; id est ab omni beneficio, vbicumque illud sit, vel possideatur; quia locutio illa indifferens æquiualet vniuersali. Vnde non solum Papa, sed etiam particularis Episcopus potest suspendere subditum ab omnibus beneficijs, quæ vbique etiam in aliis diœcesibus habet, si qualitas delicti id mereatur, quia sententia non fertur in beneficium, sed in personam. Vide *cap Postulasti de foro comp.* Idem dicendũ de suspensione ab officio: nã & Pontifex, & Episcopus possunt subditum suspendere ab officio, vel parte eius, & in vno, & in omni loco, extrà, vel intra diœcesim ob rationem factam. Vtrum vero quãdo Episcopus simpliciter à beneficio suspendit, an intelligatur suspendere ab his quæ sunt extra diœcesim? Consule consuetudinem, quę est optima legum & verborum interpres: si ergo ita vsu receptum est, inter Ecclesiasticos iudices particulares, ita erit interpretanda. *Tom. 5. disput. 27. section. 1. §. Tertio principaliter, & seqq.*

19 Quando suspensio à beneficio ex parte circunstantiæ temporis, simpliciter fertur, absque vlla determinatione, semper, & continue durat, ac priuat hominem fructibus beneficij, aut beneficiorum, quæ tempore, quo lata est, obtinebat, donec per Superiorem tollatur. Nam verba indefinite pro lata vim vniuersalem habent. *Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Quarto principaliter.*

Abbas in c. Ex literis de Cõstit. n. 10.

20 Suspensio à beneficio lata pro contumacia, cessante illa, debet cessare talis suspensio, quia cessante causa adæquata, cessare debet effectus. At vero quando fertur pro delicto commisso, ad certum tempus, tunc priuat fructibus beneficij toto illo tempore continuo, ex quo lata est, vsque ad terminum præfixum, & finito illo tempore per sese finitur, absque alia absolutione; quia ipsamet termini designatio, fuit virtualis quædam reuocatio pro vlteriori tẽpore, sed si feratur simpliciter sine determinatione, tunc est quodammodo perpetua, & durabit, quamdiu à iudice, vel à Superiore nõ fuerit ablata. *To. 5. disp. 27. sect. 1. §. Quarto principaliter.*

c. Cupien. cap. Compromissarius de elect. in 6. cap. 2. de Translat. Episcopi. cap. Vel non est cõpos de tẽp ord.

21 Suspensio à beneficio priuat futuris fructibus beneficij iam habiti, nam ipsa statim, ac lata est, incipit operari, vt colligitur *ex c. Cupientes. §. Cæterum, de elect. in 6.* Nam sicut excommunicatio secum affert executionem. *cap. Pastorali. §. Verum de appellat. Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Deinde est circa.*

22 Quan-

22 Quando suspensio à beneficio simpliciter est lata, ideſt, ab omni beneficio, & vbique, consequenter prohibet noui beneficij impetrationem, seu collationem, nam qui ab aliquo opere, vel vsu simpliciter interdictus est, consequenter prohibitus est, ne possit ei conferri, id quod est principium talis actus, seu ꝙ ad illum ordinatur, vt dicitur *ex c. vlt. de cleric. excom. minist.* collatio tamen ei facta, non est ipso iure nulla, sed irritanda, vt probat noster Doctor *ex c. si celebrat. de cleric. excom. minist. Tom. 4. disp. 27. sect. 1. §. Quæri vero potest, & seqq.*

23 Clericus nullum habens beneficium, si crimen committat, ob quod lata est suspensio, simpliciter suspenditur à beneficio, quod nondum habet, quia suspensio non est talis priuatio, quæ necessario supponat, id ꝙ aufert, sed quæ impediat etiam, ne habeatur, seu acquiratur id, seu aliàs acquiri possit, vnde satis est quod supponat potẽtiam proximam ad obtinendum beneficium, vt eius consecutionem prohibeat, ne fructus eius percipi possint à quibus suspensio fit. *Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Sed obiciet, & seq.*

24 Suspensio à beneficio, vel beneficiis, absolute omnibus fructibus eius, vel eorum priuat respectiue, quia eo ipso, quod partem fructuum non determinat, est absoluta locutio æquiualens vniuersali: sub his autem fructibus comprehẽduntur omnes redditus tẽporales, qui ratione beneficij cõferuntur, siue sint pecuniæ, siue fructus terræ, siue animalia se mouentia, siue dentur per modum decimarũ, primitiarum, aut oblationum, siue vt prouentus, vel pensiones ex fundis, seu aliis bonis immobilibus ipsius beneficij. Item comprehenduntur distributiones quotidianæ, vt sentit *Gloss. in Clement. 2. de vit. & honest. cleric. verb suspensus.* Quia etiam dantur ratione beneficij: tamẽ stipendia voluntariè à fidelibus oblata propter opera personalia non comprehenduntur: secus quando hæc sunt moraliter per se coniuncta beneficio consuetudine, & superiorum authoritate, vt existimat noster Doctor. *Tom. 5. disputatione. 27. sectione. 1. §. Ex dictis constat, & sequentibus.*

Nau. li. 3. consil. tit. de cleric. nõ residẽt cons. 13.

25 Suspensio lata simpliciter à beneficio priuat omnibus actionibus, quæ ad fructus percipiendos, seu augẽdos, vel alio modo pertractandos ordinantur, vt est locare beneficium, aut bona eius, vendere fructus, & in vniuersum tota temporalis beneficij administratio, *ex cap. 1. §. vlt. de elect. in 6.* Idem dicendum de permutatione beneficij; nã hæc actio maxime procedit ex dominio in ipsum beneficiũ, & ideo qui est simpliciter suspẽsus à beneficio, ab hoc etiam

actu suspensus est. Vnde administratio à suspenso vsurpata, seu contractus, &c. sunt inualidi. Ité si debitor Ecclesiæ soluat beneficiato sic suspenso, non satisfacit, sed potest ab illo repeti debitum: quod intellige propter *Extrauag. Ad euitãda*, quod suspensus sit denuntiatus nominatim. *Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Vlterius verò.*

26 Episcopus à suo beneficio suspensus, non priuatur potestate cõferendi beneficia: quia actus conferendi beneficia non pertinet ad fructus Episcopatus, sed ad officiũ eius; est enim quidã actus illius muneris sicut conferre sacramenta, est actus beneficij Parochialis. Idem dicendum de beneficiato suspensa suo beneficio, cui competit ratione illius, actus eligendi; quia electio non est fructus beneficij, neque actus eius, vt beneficium est, sed est actus illius officij spiritualis, cui annexum est beneficium. *Tom. 5. disp. 27. sect. 1. §. Sed occurrit, & seqq.*

Gloß. in c. Cupientes §. 7. de elect. in 6. Abbas in cap. Cum Vuintuniẽses & lele. n. 10. & cap. Cum Dilectus de consuetudine nu. 20.

27 Suspensio partialis à beneficio est duplex. Prima est, quando eadem persona habens plura beneficia ab vno vel à quibusdam suspenditur, & nõ ab alijs, vel quia suspẽditur à beneficijs, quæ habet in vno loco, vel Ecclesia, & nõ ab his, quæ alibi habet, iuxta *cap. Cupientes, & c. Cõpromissarius de elect in 6.* vel quia licet plura beneficia habeat in vna Ecclesia, ab vno, & non ab alijs suspenditur. Alia est, quæ à parte fructuum, & non ab omnibus priuat. Ita enim interdum fieri annotauit *Gloss. in Clement. Cupientis de pœnit.* & sumi potest *ex Clement. 2. de vit. & honest. Cleric, & ex Clement. 2. de ætat, & qualit.* Vnde vnaquæque suspensio habet illum effectum, quem verba ipsa determinantia suspensionem declarant, & non alium: quia talia verba sunt efficacia, & id operantur, quod significant, & non amplius. *Tom. 5. disp. 27. sect. 2. §. Suppono duobus, & seqq.*

28 Suspensio à beneficijs, quę quis obtinet, est partialis, *vt in Clement. 2. de vit. & honest. Cleric.* Et non est totalis: quia suspensio simpliciter non tantum præsentia, sed etiam futura respicit; at vero suspensio per illam particulam, *Quæ obtinet*, ad præsentia determinatur. Vnde per illam suspensionem sic limitatam, non prohibetur quis acquirere nouũ beneficium. Item qui beneficium Ecclesiasticum non habet, illam suspensionem non incurrit, quia solum suspendit à beneficijs, quæ aliquis habet. *Tom. 5. disp. 27. sect. 2. § Quia vero.*

29 Clericus suspensus à beneficio ob contumaciam, non est alendus ex fructibus beneficij, etiã si indigeat, sua enim voluntate & culpa, quasi continuè durante, eam patitur necessitatem; quia facile liberari poterit,

rece-

recedendo à contumacia: secus si suspensus sit in puram vindictam delicti commissi, propter decentiam ordinis clericalis, & quia iam non est in potestate illius personæ, quo illa pœna tollatur. Quod faciendum est auctoritate Superioris, nisi sit occulta suspensio, vel rationabilis causa occurrat, tunc enim arbitrio prudentis poterit ali sufficienter ex fructibus beneficij. *To. 5. disp. 27. sect. 2. §. Dico vero.*

Abbas in c. Pastoralis. §. Verũ de appellat.

30 Fructus beneficij per suspensionem amissi non recuperari possunt per se, ac secluſa dispensatione, quando sententia fuit valida, & iusta; quia priuatio est de se perpetua, nullumque ius ad talia bona reliquit. At vero quando sententia fuit ipso iure nulla, vel fundata in falsis testimoniis, & contra facti veritatem, tunc possunt recuperari, quia semper ius retinet, vel per eundem iudicem, aut superiorem, si tempore, & modo cõpetenti de nullitate sententiæ, vel clara iniustitia cõstiterit, aut certe si propter iniustam vim, aut defectum probationis, ea via non poterit, occulte poterit ea retinere, vel obseruare, deficiente scandalo, vel alterius iniuria, quamuis in praxi difficilius possit ferri, eo quod huiusmodi fructus, si semel auferantur in pauperes, vel alios pios vsus expediuntur. *Tom. 5. disp. 27. sect. 2. §. Aliud dubium, & sequenti.*

§. IIII.

Suspensio quoad causam efficientem.

1 OMnis, & solus ille qui potest excommunicare, potest suspendere; quia vnica, & eadem est potestas iurisdictionis. At vero potestas alia est ordinaria, alia delegata. Ordinaria est in Episcopis, etiam sine Capitulo, & aliis participantibus iurisdictionem Episcopalem. Delegata in eis tantum reperitur, quibus cõmittitur ab habente ordinariam, & in eo gradu, & mẽsura, qua committitur. *Tom. 5. disp. 28. sect. 1. §. Omnis, & solus, & §. Solum potest.*

Ant. trac. de suspen.

2 Suspensio etiam potest ferri à iure, vel ab homine, sicut excommunicatio. De suspensione à iure multa habemus in decretis exempla. De suspensione vero ab homine constat ex vsu Ecclesiæ; requiritur tamen, quod ferens suspensionem sit vir, baptizatus, clericus, & distincta persona ab eo, in quem suspensio fertur, & iurisdictionem habens Ecclesiasticam fori contentiosi, & expeditam ad operandum, ita, vt non sit excommunicatus, aut suspensus. *Tom. 5. disp. 28. sect. 1. §. Ex quibus infertur.* Item Episcopus potest suspendere sine Capitulo, non solum quoad suspensionem latam in medici-

nam delicti, sed etiam ad vindictam illius, iuxta *cap. 3. de consuetud. in 6. Ibidem §. Solum potest.*

§. V.

Suspensio quoad subiectum.

Nau. c. 27 n. 150. & 151. Syl. verb. susp. Ang. eodē verb. & alij.

1 SVspensio in solum clericum ferri potest, cū hæc pœna clericorum propria sit. Ita omnes. *Tom. 5. disp. 28. sect. 2. §. In subiecto.* Episcopi vero non suspenduntur ab officio, & beneficio, nec interdicuntur, iuxta *cap. Periculosum de sent. excō. in 6.* secus dicēdum de Episcopis electis, confirmatis, & nondum consecratis, quia priuilegium exorbitans à iure communi, potius restringēdum est; item quia nomine Episcopi, vt constat ex multis iuribus solet significari, ille qui habet beneficium Episcopale. *Tom. 5. disp. 28. sect. 2. §. Circa posteriorem, & seq. & disp. 27. sect. 1. §. Sed quæres.*

2 Suspēsio potest ferri in cōmunitatem: est dogma receptū, non solum præcisē, vt communitas est, vt habetur *ex c. vn. ne sede vacan. in 6. & cap. Romana, & cap. si sent. de sent. exc. in 6. & ex Con. Tri. sess. 24. c. 16.* Sed etiā vt singuli à suis propriis, ac personalibus officiis, aut beneficiis suspenduntur: quia cum totum Capitulū, ita deliquit, vt sit suspensione dignum, illud delictū ita est totius corporis, vt etiam per singulares personas exercea tur, vt per se constat. *Tom. 5. dis. 28. sect. 3. §. Posse communitatem & seqq.*

3 Defunctus potest suspendi à beneficio, quatenus interdum fruitur aliquo tēpore post mortem fructibus beneficij, vel quādo suspensio fuit lata tempore vitæ, & ad illud tempus extenditur post mortem. Item ferri potest per modum puræ pœnæ propter delictum commissum, neutrum enim iurisdictionem humanam excedit. *Tom. 5. disp. 28. sect. 3. § Aliæ dubitationes.*

4 Suspensio generaliter lata non solum comprehendit clericos seculares, sed etiam regulares: quia sub generali appellatione omnes species clericorum comprehenduntur, vt v. g. si lex vtatur generali nomine clerici, nisi ex tenore, & aliis circunstantiis canonis, vel sententiæ alia limitatio colligatur. *To. 5. dis. 28. sect. 1. §. Sed quæri potest, & seqq.*

§. VI.

Suspensio quoad causam finalem.

1 SVspensio, vt dicit propriam censurā, solū ob propriā culpā ferri potest, vt cōstat ex multis principiis, præsertim iuxta illud: *Rem quæ culpa caret,*

in

in damnum vocare non conuenit cap. 2. de constit. Idem dicẽdum de suspensione lata in vindictã delicti commissi, saltem cõsiderato aliquo defectu eius, qui suspenditur, quia licet non sit culpa, est tamen sufficiens, & rationabilis causa talis prohibitionis, vt patet ex titulis de cleric. egrotant. tam in antiquis, quam in 6. *Tom. 5. disp. 28. sect. 4. §. Potest interdum, & seq.* Quæ culpa debet esse mortalis, si suspensio fuerit grauis, est enim pœna grauis. At vero si suspensio sit leuis, sufficit culpa venialis, vt suspensio quoad vnum actum electionis, vel quoad distributiones vnius horæ, vel vnius diei, quod habet locum in suspensione ab homine; quia lege; Ecclesiasticæ peccata venialia non puniũt. *Ibidem. §. Sed iudicium inter has.*

§. VII.

Suspensio quoad communicationem cum suspenso.

1 IN tantum est præceptũ fidelibus euitare suspensum in his à quibus est suspensus, in quantum ex natura rei, id consequitur ex suspensione eius, quando nõ vitare illum, vel communicare cum illo tali modo, seu in talibus actibus, vel esset cooperari ad peccatum, quod ipse committit agẽdo contra suam suspensionem, vel esset aliquid operari modo indebito, & sine his circunstantiis, quas talis actus ex natura sua postulat, vt recte fiat, vel etiam quatenus ipse claues Ecclesiæ contemnit. Vnde peccat, qui suspensum ab officio inducit ad celebrãdum, vel ad ferendam sententiam in pœnitentiali, vel externo foro; item qui suspensum à beneficio facit participem fructuum Ecclesiasticorum, nam, & peccat contra iustitiam, & contra obedientiã Ecclesiæ debitam. Quæ communicatio cum suspenso regulariter est peccatum mortale, quia moraliter non fit sine cooperatione ad peccatum mortale, nisi ex accidenti materia sit leuis; quod intellige de suspenso denuntiato, propter *Extrau. ad euitanda*; quę priuilegium contulit, vt propter cõmodum ipsorũ fidelium, nunc licitæ sint multæ actiones, si eas faciat ad petitionem aliorum fidelium, & propter eorum, vel necessitatem, vel iustitiã, quæ antea non licebãt. Tamen communicans cum suspenso in crimine, propter quod suspensus est, non propterea incurrit eãdem suspensionem, aut aliam censuram, quia non inuenitur lata in iure. *Tom. 5. disp. 28 sec. 5. §. Respondeo, & sequenti. & disp. 26. sect. 2. §. Tandẽ potest, & seq.*

§. VIII.

§. VIII.

Suspensio quoad absolutionem.

1 SVspensio ad certũ tẽpus lata, elapso tempore, ipso iure tollitur, est communis cum *Gloss. in c. Sacro de sent. excõmun. verb. per mensem,* & cũ *Gloss in Clement. 1. de decim. verb. donec. Tom. 5. disp. 26. sect. 1. §. Secus vero, & disp. 27 sec. 1. §. Quarto principaliter, & disp. 29 sect. 1. §. Dicendum primo.* Hoc tempus computandum est ab eo puncto & momento, ex quo censura, seu sententia suspensionis lata est si est ab homine; vel si est à iure ab eo tempore, quo delictum contra talem legem fuit cõmissum; quia statim operatur, ac existit: secum enim affert executionem, *cap. Pastoralis de appellat. §. Verum. Ibidem disp. 29. sect. 1. §. Nonnulla vero.* Quod verum est, licet, qui suspenditur pro eodẽ tempore, simili suspensione ligatus sit secundum *Gloss. in Cleme. 2. de magistris. Ibidem. §. Nonnulla vero.* Item est cõputandum secundum physicum, & naturalẽ cursum continuum temporis, vt constat apud omnes. *Ibidem. §. Secundum dubium.* Item ad determinandũ hoc tempus requiritur, vt postremus dies saltem assignati temporis attingatur. *Ibidem §. Tertium dubiũ.* & dies ille postremus, debet totus, integerque in illo tempore computari, & non sufficit illum attigisse. *Ibidem §. Dicendũ tamen.* Item si suspensio tantũ sit vnius mensis, nomine mensis significatur trigesimus dies, vt est probabile, si autem suspensio sit duorum mensium, tunc probabile est alterum saltem computandũ esse triginta vnius dierum, quia ita sibi succedunt; & idem dicendum si fuerit suspẽsio trium, vel plurium mensium seruata proportione. *Ibidem §. Sed hic occurrit.* Item quando pæna est vnius anni, tunc licet ex quacumque parte anni suspensio inchoetur, tunc tanta pars ex sequenti anno adiungenda est, quanta ad complendum integrum annum si ex trecentis sexaginta quinque diebus constantem sufficiat siue sit annus bissextilis, siue nõ, iuxta communem sententiam in rebus odiosis, quamuis sit suspensio ab homine, nisi constet aliud ex sua intentione. *Ibidem §. Hinc facile, & seqq.* Item quando suspensus non seruauit suspẽsionem toto anno, aut mense, v. g. quia fuit interrupta suspensio, tunc etiam præscripto tempore finitur suspensio, vt probabilius est: quia non plus durat, nec plus operatur, quam fuerit imponentis voluntas. *Ibidem §. Tertius, & melior, & seqq.*

Abbas. in c. cũ bona de æta. & qualit. Nau. c. 27 n. 161. & 162. Sylu. ver. ætas. nu. 5. & verb. susp. num. 5.

2 Suspensio ad certum tempus, vel etiam in perpetuum explicite lata, per dispensationem

Supe-

Superioris tolli potest, nondum elapso termino, vel licet illum non habeat. Item suspensio simpliciter lata propter delictum commissum, absque vlla adiecta conditione, vel temporis designatione, potest per absolutionem tolli. Item suspensio à iure lata, siue perpetua, siue ad certum tempus, tantum ab auctore canonis ante tempus elapsum dimitti potest. Ita *Gloss. in c. Cupientes §. Cæterum verb. suspensos de elect. in 6. Tom. 5. disp. 29. sect. 1 §. Dico secundo, & seqq.*

Anton. in tract. de suspension. Nau. cap. 261.

3 Episcopus potest auferre suspensionem simpliciter latam pro delicto præterito, quia regulariter fertur pro contumacia; argumento, *cap. ex literis de constit.* Secus vero dicendum de suspensione lata in puram pœnã, quamuis vix reperiatur in iure similis suspensio. Item Episcopus, quando les præcipit imponi suspensionem triennalem, nõ poterit illam imponendo, minuere, nec in illa imposita dispensare, cum sit dispensare in lege Superioris. Item si lex canonica solum præcipiat indefinite suspensionem ferendam, iudici illam ferenti licebit pro tanto, vel tanto tempore illam taxare, & postea illam minuere. Item si iudex indefinite intulliſſet suspẽsionem, sicut lex designat, posset illam limitare ad certum tempus, vel post aliquod tempus auferre. Denique quamuis Episcopus non possit dispensare in suspensione à lege taxata pro delicto commisso, intelligitur quando delictum est ex illis, in quibus Episcopus non potest dispensare; nam si potest dispensare in crimine, à fortiori in pœna legis, vnde potest nunc absoluere in omni huiusmodi contracto ipso facto, & ad forum contentiosum non deducta, dũmodo occulta sit iuxta *Cõc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform. Tom. 5. disp. 29. sect. 1. §. Hinc vero oritur, & seqq.*

4 Si suspensio est lata propter contumaciam, durante illa, non debet dari absolutio regulariter, ac per se loquendo, cum sit contra vigorem Ecclesiasticę disciplinæ; si tamen detur, semper manet valida, etiam si non iuste fiat, iuxta *c. Venerabilibus §. Vbi autem cum Gloss. de sent ex com. in 6.* At vero interdum potest expediri secundum prudentiam, dari absolutio durante contumacia: item suspensio lata ab homine, tantum à iudice, qui illam tulit, vel à Superiore tolli potest, si vero sit à iure ab authore canonis, vel à Superiore, si illum habeat. *Tom. 5. disp. 29. sect. 2. §. Circa titulum.*

Cap. Venerabilibus.

5 Suspensio lata ob contumaciam per absolutionem tollenda est. *Tom. 5. disp. 29. sect. 2. §. Secũda opinio, & seqq.* Idem dicendum de suspensione lata sub conditione v. g. *donec restituas, &c. Ibidẽ §. hæc igitur.* Quia absolutio in suspensione ab homi-

ne

ne iure ordinario ab eo tantum dari potest, qui illam tullit, vel à superiore. In suspensione à iure si reseruata sit, ab authore canonis, vel superiore, si vero non sit reseruata ab ordinario etiã tolli poterit iuxta communem vsum & receptam opinionem, & ideo practice securam. *Ibidem §. Supposita ergo.*

6 Nulla certa verborum forma est præscripta ad absoluendum à suspensione, est tamen necessaria sufficiẽter declarans effectum: vnde vsitata forma est: *Ego te absoluo à vinculo suspensionis in quam incurristi, & restituo te ad executionẽ tui muneris, vel ordinis, vel ad tuum beneficium*; quia illa sufficiunt ad significandam absolutionem ab hac censura, quæ forma, nec de necessitate præcepti est necessaria, nec ex præcepto seruatur aliqua solemnitas in hac absolutione ferenda; nullum enim extat tale præceptum, & vsus etiam deficit. *Tom. 5. disp. 29. sect. 3. §. Hæres, & seqq.*

Ant. tract de suspens. Nau. c. 27 nu. 101. Sylvest. & alij verb. absolutio.

7 Potest quis absolui ab vna suspensione, & non ab alijs, si est ligatus multis, quia nullam habent inter se cõnexionem; quia nulla hic est spiritualis ratio, & ideo diligenter inspiciendum, an absolutio limitetur ad vnã, aut ad omnes suspensiones; limitabitur autem ad vnam 1. quando in forma absolutionis explicatur causa suspensionis. 2. si vna sit lata ab vno iudice, & alia ab alio. 3. si vna sit propter delictũ, & alia propter defectum. *Tom. 5. disp. 29. sect. 3. §. Hic vero occurrebant.*

8 Ignorantia inuincibilis suspensionis, excusat ministrantem ab irregularitate; quia hæc irregularitas non ponitur, nisi propter pœnam delicti: ergo si non peccat, v.g. in ministrando, &c. non incurrit irregularitatẽ. *Tom. 5. disp. 31. sect. 1. § Secus vero esset.*

Nau. in c. accepta de restit. spoliat. prop. 8. n. 82.

§. IX.

De suspensionibus in ordinatione contractis.

1 PRimo suspẽditur ille, qui ordines suscepit ab eo Episcopo, qui non potest licite illos dare, eo q̃ iam Episcopatui renuntiauit, *ex cap 1. de ordin. ab Episcop. qui renunciauit Episcop. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Hoc supposito, & seqq.*

2 Secunda suspensio contrahi dicitur ipso iure ab eo, qui ab alieno Episcopo, sine licentia proprij ordinatur; citatur *cap. Eos, qui de temp. ordin. in 6.* Quamuis ibi non declaretur pœna ordinati, sed ordinantis. Afferuntur etiam, *cap. 1. & 371 & alia ex 9. quæst. 2.* Vbi dicitur talis ordinatio rata non habebitur, constat hæc suspensio *ex Extrauag. Pij 2 in extra cum sacrarum*, quæ est sexta in bullario quæ suspensio extenditur per

Trid.

Trid. sess. 23. cap. 8. de reform. ad ordines minores quamdiu proprio Episcopo videtur. *Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Secunda suspensio, & seqq.*

3 Tertia suspensio est lata ipso iure *in Conc. Trid. sess. 7. cap. 10. de reform.* in eum, qui vacante Episcopatu, & non arctatus occasione beneficij recepti, vel recipiendi infra annum cum literis dimissorijs à capitulo receptis ordinatur in sacris, ad beneplacitũ futuri Prælati: & pro sustipientibus ordines minores ponitur alia diuersa pœna, vt non gaudeãt priuilegio clericali, præsertim in crimmalibus, & ideo nõ suspenduntur, vt declarauit congregatio Cardinalium. *Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Tertio hic addi.*

4 Quarta suspensio incurritur ab eo, qui à proprio etiam Episcopo, in aliena diœcesi, sine licentia Episcopi loci ordines conferente, eos recipit, *ex cap. Episcopum 9. q. 2.* & clarius est lata *in Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. de reform. & sess. 14. cap. 2. Tom. 5. disput. 31. sect. 1. §. Quarto hic potest.*

5 Quinta est lata suspensio in eum, qui ante legitimam ætatem ordinatur *ex Extrauag. cum tem. de ætate, & qualitate, & ex sacrorum*, quæ est 6. in Bulla Maior. ratio, quæ autem sit legitima ætas ordinandorum. Vide *Conc. Trident. sess. 23. cap. 12. de reformat. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Quinta suspensio, & seqq.*

Ant. 3. p. tit. 14. c. 16. § 15. Maior. in 4. dist. 24. q. 1.

6 Sexta suspensio est lata ipso iure in eum, qui ordines suscipit extra tempora ab Ecclesia ad illud opus designata absque legitima dispensatione; est certa sententia probatique solet *ex cap. 2. de temp. ordinat. Tomo 5. disputatione 31. sectione. 1. §. Sexta suspensio, & sequentibus.*

7 Septima suspensio est lata ipso iure in eum, qui ficto, & mentito titulo ordinatur, colligitur *ex cap. Neminem, & cap. sanctorum 70. dist. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Septima suspensio, & seqq.*

8 Octaua suspensio est lata ipso iure in promotos qui non seruatis interstitijs temporum ab Ecclesia præscriptis ordinantur, vt constat, *ex cap. Dilectus, & cap. Litteris de temp. ordin. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Octaua suspensio. & seqq.*

9 Nona suspensio lata ipso iure, est contra promotos per saltum, vt colligitur *ex cap. Solicitudo. distin 52.* Dicitur autem quis per saltum promoueri; quãdo prætermisso inferiori ordine, Superior summitur, vt si quis ordinetur lector priusquam ostiarius, vel Diaconus priusquã Subdiaconus. Vide *Conc. Trid. sess. 23. cap. 14. de reformat. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Nona suspensio, & seqq.*

Nau. c. 25. n. 71. & c. 27. n. 242. & alij.

10 Decima suspensio lata est ipso iure in eum, qui post matrimonium contractum etiam non

non consumatum, sacrum ordinem susceperit, nisi prout sacri canones permittunt, ita statuit *Ioan. 22. in Extrau. antiquæ de voto. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Decima suspensio, & seqq.*

Vid. Ant. 3. p. tit. 24 c. 76. n. 7.

11 Vndecima suspensio est lata in eum, qui excommunicatus, suspensus ab ordine, vel interdictus ordinatur, vt constat *ex c. Cum illorum de sent. excom. Tom. 5. disp. 31. sect. 1. §. Vndecima suspensio.*

Nau. c. 27 n. 241.

12 Duodecima suspensio est lata ipso iure contra ordinatos ab Episcopo excommunicato, vel suspenso. Ita conueniunt Doctores communiter in *cap 1. & 2. de schismat. 9. q. 1.* Per textus ibi, & alia plura quæ ibidem habentur. *Tom 5. disp. 31. sect. 1. §. Duodecimus casus, & seqq.*

§. X.

De suspensionibus iure latis ob prauum vsum ordinis.

Ang. ver. interdictū 7. n. 7. Armilla ver. interdictū num. 8.

1 PRima suspensio dicitur esse ipso iure lata in clericos, qui solemniter, & præter modū in iure concessum, vtuntur ordine suo in loco interdicto, & censetur hæc suspensio esse ab officio & beneficio: at vero nullus inuenitur textus, in quo hæc suspensio lata sit, prout est censura ab irregularitate distincta, sed solum, vt in illa inclusa ditur. Idem dic de suspensione quam asserunt esse ipso iure latam cōtra clericum celebrantē coram excommunicato, vel interdicto, vel illum admittentem ad diuina, vel ad sepulturam Ecclesiasticam. *Tom. 5. disp. 31. sect. 2. §. Primo ergo. & seqq.*

2 Secunda suspensio est lata ipso iure contra clericum tradentem Christianæ sepulturæ corpus publici vsurarij in tali peccato morientis. Habetur *in c. Quia in omnibus de vsuris.* Idē dicēdum si accipiat oblationes ab vsurario manifesto, vt colligitur *ex cit. cap. Tom. 5. disp. 31. sect. 2. §. Tertius.*

§. XI.

De suspensionibus iure latis ob peccata contra obligationes clericorum.

1 PRima suspēsio habetur in *Clement. quoniā de vita, & honest. cleric.* contra beneficiatos clericos, qui non vtuntur vestitu ad formam eodem iure statutā. In qua Clement. suspendūtur per sex menses, aut per annum iuxta delicti qualitatem. *Tom. 5. disp. 31. sect. 3. §. Post vsum.*

2 Secunda suspensio est lata *in cap. 2. extra de solut.* contra clericos beneficium habentes,

seu

seu curam alicuius Ecclesiæ, qui eam alienis debitis grauant, aut litteras, aut sigilla alicui non cedũt, quibus possit Ecclesia obligari, qui si præsumant hoc facere, suspenduntur ab administratione spiritualium, ac temporalium rerum. *Tom. 5. disp. 31. sect. 3. §. Secundus casus.*

3 Tertia suspensio fertur *in c. quia sæpe de elect. in 6.* vbi suspenditur capitulum, collegia, & singulares personæ, quæ vacante sede alicuius cathedralis, regulares, aut collegiatæ Ecclesiæ *occupantia bona ad prælatũ defunctum spectantia, vel quæ tempore vocationis obueniunt in vtilitatẽ Ecclesiæ expendi, vel futuris deberent successoribus fideliter reseruari*, qui suspenduntur ab officio, & beneficiis quibuscũque, donec plene restituerint, quidquid de prædictis acciperint, occupauerint, diuiderint, inter se surrepuerint, delapadiuerint, discipauerint, consumerint. *To. 5. disputat. 31. sect. 3. §. Tertio casus.*

4 Quarta suspensio ipso iure fertur *in Clemen. 2. de magistris.* Vbi cancellarius vniuersitatis, vel ille ad quem spectat gradum magistratus conferre, ab eo munere per sex menses suspenditur; si cuipiam talem gradum contulerit, non prius recepto à tali persona iuramẽto; quod vltra certam summam ibi taxatam .ſſ. trium millium turonensium argenteorum non expendat. *Tom. 5. disp. 31. sect. 3. §. Quarta suspensio.*

5 Quinta suspensio lata contra electores Episcoporum, qui infra octo dies, postquam commode potuerint, electionem factam electo nõ præsentauerint, & in hoc culpabiles existerint, qui ab omnibus beneficiis, quæ in illa Ecclesia de cuius electione agitur, obtinent, per triennĩ suspenduntur, & si ad illa intra illud tempus temere se ingressserint, priuantur perpetuo ipsis beneficiis, vt statuitur *in cap. Cupientes. §. de elect. in 6.* quæ pœna extenditur ad eligentes, vel opponentes se electioni, qui intra tempus, & modum ibi præscriptum, ad Sedem Apostolicam non accedunt, aut per se, aut per alium ad reddendam totius negotij rationem. *Tom. 5. disp. 31. sect. 3. §. Quinta suspensio.*

6 Sexta suspensio est lata *in cap. Si cõpromissarius de elect. in 6.* contra compromissarium eligẽtem indignum, qui suspenditur triennio à beneficiis Ecclesiasticis, quæ in Ecclesia electo obtinet, quam pet talem electionem offendit. *Tom. 5. disp. 31. sect. 3. §. Sexta etiam, & seqq.*

7 Septima suspensio est lata *in cap. Cum in cunctis. § Clerici de elect.* contra clericos eligentes in Episcopum indignum, quantum ad ætatem, scientiam, & mores, qui suspenduntur per triennĩ ab Ecclesiasticis beneficiis, & priuantur potestate eligendi

gendi tunc,seu pro ea vice.*Tom.* 5.*disp.*31.*sect* 3.§.*Septimus casus.*

8 Octaua suspensio fertur *in Extrauag. vnic. inter cõmunes. de Postulat.Prælat.* Contra eos, qui ad Cathedralem Ecclesiam postulant eum, qui vigesimum septimum annum ætatis attigit, vel qui religiosum mendicantẽ ad inferiorem Cathedrali Ecclesiam postulãt, qui ea vice potestate postulandi,& eligendi,& à beneficiis, quæ in illa Ecclesia obtinent per triennium suspenduntur.*Tom* 5.*disp.*31.*sect.*5.§. *Octaua.*

9 Nona suspensio fertur in eum, qui deficit in probatione, quæ contra electum dignitatẽ, & Canonicos,aut Episcopũ obiecit: qui suspenditur à beneficiis Ecclesiasticis per triennũ *in cap.*1.§. *Adjicientes. de elect. in 6.* Vide etiam *c.Si Cõpromissarius.eodem tit.in fine.* Quod extẽditur etiam ad postulationẽ & quãcumque promissionem. *To.* 5.*disp.*31.*sect.*3.§.*Nona fertur.*

10 Decima suspensio fertur *ex c. Quisquis de elect.* in eũ, qui consentit electioni per abusum potestatis secularis factæ, qui eligendi tunc potestate priuatur tantum, vt opinatur noster Doctor.*Tom.*5.*disp.*31. *sect.* 3.§.*Decima est.*

11 Vndecima suspensio sumitur *ex cap. Exigit.de Censib.in* 6. vbi omnes Clerici inferiores Episcopis,qui Ecclesias visitant, aut sunt visitantium familiares, & non seruant Constitutionem; *Innocent.IIII.in cap.Romana,eodem tit.* de non recipiendis pro visitatione,aut debita procuratione, pecuniis, aut alijs muneribus, si ea, quæ receperint infra mensem in duplum non restituant, suspenduntur ab officio,& beneficio donec similem restitutionem faciant Ecclesiæ à qua aliquid receperint. *To.*5. *disp.*31.*sect.*3.§.*Vndecimus.*

12 Duodecima suspensio sumitur *ex Extrauag.*3.*de priuileg.* vbi fertur sententia suspensionis in eos,qui conferunt, vel recipiunt beneficia eorũ, qui pro suis negotiis ad Romã Curiam profecti sunt; quiue officia aliqua in illa exercent.*Tom.*5.*disp.* 31. *sect.*3.§.*Vndecimus casus.*

13 Decima tertia suspensio fertur *in c.*1. *de sent.& re iud. in* 6. vbi ab executione officij per annum suspenditur ipso iure,iudex Ecclesiasticus ordinarius, aut delegatus,qui pergratiã,vel sordes aliquid in iudicio facit contra conscientiã,& iustitiã in grauamen alterius partis. *To.*5. *disp.*31.*sect.*3.§.*Decimus tertius.*

14 Decima quarta suspensio sumitur *ex c.vlt.de offic.deleg.in* 6.*vers. Vbi autem.* Vbi suspenduntur ipso iure per annum ab officio iudices conseruatores; qui de aliis, quam de manifestis iniuriis, & manifestis violẽtiis,scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ iudicialẽ indaginem exigunt,suã extenderint

potesta-

potestatem. *Tom.5.disp.31.sect. 3.§.Decimus quartus.*

15 Decima quinta suspensio sumitur *ex Conc.Trid.sess.24. cap.1.de reform.matrim.* Vbi Parochus, vel alius Sacerdos, siue sæcularis, siue regularis, qui alterius Parochię sponsos, sine Parochi licentia, matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, etiam si prætextu priuilegij, vel immemoriabilis consuetudinis id faciat, ipso iure suspẽditur ab officio Sacerdotali, vel ad summum à munere sacerdotali, vt censet Doctor noster; donec ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur. *Tom.5. disp.31.sect.3.§.Alia suspensio.*

§. XII.

De suspensionibus Clericorum ob peccata cum laicis communia.

1 PRima suspensio videtur lata ipso iure publico concubinario, ab officio celebrandi, si Sacerdos sit, *ex cap. vlt.de cohab.cleric.& mulier.* At vero noster Doctor probabilius iudicat hanc suspensionem nũc non incurri ipso iure, quamuis delictum sit publicum quocunque modo, siue per euidentiam facti, siue per sententiam vel cõfessionem coram iudice, vt constat ex vsu Ecclesiæ, quod videtur supponi *in Conc.Trid.sess.25. cap.14.de reform.* ex quo probabiliter defendi potest, etiam iuxta antiqua iura nullam esse propriam suspensionem latam propter hoc crimen. Nam Concil. ait hos clericos puniendos, *si opus sit suspensione ab Ordine, iuxta sacros Canones*: ergo supponit iuxta eosdem Canones nõ esse ipso iure suspensos. *Tom.5.disp.31.sect.4.§. Secundus casus, & seqq.*

Vide Sot. in 4.d.1. q.5.ar.6. ad 2.& d. 13.q.1.ar. 9.Nau.c. 25.n.154. Syl.verb. Concubin. §.4.

verb. Suspensio, & alios.

2 Secunda suspensio est lata contra exercentes peccatum Sodomiæ, *in Constitutione 70. Pij V.* Vbi huiusmodi priuantur ipso iure quicumque Clerici seculares, & regulares, cuiuscumque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico, siue crimen sit publicum; siue occultum. *Tomo.5. disputatione 31. sectione 4.Tertius, casus, & sequentibus.*

Vide Con. in Clem. et. Sisuriosue p.1.§.nu. 6.

3 Tertia suspensio fertur *in Extranagan.2. Paul. II.* vbi suspenduntur omnes, qui per simoniam ordinati sunt, à suorum ordinum executione, siue sint occulti, siue manifesti. Idem dicendum de conferentibus ordines simoniacè, donec à Papa dispensentur. Ita habetur *in c.penultim. de simonia.* Præsentans vero per simoniam

Vide Angel. Sylu. & Summistas. verb. Simonia.

alium, vt ordinetur, manet suspensus tãtum per triennium ab executione Ordinum omnium, fl. quos habuerit, vt constat ex dicto *cap. penul. de simoniæ. Tom. 5. disp. 31. sect. 4. §. Quartus casus & sequentibus.*

4 Quarta suspensio fertur *in cap. Si qui à simoniacis. 1. q. 1.* in eum qui suscipit scienter, & volenter Ordines ab Episcopo simoniaco. Ipse vero ordinãs deponendus dicitur *in c. De cætero q. 1. Tom. 5. disp. 31. sect. 4. §. addendum præterea, & seqq.*

5 Quinta suspensio sumitur *ex cap. 1. de schismaticis*, vbi, qui iuramentum præbent, sponte de tenendo schismate, à sacris Ordinibus, & dignitate suspenduntur. *Tom. 5. disput. 31. sect. 4. §. Quinta suspensio.*

§. XV.

De suspensionibus ipso iure latis contra Episcopos, & Ecclesiarum Capitula.

1 PRIMO suspenditur Episcopus ordinans ante tempora, ante legitimam ætatem, non suos sine legitima licentia proprij; indignum, irregularem, bigamum, & viduę maritum, nisi Religionẽ intrauerint, vel statuat ad sacros ordines promoueri, eo modo, quo secundum canones fieri potest. Illegitimum, aut eum, qui publicam pœnitentiam egit. Illeteratum, vt colligitur *ex cap. vlt. seu Nullus de temp. Ord. in 6.* vbi per annum suspenditur Episcopus à collatione clericalis tõsuræ dũtaxat, si infanti conferre præsumat clericalem tonsuram, nisi fortè religionem intret. De quo vide etiam *Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. & sess. 23. cap. 8. de refor.* Quamuis propter illos tres defectus .fl. litteraturæ, ætatis, & coniugij, non inueniatur suspensio ipso iure lata, vt tenet noster Doctor loquendo de iure communi, sed ferenda. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Vbi ergo casu omisso & seqq.*

2 Secundo suspenditur *ex c. Prouida. de elect. in 6.* per annum, non seruans Constitutionem quandam Concilij Lugdunensis: quæ habetur *in c. Quamuis eod. tit.* per quam prohibetur Episcopis, vel Archiepiscopis, ne in causis spectantibus ad electionem Episcoporum, postquã ad Sedem Apostolicam appellatum est, se intromittant, etiãsi partes ab appellatione voluntariè recedant, nisi prius facta diligentia, eis constiterit, nullam fraudem, vel prauitatem in tali negotio intercessisse. *Tom. 5. disputat. 31. sect. 5. §. Secunda suspensio.*

3 Tertio suspenditur Episcopus *ex c. Hoc consultissimo. de reb. Eccles. non alien. in 6.* Qui bona immobilia Ecclesiarum sibi commissarum laicis subjiciunt, fine

sine cõsensu Capituli, & speciali licentia Sedis Apostolicæ, nisi modo, & in casibus iure permissis, quæ suspensio respectu Episcoporum est ab officio, & administratione, & respectu inferiorum, à perceptione beneficiorum, quæ in tali Ecclesia obtinent per triennum. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Tertia suspensio.*

4 Quarto suspenditur Episcopus cum alijs inferioribus Prælatis, qui sibi vsurpant sine iusto titulo bona Dignitatum, Personatuum, Prioratuum, vel quarumcumque Ecclesiarum vacantium, & ad ipsorum curam, seu prouisionem pertinentium: quæ suspensio respectu Episcoporum, est suspensio interdicti si verba textus rectè expendantur. ff. ab ingressu Ecclesiæ, iuxta *cap. Præsenti. de offic. Ordin. Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Quarta suspensio.*

5 Quinta suspensio sumitur *ex Extrauag. Pauli II. in Bullar. Rom.* Vbi Episcopus Commissarius, vel delegatus in causa alienationis rerum Ecclesiasticarum; si per gratiam timorem, aut sordes in detrimentum Ecclesiæ, vtatur potestate sibi commissa, ab executione officij per annum suspenditur, ita vt si damnabiliter se ingerat diuinis, suspensione durante, irregularitatem incurrat, quam solus Papa potest auferre. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Quinta suspensio.*

6 Sexta suspensio sumitur *ex c. 1. de vsur. in 6.* vbi Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi ipso facto suspenduntur, vt verius est, ab officio: & beneficio, si domos suas locent, vel sub alio titulo concedant ad fœnus vsurarum exercendum hominibus alienigenis, vel alijs non oriundis de terris ipsorum, tam illicitam negotiationem publicè exercentes, vel etiam si in terris suis habitare permittant. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Tertio feruntur, & seqq.*

7 Septima suspensio sumitur *ex Clement. Verum de hæret.* Vbi suspenduntur per triennium ab officio, & Episcopi, & Superiores, qui odij, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam suam, omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum supra huiusmodi prauitatem, scilicet, hæresis, aut obtentu eodem prauitatem ipsam, vel impedimentum officij sui, scilicet, inquisitionis, alicui imponendo. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Secunda suspensio famitur ex Clementina, & seqq.*

9 Octaua suspensio sumitur *ex Clement. 2. de panis.* vbi Prælati Ecclesiæ, qui procurant, vt clerici capiantur à dominis temporalibus, vt beneficia renuncient, vel vt citat ad Apostolicam Sedem ab homine, vel à iure, ire ad ipsam

non possint; per triennium suspenduntur à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum. *Tom 5. disp. 31. sect. 5. §. Tertia suspensio sumi videtur, & seqq.*

6 Nona suspensio sumitur *ex Extrauagan. 2. de elect.* vbi Episcopus non seruans Extrauagantem illam quoad perceptionem fructuum primi, vel secundi anni sui Episcopatus eo modo, quo ibi statuitur à Pontificalibus, & ingressu Ecclesiæ suspenditur. Eadem Extrauag. habetur sub titulo, *Ne Sede vacante inter communes. Tom. 5. dis. 31. sect. 5. §. Quarta suspensio sumitur ex Extrau.*

10 Decima suspensio sumitur *ex Extrauag. 1. de elect. inter communes.* Vbi Episcopi, & Abbates, vel Prælati Religionum, qui ab Apostolica Sede confirmationem recipiunt, aut ab ea promouentur, si absque litteris authenticis eiusdem Sedis administratione suarum Ecclesiarum recipiant, ab administratione fructuũ earundem Ecclesiarum suspenduntur. In qua Extrauag. subditur alia suspensio contra Capitulo, vel Conuentus talium Ecclesiarum, qui huiusmodi Episcopos, vel Superiores sine talibus litteris recipiunt; suspendũtur autem à beneficijs, donec ab eidem Sede Apostolica gratiam recipiant. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Quinta sumi potest.*

11 Vndecima suspensio sumitur *ex Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de refor.* Vbi Episcopus si (quod absit) concubinarius sit, & à Synodo Prouinciali admonitus, se non emẽdauerit, ipso facto suspenditur ab officio, & beneficio. *Tom. 5. disp. 31. sect. 5. §. Sexta sumi potest ex Conc. Trid.*

§. IIII.

De suspensionibus iure lato specialiter contra Religiosos.

1 PRima suspensio sumitur *ex c. vlt. de Apostatis*, ferturque in Religiosos apostatas, qui in apostasia perseuerantes, Ordinem sacrum suscipiunt, nam ab illo suspenduntur. *Tom. 5. disp. 31. sect. 6. §. Prima sumitur, & sequenti.*

3 Secunda suspensio habetur in cap. *Non solum, & cap. Constitutionem de Regul. in 6.* Vbi in Priori, Religiosi Ordinum Prædicatorum, & Minorum suspenduntur à receptione quorumlibet ad professionem suæ religionis, si aliquem ante completum probationis annum ad professionem recipiant. In alio vero cap. extenditur pœna ad omnes Ordines Mendicantes *Tom. 5. disp. 31. sect. 6. §. Secunda suspensio, & seqq.*

3 Tertia suspensio fertur *in Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* vbi Religiosus præsidens alicui Monasterio, Prioratui Ecclesiæ,

clesiæ, seu administrationi eius concedens alicui ad vitam, vel ad certum tempus iura, redditus, aut possessiones eiusdem Religionis, sine sufficiente necessitate, aut vtilitate, & consensu Superioris ab officio ipso facto suspenditur absque vlla alia determinatione temporis, vel officij. *Tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 6. §. *Tertia suspensio.*

4 Quarta suspensio sumitur ex *Clement.* 1. *de decim.* vbi religiosi, qui sibi appropriant, vel inique vsurpant decimas ad se non pertinentes, vel in hoc defraudantes Ecclesias, aliquo ex modis, qui ibi narrantur, si intra duos menses non satisfecerint, ab officij, & beneficij administratione suspenduntur, donec restituant; & si officia, & beneficia non habeant, ipso facto excommunicantur, ita vt absolui non possint donec satisfaciant. *Tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 6. §. *Quarta suspensio.*

5 Quinta suspensio sumitur *ex Clement.* 1. §. *Siquis autem de statu Monach.* vbi Religiosus tantum Ordinis sancti Benedicti, non vtens habitu, & vestitu ad formam ibi præscriptam, si Abbas, vel Prior non habens Abbatem fuerit, à beneficiorum collatione per annum suspenditur: si inferior aliquam administrationem habens, eadem per annum priuatur: si vero nullam habet, inhabilis fit ad illam, vel beneficium intra annum recipiendum, quæ suspensio extenditur ibidem ad similem Religiosum qui venationi aut aucupationi clamorosæ, vel alias cum canibus, aut auibus ex proposito interfuerit. *Tom.* 5. *disput.* 31. *sect.* 6. §. *Quinta suspensio.*

6 Sexta suspensio fertur in *Clement.* 1. §. *Quibus de priuileg.* in qua fertur suspensio absolute in Prælatos religionum, qui de his, qui occasione quorundam excessuum suorum religiosorum ibi prohibitorũ ad eos, quoquo modo peruenerint Ecclesijs, aut personis Ecclesiasticis læsis, seu damnificatis, intra mensem, postquam requisiti fuerint, non satisfecerint. *Tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 6. §. *Sexta suspensio.*

7 Septima suspensio sumitur *ex Clement. Cupientes de pœnis,* vbi suspenduntur ab officio prædicationis, religiosi, qui in audiendis cõfessionibus, scienter posthabuerint confitentibus conscientiam facere de soluendis decimis, si requisiti fuerint à Rectoribus Ecclesiarum, donec confitentibus eisdem conscientiam circa eandẽ rem fecerint, si cõmode potuerint, quæ pœna non extenditur ad religiosos vel Rectores Ecclesiarum decimas percipientium. Et si religiosus sic suspensus audeat concionari, manet excommunicatus ipso facto incurrenda. *Tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 6. §. *Septima suspensio, & seqq.*

8 Multæ aliæ suspensiones non ponuntur hic, de quibus videndi Doctores, quia vel non sunt ipso iure latæ, aut iam non sunt in vsu, vel denique abrogatæ, & ideo eas omitto, vt meum institutũ non peruertam, & hic de suspensione hæc sufficiant. *To. 3. disp. 31. sect. 6. §. Vltimo loco.*

T.

Tabellio.

1 TAbellio excommunicatus non potest vti munere tabellionis. Cõstat enim non tale posse munus exercere absque humana conuersatione, quæ est ei prohibita, & aliàs graviter peccat; cũ sit materia grauis. *Tom. 5. disp. 16. sect. 5. §. Dicendum imprimis.*

2 Scripturæ, & instrumenta, & alia similia, facta ex cõsensu eorum, inter quos sit, à tabellione excommunicato denuntiato, quia nullum est ius irritans, in foro conscientiæ sunt valida. Secus dicendum in foro exteriori. Iuxta illud generale principium .ff. quod facta à publico excommunicato ratione publici officij, ipso iure sunt nulla, quod facis est vsu receptum. *Tom. 5. disp. 16. sect. 5. §. Hæc vero opinio.*

3 Tabellio excommunicatus tolleratus, quãtum est de se, non potest licitè suum munus exercere, quia per Extrauag. *ad euitanda*, nullum priuilegium eis conceditur; cæteri tamen volentes vti opera huiusmodi tabellionis, non peccant, quia eis non prohibetur. Item acta ab huiusmodi tabellione in vtroque foro sunt valida; quia ille in ordine ad hoc, vt vitãdus sit proinde se habet, ac si esset occultus; modo partes scientes excõmunicationem volũtarie illum admiserint, & non ex ignorantia. *Tom. 5. disp. 16. sect. 5. §. Hic vero, & sequenti.*

4 Qui excommunicatus tabellionis munus accepit, postea acta ab illo valida sunt; quia collatio muneris licet peccaminosa sit, non tamè est irrita ipso iure, sed ad summum irritanda; quia ex cap. si celebrat. de cleric. excomm. minist. non plus probatur. *Tom. 5. disp. 16. sect. 5. §. Vltimo tandem.*

Testis, & testimoniũ.

1 EXcommunicatus non potest licitè testimoniũ ferre, nec ab alijs admitti. Est communis, & certa regula *ex c. Decernimus. de sent. excom. in 6.* Et iudices tenentur ex officio eos repellere, etiam si partes nihil objiciant. Tamen in fauorem causæ fidei admittuntur testes, etiam excommunicati, ad probandum contra hæreticos, vt habetur *in cap. Infidei. de hæret. in 6.*

Cap. Decernimus.

Cap. Infidei.

in 6. Tom. 5. disp. 16. sect. 6. §. In hac re, & sequenti.

2 Testis nominatim excõmunicatus repellendus est: quia talis publice vitandus est, iuxta *c. Cum non ab homine de sent. excom.* Item non denuntiatus potest repelli, sed ex consensu partium, & iudicis potest admitti, quantumuis publicus sit (excepto solum percussore clerici) quia huiusmodi excõmunicatus, non est necessariò vitãdus, vnusquisque autem eum vitare potest, ergo iudex potest cũ vitare, licet denuntiatus non sit; ergo potest illum non admittere, si sufficienter probetur excommunicatio, etiã si non excipiatur ab eo, contra quem producitur, & è conuerso si repugnet is contra quẽ producitur non potest iudex illud admittere, cum habeat ius ad repellendum illum. *Tom. 5. disp. 16. sect. 6. §. Vnde cum proportione.*

3 Admisso excommunicato vitando ex cõsensu vtriusq; partis, iudice nõ repugnante ad testimonium, validũ est eius testimoniũ; quia licet ius præcipiat repelli testimonium excommunicati; non tamen illud omnino irritat, ergo si aliunde partes cõsentiant, non est vnde fiat irritum testimonium eius: secus dicendum si admittatur contradicente, contra quem producitur, quia sicut requiritur consensus iudicis, ita necessarius est cõsensus eius contra quem producitur, cum in potestate eius sit non communicare illi, nec fidẽ adhibere, sed obiectionem obijcere. *Tom. 5. disp. 16. sect. 6. §. Sed quid.* At vero si cõtingat omittere huiusmodi exceptionẽ propter solã ignorantiam, si sentẽtia lata est, rata manebit, nec suspendetur executio propter hãc causam; si vero sententia non dum lata est, vel adhuc est locus appellationi, tunc poni potest obiectio excõmunicationis, quandocunq; in notitiã deuenerit, & ita fiet irritum testimoniũ prius latũ, nisi subsecuta absolutione iterum ratificetur. *Ibidem §. Solum potest.*

4 Excommunicatus non debet offerri in testẽ, tam in scripturis publicis iudicialibus, quã extrajudicialibus, vt dicitur *in cap. Licet de sent. excom. in 6.* At vero testimonium excommunicati in contractibus ex consensu partiũ, non est irritum, vt docuit Innocent. *in cap. 1. de excep. in 9. & alij plures. Tom. 5. disp. 16. sect. 6. §. Atque ex his, & seqq.* *Vgo. Tab. 2. de excom. c. 17. in §. 1.*

5 Licet quis non teneatur ex iustitia commutatiua ad testimonium ferendũ, sicut scripturam; quia scriptura est res exterior, & permanens, quæ cadit sub dominium alicuius, & ideo absq; alio præcepto iustitia obligat, vt domino reddatur; testimonium autem consistit solum in actione propria, & ideo dum non actu fertur, nihil est quod sub dominio alterius existere

Differẽtia inter obligationem scripturæ tradendæ & testimonij ferẽdæ

posſit, ideo iuſtitia non obligat ad illum ferendum. Tamen poteſt aliquando ex charitate teneri, vt v.g. ſi ex defectu veri teſtimonij proximus graue detrimentum patiatur; & poteſt ſine tali detrimento, vel difficultate veritatem aperire, & hæc obligatio ſufficiet, vt Eccleſia poſsit obligare hunc ſub excommunicatione ad tale teſtimonium ferendum, quia poteſtas Eccleſiaſtica non ſolum peccata contra iuſtitiam, ſed etiam ex charitate cohibere poteſt. *Tom. 5. diſ. 20. ſect. 3. § Sed licet aliquis, & ſeq.*

Teſtamentum.

1 TEſtamentum excommunicatus occultus etiam, facere non poteſt: quia ſub generali prohibitione cõtinetur, nulloque iure excipiatur. At vero teſtamentum ab eo factum, ſi ſeruentur aliæ conditiones requiſitæ, ſecundum formam iuris validum eſt. Vt eſt cõmunis ſententia *in c. Veritatis de dol. & contumac. & in c. Decernimus de ſent. excom. in 6. & c. Ad prob. de ſent. & re iud.* ſed peccãt omnes, qui adſunt teſtamento, & teſtator hæredem excommunicatum inſtituens, aut ei aliquid legans; quamuis factũ teneat cum nullo iure canonico, aut ciuili irritetur. *Tom. 5. diſp. 15. ſect. 9. § Inter humanos, & ſeqq.*

Vide Con. in rubr. de teſtamẽt. p. 2. n. 18.

2 Non peccat teſtis, nec tabellio aſsiſtens teſtamento facto ab excommunicato non denuntiato: quia hæc communicatio non eſt prohibita iuxta *Extrauag. ad euitanda*; iuxta quam licet hęredi inſtituendo excommunicatum ad teſtamentũ condendum inducere, & ipſi excõmunicato condere, cum hac moderatione, vt ſi fieri poteſt abſq; periculo prius abſolutio ab excõmunicatione procuretur, & obtineatur antequã teſtamentum fiat: quia nunquã licet excommunicato communicare cũ alio, etiam propter eius bonum, quando poteſt abſolutionẽ prẽmittere, ante talem communicationem cum eadem vtilitate alterius. Idem dicendum de excommunicato denuntiato; quia ob verbum *Vtile*, licitum eſt vti communicatione excommunicati, & ipſi etiam excommunicato, licet communicare cum altero, vt ei ſubueniat in re graui, quando aliter adiuuari non poterit. Item denique nunc propter *Extrauag. ad euitanda*; prohibitum non eſt excommunicatum, non denuntiatũ hæredem inſtituere, quia cum illo non eſt prohibita communicatio, ipſi tamen excommunicato inſtituto hæredi, non licebit adire, vel petere hæreditatem exercendo aliquas actiones, quę communionem hominum requirant, nam ipſe prohibitus eſt. *Tom. 5. diſp. 15. ſect. 9. Eſt tamen, & ſequentibus.*

The-

Thesaurus Ecclesiæ.

Sot. dist. 21. q. 1. ar. 2. Cordub. c. 2. & 3. de indulg. Petr. Sot. lect. 2. de indulg.

1 IN Ecclesia est thesaurus præcipue constans ex Christi meritis, & satisfactione, qui inter alios modos per indulgentias applicatur, ac dispensatur: & affirmare contrarium est saltem erroneum. Hæc veritas est declarata *in Extrau. vnigenitus de pœn. & remiss.* qui est infinitus propter excellentiam infinitã operum Christi. Item est spiritualis, & moralis, & non in materiali loco, sed in diuina acceptione, & præsentia existens. *Tom. 4. disp. 51. sect. 1. Per totam.*

2 Thesaurus non solum cõstat ex meritis Christi, sed etiã sanctorum. Expresse traditur, *in Extrauag. vnigenitus de pœnit. & remiss.* Item constat ex satisfactione sanctorum, secundũ communem sententiam Theolog. & cõmuniorem fidelium sensum, *Tom. 4. disp. 51. sect. 2. §. Nihilominus dicendum, & seqq.*

3 Thesaurus vt constat ex satisfactionibus sanctorum deseruit ad indulgentias, & per habentẽ potestatem concedendi indulgentias potest dispensari, vt constat. *Tom. 4. disp. 51. sect 2. §. Atque hic.* Item solum per indulgentias dispensatur, quia de hoc thesauro nihil nobis constat nisi per Ecclesiam, Ecclesia autem adhuc nõ docuit nos alium dispensationis modum. *Ibidem sect. 4. §. Superest ergo.* Item non dispensatur à priuata persona, sed solum à Papa, vt constat *ex Extrauag. cit. vnigenitus de pœnit. & remiss. Ibidẽ sect. 1. §. Nihilominus, & seqq.* At vero thesaurus Ecclesiæ, vt constat ex satisfactionibus sanctorum, non est simpliciter necessarius, vt indulgentiæ concedantur: quia sicut Christus est vnicus mediator, & Redemptor, ita etiam est per se sufficiens, sine adminiculo aliorum. *Ibidem sect 3 §. Dico ergo tertio, & §. Dico quarto. & seqq.* Quæ merita sanctorum possunt etiam dispensari, vel potiꝰ nobis applicari per orationes nostras priuatas, aliquando per publicas totius Ecclesię, dum à Deo postulamus, vt oropter sanctorum merita, bonum aliquod nobis conferat nõ interueniente potestate clauiũ, aut aliquo actu eius. *Ibidem sect. 4. Potest vero.*

4 Potestus dispensandi thesaurum Ecclesiæ, est propria legis gratiæ, & data à Christo quando potestatem clauium Ecclesiæ tribuit, vnde supernaturalis est, & solo à Deo concedi potuit, & nulla ratione constat fuisse cõcessam lege veteri ante aduentum Christi, nulla enim mentio in toto veteri testamẽto fit illius. *Tom. 4. disp. 51. sect. 2. §. Sed hæc sententia. & seqq.*

5 Indulgentiarũ vis & efficacia necessario pendet ex thesauro, saltem, vt constante ex Christi meritis, vt propriam ratio-

rationem meritorum habent. Est de fide, quia nulla remissio pœnæ, aut culpæ conceditur hominibus, nisi per Christi merita. *Tom. 4. disp. 51. sect. 3. §. Dico ergo primo.* Item, vt constat, ex satisfactionibus Christi, vt sic, est simpliciter necessarius ad valorem, & efficaciam indulgentiarum, quia Christus nō solum per modum meriti, sed etiam satisfactionis operatus est nostram salutem, quia eius passio sufficiens fuit ad satisfaciendum pro omnibus peccatis hominum, tam quoad culpam, quā quoad omnem pœnam, quod intellige de potentia ordinaria, nam de potentia absoluta, clarum est potuisse Deum alios modos remittendi pœnas statuere. *Ibidem §. Dico secundo, & seqq.*

6 Non tantum per indulgentias, sed per sacramēta remissio fit ex Christi satisfactione. *Tom. 4. disp. 51. sect. 2. §. Dico secundo.* Item remissio pœnæ temporalis facta sine satisfactione nostra semper fit per applicationem satisfactionis Christi, ratione cuius tamquam condigni, seu excellentis prætij fit remissio, siue fiat ex opere operato per sacrificium, vel Sacramentum, siue per indulgentias: quia hæc remissio fieri debet ex perfecta iustitia Christi, nā ad hunc finē etiam facta est, & non tantum propter remissionem culpæ. *Tom. 4. disp. 51. sect. 3. §. Eadem igitur proportione.*

7 Semper in Ecclesia concessæ sunt indulgentiæ ex thesauro Ecclesiæ, vt constat ex antiquitate indulgentiarum, & *ex Extravag. vnigenitus de pœnit. & Tom. 4. disp. 51. sect. 3. §. Imo ex his.*

8 Thesaurus non est necessarius ad remissionem externarum pœnarum, nec ad absolutionem à censura. Ratio est: quia omnes istæ remissiones pertinent ad forum externum, & politicum, intra latitudinem Ecclesiasticæ politicæ, & fiunt per potestatem clauium, ad quas nō est necessaria thesauri dispensatio. Item excommunicatus, licet talis decedens, dūmodo in gratia, & reatum Purgatorij nō habens, statim ad gloriam euolat, vt patet. *Tom. 4. disp. 51. sect. 3. §. Imo ex his, & seqq.*

9 Quando intentio concedentis determinata non est, sed absolute fit de thesauro indulgentia, incertum est quomodo fiat apellatio satisfactionis; probabile enim est, quod proxime fiat ex satisfactionibus sanctorū si sufficiant, quia sunt veluti causa proxima, & Deus operatur illam quando potest. Probabile item est semper applicari etiam immediate satisfactionem Christi propter eius eminentiam, ac denique dici potest ex toto illo thesauro per modum vnius fieri solutionem indistincte concurrētibus satisfactionibus Christi, & sanctorum, vt causis partiali-

tialibus, non partialitate effectus, sed causæ. At vero melius est hoc relinquere diuino arbitrio, & iudicio, quam de re incerta, definitam sententiam proferre. *Tom.4. disput.51. sect.3.§. Videtur ergo.*

10 Merita sanctorũ non cõferunt, vt maior concedatur indulgentia, quam causa deposcat; quia nec merita illa per orationes Sanctorum ad hoc applicantur, nec etiam per ipsam indulgentiam. *Tom. 4. disp. 51. sect.13.§. Solum potest.* Item Ecclesiæ thesaurus, vt constat ex meritis Christi, alijs modis; quã per indulgentias dispensatur: nimirum per Sacramẽta, sacrificium, & alia opera fidelium, vt constat. *Ibidem section.4. §. Dubium hoc.*

11 Nulla priuata persona, quantumuis iusta potest congregare thesaurum priuatum ex superabundantibus satisfactionibus, quia esset inutilis, cum non possit ab eo, authoritate sua dispensari, aut applicari. Item nulla priuata congregatio fidelium, ex eis, quæ sunt in Ecclesia potest congregare priuatum thesaurum, ex superabundantibus satisfactionibus suorum membrorum, quia nullus est effectus ad quem possint tales satisfactiones applicari per modum solutionis, per potestatem humanam ortam ex dominio in talia opera, sed necessaria est specialis potestas concessa à Christo, quæ non est data his congregationibus, nec Prælatis earum. *Tom.4. disp.55. sect.5.§. Et hinc etiam, sequenti.*

Timor.

1 DVpliciter potest homõ operari ex timore. Primò vt ex quadã occasione: qua excitãte hominem ad auertendum aliquid mali, vel boni sit in operatione: quomodo illud dictum est. Vexatio dat intellectũ. Secundo modo potest timor cõcurrere per modum finis, nam qui timet efficaciter, intendit, & procurat vitare illud malum, quod timet, & ex hac intentione potest eligere aliquod opus, quod necessarium, vel vtile existimad ad illud malum vitandũ. *Tom.4. disp.5. sect.2. §. Secundo suppono.* *Supponitur.*

2 Operari, vel pœnitere ex timore, vt ex occasione excitante, optimum est, quod non solum Catholicus, sed etiam cordatus dubitare non potest: quia ibi timor solum concurrit per modũ efficientis moraliter, sicut qui consulit. Vide *Con. Tri. sess.6. c.6.* Itẽ vt ex fine proximo nõ excludendo finẽ debitum vltimum; quia in nullo modo operãdi, intentio finis bona est ex obiecto suo: quia est voluntas fugiendi pœnam ex se odio dignã, & medium nimirum fugere, & detestari peccatum, etiam est ex obiecto bonum, vt per se constat. *Supponitur.*

Tom.4. disp.5. sect.2. §. Secundo suppono, & sequentibus.

3 Timor gehennæ est actus bonus, quod est de fide certum, & definitum, *in Trid.sess.6.can.* 8.& patet *Isach.26. A facie tua Domine concepimus,&c. Domine in angustia requisiuimus te. Vbi* 70.*Domine propter timorē tuum,* & alibi sępe per multa loca,quę videri possunt, apud Doctorem nostrum. *Tom. 4. disp.5. sect.2.§. Vt autem hoc.*

Transubstantiatio.

1 TRansubstātiatio propriissime,ac accommodatissime significat transitum, seu cōuersionem totius substantiæ, in totam substantiam. Nec est in Ecclesia nouum ad confutandas hæreses, & explicanda mysteria, noua inuenire nomina, quæ res antiquas proprie significent,& veritatem catholicam satis exprimant. Vnde sicut Euangelista mutationem Christi in externo splēdore specie trāsfigurationem vocauit ; eodem modo Ecclesia ducta Spiritu sancto mutationem substantiarum, transubstantiationem appellauit. *Tom.3. disp. 50. sect.1.* §. *Dico secundo in fine.*

2 Quidquid est de ratione conuersionis, est etiam de ratione transubstātiationis,quia trāsubstantiatio sub conuersione continetur,tamquam sub genere,omnia autem quæ sunt de ratione generis, sunt de ratione speciei, & inde necessarium est, vt in tota substātia fiat commutatio,& conuersio in aliam substantiam,quia hæc cōuersio differt ab omnib' aliis, in eo quod est conuersio totius substantiæ, vt nomen ipsum per se fert, & concilia explicarunt.*Tom.3.dis.* 50. *sect.2.§. Vltimo constat.*

3 Transubstantiatio,vt actiua, & passiua cōsiderari potest, sicut in omni effectu distinguitur productio actiua,& passiua, & in omni conuersione,conuersio actiua, & passiua, quia in ea reperitur agens efficiens illam, cuius effectus dicetur transubstantiatio actiua, ex parte vero effectus reperitur conuersio vnius rei in aliam,& hoc optime dicetur transubstantiatio passiua ; quæ nullatenus in prædicamentali relatione consistit, sed in dependentia effectus à causa per modum cuiusdam fieri,quia si est actio positiua, aliquid per eam fit,& ideo necesse est, vt illi respōdeat fieri, quasi passiuum; ergo primario consistit in hac dependentia,&c.*Tom.3.disp.50 sect.3.§.Dico tertio.*

4 Substantia panis,quæ trāsubstantiatur nullo modo manet in Eucharistia. Est de fide, definitum *in Concil. Lateranes. sub Innocent.3.& in cap.firmiter de sum.Trinit.& fid.Cathol.constat sess.* 8.*Florent. in litt. vnion. Trid.sess.13.cap.*14.*&* canon.2. *Tom.* 3. *disp.*49. *sect.* 2. §. *Dico secundo*

Con. Late. Con. Flor. Con.Trid.

secundo, & sequentibus. Nec manet in rerum natura, vt est certissimũ; præsertim de tota substantia, & sic pro comperto habuit Ecclesia, ab Spiritu sancto edocta. *Ibidem* §. *Sed quares.* Nec secũdum formam substantialem panis, aut vini, secũdum accidentia tantum sub quibus continetur Christus, quæ omnia sunt de fide. *Ibidem sect. 3. per totam.* Nec manet substantia, seu suppositalitas panis, quia post consecrationem, solum manent accidentia: subsistẽtia non est accidens, ergo *Ibidem sect.* 4. §. *Dico primo.* Et eadem ratione existẽtia substantialis panis. *Ibidem* §. *Dico secundo.* Deniq; nec manet eadem numero entitas, vel substãtia, quæ fuit panis sub esse Corporis Christi, quia non potest mutata essentia rei manere eadem numero entitas, vt constat ex principiis metaphysicis. *Ibidem* §. *Dico tertio.*

5 In hac conuersione necessaria est aliqua actio realis, qua Corpus Christi sub speciebus panis constituatur, & hoc sensu dicimus hanc actionem versari circa Corpus Christi, quia Christum Dominum esse sub accidentibus panis, & vini, est aliquis effectus realis, qui antea nõ erat, & in ipso Corpore Christi existens: ergo necesse est, vt fit per aliquam actionem factus, vbicunque enim est nouus effectus, noua actio necessaria est. *Tom. 3. disp. 50. sect. 3.* §. *Dico ergo primo.* Quæ actio non est in ipso Deo propria, sed est aliquid creatũ in ipso effectu, per quod pendet à sua causa: quia actio nihil aliud est, quam emanatio effectus, vt sic ab agente, sed hæc emanatio est in effectu, ergo. *Ibidem* §. *Dico secundo*

6 Terminus transubstantiationis, non est præsentia Corporis Christi, vbi erat panis, vt quidam asserunt, nec aliqua eius vnio cum speciebus, vt alij affirmant; sed proprius eius terminus est substãtia Corporis Christi, quatenus illã iam præexistentem, & productam attingit per modum veræ conseruationis; qui dicendi modus est valde cõsentaneus antiquis Patribus, vt videri potest apud nostrum Doctorem. *Tom. 3. disp. 50. sect. 4. per totam.*

7 Actio substantialis transubstãtiationis nõ est mutatio proprie dicta, quia propria mutatio fit ex præsuppositio subiecto, nam licet fiat ex pane, non tanquã ex subiecto, sed tãquam ex termino à quo. *Tom. 3. disp. 50. sect. 5.* §. *Tertio ergo.* Idem dicendum de acquisitione præsentię, quę illam comitatur, nam quãdo res creatur, consequẽter acquirit aliquem locum, vel præsentiam, quæ acquisitio non dicitur proprie mutatio localis, quia non per se fit, sed concomitanter, & quia non proprie facit, vt res aliter existat in loco, quam antea, sed simpliciter

consti-

constituit rem in loco, sed ad eundem modum se habet hæc actio ex vi sua quia per se primo facit substantiam, & reliqua cõsequenter, & ita de se facit hanc præsentiam, ac si Corpus Christi alibi non præexisteret, ergo. *Ibidem §. Quarto denique.*

8 Actio substantialis transubstantiationis, licet habeat, quid quid influxus creatiuus, non tamen fit per modum creationis, non solum, quia non fit res omnino de nouo, per modum consecrationis, sed per modum vnius in aliud, ita vt ex vi illius modi, quo fit in Sacramento Eucharistiæ Corpus Christi à tali agente requiratur res aliqua positiua, ex qua fiat, & sub qua fiat, &c. *Tom. 3. disp. 50. sect. 5. §. Alia ergo.*

D. Tho. in 4. d. q. 1. ar. 4. q. 1. ad 6. & d. 8. q. 2. ad 3. ad 5 Capreel.

9 Probabilius est quod panis substantia desinit esse ex vi alicuius actionis positiuæ, quia ad veritatem verborum necesse est, vt substantia panis excludatur, sed hæc verba habent efficaciam ad veritatẽ efficiẽdam, quia significant; ergo possunt effectiuæ expellere substantiam panis, ergo possunt ex vi alicuius actionis realis. *Tom. 3. disp. 50 sect. 9. §. Dico ergo.* Item substantia panis non destruitur per eãdem omnino actionem, qua introducitur Corpus Christi, sub speciebus, sed per aliam distinctam substantia enim, panis, & substãtia Corporis Christi inter se non repugnant formaliter, & intrinsece propria physica repugnantia: ergo actio effectiua vnius, non est physice, ac intrinsece destructiua alterius. Ibidem §. Dico secundo. Item substantia panis expellitur per realem actionem, quia accidentia ab illa separantur, & per se constituuntur. *Ibidem §. Dico tertio.*

10 Substantia panis non annihilatur, quia panis non desinit per meram suspensionem concursus Dei, sed ex vi actionis positiuæ, & physice, vt dicimus supra concluſ. 9. Hic. Est enim contra rationem annihilationis, vt per positiuam actionẽ fiat, seu consequatur. Ratio vero est: quia actio positiua semper terminatur ad positiuũ terminum, & si ex illa sequitur decisio alicuius rei, non potest omnino destrui totum id, quod per se supponitur ad talem actionẽ; & ideo non potest habere rationem annihilationis. *Tom. 3. disputat. 50. sect. 7. §. Nihilominus, & sequentibus.* *Theolog. cum Mag. in 4. d. 11.*

11 Si substantiæ panis non succederet Christi Corpus, non annihilaretur ex vi actionis, qua modo desinit, quia annihilatio est decisio totius entis secundum se; per hanc autem actionẽ non desinit substantia quasi per se, vt quoddam totum, sed quatenus componit vnum cum accidentibus, ex quo tandem sequitur, vt omnino non sit, & non refert quod illa decisio sit

inno-

innominata, nam etiam actio, qui separantur accidétia à subiecto, & per se constituuntur, innominata est, & nunc etiam nō habet proprium nomen. *Tom.* 3. *disp.* 50. *sect.* 7. §. *Sed objicit.*

12 Tota transubstantiatio in vno instanti perficitur, quod est primum esse corporis Christi sub speciebus, & primum non esse substantiæ panis; in his enim non potest esse successio; quia non prius consecratur vna pars materiæ, quam alia, nec prius etiam per instans introducitur Corpus Christi, quā expellatur panis, vel è contrariò, quia in nullo momēto sunt vacua, vtraque substantia, aut vtrumque; simul subesse continet. Instans vero secundum omnes, est illud in quo sensus verborum consumatur, sicut dictum est de formis sacramentorum, est enim eadem ratio. *Tom.* 3. *disp.* 50. *sect.* 8. §. *Quarto sequitur.*

13 Non repugnat per transubstantiationem aliqua etiam accidentia desinere, nam licet ex vi transubstantiationis per se nō desinat nisi substantia, quod tamen cum illa concomitanter desinat aliquod accidens, nō repugnat: nam quoad hoc videretur maior ratio de termino à quo, quam determino ad quem, nam transubstantiatio ita est ad substantiam, sicut ex substantia, & tamen huic rationi non repugnat, quod cum illo termino ad quem, concomitanter veniant accidentia, ergo similiter non repugnabit, quod concomitanter recedant. *Tom.* 3. *disp.* 56 *sect.* 1. §. *Dico secundo.*

14 Hæc actio est ex omni parte supernaturalis, nempe ex parte actionum, quæ in ea interueniunt, & ex parte terminorū, qui per illas fiunt; deniq; ex parte agentis; quia per materialia verba fit à Deo, tam admirabilis transmutatio. Item est opus mirabilius creatione, quia in hoc mysterio sunt plura mirabiliora, magisq; naturas rerum superantia, quam in creatione, non vero est maius opus incarnatione de quo non est dubium; nisi fortasse, quatenus in hoc mysterio transubstantiationis, ipsa incarnatio quodammodo iterum fit. *Tom.* 3. *disp.* 50. *sect.* 8. §. *Quinto sequitur, & sequenti.* *Vide D. Tho. in 4. d. 11. q. 1.*

15 Quidam aiunt hoc opus non esse proprie miraculum: alij vero existimant dicendum esse miraculosam hanc conuersionem: quia non solum admirabilis, sed etiam est compendium quoddā mirabilium operum Dei, sed hæc controuersia est de modo loquendi, res enim de se satis constat. *Tom.* 3. *disp.* 50. *sect.* 8. §. *Denique solet.*

Tutor.

1 TVTOR excommunicatus etiam non vitandus officium tutoris assumens, aut exercens peccat, Item qui tale offi-

cium excommunicato vitando conferunt, peccant, vt patet. At vero nulla ex his actionibus, est ipso iure irrita, vt existimat noster Doctor, quamuis Canonistæ, frequenter contrarium sentiant. *Tom. 5. disp. 16. sect. 8. §. Respondeo, & seqq.*

Vid. Sylu. verb. excom. 3. n. 2. & 3. cũ Tabien. et Vgolin.

Typha.

1 Typha, quod in vulgari lingua vocatur, *Centeno*, est materia dubia Sacramenti Eucharistiæ. Ratio est: quia nec ex figura, colore, aut proprietate satis constat, qualis sit diferentia inter illam, & triticum. *Tom. 3. disp. 44. sect. 1. §. Tertium exemplum.*

V.

Verbum.

1 IN Sacramentis legis nouæ nõ est simpliciter necessariũ verbum concionatorium, vt hæretici dicunt, sed consecratorium; Christus enim Dominus vsus non fuit verbo concionatorio, v. g. in Eucharistia ad docendum, sed verbo apto ad consecrandum panem, eo modo quo ad talium verborum veritatẽ fuit necessarium, & sic de alijs Sacramentis. Ita definitum fuit in *Conc. Floren. & Trid. sess. 7. can. 13. de sacr. in gen. & can. 3. de Baptismo*, & constat ex *cap. Ad abolendam de hæret. Tom. 3. disp. 2. sect. 3. §. Secundo sequitur.*

Con. Flor. Con. Trid. cap. Ad abolendã.

Verecundia.

1 VErecundia non est virtus simpliciter; quia est de turpi facto præsenti: iuxta Arist. dicentẽ timorem quendam esse decoris; dum quis veretur, ne videatur ab alijs, quãdo aliquid turpe facit; habere autem turpe factum præsens, repugnat virtuti simpliciter, ergo. *Tom. 4. disp. 7. sect. 7. §. Ad primam ergo, & seq.*

Vespera.

1 VEspera, alia meridiana, alia nocturna, erat apud Hebreos. Vespera meridiana erat maximè à tertia, vel quarta hora post meridiem vsque ad Occasum Solis; quæ erat finis diei cæremonialis. Vespera vero nocturna erat ab Occasu Solis, vsque ad perfectas tenebras in crepusculo .s. noctis, & hæc erat propriè initium sequentis feriæ, seu festiuitatis, & propriè non pertinebat ad præcedentẽ nisi ratione cursus naturalis eiusdem diei: quæ omnia constãt ex sacra pagina. Item quando in Scriptura præcipitur fieri aliquid ad vesperam, absolute significat fieri in fine diei. Hæc est enim perpetua phrasis Scriptu-

re

ræ, vt vespera diei significet absolutè finem diei. *Tom. 3. disp. 41 sect. 1. §. Secundo principaliter, & sequenti.*

Vicarius.

Cõc. Trid. Cap. vlt. de offic. Ordin.

1 QVando aliquid Episcopo committitur, intelligitur posse fieri per Vicarium: quia quando huiusmodi casus committuntur Episcopis, & non exprimitur, vt per se ipsos tantũ facere possint, per Vicarios id possunt facere; quod rectè confirmatur *ex Conc. Trid. Sess. 24. cap. 6. de reformat.* Vbi quando committitur Episcopis potestas absoluendi à casibus reseruatis, additur, per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputandum; & quoad peccatum hæresis occultæ, statim excluditur Vicarius: ergò signum est, vbi concessio fit absolutè Episcopo, non excludi Vicariũ, & similiter quando ius non requirit Vicarium specialiter deputandum, generalem sufficere. Vide etiam *cap. vlt. de offic. Ordin. Tom. 4. disp. 7. sect. 4. §. Rursus vero.*

2 Suspenso Capitulo, sede vacante, etiã Vicarij ab eo creati iurisdictio suspenditur; quia ille Vicarius vicem gerit Capituli, & vtitur iurisdictione: ergò si Capitulum habet impeditum vsum iurisdictionis, consequenter etiam Vicarius habebit idẽ impedimentum, sicut quando suspenditur Episcopus, manet etiam suspensus eius Vicarius, vt est notum in iure Canonico. Item, si ob negligentiam Capituli Metropolitanus, aut vicinus Episcopus huiusmodi Vicarium constituat, licet postea suspendatur huiusmodi Metropolitanus, aut vicinus Episcopus, non suspenditur Vicarius constitutus. Quia verum est iurisdictionẽ Capituli non deuolui ad Archiepiscopum; neque enim ipse posset ibi excommunicare, aut absoluere authoritate propria, sed solum ei cõmittitur deputatio, seu electio talis personę, qua facta ille Vicarius habet iurisdictionẽ Capituli, & independentem ab illo .ss. Metropolitano. *Tom. 5. disp. 7. sect. 3. §. Deinde in multis alijs, & seqq.*

Vinum.

1 SOlum vinum vitis, est simpliciter vinum, reliquæ res solum secundum quid, vt constat ex vsu communi Scripturæ. *Tom. 3. disp. 45. sect. 1. §. Omissis erroribus.* Item vinum album, & nigrum solum differunt accidentaliter, quia differentia colorũ, non indicat differentiam essentialem, cum aliàs sit maxima in effectibus, & alijs proprietatibus similitudo. *Ibidem §. Dices hoc vinum.* Item vinum congelatũ, non amittit veram vini substantiam; quia reuera non est substantialiter corruptum, cuius

signũ est: quia si postea lique fiat, habet effectus, & qualitates vini. *Ibidem, §. Primo ergo.*

Virginitas.

1 VIrginitas non est virtus distincta à castitate; quia in suo obiecto, & actu non recipit honestatem, aut medium alterius rationis, sed eadem cum quadam maiori integritate, & perfectione. *To 4. q. 89. ar. 3. in comment. §. Hoc igitur modo.* Vnde quatenus virtus, potest restitui per pœnitentiã, quia post virginitatẽ amissam, vel absq. peccato vel cum illo, potest homo exercere virginitatis effectum, & dolorẽ de virginitate amissa, propter eius intrinsecam honestatem, & pulchritudinem; qui actus ab eadem virtute eliciuntur; ergo per illos restitui potest, & debet. Castitas enim illos exercet, quamuis quoad materialem carnis integritatem non restituatur, vt patet. de quo vide *D. Thom. 1 52. ar. 3. ad 2. & 3. Ibidem. §. Hoc igitur modo.*

D. Thom.

Virtus.

1 QVælibet virt⁹ sicut odio habet quodlibet malũ sibi contrarium, ita magis diligit suum bonum, malo contrarium. Ratio est: quia malum, cũ sit priuatio boni, nõ habetur odio, nisi ratione boni; ergo omnis virtus, quæ odit aliquod malũ; ideò est, quia inclinat ad aliquod bonum. *Tom. 4. disp. 2. sect. 2. §. Supposita distinctione.*

2 Virtus acquisita per peccatum mortale, vt sic non amittitur, nisi quatenus est illi contrarium, etiam si contingat illã fuisse ante infusã per accidens, & ideo nec per pœnitẽtiam restituitur, vt in Adamo, qui à principio creationis suæ non solum habuit gratiam, & virtutes per se infusas, sed etiam eas quæ naturalis ordinis sunt, per accidẽs infusas, verisimilius est, non amisisse peccando has virtutes posteriores, quia non, sunt per se connexæ cum gratia, quã peccatum expellit, dixi, per peccatum mortale, vt sic, quia per peccatum quatenus est actus alicuius vitij, si sæpius fiat, & cum sufficiente feruore, & intentione poterit expelli virtus acquisita, quatenus per illos actus acquiritur habitus vitij contrarij. *Tom. 4. q. 89. ar. 1. §. Constat deinde in comment.*

Viuens, & vita.

1 VIta corporalis semper, & omni ætate, indiget alimẽto, quia sẽper agit naturalis calor, & corp⁹ patitur à contrarijs: at vero spiritualis vita, pro tẽpore infantię nulli actioni contrariæ est subiecta, & ideo non indiget cibo. Itẽ in adultis, corporalis vita indiget nutrimen-

to,

to, quia corporalis vita ex necessitate patitur actionem contrarij agentis, quod damnum nō potest, nisi per nutrimentum reparari. At vero spiritualis vita non potest damnum pati, nisi per actionem liberam, & ideo nō est illi simpliciter necessarius cibus extrinsecus aduenies, sed per actiones liberas vt per amorem Dei, & Christi, qui est cibus spiritualis animæ, augeri, & defendi potest. *Tom. 3. disp. 40 sect. 2. §. Ad tertium ex metaphora.*

Vnio.

1 VNio alia formalis, alia effectiua, formalis est illa in qua duo extrema ita coniunguntur physice, vt proprie, ac realiter componant vnū. Effectiua vero est illa .fi. quando duo ita sunt intime præsentia sibi, vt ex efficientia, quam habet vnum circa alterum, non possint separari, vt si dicamus ferrum esse realiter coniunctū magneti, non solum propinquitate locali, sed vnione effectiua, quia magnes effectiue illud trahit, & continet, ne à se separetur. *Tom. 3. disp. 47. sect. 3. §. Mihi videtur.*

Votum.

1 VOuens ingredi religionem; quamuis non determinet tempus, tenetur quamprimum moraliter posit, votum implere. Ratio est: quia ex vi talis voti totam vitam suam, totumq; vitę tempus offert, & consecrat ad illum statum. *Tom. 3. disp. 31. sect. 2. §. Nihilominus dicendum.*

Hæc omnia dicta sint ad laudem omnipotentis Dei, glorioſaq; eius genitricis Mariæ Virginis, ſine originali conceptæ.

INDEX OMNIVM TITVLORVM QVI IN HAC Epithome continentur.

A.

1 DE *Absolutione sacramentali in genere. §. 1 fol. 1.*
2 *De absolutione sacramentali quoad peccata reseruata. §. 2. fol. 1. vers.*
3 *De absolutione quoad censuram in communi. §. 3 fol. 6.*
4 *De absolutione à censura ab homine §. 4. fol. 8. vers.*
5 *De absolutione quoad censuram à iure. §. 5. fol. 9. vers.*
6 *De absolutione quoad censuram reseruatam. §. 6. fol. 10. vers.*
7 *De absolutione à censura quoad diuisionem. §. 7. fol. 11. vers.*
8 *De absolutione quoad conditiones requisitas ex parte absoluentis à censura, & absoluendi. §. 8. fol. 13.*
9 *De absolutione à censura quoad formam. §. 9. fol. 13. vers.*
10 *De absolutione quoad censuram canonis. §. 10. fol. 14. vers.*
11 *De absolutione quoad excommunicationem maiorē. §. 11 fol. 16. vers.*
12 *De absolutione quoad excommunicationem minorem §. 12. fol. 18.*
13 *De actione, & actu. fol. 18. vers.*
14 *De actore. fol. 20. vers.*
15 *De adamo. fol. 22. vers.*
16 *De adoratione. fol. 22. vers.*
17 *De aduocato. fol. 22. vers.*
18 *De agno Paschali. fol. 23.*
19 *De anathemate. Ibidem.*
20 *De angelo. fol. 23. vers.*
21 *De annihilatione. fol. 24.*
22 *De anima. fol. 24. vers.*
23 *De apostolo. fol. 25. vers.*
24 *De appellatione. fol. 25.*
25 *De aqua. fol. 26.*
26 *De attritione. fol. 26.*
27 *De auxilio. fol. 27. vers.*
28 *De azimo, & azimorum die. fol. 28*

B.

1 DE Balsamo. *fol. 28. vers.*
2 *De Baptismo quoad institutionem, & diffinitionem. §. 1. fol. 29.*
3 *De Baptismo quoad essentiam, & indiuiduationem. §. 2. fol. 29. vers.*
4 *De Baptismo quoad materiam proximam, & remotam. §. 3. fol. 30.*
5 *De Baptismo quoad formam. §. 4. fol. 31.*
6 *De Baptismo quoad ministrum. §. 5. fol. 32.*
7 *De Baptismo quoad necessitatem. §. 6. fol. 36. vers.*
8 *De Baptismo quoad effectum. §. 7. fol. 36. vers.*
9 *De Baptismo quoad dispositionem. §. 8. fol. 39.*
10 *De Baptismo quoad subiectum. §. 9. fol. 41. vers.*

11 *De Baptismo quoad præceptum. §. 10 fol. 43.*
12 *De Baptismo quoad ritus, & cæremonias. § 11. fol. 44.*
13 *De Baptismo quoad votum, & dignitatem. §. 12. fol. 47.*
14 *De Baptismo quoad nomina, quibus in scriptura, & patribus vocatur. §. 13. fol. 47. vers.*
15 *De Baptismo sanguinis. §. 14. fol. 48*
16 *De Baptismo flaminis. §. 15. fol. 49.*
17 *De Beatis. fol. 49.*
18 *De Beneficiis. fol. 49. vers.*
19 *De Bigamia. fol. 55.*
20 *De Blasphemia. fol. 56.*
21 *De Bulla. fol. 56. vers.*

C.

1 *De Calice. fol. 57.*
2 *De capitulo. fol. 57.*
3 *De catechumeno. fol. 57.*
4 *De casibus reseruatis. fol. 57. vers.*
5 *De nocte cœnæ. fol. 60.*
6 *De cæremoniis. fol. 61. vers.*
7 *De censura quoad diffinitionem, diuisionem, & essentiam. §. 1. fol. 62. vers.*
8 *De censura quoad formam. §. 2. fol. 64. vers.*
9 *De censura quoad causam obiectiuam. §. 3. fol. 66. vers.*
10 *De censura quoad subiectum. §. 4. fol. 69.*
11 *De censura quoad causam efficientem. §. 5. fol. 71. verso.*
12 *De censura quoad suspensionem, ablationem. §. 6. fol. 72.*
13 *De censura quoad denuntiationem, admonitionem, vsum, & finem §. 7. fol. 72.*
14 *De censura quoad effectum. §. 8. fol. 73. verso.*
15 *De censura quoad excusationem. §. 9. fol. 74.*
16 *De censura quoad dispensationem, violationem, & multiplicationem. §. 10. fol. 75.*
17 *De cessatione à diuinis quoad nomen, & diffinitionem. §. 1. fol. 76.*
18 *De cessatione à diuinis quoad effectum. §. 2. fol. 76. vers.*
19 *De cessatione à diuinis quoad causam efficientem. §. 3. fol. 77.*
20 *De cessatione à diuinis quoad oblationem, & violationem §. 4 fol. 78.*
21 *De charactere. fol. 78.*
22 *De charitate. fol. 80.*
23 *De chrismate. fol. 80.*
24 *De Christo quoad secundum se. §. 1. fol. 81.*
25 *De Christo quoad præsentiam in Eucharistia. §. 2. fol. 82.*
26 *De Christo quoad diuinitatem verbum, & vnionem hipostaticam in Eucharistia. §. 3. fol. 85. vers.*
27 *De Christo quoad formam substantiam, & animam in Eucharistia. §. 4. fol 86. vers.*
28 *De Christo quoad corpus, & sanguinem in Eucharistia. §. 5. fol. 86. vers.*
29 *De Christo quoad carnem in Eucharistia. §. 6. fol. 88.*
30 *De Christo quoad substantiam, & partes in Eucharistia §. 7 fol. 88.*
31 *De Christo quoad accidentia in Eucharistia. § 8. fol. 88. vers.*
32 *De Christo quoad modum existendi sub speciebus Eucharistiæ §. 9. fol. 89*
33 *De Christo quoad vnionem cum speciebus Eucharistiæ. §. 10. fol. 89. verso.*

34 De *Christo quoad mutationes sub speciebus Eucharistiæ.* §. 11. *fol.* 90.
35 De *Christo quoad actiones sub speciebus Eucharistiæ.* §. 12. *fol.* 91.
36 De *Christo quoad decisionem sub speciebus Eucharistiæ.* §. 13. *fol.* 91.
37 De *Christo quoad modum quo cognosci possit in Eucharistia* §. 14. *fol.* 92. *vers.*
38 De *Christo quoad prædicata in Eucharistia.* §. 15. *fol.* 92. *vers.*
39 De *Christo quoad apparitiones in Eucharistia.* §. 16. *fol* 94.
40 De *Christo quoad Triduum in Eucharistia.* §. 17. *fol.* 94. *vers.*
41 De *Christo quoad cultum in Eucharistia.* §. 18. *fol.* 95.
42 De *Circuncisione quoad nomen, & institutionem.* §. 1. *fol.* 95.
43 De *Circuncisione quoad essentiam, & effectum.* §. 2 *fol.* 95. *vers.*
45 De *Circuncisione quoad ritus.* §. 3. *fol.* 97. *verso.*
46 De *Circuncisione quoad præceptum* §. 4 *fol.* 98.
47 De *Circuncisione quoad ministrum.* §. 5. *fol.* 98. *vers.*
48 De *Circuncisione quoad durationẽ.* §. 6. *Ibidem.*
49 De *clave regni cælorum, quoad nomen, diffinitionem, & divisionem.* §. 1. *fol.* 99. *vers.*
50 De *clave quoad remittenda peccata.* §. 2. *fol.* 99. *vers.*
51 De *clave quoad ligandum.* §. 3. *fol.* 101. *verso.*
52 De *clerico quoad privilegium canonis.* §. 1. *fol.* 101.
53 De *clerico quoad percussionem, & manus violentas, iuxta causa siquis suadente.* §. 2. *fol.* 102.
54 De *complice. fol.* 104.
55 De *communicatione cum excommunicato in communi* §. 1 *fol.* 106. *vers.*
56 De *communicatione cum excommunicato in crimine, &c.* §. 2. *fol.* 108. *vers.*
57 De *communicatione cũ excommunicato in diuinis* §. 4. *fol.* 108. *vers.*
58 De *communicatione cum excommunicatis in humanis.* §. 4. *fol.* 110. *vers.*
59 De *communicatione sanctorum cũ excommunicato.* § 5. *fol.* 111.
60 De *concilio. fol.* 111.
61 De *concubinario. fol.* 111.
62 De *confessione in communi quoad divisionem, & definitionem, &c.* §. 1. *fol.* 111. *vers.*
63 De *confessione quoad integritatem formalem, & materialẽ.* §. 2 *fol.* 114
64 De *confessione quoad iterationem.* §. 3. *fol.* 118. *vers.*
65 De *confessione quoad præceptum diuinum.* §. 4. *fol.* 119.
66 De *confessione quoad præceptum Ecclesiasticum.* § 5 *fol.* 120.
67 De *confessore in communi.* §. 1. *fol.* 122. *vers.*
68 De *confessore quoad approbationem* §. 2. *fol.* 127. *vers.*
69 De *confessore quoad peccata reseruata.* §. 3. *fol.* 131.
70 De *confirmatione quoad essentiam, institutionem, & definitionem.* §. 1. *fol.* 132. *vers.*
71 De *confirmatione quoad materiam proximam, & remotam.* §. 2. *fol.* 133.
72 De *confirmatione quoad formam.* §. 3. *fol.* 134.
72 De *confirmatione quoad ministrum* §. 4. *fol.* 134.

73 De *confirmatione quoad subiectum §.5. fol.135.*
74 De *confirmatione quoad effectum. §.6. fol.135.*
75 De *confirmatione quoad dispositionem.§.7.fol.136.*
76 De *confirmatione quoad præceptū. §.8. fol.136.vers.*
77 De *confirmatione quoad cæremonias.§.9.fol.136.vers.*
78 De *coniuge. fol.138.*
79 De *conscientia. fol.138.*
80 De *consecratione. fol.139.*
81 De *conseruatione. fol.139.vers.*
82 De *constantino.fol.139.vers.*
83 De *contactu fol.139. vers.*
84 De *contractibus. fol.139.vers.*
85 De *contritione. fol.140.*
86 De *contumacia. fol. 142. vers.*
87 De *conuersione. fol.143.*
88 De *corpore. fol.144.vers.*
89 De *correctione fraterna. fol.146.*
90 De *creditore. fol. 146.*
91 De *curiali. fol.146.vers.*

D.

1 DE *Defensione. fol.147.*
2 De *Dæmone. fol.137.*
3 De *Deo. fol.147.vers.*
4 De *degradatione. fol.147.vers.*
5 De *delegato. fol.148.vers.*
6 De *delicto. fol.148.vers.*
7 De *depositione. fol.149.*
8 De *die. fol.150.*
9 De *dignitate. fol.150.vers.*
10 De *dispensatione. fol.150.vers.*
11 De *doctoratu. fol.151.*
12 De *dolore. fol.151.*
13 De *domino. fol.151.vers.*
14 De *dubio. fol.151.vers.*
15 De *duello. fol.152.*

E.

1 DE *Ecclesia. fol.152.*
2 De *effectu. fol.152.vers.*
3 De *electione. fol.152.vers.*
4 De *Episcopo. fol.154.*
5 De *Eucharistia quoad nomen. §.1. fol. 156.*
6 De *Eucharistia quoad institutionē. §.2. fol.156.*
7 De *Eucharistia quoad dignitatem, cultum. §.3. fol.157.*
8 De *Eucharistia quoad essentiam, & partes integrantes. §.4. fol.158.*
9 De *Eucharistia quoad materiam. §.5.fol.159.*
10 De *Eucharistia quoad formam. §. 6. fol.162.vers.*
11 De *Eucharistia quoad necessitatem §.7. fol.164.vers.*
12 De *Eucharistia quoad ministrum. §.8. fol.165.*
13 De *Eucharistia quoad effectum, & efficaciam.§.9.fol.168.vers.*
29 De *Eucharistia quoad dispositionē ad effectum.§.10.fol.170.vers.*
30 De *Eucharistia quoad subiectum.§. 11.fol.175.vers.*
31 De *Eucharistia quoad vsum, & sumptionem.§.12.fol.176.vers.*
32 De *Eucharistia quoad frequentiā. §.13.fol.177.*
33 De *Eucharistia quoad præceptum. §.14.fol.177.vers.*
34 De *Eucharistia quoad species sacramentales.§ 15.fol.179.vers.*
35 De *Eucharistia quoad figuras contentas in sacra Scriptura,& sanctis.§. 16.fol.181.vers.*
36 De *Eucharistia quoad nomina qui-*

bus vocatur iuſcriptura, & ſanctis. §.17.fol.181.verſ.
37 De Euchariſtia quoad tempus interdicti.§.18.fol.182.
38 De excommunicatione quoad nomen, diffinitionem, & diuiſionem.§. 1.fol.183.verſ.
39 De excommunicatione quoad materiam.§.2. fol.184.
40 De excommunicatione quoad formam.§.3.fol.185.verſ.
41 De excommunicatione quoad cauſam efficientem. §.4.fol.186.
42 De excommunicatione quoad ſubiectum.§.5.fol.186.verſ.
43 De excommunicatione quoad effectum.§.6.fol.186.verſ.
44 De excommunicatione quoad violationem, & eius pœnam. §.7.fol. 189,verſ.
45 De excommunicatione quoad vitationem.§.8.fol.190.verſ.
46 De excommunicatione minori.§.9. fol.191.
47 De excommunicationibus Bullæ Cœnæ.§.10.fol.192.
48 De excommunicationibus Papæ reſeruatis in decreto.§.11.fol.195.
49 De excommunicationibus Papæ reſeruatis in antiquioribus libris decretalium.§.12.fol.195.
50 De excommunicationibus Papæ reſeruatis in lib.6. decretalium. §.13. fol.195.verſ.
51 De excommunicationibus Papæ reſeruatis in libris Clementinarum. §. 14.fol.196.
52 De excommunicationibus Papæ reſeruatis in libris Extrauagantium. §.15.fol.197.
53 De excommunicationibus Papæ reſeruatis extra corpus iuris. §. 16. fol.198.
54 De excommunicationibus reſeruatis Epiſcopo.§.17.fol.199.
55 De excommunicationibus nemini reſeruatis in decreto.§.18.fol.200.
56 De excommunicationibus nemini reſeruatis in libris decretalium.§.19 fol. 200.
67 De Excommunicationibus nemini reſeruatis in lib. 6. decretalium. §. 20.fol.201.
58 De excommunicationibus nemini reſeruatis in libris Clementinarum. §.21.fol.202.verſ..
59 De excommunicationibus nemini reſeruatis in libris Extrauagantium iuris communis..§.22.fol.203.verſ.
60 De excommunicationibus Concilij Tridentini.§.23. fol.204.
61 De executore. fol.204.
62 De extrema vnctione quoad inſtitutionem, & diffinitionem. §. 1. fol. 205. verſ.
63 De extrema vnctione quoad formã. §.2.fol.206.
64 De extrema vnctione quoad materiam proximam,& remotam.§. fol. 206. verſ.
65 De extrema vnctione quoad vnitatem,& iterationem.§.4 fol.207.
66 De extrema vnctione quoad finem, & effectum.§.5.fol.207.verſ.
67 De extrema vnctione quoad diſpoſitionem, effectus, & eſſentiæ. §. 6. fol.209.
68 De extrema vnctione quoad ſubiectum.§.7 fol.209.verſ.
69 De extrema vnctione quoad miniſtrum. §.8 fol.211.
70 De extrema vnctione quoad ordi-

nem ad alia sacramenta. §. 9. fol. 212. vers.
71 De extrema vnctione quoad præceptum. §. 10. fol. 212.

F.

1 DE Facultate eligendi cõfessorem. fol. 213.
2 De famulo fol. 214. vers.
3 De fide. fol. 216.
4 De fectione. fol. 216. vers.
5 De filio. fol. 216. vers.
6 De fœmina. fol. 218.
7 De foro. fol. 218.

G.

1 DE Gabella. fol. 218.
2 De gratia. fol. 218. vers.
3 De Græco, & Græca Ecclesia. fol. 220. vers.

H.

1 DE Habitu. fol. 221.
2 De hærede. fol. 221. vers.
3 De hæresi, & hæretico. fol. 221. v.
4 De hermaphodito. fol. 222. vers.
5 De homine fol. 222. vers.
6 De homicidio. fol. 223.
7 De hora canonica. fol. 228.

I.

1 DE Ieiunio. fol. 228. vers.
2 De ignorantia. fol. 228. vers.
3 De illegitimo fol. 230.
4 De illeterto. fol. 231.
5 De immensitate. fol. 231.
6 De impetratione. fol. 231.
7 De impœnitentia. fol. 231. vers.
8 De incendiario. fol. 232.
9 De incestu. fol. 232. vers.
10 De indulgentia quoad nomen, diffinitionem, & potestatem eas concedendi. §. 1. fol. 232. vers.
11 De indulgentia quoad effectum. §. 2. fol. 234 vers.
12 De indulgentia quoad totalem, & partialem. §. 3. fol. 236. verso.
13 De indulgentia quoad localem, personalem, & realem § 4. fol. 238.
14 De indulgentia quoad dispositionẽ §. 5. fol. 139.
15 De indulgentia quoad causam finalem §. 6 fol. 242. vers.
16 De indulgentia quoad formam. §. 7 fol. 245.
17 De indulgentia quoad subiectum. §. 8 fol. 246. verso.
18 De indulgentia quoad defunctos siue animas purgatorij. §. 9. fol. 246. v.
19 De indulgentia quoad vsum. §. 10. fol. 248. vers.
20 De indulgentia quoad cessationem. §. 11. fol. 249 vers.
21 De infamia. fol. 251.
22 De infante. fol 252. vers.
23 De infirmario. fol. 253. vers.
24 De ingratitudine. fol. 253. vers.
25 De innocentia. fol. 254.
26 De interdicto quoad nomen, diffinitionem, & diuisionem. §. 1. fol. 254
27 De interdicto quoad effectum. §. 2. fol. 256.
28 De interdicto quoad causam efficientem, & effectum. §. 3. fol. 257. v.
29 De interdicto quoad causam finalem, §. 4. fol. 258. vers.
30 De interdicto quoad formam. §. 5. fol. 259.

31 De interdicto quoad materiam. §. 6. fol. 259. vers.
32 De interdicto ab ingressu Ecclesiæ. §. 7. fol. 260.
33 De interdicto quoad sepulturam Ecclesiasticam. §. 8 fol. 260 vers.
34 De interdicto quoad violationem. §. 9. fol. 261. vers.
35 De interdicto quoad obligationem. §. 10. fol. 263. vers.
36 De interdicto quoad suspensionem. §. 11. fol. 264.
37 De interdicto quoad relaxationem. §. 12. fol 264.
38 De interdictis personalibus specialibus in iure latis. §. 13. fol. 266.
39 De interdictis generalibus personarum in iure latis. §. 14. fol. 266. vers.
40 De interdictis localibus generalibus in iure latis. §. 15. fol. 267.
41 De interrogationibus confessoris. fol. 267. vers.
42 De interstitiis. fol. 268.
43 De irregularitate quoad nomẽ, diffinitionem, & diuisionem. §. 1. fol. 268.
44 De irregularitate quoad defectum. §. 2. fol. 269. vers.
45 De irregularitate quoad causam finalem, & efficientem. §. 3. fol. 270
46 De irregularitate quoad subiectum §. 4. fol. 271.
47 De irregularitate quoad ablationem seu dispensationem. §. 5. fol. 271. vers.
48 De Iubilæo. fol. 273.
49 De Iuda Scariote. fol. 273. vers.
50 De iudice. fol. 273. vers.
51 De iurisdictione quoad diffinitionẽ, & diuisionem. §. 1. fol. 274.
52 De iurisdictione delegata. §. 2. fol. 274 vers.
53 De iurisdictione delegata quoad causam efficientem. §. 3. fol. 275.
54 De iurisdictione quoad formã delegationis. §. 4 fol. 275. vers.
55 De iurisdictione quoad subiectum. §. 5 fol. 276.
56 De iurisdictione quoad iurisdictionem Ecclesiasticam. §. 6. fol. 276.
57 De iurisdictione quoad excommunicatum. §. 7. fol. 276. verso.
58 De iurisdictione quoad durationem §. 8 fol. 277.
59 De iure. fol. 277.
60 De iustificatione. fol. 277. vers.

L.

1 DE Latrone. fol. 278.
2 De legitimatione. fol. 278.
3 De lege naturali, & veteri. §. 1. fol. 278.
4 De lege in communi. §. 2 fol. 279.
5 De lege pœnali. §. 3 fol. 280.
6 De libero arbitrio. fol. 280. vers.
7 De litteris demissoriis. fol. 280. vers.
8 De loco exempto, & sacro. fol. 280. vers.

M.

1 DE Malo. fol. 281.
2 De manna. fol. 281.
3 De manus impositione. fol. 281. v.
4 De Virgine Maria. fol. 281. vers.
5 De Martyrio. fol. 281. vers.
6 De materia. fol. 282. vers.
7 De matre. fol. 282. vers.
8 De matrimonio. fol. 282. vers.
9 De medico. fol. 284. vers.
10 De mendacio. fol. 284. vers.

11 *De Melchisedech. fol.285.*
12 *De merito. fol.285.*
13 *De metu. fol.285.vers.*
14 *De miraculo. fol.285.vers.*
15 *De missa quoad nomen, vsum, & diuisionem. §.1. fol.286.*
16 *De missa quoad essentiam, & significationem. §.2. fol.286.vers.*
17 *De missa quoad rem oblatam. §.3. fol. 288.*
18 *De missa quoad dignitatem. §.4. fol.288.vers.*
19 *De missa quoad valorē. §.5 f.289.*
20 *De missa quoad effectum. §.6. fol. 289. vers.*
21 *De missa quoad personas pro quibus potest offerri. §.7. fol.293.v.*
22 *De missa quoad ministrum. §.8. fol.295.*
23 *De missa quoad vestes quibus debet celebrari. §.9. fol.296. vers.*
24 *De missa quoad tempus in quo celebranda. §.10. fol.290.*
25 *De missa quoad locum vbi celebrāda. §.11. fol.299.*
26 *De missa quoad defectus supplendos. §.12. fol.301.vers.*
27 *De Missa quoad ritus, & cæremonias. §.13. fol.303.vers.*
28 *De missa quoad cano. §.14. fol.306 vers.*
29 *De missa quoad vasa quibus celebranda. §.15 fol.307.vers.*
30 *De missa quoad cultum debitum locis, & vasis sacris. §.16. fol.308. vers.*
31 *De missa quoad ministrantem sacerdoti. §.17. fol.309.vers.*
32 *De missa quoad stipendium, & pro quibus ex obligatione dicenda. §.18. fol.310.*
33 *De missa quoad præceptum celebrandi. §.19. fol 311. vers.*
34 *De missa quoad præceptum illam audiendi. §.20. fol.312.*
35 *De monitione. fol.315.vers.*
36 *De mutilatione. fol.316.vers.*

N.

1 DE Necessitate. fol.317.vers.
2 De Negligentia. fol.317.vers.
3 *De Neophito. fol.318.vers.*

O.

1 DE Obedientia. fol.318.
2 De Obligatione in forma Cameræ Apostolicæ. fol.318.
3 *De Obseruantia occasione peccandi, odio, & officio diuino. fol 319.*
4 *De Opere, & oratione. fol.319.vers.*
5 *De Ordine. fol.320.*

P.

1 DE Pane. fol.321.
2 De Papa. fol.322.
3 *De Paraſceue, & Parocho. fol.322. vers.*
4 *De Paſchate, & paupertate. f.323.*
5 *De peccato. fol.323.*
6 *De pensione. fol.329.*
7 *De perseuerantia, & persona diuina. fol.329.vers.*
8 *De pœna. fol.330.*
9 *De pœnitentia, vt virtus quoad substantiā, & diuisionem. §.1. fol.332.*
10 *De pœnitentia, vt virtus, quoad actum. §.2. fol.334.*
11 *De pœnitentia, vt virtus quoad materiam. §.3. fol.337.*

12 De pœnitentia, vt virtus quoad subiectum. §. 1. fol. 337. v.
13 De pœnitentia, vt virtus quoad effectum §. 5 fol. 338.
14 De pœnitentia, vt virtus quoad necessitatem. §. 6. fol. 339.
15 De pœnitentia, vt virtus quoad præceptum. §. 7. fol. 339. vers.
16 De Sacramento pœnitentiæ quoad eius institutionem. §. 1. fol. 341.
17 De Sacramento pœnitentiæ quoad definitionem, essentiam, &c. §. 2. fol. 341. vers.
18 De Sacramento pœnitentiæ quoad formam, & eius effectum. §. 2. fol. 342.
19 De Sacramento pœnitentiæ quoad materiam proximam, & remotam. §. 4. fol. 343. vers.
20 De Sacramento pœnitentiæ quoad effectum. §. 5. fol. 344.
21 De Sacramento pœnitentiæ quoad dispositionem ad valorem, & effectū. §. 6. fol. 345.
22 De Sacramento pœnitentiæ quoad necessitatem, & præceptum. §. 7. fol. 345. vers.
23 De pœnitenti. fol. 347.
24 De pœnitentia publica, & solemni, de possessione, de potestate Ecclesiastica. fol. 346. verso.
25 De præsbytero pœnitentiario. fol. 347. vers.
26 De præscriptione, de præcepto, de prælato religionis. fol. 348.
27 De prima tonsura, de priuilegio, de procuratore, & professione. fol. 348. vers.
28 De proposito latisfaciendi, obediendi, & non peccandi. fol. 349.
29 De pupillo. fol. 349. vers.
30 De purgatorio quoad quæstionem an sit, vbi sit, & nominis significationem. §. 1. fol. 349. vers.
31 De purgatorio quoad ignem. §. 2. fol. 350.
32 De purgatorio quoad animas. §. 3. fol. 350 vers.
33 De purgatorio quoad statum gratiæ animarum. § 4 fol. 351.
34 De purgatorio quoad pœnam sensus, & eius grauitatem. §. 5. fol. 352.
35 De purgatorio quoad pœnam damni, & eius remissionem. §. 6. fol. 352. vers.
36 De purgatorio quoad durationem. §. 7. fol. 353.

Q.

1 DE Qualitate. fol. 353.
2 De quantitate. fol. 353. vers.

R.

1 DE Ratihabitione. fol. 354.
2 De Remissione peccati. fol. 354. & seqq.
3 De Rescriptis. fol. 357. vers.
4 De restitutione. fol. 358.
5 De reo. fol. 358. vers.

S.

1 DE Sacerdote, & sacerdotio. fol. 359.
2 De sacramentalibus. fol. 359 vers.
3 De sacramentis quoad nomen, & doctrinam. §. 1. fol. 361.
4 De sacramentis quoad essentiam, & definitionem. §. 2. fol. 361. vers.

5 *De sacramentis quoad quæstionem an sint, & quot sint. §. 3. fol. 362.*
6 *De sacramentis quoad essentiam, & significationem. § 4. fol. 362.*
7 *De sacramentis quoad materiam. §. 5. fol. 362. vers.*
8 *De Sacramentis quoad formam. §. 6. fol. 363.*
9 *De sacramentis quoad communia materiæ, & formæ. §. 7. fol. 364. vers.*
10 *De sacramẽtis, quoad institutionem. §. 8. fol. 364.*
11 *De sacramentis quoad necessitatem & vtilitatem. §. 9. f. 365. vers.*
12 *De sacramentis quoad efficientiam §. 10. fol. 365. vers.*
13 *De sacramentis quoad subiectum. §. 11 fol. 366.*
14 *De sacramentis quoad dispositionẽ. §. 12. fol. 367.*
15 *De sacramentis quoad effectum. §. 13 fol. 368.*
16 *De sacramentis quoad ministrum. fol. 369. v. & seqq.*
17 *De sacramentis quoad vsum. §. 15. fol. 374.*
18 *De sacramentis quoad dignitatem, & nomina ex scriptura, & Patribus desumpta. §. 16. fol. 374.*
19 *De sacramentis quoad legem veterem § 17. fol. 374. v.*
20 *De sacris. fol. 374. v.*
21 *De sacrificiis quoad nomen. §. 1. fol. 374 vers.*
22 *De sacrificiis quoad essentiam, & diffinitionem. §. 2. fol. 376.*
23 *De sacrificiis quoad materiam, & formam. §. 3. fol. 377.*
24 *De sacrificiis quoad institutionem. §. 4. fol. 378.*
25 *De sacrificiis quoad numerum. §. 5. fol. 378.*
26 *De sacrificiis quoad effectum, & ministrum. §. 6. fol. 378.*
27 *De sacrificiis quoad legem nouam §. 7. fol. 380.*
28 *De sacrificiis quoad legem naturalem. §. 8. fol. 380. v.*
29 *De sacrificiis quoad legem veterẽ. §. 9. fol. 380. v.*
30 *De sanctificatione. fol. 381.*
31 *De satisfactione in communi. §. 1. fol. 381. & seqq.*
32 *De satisfactione sacramentali. §. 2. fol. 384. v. & seqq.*
33 *De sacra scriptura. fol. 388.*
34 *De scandalo. fol. 388.*
35 *De scisma te. fol. 388.*
36 *De secreto. fol. 388. v*
37 *De sententia. fol. 388. v.*
38 *De seruitute. fol. 389.*
39 *De solutione. fol. 389. v.*
40 *De sigillo quoad obligationem. §. 1. fol. 389. v.*
41 *De sigillo quoad materiam. §. 2. fol. 393.*
42 *De sigillo quoad reuelationem. §. 4. fol. 392.*
43 *De sigillo quoad reuelationem indirectam. §. 4. fol. 392. & seqq.*
44 *De statu innocentiæ. fol. 395. v.*
45 *De statuto. fol. 395. vers.*
46 *De stupro. fol. 396.*
47 *De suffragiis. fol. 396. & seqq.*
48 *De suspensione quoad nomen diffinitionem, & diuisionem. §. 1. fol. 400.*
49 *De suspensione quoad diuisionem. §. 2. fol. 400. vers.*
50 *De suspensione quoad effectum tam ab officio, quam beneficio. §. 3. fol. 401. & seqq.*

51 De ſuſpenſione quoad cauſam efficientem. §. 4. fol. 405.
52 De ſuſpenſione quoad ſubiectum. §. 5. fol. 405.
53 De ſuſpenſione quoad cauſam finalem. §. 6. fol. 405. verſ.
54 De ſuſpenſione quoad communicationem cum ſuſpenſo. §. 7. fol. 406.
55 De ſuſpenſione quoad abſolutionem. §. 8. fol. 406.
56 De ſuſpenſionibus in ordinatione contractis. §. 9 fol. 407. verſ.
57 De ſuſpenſionibus iure latis ob praeuum vſum ordinis. §. 10. fol. 408. v.
58 De ſuſpenſionibus iure latis ob peccata contra obligationes clericorum §. 11. fol. 408. verſ.
59 De ſuſpenſionibus clericorum ob peccata cum laicis communia. §. 12. fol. 410.
60 De ſuſpenſionibus ipſo iure latis cõtra Epiſcopos, & Eccleſiarum capitula. §. 13. fol. 410. verſ.
61 De ſuſpenſionibus iure latis ſpecialiter contra Religioſos §. 14. f. 411. v.

T.

1 DE Tabellione. fol. 412. verſ.
2 De Teſte, & teſtimonio. fol. 412 verſ.
3 De Teſtamentis. fol. 413. verſ.
4 De Theſauro Eccleſiæ. fol. 414.
5 De Timore. fol. 415. verſ.
6 De Tranſubſtantiatione. fol. 415. v.
7 De Tutore. fol. 417.
8 De Typha. fol. 417. verſ.

V.

1 DE Verbo. fol. 417. verſ.
2 De Verecundia. fol. 417. verſ.
3 De Veſpera. fol. 417. verſ.
4 De Vicario. fol. 418.
5 De Vino. fol. 418.
6 De Virginitate. fol. 418. verſ.
7 De Virtute. fol. 418. verſ.
8 De Viuente, & vita. fol. 418. verſ.
9 De Vnione. fol. 419.
10 De Voto. fol. 419.

FINIS.

24

3689